



TABLE
169

22a - 6



169

22a-7-6

H-203


del Coll. del Comp. de J. de Granada 2340

IOANNIS OSORII SOCIETATIS IESV, TOMVS TER- TIVS CONCIONVM DE SANCTIS.

Conclones de peculiaribus Sanctis quæ hinc desiderantur, inter conclones de Sanctis la cõ
muni, quas in finem huius libri remissimus, iuueniantur.
Quorundam vero aliorum festorum conclones in his, quæ de tempore scripsimus, & scri-
bemus, inquirendæ sunt, quas eõ coniecimus, quia eõ pertinere videbantur.

AD CLARISSIMVM LICENTIATVM D.
Ferdinandum à Padilla Priorem Oxomenfis Ecclesie.

*del presente del
de medecina*



CVM PRIVILEGIO.
SALMANTICAE.
Excudebat Michael Serranus de Vargas.
ANNO. M. D. XC. III.

Esta tañado en doze reales menos seys maravedis.

Tassa.

YO Christoual de Leon secretario del consejo de su magestad, doy fee que auiendo se visto por los señores del vn libro intitulado el tercero tomo Concionum, de Sanctis, que con su licencia hizo imprimir Ioan Olorio de la Compañia de Iesus, que le compuso, tassaron cada pliego de los del dicho libro en papel a tres maravedis y medio, y mandaron q̄ antes que se véda se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de Tassa y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores del consejo y de pedimiento de la parte del dicho Ioan Olorio di esta fee en la villa de Madrid a diez y ocho dias del mes de Mayo de mil y quinientos y nouenta y tres años.

Christoual de Leon.



YO Francisco de Galarça Prouincial de la Compañia de Iesus en la Prouincia de Castilla por particular commision que tengo de N.P. General Aquaviua doy licencia que se imprima el tercero tomo de los sermones de Sanctis que escriuio el Padre Ioan Olorio de nuestra cõpañia, el qual dicho libro ha sido visto y examinado por personas doctas y graues de nuestra cõpañia, en testimonio de lo qual di esta firmada de mi mano y sellada con el sello de mi officio en nuestra casa professa de S. Antonio a. 24. de Julio de. 1592.

*Francisco de Galarça
Prouincial.*



ESTE tercer tomo de Sanctis compuesto por el Padre Iuan Osorio de la Compañia de Iesus vi, y examine, por mandado y commission del supremo Consejo Real, en los quales ay mucha erudicion, y sana doctrina, conforme a la doctrina de los sanctos doctores, y diffiniciones de concilios: y son de mucho prouecho para los predicadores, y para los oyentes y se le deue agradecer mucho al author la diligencia grande que tuuo en componerlos, y en citar y explicar muchos y varios lugares de la sancta escritura, por lo qual se le podra dar licencia, y fauor para imprimirlos. Examinados, en el conuento de S. Francisco de Madrid a primero de Enero de mil y quinientos y nouenta y tres años.

F. Diego Peres.

63
B.L

EL REY.



ROR quanto por parte de vos el Padre Ioã Oso-
rio de la Compania de Iesus nos fue fecha re-
lacion que vos auia des compuestto va libro inti-
tulado el tercero tomo de los sermones de San-
ctis el qual os auia costado mucho trabajo el po-
nerlo en el estado en que estaua y nos suplicastes os mandasse-
mos dar licencia para le imprimir y priuilegio por veinte años
o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nue-
stro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligen-
cias que la Premática por nos yltimamente fecha sobre la im-
pressiõ de los libros dispone fue acordado que deuiamos de
mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon y nos
tuuimos lo por bien y por la presente por os hazer merced, y
bien os damos licencia y facultad para que por tiempo de diez
años primeros siguientes que corren y se cuentan desde el dia
de la fecha desta nuestra cedula podays hazer imprimir el di-
cho libro que de suso se haze mencion por su original que en el
nuestro consejo se vio que va rubricado y firmado de Pedro
Zapata de Marmol nuestro scriuano de camara de los que en el
nuestro consejo residen con que antes que se venda le tray-
gays ante los de nuestro consejo juntamente con el dicho ori-
ginal para que se vea si la dicha impressiõ esta conforme a el
o traygays fee en publica forma como por corrector nombra-
do, por nuestro mandado se vio y corregio la dicha impressiõ
por el dicho original y mandamos al impressor que ansi impri-
niere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego
del mas de vn solo libro el qual entregue con el original al au-
tor o persona a cuya costa lo imprimiere para el efecto de la di-
cha correction y tasa, hasta que antes y primero el dicho libro
este corregido y tassado por los de nuestro consejo y estando
hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio
y primer pliego y seguidamente ponga esta nuestra cedula y
tasa fopena de caer y incurrir en las penas contenidas en la Pro-
matica y leyes de nuestros reynos que en tal caso disponen y
manda-

mandamos que durante los dichos diez años Persona alguna
sin vuestra licẽcia no pueda imprimir ni veder el dicho libro so-
pena que el que lo imprimiere aya perdida e pierda todos y qua-
lesquier libros moldes y aparejos que de los dichos libros tuuie-
re y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada
vez que lo contrario hiziere la qual dicha pena sea la tercia par-
te para el juez q lo sentenciare y la otra tercia parte para la per-
sona que lo denunciare y la otra tercia parte para la nuestra
camara, y mandamos a los de nuestro consejo Presidente y oy-
dores de las nuestras audiencias alcaldes y alguaziles de nue-
stra casa corte y chancillerias y a todos los corregidores asisten-
te gouernadores alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes
y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de
los nuestros reynos y senorios assi a los que agora son como a
los que seran de aqui adelante que os guarden y cumplan esta
nuestra cedula y contra su senor y forma no vayan ni passen ni
consientan hir ni passar por alguna manera fopena de la nuestra
merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha
en Madrid a veinte y vn dias del mes de Henero de mil y qui-
nientos y nouenta y tres años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Don Luis de Salazar.

IOAN:



I O A N N E S O S O -
rius è societate Iesu Licētia
 to **D. Ferdinādo à Padilla**
 Priori Oxomensis
 Ecclesiæ salu
 tem.



V M in lucem edere vellem (presul
 clarissime) librum hanc, quo illustran
 tur diuorum laudes, quorum festos
 dies anniuersaria recordatione, ac cele
 britate colit mater Ecclesia, vnus tu inter multos oc
 curres animo, cui munus hoc dicarem, si non ab
 ingenio, quod tanta res postulat, certè à pietate,
 & religione profectum, qua diuos venerari par
 est, & ab eximia quadam beneuolentia, cuius ar
 ctissimis vinculis ita est meus animus cum tuo an
 nis ab hinc multis copulatus, vt quamuis longissi
 mo, & locorum, & temporum intervallo dis
 iuncti

iuncti fuerimus, nulla tamen facta sit vnquam vel in
 termissio officij, vel animorum, voluntatumque dis
 iunctio. Accedunt eò non solum tua in vniuersam no
 stram societate merita, quæ tot tantaque sunt, vt om
 nes tibi publicè debeamus, sed priuata, quibus ego mul
 tis sum modis astrictus multis tibi nominibus obliga
 tus. Et si mihi hoc natura non tribuisset, vt quem se
 mel colere capissem, cum mihi colendum in perpe
 tuum existimarem, tot in te congescit Deus optimus
 maximus ornamenta non modo fortune, & gloria:
 quæ tu in minimis ponenda duos, verum etiam vir tu
 tum omnium, vt te non diligerè nullo modo possim.
 Patrum tibi fuo, in antiquissima, & illustissima
 Padillarum familia nasci, quæ vt ex verissimis scripto
 rum monumentis constat ab splendissimo D. Godo
 de Padilla Padillarum Domino (hoc oppidis ve
 rustissimis nomen est) octingentis fere ante annis
 fundata semper floruit, quæ viros eximios Castellæ
 prefetos supremos habuit, quæ magisterq; abunda
 uit fortissimorum hominum, qui viridæ crucis in
 signibus fortitudinem, nobilitatemque præferrent.
 Honorificam, eos cui generis auctoritas extitisse,
 quæ bellicam laudem cum christiana virtute con
 iunxerunt. Illustre tibi fuo, quod ex ea sis fa
 milia natus, ex cuius sanguine nobilissima
 quæ genere vniuersi Hispaniarum regem, ac meli
 qui

qui totius Christianae reipublicae principes, principium, originemque duxere, cum hi omnes serenissimam dominam Mariam à Padilla Petri Hispaniarum regis uxorem sui ortus genitricem, parentemque habuerint. Quo factum est, ut clarissimi regni principes tuam domum frequentent, in eaque cognationis, & propinquitatis iura recognoscant. Gloriosum, auitam nobilitatem hereditario quodam iure tibi relictam ornatam à te, atque illustratam fuisse morum facilitate, & instituta totius vitae ratione te, cuiusque maioribus digna. Quae omnia multitudinis imperita iudicio magna, & mirabilia, quamuis per se ipsa laudanda non sint, quod fortuna munera esse videantur, in te tamen eximia cuiusdam laudis causam habent, cum ea, plerisque ad libidinem & voluptatem incitamento esse solent, tu feceris instrumenta virtutum. Hac tu illustra multò illustriora reddidisti moderatione animi adhibita, perpetuaque constantia, benevolentia in amicos, facilitate in domesticos, benignitate in pauperes, beneficentia in eos omnes, qui se suae negotia tuae fidei, tutelaque commendant. Quibus in rebus Petri Sarmenti auunculi tui, qui tibi ista Oxoniensis Ecclesiae dignitate antecessit, magnitudinem animi virtutumque praeclearissimarum orna-

menta

menta ad viuum refert: quod quidem nec in minima profectò laude poni debet, cum ille splendidissimum Hispaniae decus effulserit, neque magnis solum principibus mirabilis, sed summis etiam pontificibus, & imperatoribus admirandus. Iam vero quae tua sit aduersus Deum pietas, qua religione non solum diuos, verum etiam sacras eorum imagines venerere, quis ignorat? Haec verabona, praecleara, & planè diuina, non quia tua (nihil enim boni homini tribuendum est, sed soli Deo fonti bonorum omnium vberissimo) haec inquam non quia tua, sed quia tibi diuino beneficio donata nobilitatem tuam à maioribus acceptam auget, gloriam exornant, genus illustrent, tibi que spem afferunt, fore, ut aliquando his quasi gradibus ascendas eò, ubi conspectu Dei optimi maximi, à quo haec in te bona profecta sunt, letus perfruare. Ad hanc gloriam assequendam sanctissimi quique viri viam nobis tritam, suarumque virtutum vestigijs impressam reliquerunt, quod hoc libro explicandum suscepi. Hoc tu munus clarissime ferdinande, si argumenti rationem consideres, excellens, atque praeclearum, suscipe. In quo cum legeris, quid viri sanctissimi fecerint, quam vitam rationem insti-

instituerint, habebis celestis vite duces, ac magi-
stros, quos imitari debeas, & quorum vestigijs infi-
stere ad summam felicitatem meo imparandam.
Vale. datums. Sabynantica idibus Julij.



Ad Lectorem.



ABSOLVIMVS tandem (Christiane lector) tertium volumen in quo Conciones de Sanctis, quorum festa toto anno ab Ecclesia celebrantur, continentur quartum tomum breui expediemus, quo argumenta varia, quæ incidere concionatori sæpe sæpius solent, tractantur, quorum quidem ex insituto conciones aut nullæ, aut raræ scriptæ reperiuntur. Quæ dum in lucem profero hoc quale quale illud est beneuolo gratoque animo accipito. Vale.

TABVLA



TABVLA CON-
CIONVM, QVAE HOC TER-

tio tomo continentur.



- I**N festo sanctorum martyrum Fabiani, & Sebastiani. pag. 2.
In festo S. Agnetis virginis, & martyris. p. 8.
In conuersione S. Pauli Apostoli. p. 15.
In purificatione Beatæ Mariæ. p. 21. & 27.
In cathedra S. Petri Apostoli. p. 39.
In festo S. Mathiæ Apostoli. p. 50.
In festo S. Iosephi. p. 62. & 73.
In festo S. Benedicti Abbatis. p. 87.
In annunciatione Beatæ Mariæ. p. 99. & 112.
In festo S. Marci Euangelistæ. p. 123.
In festo S. Apostolorum Philippi, & Iacobi. p. 135.
In Inuentione sanctæ crucis. p. 147.
In festo S. Ioannis ante portam latinam. p. 158.
In festo S. Barnabæ Apostoli. p. 171.
In festo S. Basiliij. p. 184.
In natiuitate S. Ioanis Baptistæ. p. 196.
In festo Apostolorum Petri, & Pauli. p. 208.
In uisitatione S. Mariæ. p. 223.
In triumpho S. Crucis. p. 235.
In festo B. Mariæ Magdalenæ. p. 246. & 258.
In festo S. Iacobi Apostoli. p. 271.
In festo B. Anæ. p. 282.
In festo S. Petri ad vincula. p. 293.
In festo S. Mariæ ad niues. p. 305.
In transfiguratione Christi. p. 316.

In festo

T A B V L A.

In festo S. Laurentij. p. 330. & 343.
 In Assumptione B. Mariæ. p. 356. & 367.
 In festo S. Bernardi Abbatis. p. 378.
 In festo S. Bartholomæi Apostoli. p. 391.
 In festo S. Augustini. p. 403.
 In decollatione S. Ioannis Baptistæ. p. 415.
 In natiuitate B. Mariæ. p. 427. & 439.
 In exaltatione S. Crucis. p. 451.
 In festo S. Matthæi Apostoli. p. 463.
 In festo S. Michaelis Archangeli. p. 475. & 489.
 In festo S. Francisci. p. 505.
 In festo S. Lucæ Euangelistæ. p. 515.
 In festo S. Apostolorum Simonis, & Iudæ. p. 527.
 In festo omnium sanctorum. p. 539. & 553.
 In commemoratione fidelium defunctorum. p. 569.
 In octaua omnium sanctorum. p. 581.
 In festo S. Martini. p. 595.
 In festo præsentationis B. Mariæ. p. 608.
 In festo S. Catherinæ. p. 619.
 In festo B. Andreæ Apostoli. p. 631.
 In Conceptione B. Mariæ. p. 648. & 660. & 670.
 In festo expectationis partus B. Mariæ. p. 681.
 In festo S. Thomæ Apostoli. p. 693.
 In communi Euangelistarum. p. 706.
 In communi vnus Martyris. p. 719.
 In communi confessoris pontificis. p. 731.
 In communi doctorum. p. 743. & 756.
 In communi Abbatis. p. 769.
 In communi confessorum non pontificum. p. 781. & 793.
 In communi virginum. p. 804.
 In dedicatione Ecclesie. p. 816.



F E S T A M E N. sis Ianuarij.

DE Circūcissione Domi
 ni vide In primo to-
 mo nostrarum cōcio
 num & in quinto, qui Deo
 dante citò in lucē edetur.
 De Epiphania Domini simi
 liter.
 De Octaua Epiphaniæ simi
 liter.
 De Beato Antonio Abbate,
 vide in communi confesso-
 rum non pontificum ad fi-
 Sanct. A nem



nem huius voluminis.
De Cathedra sancti Petri,
vide inferius in eodem fe-
sto, mense Februario.

IN

2
A **IN F E S T O**
BEATI FABIANI,
& Sebastiani, & pro com-
muni plurimorum
martyrum.

B
Descendens Iesus de monte. Luc. 6.



DE ST nobis dilectissimi celebritas
Diui Sebastiani, qui iure sibi usurpare po-
test illud Thren. 3. Tetendit arcu suu, & *Thren. 3.*
posuit me quasi signum ad sagittam, mi-
sit in renibus meis filias pharetre sue. Cu-
se iratus dominus ostendere vult, arcum
sagittamq; arripit. Sic Psal. Nisi conuerfi *Psal. 7.*
fueritis, arcum suum tetendit, & pa-
rauit illum, & in eo parauit vasa mor-
tis. His percussit Angelos, primos parentes, & vniuersum *Genes. 6.*
genus in diluio. Hoc peracto loquitur Deus
Noe placari incipiens, & ait, non vltra irascar vniuersa terra,
nec mittam aquas diluuij super illam. Sed quod nobis signum
erit huius clementie? Arcum meum ponam in nubibus caeli.
o Domine, arcus signum est pacis, & non potius belli? Hoc ar-
cu vniuersam terram percussisti, & eum in signu pacis dabo, quis
arcum videns non pauebit, & fugiet a facie arcus? Sed ne quis

Noe signum hoc, quod maximum summumque est Dei in nos A
 misericordiae, cum arma Dei tibi dantur. Quando inimicorum
 arma in templo tuo pendentia video, non ea times, licet prius san-
 guinem tuum fuderint, ut arma Goliae, & Holofernis in Dei
 templo suspensa fuere. Quando Deus manibus suis arcum te-
 nebat, & tendebat in nos, timendum profecto nobis, sed cum
 hic arcus in templo nostro est, & in caelum tensus, timeat cae-
 lum, nos quid timeamus non habemus, dari ergo arcum in nu-
 bibus nostris, fuit in templo nostro suspendi arma inimica no-
 bis. Hic arcus est in Maria positus, quae & nubes est caeli, &
 templum nostrum, templum repente fit Dei. Sic propheta
 Christum appellat, suscitans suscitabis arcum tuum, iuramen-
 ta tribus, quae loquutus es. Dabit Dominus ipse vobis signum, B
 pacis, scilicet, & misericordiae. Ecce virgo concipiet, ecce ar-
 cum in nube, ad eam accedamus, dicentes Ave Maria.

In clarissimorum martyrum festiuitate, operae pretium erit
 interrogare, quae de causa in lege gratiae voluerit Deus effundi
 copiosissimum sanguinem hominum, qui martyrio coronati
 sunt, & qui in lege veteri animalium irrationabilium sanguine
 contentus fuit, in lege noua illo reiecto sanguine, filiorum suo-
 rum sanguinem fundi voluit? Adauget vero difficultatem hanc,
 quod lex gratiae, lex est amoris, dulcedinis, & misericordiae, &
 in ea effusus erat iam sanguis ille Christi, qui innumeris redi-
 mendis mundis factus erat. Et nihilominus sanguis martyrum in
 tanta copia effusus est, ut merito dicatur, effuderunt san-
 guinem sanctorum tuorum, sicut aquam in circuitu Hierusa-
 lem, plures enim homines sacrificati martyrio sunt in lege noua, C
 quam animalia in veteri. Ex praclaris martyribus testatur
 Hieronymus in vnumquemque anni diem esse quinque millia us-
 que ad deum atatem, & post illum innumeri sunt, merito sine
 dubio potest Ecclesia Christo dicere quod vxor Moyse ei di-
 xit circunciso filio, sponsus sanguinum tu mihi es.

Licet multas huius rei causas dicere possemus, sed illam vnica
 perpedamus, quae ad Ecclesiam spectat. Et quoniam illa? Vidit certe
 Ecclesia Deum pro ipsa sanguinem fuisse fuisse, vult & ipsa sanguinem
 pro eo fundere, ut ei debitum reddat eodem monere genere, quod
 auunt. Hoc Ecclesiae nomine loquitur Psal. Quid retribuam Dno

pro

A pro omnibus, quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam.
 Optimè dabitur, quid retribuam Domino pro omnibus, quae
 retribuit mihi. Relinquamus modo cetera, quae retribuit no-
 bis, illud solum usurpemus, de quo Ioannes, ait, qui dilexit nos,
 & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quid repende-
 mus amori? Quid rependemus sanguini? amorem amori
 rependamus, sanguinem sanguini, sola digna retributio,
 cum amor amore, sanguis sanguine compensatur. Hoc est
 quod subiungit David, calicem salutaris accipiam, & nomen
 Domini inuocabo, quasi dicat, sane dignam retributionem, aut
 plenam compensationem minimè inuenio. Verumtamen ad
 qualemcumque gratiarum actionem, ecce calicem amaritudi-
 nis, atque passionis, quem tu bibisti Domine, pro amore tuo bi-
 bere paratus sum propter veritatis confessionem, etiam mor-
 tis amaritudinem libenti animo suscepturus, idque faciam cum
 aperta confessione, & inuocatione nominis tui, cuius gratia &
 saluberrimum est, & omnino gloriosissimum passiones, atque
 etiam mortem tolerare. Et hoc est, quod subiungit, vota mea
 Domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in con-
 spectu Domini mors sanctorum eius, quasi dicat, deuotionem
 in te meam testabor coram omni populo, nec mortem formida-
 bo pro nomine tuo, quae utique gloriosissima, & preciosa est.
 Calix hic, de quo Psal. loquitur, ille est proculdubio, de quo
 Christus Matth. 20. potestis bibere calicem, quem ego bibi-
 turus sum? & iterum Matth. 26. si fieri potest, transeat à me ca-
 lix iste, & Ioannis. 18. calicem, quem dedit mihi pater, non vis,
 C ut bibam illum? Hunc calicem ille bibit, imo ad faeces usque ex-
 hausit, hunc bibunt martyres omnes, sicut quod aliquo modo re-
 tribuunt Deo tuo. Hinc Ignatius scribit. Modo incipio disci-
 pulus Christi esse, cum martyrium inchoaret. Hanc dignam
 retributionem Sebastianus reddere voluit, positus quasi signum
 ad sagittam, fuit enim Christus signum, in quod vniuersus mu-
 dus sagittas direxit suas. Ecce hic positus est in signum, quod
 contradicetur, & Iob. 34. violèta sagitta mea absque peccato.
 Voluit Sebastianus ei rependere, factus etiam signum ad sagit-
 tam. Nec vero hoc ira Dei in suos censenda est, sed gratia ma-
 xima, & summum beneficium. Hoc enim interest inter reges

Sancti.

A 3

terra,

Habach. 3.
 Esai. 7.

Palm. 45.

Hierony.

Exod. 4.

Psal. 115.

Apoc. 1.

Psal. 115.

Matth. 20.

Matth. 26.

Ioan. 18.

Ignatius.

Luca. 2.

Iob. 34.

terre, & regem cæli, quod terre regis dilectis suis officia concedunt minimi laboris, & maximi honoris, minoris periculi, & maioris delectationis, at contra Deus, quod sum mi discriminis est, quod laboris maximi illud maius reputat, illud amicis largitur suis, suosque honestat in laboribus, Christo filio suo, cui præcipuus locus debebatur concedit humani generis redemptionem, quod omnium difficilium difficillimum erat, ac laboriosissimū. Vnde omnium peccata soluere debuit doloribus acerbissimis. Deinde Apostolis mundi expugnationem concedit in laboribus plurimis, in carceribus, in periculis. Deinde martyribus simile quid concessum est, vt summis tribulationibus fruerentur. Non ergo hoc mali indicium est, sed optimi, & felicitis vsque quaque. Vobis, ait Paulus datum est, non solum vt in eum credatis, sed etiā vt, & pro illo patiamini. **B** hęc signo antiquo nosse? Audi. 1. Reg. 20. ait Ionathas ad Dauid, cum signum ei vellet dare, si rectè, vel malè res eius se haberent apud regē. Si dixerò, inquit, puero, ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me, pax tibi est, & nihil est mali, si autem dixerò, ecce sagittæ ultra te sunt, vade in pace, quia dimisit te Dominus. Pacis signum, & omnis boni, nulliusque mali est, sagittæ intra te sunt, signum vero iræ procul esse. An non hoc Sebastiano sagittis transfixo dicemus. Sagittæ intra te sunt? pax ergo tibi est, & nihil est mali. Simile vero quid loquemur omni afflicto, qui quasi sagittis confixus est, non hoc malum tibi reputandum est, sed pacis signum. Sic ille putabat, qui orat Domine, ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me, quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est ira Dei, non est furor Dei in eum, in quo sagittæ infixæ sunt.

Hęc vero tanta sanguinis effusio, & tribulationum inundatio, quæ in lege gratiæ est, non obstat eius dulcedini, & suauitati, vt initio concionis opponebamus. Nec enim gratia id tollere debuit, quod homini maximè gloriosum, & honorificum est, quale pro Deo suo pati, sed passionis acerbicatem, dolorè afflictionem, & animi depressionem gratia tollit, animumque firmat, vt facillè, suauiterque omnia perferat mala. Audi militiæ Christianæ antesignanum. 2. Corint. 4. In omnibus tribulationibus

lacionem patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deijcitur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Hoc vero quod de se Paulus testatur, de omnibus martyribus eorum testatur scriptores, miro enim erectoq; animo in tormentis extitere alij in carceribus, vt in regia aula, alij inter prunas quasi in rosis ambulabant, alij ad supplicium vt ad nuptias ibant. Quod non in viris solum, sed & in pueris & in puellis visum est, vt admirationi fuerint mundo, & tortoribus ipsis, propter quod eorum plurimi conuersi ad fidem sunt, & alij se victos profitebantur. Inter quos merito annumerandus est Sebastianus, qui immanissimum Diocletianum **B** adeò liberè increpauit tam forti animo, & inuictò corde in stipite fuit, vt non immerito credamus cum eo illud factum à Deo, quod cum ijs fieri assolet, qui viui sagittis configendi sunt, datur enim cuique patronus, vt vulgo dicitur, qui primam in cor dirigit sagittam, qua penitus extinctus reliquas sagittas non sentit, viuis sagittandus educitur Sebastianus, quem habebit patronum, qui cor eius transfigat, eumque mundo mortuum faciat, vt sagittariorum sagittis non affligatur? Certè ei patronus fuit Christus Dominus, qui eius cor sagitta amoris diuini sic sagittauit, vt reliquas nihili duceret. Hanc sagittam sensit, qui dicit, sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua. Hanc vel has sagittas promiserat, qui dicit. Sagittæ tuæ acutæ, (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis. In corda sagittæ Dei infiguntur, & continuò de ijs, qui confixi sunt ijs sagittis, dicitur, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. De eodem Psalm. sagittas suas ardentibus effecit idest, ardentibus effecit, vel affecit eas rebus ardentibus, vt cor inflamment. Quod si cor Dei amore ardet, temporalia incommoda despicit corporis passiones non curat, quia non est ibi amor eius, sed in cælo, vbi est thesaurus illius. Sed qui nimium dolet, nimium gemit in laboribus, signum dat, se non mortuum huic sæculo esse, adhuc viuere, nec gratia uti, vt debet, nec suauitatem legis gratiæ gustasse, qua computrescit iugum à facie olei. Nec verò illud ex-

Philip. 1.

1. Reg. 20.

Psalm. 37.

Simile.

Agust.

Psalm. 44.

Colos. 3.

Psalm. 7.

In festo S. Fabiani

Et Sebastiani.

Math. 11. pertus leuamē est, quod author gratiæ promisit dicens. Veni A te ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

Simile. Sed alius dicet. Martyrium mihi quidem adest nullum, opto quidem illud, sed longè à me est, aliquis mihi est labor, sed minimus. Quomodo ergo ego sanguinem sanguine compenso? quid ego retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, quomodo calicem salutaris accipiam. Videtur mihi, se Deum habere cum hominibus ad eum modum, quæ negotiator ex Indis adueniens, & gemmas, margaritasque plurimas deferens, quasdam vendere incipit, maximum postulat pretium, sed tandem videns paucos emptores, exiguum petit, & infimo pretio contentus est. Venit negotiator ille cælestis in terram venditurus nobis dona gratiæ suæ, & gloriæ cælestis, initio quidem Ecclesiæ sanguinem petebat, & vitam, vt hæc nobis largiretur, tunc qui Christum suscipiebat, continuo ad mar

Psal. 43. tyrium se parare oportebat. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed iam multum per omnem modum pretium minuit. Vide quam parum est, quod te oportet pati, ita nobis omnibus merito dici potest illud Pauli. Nondum vsque ad sanguinem restitistis, peccato repugnantes. Licet verò calicem hunc Christi non bibas, tamen saltem eum accipe. Est enim calicem accipere, & est calicem bibere, calicem accipit, qui animum offert Deo suo prius sui causa passio, paratum ad omnia pro eo ferenda. Calicem bibit, qui martyrio coronatur, quod omnibus non conceditur, multi enim sanctorum vehementer hunc calicem sitierunt, & sumebant in manibus, vt biberent, dum Deo id quotidie offerebant desiderio, sed non est eis datum, vt biberent, & martyrij gloria coronarentur. Et licet omnes sancti aliquando hunc gustent, quia aliquid eis datur pro nomine Iesu pati, sed non omnes vsque ad sanguinem restiterunt. Nouit enim Dominus infirmos esse quosdam, qui licet sint robusti satis, vt gustent, non tamen sufficientes sunt, vt ebibant illum amarum calicem, qui ita est amarus carni, vt secundum eam partem ipse etiam Saluator, omnium athletarum robustissimus ab eo abhorreret, cum in illa

Math. 20. grauissima lucta patri diceret, si fieri posset transeat à me. calix iste,

Lucæ. 14. A iste, ideo plurimorum consulēs infirmitati eis calicem nõ propinat. Omnes tamen vult illum accipere, dum ad turbas vniuersas exclamans ait, *Lucæ. 14.* si quis venit ad me, & nõ odit patrem suum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me non potest meus esse discipulus. Dicitur verò calix salutaris, Christo quidem, quoniam per illum intrauit in gloriam suam; nobis similiter, quia per varias tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

Actor. 14. Vt ea, quæ dicta sunt edoceret, descendēs Iesus de monte, stetit in loco campestri. Ascenderat ad montem cum paucis, cum perfectis, scilicet, qui dicunt, ecce nos reliquimus omnia: Sicut Moyses cum paucis montem conscendit, vniuersus populus eum expectabat ad montis radices. Verò perfectio paucorum est, ideo descendit vt plures eum sequi possint, quomodo enim turba nisi in humili Christum videret, non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia, ait Ambrosius. Hoc ostendit summam in homines charitatem, & suauitatem, dum descendit, facilem nobis præbens cæli viam, nec ardua, & sublimia exegit. Vide Ioannem Baptistam, qui militibus publicanis, & omni populo faciles dat in cælum vias, non ab illis exigens vitæ rigorem, quem ille præstiterat. Sic Paulus coniugatis, virginibus, viduis, dominis, serui regulas præscribit bene viuendi, cuique in suo statu. Possit quidem Deus ab omni homine perfectissima quæq; postulare, omnibus indicare perfectam temporalium abnegationem, omnibus imperare asperriam penitentiam, sed si hæc ille præciperet, in monte staret, pauci eum sequerentur, nunc verò non sic, sed descendit, quia verè mandata eius grauiora non sunt, vt ait Ioannes, facile ea potes implere. Tu in valle stas, Christus ad te descendit, sæcularis es, uxorem duxisti, in eo statu Christum sequere, castitatem seruas, torum immaculatum, delicias fuge, aliqua pro eo pati nõ recusas, & saluus eris.

Deinde Christus descendit, postquam ascenderat, vt ostendat vitam christianam mixtam ex actione, & contemplatione. Ascendit Christus in montem, vt discas eleuare in Deum me-

tem per orationem, descendit, vt noueris, descendere ad opera charitatis: in monte sedet Christus, in loco campestri peregrinatur, ascende in orationem, vt in ea quiescas. Sic Hieronymus ad Celantiam. Intra in cubiculum secretum, qui sit tibi portus in quo à tempestate quiescas. Cum Christo in monte sedente tu quoque sede. Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Vacate, & videte, quoniam suauis est Dñs. Partē aliquā tēporis in hoc opus sume. Sed postquā federis surge: surge postquā federitis, qui māducatis panē doloris. In hoc saeculo panē manducamus doloris: surgamus ergo postquā federimus, descendamus cū Christo de montē ad opera necessaria proximorum. Surge, comede, grandis tibi restat via, donec peruenias ad gloriæ montem, vbi totum est requies. Sedebit tunc populus meus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. **B** Modo Christus sedet ad dexteram patris, sed cum inter nos moratus fuit, ascendebat, & descendebat. Quidam quidem opera charitatis exercent spiritualia, quidam corporalia, sed omnes ascendant, & descendant, oportet. Sic Paulus, attende tibi, & doctrinæ. Nec vero se impediunt actio, & contemplatio, imo verò iuuant maximè, vt ostendit D. Thomas. 2. 2. q. 181. art. 3. Sicut enim cum super prunas carbones mittis, vel ligna, tunc quidem videtur ignis extingui, sed paulisper expecta, & videbis augeri, non extingui ignem: ita ignis diuina est contemplatio, & amor; eius verò nutrimentum sunt opera charitatis in proximos, cum his intendis, principio quidem videtur Dei amor extingui, & contemplatio impediri, sed non ita est, cum redieris ad orationem post actionem debitè præstitam videbis ignem creuisse. Sic Angeli, licet nos custodiant, nosque comitentur, vt Raphael Tobiam, non ideo à diuina impediuntur contemplatione. Sicut enim amor mediorum non impedit amorem finis, ita amor proximi propter Deum, & eius opera in nullo impedirent Dei amorem. Imo & duo opera inter se ordinata in nullo se impediunt, vt intellectio, & loquutio: Imo sicut duo instrumenta musica, cum pulsantur, mutuò se iuuant, sic actio, & contemplatio Christiani: ergo vita perfecta mixta sit oratione, & contemplatione, vt sit circumdata varietate.

Præterea

A Præterea descendit, quia licet in alto manere posset: cum fenatoribus terræ, sed nō obliuiscitur eorum, quæ inferius sunt, ideo descendit: Hinc Psaltes, quis sicut Dñs Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra? In altis habitat in mōtē, sed humilia respicit, hoc est, *descendēs IESVS*. Non sic homo, qui cum in sublimi se videt, etiam suos non agnoscit. Sic Pincernæ cōtingit obliuio Ioseph. Non sic Deus. Præterea, descendit, postquā ascēderat, vt nos doceat, sic locū altum possidere, vt nouerimus descendere, nos agnoscētes, ac vilitatem nostrā. Quando te in sublimi statu videris constitutum, ne obliuiscaris, quod nihil sis, vel vt plurimum vilis vermis. Ille in loco edito securus est, qui nouit descendere, ac se humiliare. Huiusmodi erat Rex propheta dicens, ego autē sum **B** vermis, & non homo, ille ego, qui rex, qui dux, qui propheta, qui diues, qui fortis, adhuc vermis sum. Sic copulauit Deus ima summis, alta humilibus, vt nihil tam altum sit, quod non habeat, vnde humilietur, nihil tam vile, vt non habeat aliquid, quo in meliorem spem surgere possit. Non est adeo superbus gallus gallinaceus, etiam si Indicus sit, qui, si pedes conspiciat, non humilietur, humiliatio tua in medio tui, ait propheta. Cōstitutus in alto es? ditus es? magistratum geris? vis hæc rectè possidere? in bonum tuum his vt? descēde, sede in puluere virgo filia Babylon. Sic descendit de folio suo rex Ninie. Ne dicas cum Pharaone, & Nabuchodonosore, Deus ego sum, & nō homo. Postquam descendit ad bestiam Nabuchodonosor, securè ascendit in regnum. Vt hæc nos Christus doceat; descendit in locum campestem.

Conueniunt tunc plurimi, & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa, & Hierusalem, Tyri, & Sidonis. Non Hierosolymitæ, & Iudæi solum Christum sequuntur, sed & Tyrij, & Sidonij. Ne gloriatur Hierosolymita, quod solus Christum sequatur, à latere videt Tyrium, & Sidonium simul sequentem. Ne gloriatur sapiens, sacerdos, religiosus, quod Christum sequitur, nec putet, quod ille solus sit, qui eū imitatur, verè enim multi sunt seculares Christū sequentes, quorum cōparatione cōfundi potest. Multi enim de infima plebe Christū sequuntur, qui præcedāt in regno cælorū multos prælatos, ac religiosos.

Hierony.

Thren. 3.

Psal. 45.

Psal. 126.

3. Reg. 19.

1. Tim. 4.

D. Thom.

Simile.

Psal. 44.

Psal. 112.

Genes. 40.

Psal. 37.

Micha. 6.

Iona. 2.

Daniel. 4.

giōsus. Quis vnquam in mentem inducere posset, latronem **A** tam inclytum sanctitate futurum? quis viduæ elemosynam à Deo in tanto pretio habitam? Quis intueretur Paulum seruantem vestimenta lapidantium Stephanum, & diceret, hic melior erit lapidato Stephano? Quis videret nobilem, illustratque equitem Sebastianum ducem primæ cohortis indumentis militum indutum, & diceret, hic præcedet in calorū regnō plurimos Eremitas? Quamuis Sebastianus exteriori habitu dissimulas interiorem virtutem, se habuit vt prudens venator, qui habitu induitur, qui colorem montis refert, dissimulatque, nec persequitur statim feras, quas venaturus exiit, vt illæ non timeant, nec se seruent. Talis Sebastianus, quem si à foris tantum cerneres, diceres, virum huius mundi esse; nihil curam æternam, sed iatus cilicio inducibatur, exterius imperatoribus obsequens, interius Christo Domino; & hac dissimulatione multos Christo lucrificat, cōplures accedens ad martyrium, maximè Marcum, & Marcellianum, qui iam penè defecerant blanditijs deliniti, nullum ergo despicias, nisi te solum.

Omnis verba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, &c. Sicut cum ex Indis venit ditissimus vir, accedunt ad eum consanguinei, & noti eius, vt eorum pauperiem leuet, sic de cælimontē Christus descendit, tanta affluens deuitiarum copia, vt in eo sint omnes thesauri sapiētiae, & scientiæ Dei. Omnes ergo accedunt ad eū, vt aliquid accipiant ab eo. 4 Reg. 13. Cū que tetigisset mortuus ossa Helisei, suscitatus est: quid non operabitur Christi contactus? Hest. 15. Accede igitur, & tange sceptrum in signum misericordiæ, & remissionis, abolitā iā est **C** lex illa, bēstia, quæ tetigerit montem lapidabitur. Olim mortuus est Oza, quod tetigerit arcam, sed iam accedere potes, & Christum tangere. Sed ais, quis tunc turbæ illi adisset, vt Christū videre, & tangere posset? In potestate tua hoc est, nec hoc solum, sed multo plus, eum recipere dignè in Eucharistiæ sacramento, & Christum tanges, imo & intra te repones. Mirū profecto, quæ auiditate tunc omnes turbæ concurrebant ad Christum implentes illud Isaiæ. 2. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eū omnes gentes. Simul etiam stupendum, quam iam refrixerit

Christi

A Christi Domini desiderium, quam pauci ad eum accedant suscipiendum. An non hoc mirandum? Vides coram te ingentē auri aceruum, ebullit cōtinuò cor tuum, suspirat, secumq; alloquitur, & dicit, o quis hæc possideret? beatus essem si talibus fruerer diuitijs, gliscis auri desiderio, & nihil non faceres, vt eo frui ac potiri posses, & vides in altari Christum Dominum thesaurum infinitum, infinitus est enim thesaurus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei. Hunc infinitū thesaurum non desideras? non suspiras? non in domum tuam ducere curas?

Ec ipse eleuatis oculis in discipulos. Considerāda eximia Christi modestia est, quæ tanta fuit, vt notetur ab Euangelistis aliquando, quod oculos subleuaret. Maxima enim custodia oculi, sensusq; nostri custodiendi sunt, nec sine causa leuadi. **B** Quoniam oculus meus deprædatus est animam meam, vt ait Hieremias. Hinc omnium nostrum perditio ortum habuit. Vidit mulier lignum, quod esset pulchrum visu, aspectuq; delectabile. Hinc malū omne Dauid. 2. Reg. 12. De ambulante Dauid in solario, vidit Bethabee se lauātem. Mors enim ascendit per fenestras. Ciuitas ab inimicis oblecta si in portis custodes non habet, si Ianuas apertas tenet, quomodo obsecro, stabit? Sententia medicorum est, & quidem rationi consona, qui venas habet amplas, atque extensas, morsus à venenoso serpente facile perit, venenū enim per amplam venam facile discurrit vsque ad cor. Non vero sic qui eas angustas habet. Sensus ergo tuos constringe, ne venenum tibi propinatum à demone facile cor tuum penetret, portas sensuum occlude. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine, Iob ait. **C** Id ipsum, tu præsta, ne & tu pereas cura tenibus illis, qui videntes pulchritudinem Susannæ exarserunt in concupiscentiam eius.

Beati pauperes, beati qui esuritis, beati qui nunc stetit. Vide de ijs in festo omnium sanctorum. Addit vero cælestis magister. *Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, &c.* Dicit quispiam, si scirem me electū à Deo, & prædestinatum, omnia, quæ mundi sunt, despicerem, lætissimus essem, & bene dicit, sic enim ad suos Christus ait, nolite gaudere, quod **Matth. 10.** spiritus

Smile.

Simile.

4. Reg. 13.

Hest. 15.

Exod. 19.

2. Reg. 6.

Isaiæ. 2.

Sapient. 7.

Thren. 3.

Genes. 2.

2. Reg. 12.

Ierem. 9.

Simile,

Iob. 31.

Daniel. 13.

spiritus subijciuntur vobis, sed in hoc gaudete, quia nomina & vestra scripta sunt in libro vitæ. Vis signum tibi dari aliquod prædestinationis, & electionis tuæ? considera, & attende, an in te sit crucis signum, quod est tau illud Ezechielis. 9. quod super frontes gementium Angelus inscripsit, ne perirent, vide an tribuleris in hoc mūdo, si multa pateris, signum habes tau. Sicut oues sua signa habent, vt à dominis agnoscantur sic oues suas Christus cruce, & tribulatione signat, dæmon verò suas delicias, ludis, diuitijs, & sæculi vanitatibus. Cyprianus sem. 3. de patientia ait, cum desæuisset in eum persecutio audiuisse à Deo, se scriptum in vitæ libro. Et Gregorius ait. Sicut medicus videns infirmum de cuius vita desperat, curationes non adhibet, sed eum pro arbitrato agere sinit, comedat, bibatque quæ libent, cum verò ad vitam dispositum videt, hinc parsimonia, purgatione, & flebotomia iuuat. Sic Deus animarum medicus de præscitis dicit, curauimus Babylonem, & non est sanata relinquamus ergò eam, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuationibus suis. Signum hoc reprobi est. Iustum verò, prædestinatūque curat, & affligit. Sic cum Iob factum est, qui cum aperuisset oculos, videretque in se sinum prædestinationis, in tribulatione spe erectus ait. Quis mihi det, vt scribantur sermones mei in plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus viuait, & in nouissimo die resurrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Reposita est spes mea in sinu meo. Sed vnde tanta sibi spes? quia se tribulatione signatum vidit. Hinc sancti lætati sunt tribulationibus, rebus verò succedentibus prosperè trista. Si enim insigne nobilitatis tanti habetur apud nobiles, cruxque in pectore gestatur cum gaudio, quia in ea agnoscitur nobilis prosapia, quomodo signum filij Dei non magnificandum est? Huius rei multa exempla nobis Deus proposuit in martyribus, & omnibus, qui insigni sanctitate fuerunt præditi. De omnibus enim dicitur, hi sunt, qui venerunt de magna tribulatione. Sed vt excellentius nobis esset exemplum, quo maius nec esse, nec excogitari possent, se ipsum huius rei exemplum nobis Christus proposuit. Et sicut Helias Heliseo pallium reliquit, quo aquas transire possent

A set Iordanis, sic exemplum suum nobis Christus dedit, vt tribulationum aquas, libèter sustineamus, nec in eis deficiamus. Hinc Petrus. Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplum. Et, Recogitate ergò eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, vt non defatigemini, animis vestris deficientes. Hinc omnes martyres didicerunt patienter aduersa tolerare. Parum fuit, ait August. exhortari martyres verbo, si non firmaret exemplo. Sicut ergo Gedeone frangente vas suum, omnes eius milites fregerunt vasa sua, & victoriam pepererunt, ita Christo in carne passo, martyres hac cogitatione armati idem perfecerunt. Et inter innumeras passionis Christi causas, vna non contemnenda fuit, vt martyribus innumeris exemplo esset. Cum enim Ecclesiæ nobilissima pars martyres sint, ad Christum spectabat, eos non verbo tantum, sed & opere edocere, quod illis maximum præstitit adiumentum, eorumque animos incendit, mirè, ac inflàmavit. Hinc Paulus. Curramus per patientiam ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Hoc vires addit Sebastiano. Hoc nos in hanc pugnam, vt intremus, maximè mouere debet, vt si focij passionum fuerimus, simus & consolatio-
nis in gloria.
&c.

1. Petri. 2.
Hebra. 12.

Augst.
Iud. 7.

Hebra. 12.

In festo S. Agnetis Virginis, & martyris & pro commu- ni Virginum.

*The. Simile est regnum calorum decem Vir-
ginibus. Matth. 25.*



MATER Mariæ nomina clarissima, vnū illud est, Virgo Virginiū, & Virginum regina. Et merito hoc illi nomen datur, ipsa enim statum Virginitatis voto firmatum in lege gratiæ inchoauit, & hunc illa tanto in pretio habuit, vt si Dei mater esset futura, cum detrimento virginitatis, & gauderet de filio & doleret de proposito, nec antea angelo assensum præbuit, donec ab eo audiret, Spiritus sanctus superueniet in te, quo dubitationi eius respondit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco; id est, omnino cognitura nō sum. Cum verò à Dei matre in tanto precio habitam virginitatem viderunt, tum homines, tum scēminæ, hanc plures maxime coluerunt, impletumque est illud Psalmi, adducuntur Regi virgines post eam, id est, post Mariam, plurimæ eam imitantes, virginitatemq; vouentes, Deo afferentur sponsæ, proxime eius adducetur tibi in lætitia, & exultatione, id est, tanquam pedise quæ post eam continuo illi proximæ, & adhærentes venient cum magna exultatione, tum sua tum vniuersæ curiæ cælestis. Merito cælestis, diuinusque hic status à cælesti, diuinaq; Maria inchoatus est. Inter virgines verò, quæ illam sequuntur sunt, præcipuam dicamus Beatam Agnetem ætatis terdecim annorum, sed ei erat senectus mentis immensa, verè prudens, & prudentissima virgo, cuius tanta fuit dignitas, vt sacrosanctū missæ sacrificium ornare voluerit Ecclesia eius nomine, Lucia, Agnete &c. Sed aded est diuina virtus hæc virginitatis, vt maxime

Ber. in missus est.

Luca. 1.

Aximè nobis necessaria gratia sit, vt de ea loquamur, ad Virginum reginam accedamus &c.

In Elyta, illustrisque est ciuitas illa Ierusalem, cuius innumeri sunt ciues conscripti, & omnes Reges sunt, à minimo vsque ad maximum, omnes coronas Regum in capite habent, & non qualescunque, sed incorruptas, vt dicit Paulus, & illi 1. Cori. 9. quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. De qua Psalmista, imposuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et Apocalypsis. 2. esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et de huius vrbis ciuibus, dicitur Apocalypsis. 2. 2. Dominus illuminabit illos, & regnabunt in seculum seculi. Et Christus ad eos. Venite benedicti & iusti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Ecce omnes reges sunt.

B Sed inter hos Reges, regem esse, & regem regum dici, & dominum dominantium, quantum obsecro erit? Reges terre regnant, sed pauperibus dominantur, & si magnatibus, sed paucis, qualis obsecro rex esset, qui mille millia regum haberet in subditos? Qui ergo inter cæli reges rex fuerit, principabitur innumeris regibus. Sciendum ergo, omnem beatum regem esse, & coronam regni habere, gloriam scilicet essentialem. Sed aliqui beatorum sunt, qui super hanc coronam alia insigniuntur corona, qua cæteris beatis præminet, quæ ostenditur, super alios principari. Sed inquiris, qui sint isti, qui inter cæli ciues reges sunt, & qui alia insigniuntur corona? Respondetur: inter Romanos fuerunt diuersæ coronæ, quibus donabantur, qui strenue se gesserant in re militari, vt corona ex lauro, quæ dabatur triumphantibus, ob fidionalis ex gramine, quæ dabatur ei, qui obsessos ab obsidione liberasset, ciuica ex quercu, quæ insigniebatur, qui ciuem liberasset, muralis, quæ dabatur ei, qui primus murum conscenderat, erat etiam corona naualis, & aliæ id genus. Sic ergo ad huius instar sancti patres doctuerunt, quod super essentielle diuinæ beatitudinis præmium, quod dicitur aurea corona, superadditur alia corona accidentalis, quæ ijs conceditur, qui aliquod præclarum factum

Sanct,

B

cinus



Exod. 25.

Luc. 22.

Matth. 5.

cinus in militia spiritali gesserunt. Cuius rei figura præcessit **A** Exodi. 25. quo loco ait Dominus. Facies mensam de lignis sethim & inaurabis eam auro purissimo (hæc est figura mensæ cælestis, de qua Christus Dominus ait, ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis supra mensam meam). Et additur. Faciesque ei aureum labrum per circuitum, & ipso labro coronam interrasilem (hac corona significatur præmium essentiale sanctorum) & super illam alteram coronam aureolam, hæc est, quæ significat eam, quæ datur ijs, qui insignem obtinuerunt victoriâ. Est ergo laureola, vel aureola accidentale gaudium de aliquo insigni facto, essentiali præmio superadditum, corporali decore declaratum, vel per modum coronæ in capite, vel per modum palmæ. Hæc autem aureolæ tres sunt, Virginitatis, doctrinæ, martyrij, secundum tres hostes contra quos pugnamus, secundum vires, quibus pugnamus, secundum tria quibus vincentes Christo configuramur. Secundum hostes quidem, quia suprema victoria contra carnem est, quando omnino cohibetur, quod fit in Virgine. Contra mundum, quando eius tyrannidi usque ad mortem resistimus, quod fit in martyre. Contra diabolium, quando eum non solum à inerte propria sed ab aliorum mentibus per lucem doctrinæ fugamus. Hanc laureolam significat Christus Dominus, dicens, qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum, magnus plane, qui coronatur præ cæteris. Secundum vires verò, quibus pugnamus, quia doctrina respondet rationali, per quam fidei doctrinam diffundimus, martyrij vero aureola irascibili, quæ versatur circa ardua, maxime circa pericula mortis. Virginitatis aureolam concupiscibili, quæ versatur circa concupiscibilia, maxime venerea, Christo verò configuramur per doctrinam, ut fuit mediator noster, qui omnia, quæ audiuit à patre nota fecit nobis, per virginitatem ipsi, ut fuit fons omnis puritatis, per martyrium eius passioni. Inter has vero laureolas si comparatio fiat, vicissim se superant, & superantur. Laureola doctoris excedit in obiecto, scilicet, veritatibus intelligibilibus. Laureola marty-

A martyrij excedit in vnus pugne arduitate, & terribilitate. Virginitatis verò in hoste fortissimo, perpetuoque, contra quem pugnatur, est enim caro maximus inimicorum. Et inter alia, hoc etiam eam fortissimam reddit, quod inimicus est à Christo non victus, pugnavit ille contra dæmonem, quem vicit, & in mundum, quem etiam deiecit, ipso testante, confidite, ego vici mundum, contra carnem verò pugnam non iniit, fuit enim illi per omnia obedientissima, nec villo prædita formite. Inimicus qui iam semel victus est, facilius secundo & tertio superatur, inimicus vero non victus difficilius. Licet ergo nobis, ut carnem vincamus, gratiam meruit, & assiduo præstat, & sic nobis superavit, sed illam ipse in se non vicit, nec cum ea unquam pugnavit. Et hoc etiam aureola virginitatis excedit reliquas, quod eas potest consequi etiam ille, qui aliquando & victus, & superatus est in illa pugna, ut Augustinus aliquando erravit, & tamen doctoris laureola fruitur, aliqui martyres victi sunt tormentis, ut Christum negarent, qui postea iterum redeuntes in martyrij pugnam, palmam consequuti sunt at laureola virginitatis exigit perpetuam victoriam. Hinc Hieronymus, audacter dico, Deus cum omnia possit, Virginem recuperare non potest. Excedit etiam, quia virgines, ut Augustinus ait libro de virginitate, in pluribus Christo assimilantur, ideo de eis dicitur, sequuntur agnum quocumque ierit. Sicut autem essentialis beatitudo est in anima, redundat tamen ad corpus, quod glorificatur, ita laureolæ sunt gaudium animæ de illis præclare gestis, redundabit tamen in corpus per aliquod exterius signum coronæ, vel palmarum, ut dicunt doctores in 4. distinct. 49. quæstione quinta, de laureolis, & sic laureola donati signo illo reges inter cæli ciues apparebunt.

B Nunc vero sermonem cœuertamus ad Beatam Agnetem, puellam duodecim vel terdecim annorum, quæ in cælesti regno duplici ornata laureola est, martyrij, scilicet, & virginitatis, & hæc tenetur

Ioan. 16.

Hieron.

August.

Apoc. 14.

Ambrosius

puella consequuta est difficillimis victis inimicis, acri pugna, terribilique praelio. Ambrosius libro primo de virginibus ait. Natalis est sanctae Agnetis, mirentur viri, non desperent parvuli, stupeant nuptae, imitentur innuptae, fuit devotio supra aetatem, virtus supra naturam, duodecim annorum martyr fuit, detestabilior crudelitas, quae nec minuscule pepercit aetati, imo magna vis fidei, quae etiam ab illa testimonium inuenit aetate, fuit ne in illo corpuscule vulneri locus? & quae non habuit, quod ferrum reciperet, habuit, quo ferrum vinceret. Istius aetatis puellae toruos vultus parentum ferre non possunt, & acui districta solent puncta flere quasi vulnera. Haec inter cruetas manus carnificum impauida, haec stridentium catenarum grauius tractibus immobilis, & inter gladios carnificum impauida. Nouum martyrii genus, non dum idonea poenae, & iam matura victoriae, certare difficilis; facilius coronari, magistra virtutis, quae per aetatem discipula esse non poterat. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicij locum, laeta successu, gradu festina virgo processit, non in torto crine caput compta, sed Christo, non stolulis redimita, sed moribus. Flere omnes, ipsa sine fletu, mirari plerique, quod tam facile vitae suae prodiga, quam nondum hauserat, iam quasi persunta donaret. Stupere vniuersi, quod iam diuinitatis testis existeret, quae adhuc arbitra sui per aetatem esse non posset, effacitque, ut ei de Deo crederetur, quia quod super naturam est, de auctore naturae est. Quanta terroribus egit iudex, & carnifex ut timeretur. In quantis blanditijs, ut suaderet nuptias, sed nihil illam commouit. Cervicem dat fortiter, fletit, orauit, cervicem inflexit, cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus esset, tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno periculo, cum puella non timeret suo. Haec Ambrosius. Haec, quae diximus, mundo noua, & inaudita sunt. Laudabatur olim mulier fortis. Proverbiorum. 31. quod apprehendebat fufum, quod fecit sindonem, quod plantauit vineam, & alia similia iniqua officia praebere. Sed nunc laudatur mulier non fortis solum, sed fortissima de summo fortitudinis opere, quod sanguinem vitamque profundat in prope. Non timeo minitatem iudicem, non carcerem, & catenas horret,

non

Prover. 31.

2. Tim. 2.

Ambrosius

A non ignem venetur, sed dignis ipsam, quam non tetigit, non de nique ferrum. An non haec digna laureola? an non digna corona? nisi non coronabitur nisi qui legitime certauerit, verè dignus est corona legitime certans, & dignissima Agnes corona tam acri superato certamine. Vidimus certamen martyrii Agnetis? Sed si certamen castitatis, inspiciamus, non minus apparebit. Sicut non magna est patientia, non magna humilitas, non magna obedientia, quae exagitata, & tentata non est, sic non magna castitas, quae tentata non fuerit. Sed puellae huius castitatem varie tentatam, ostendit Ambrosius in sermone de hoc festo. Insanit pra amore iuuenis elegans, nobilis, diues, praefatque filius, sed à virgine repulsam passus est. Recede inquit, à me pabulum mortis, & somnus peccati, nutrimentum facinoris, discede à me, quia iam ab alio amato re prauenta sum. Sic sic virgines, & omnes carniuae respondere debent impudicis nuncijs, offerunt illi multa preciosa, promittuntque maiora, sed virgo ut steterit reputauit. Afferit adhuc pretiosissima, & repulsam passus est, miser iuuenis amore carpitur ore, & inter angustias animi in helo cruciatur spiritu, inter haec lecto prostratur, & per alta suspiria amor medicis aperitur. Fuit haec nota patri, qui omnibus modis curat, quod filius procurauerat, sed in vanum. Ante se adductam blandis loquitur sermonibus, sed ad haec illa aures obturat, virgo Christi nec blandimentis, sed uocatur, nec terrore concutitur.

Sed quod Agnetem continuit, quodque illa semper respicit, illud fuit, alteri desponsata sum, qui ornauit me pretiosis Margaritis, & circumdedit me vernantibus, atque coruscantibus gemis, induit me cyathis auro texta, & immensis montibus ornauit me, cuius mater virgo est, cuius pater feminam refecit, cuius Angeli seruam, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur, ipsi soli seruosi fidem, ipsi me tota deuotione committunt. Ex quibus patet virginum sponsum Christum Dominum esse. Quid de virginitate praestantius, aut dici, aut excogitari potest, quam Deum sponsum mereri? Pro cuius intelligentia querendum est, amicitiam alicuius cum Deo sponsum non esse, quod dicitur in scripturis, & praedicatores parantiphon, & interuicium, sed quod dicitur in manibus sancti Deo quae ex Deo sponsum dicitur Sanct. B 3 enim

I Cor. 11. enim vos vni viro, ait Paulus. Hoc vero peragunt, ostenden-
Psal. 44. tes animabus sponsi pulchritudinem, nobilitatem atque diuitias. Id præstabat, qui dicit, audi filia, & vide, inclina aurem tuam, & obliuiscere &c. Quia concupiuu rex decoré tuum. Ad eos etiam pertinet animas ornare, vt Christo pulchre appareant. Sicut ille præstabat, qui triclimum Assueri in potestate habebat. Sic Genes. 24. exit Abrahæ procurator, quaeriturus spon- sam Isaac, & inuēta Rebeca eam ornat ad aquas, in aures ei dās & monilia, in fonte enim baptismi, & penitentiæ ornatur anima fide, quæ ex auditu est, & operibus. Licet ergo omnis anima fidelis sponsa Christi dicatur, maximè tamen virgo. Multæ enim puellæ intrabant ad Assuerū, & omnes sponsæ erant, sed quæ ei maximè placuit fuit Hæster, quæ proinde corona insignitur regni, & perpetuò cum rege manet, talis virgo est, laureola donatur, regina inter reginas declaratur, perpetuò cum sponso manet, quia sequuntur agnum quocumq; ierit, vt Ioannes ait. Et ideo etiam de virgine in canticis dicitur. Sexaginta sunt reginæ, octuaginta concubine, adolescentularum non est numerus, sed vna est columba mea, perfecta mea, electa genitricis suæ, quæ est hæc vna virgo vtique, hæc enim fide & opibus longè reliquas antecedit. Vt ex professo ostendit Paulus: Virgo cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sancta corpore, & spiritu, nupta cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, & diuisa est. Hinc est quod Deo maximè virginitas & placet, atque probata est, aded vt in defendendis vrbibus terræ promissæ solum virgines exceperit. di-
Num. 31. eens, tantum virgines referuare. Numerorum 31. Et ideo filia Iephthæ plorat: cum sodalibus virginitatem suam, quia maximè nocuum est, virginem amitti. Et quando id nõ fit, quæ si malum dicit maximam Psal. virgines eorum non sunt læmetate. Sed inquiris, num virginitas infidelium Deo placet, qui iussit eorum virgines referuari? Respondetur, quando res aliqua nobis chara valde est, non eam solum diligimus, sed eius imaginem, atque similitudinem. Chara Deo humilitas est, non solum eam in magno pretio habet, sed & eius imaginem, quæ in pueris est, ideo in digno tulit eos, qui arcebant pueros dicens, finite paruulos uenire ad me. Similiter chara Deo virginitas

A. virginitas est, quæ virtus est, & licet hæc in infidelibus nõ fuerit, tamen fuit eius imago in virginibus eorum, ideo illarū curam gerit, seruat eas, atq; honorat.
 Tanta vero res est virginitas, ait Chrysostomus, vt ne putet virginos, totumque perfectille negotium, necessarium fuit, hodierno explicari euangelio, sine oleo charitatis virginitatem factis non esse, esseque virgines fatuas, quæ seruata virginitate, oleum charitatis non seruauere, audiamus iam Christi verba de hac re.

Simile est regnum calorum decem virginibus. Ecclesia Christi virginibus similis dicitur, propter puritatem, & integritatem fidei, qua virgo est, veritatem enim habet sine erroris scoria. Omnes reliquæ sectæ si aliquam docent veritatem, eam mixturis errorum innumeris congestam docent. Hinc Psalm. narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Reliquæ omnes leges mundi sunt fabulæ vaniles, & ridiculæ. Nec enim erroris sectam aliquam esse in mundo Deus voluit, qua homo, si rationem consuleret, falli posset, aut excusari eam sequens. Macumeti secta aded est ridicula, vt ne eam Philosophi irriderent (vt fecerant iam) constituta lex est à Turcarum imperatoribus, ne quis eorum dialecticæ, & philosophiæ operam daret. Talis Iudeorum lex, quam hodie illi sequuntur, quam Talmut dicunt. Talis gentium idola colentium religio falsa. Sed Christi Ecclesia virgo est, incorrupta in illa veritas edocetur. Lex Domini immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele sapien-
B. tiam præstans paruulis, eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatum terræ, purgatum septuplum. Hæc fidei integritas, quæ ab Ecclesia retinetur, significatur in Christi veste inconsutili in qua nihil sutum, aut disruptum est, quia Ecclesia, quæ Christi vestis est, iuxta illud Prophetæ, viuit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, summa est integritate. Vnde sancti, & Concilia, cum sermonem miscerent hæreticorum, qui diuidere Ecclesiam volunt, dicunt, eos vel le rumpere inconsutilem Christi vestem. Sic loquitur Conciliū

Chrysost.

Psal. 118.

Psal. 18.

Isai. 49.

B. 4. Toledo

Conc. Toletanum.
Alexan.

Toletanum vnde decimum, hæretici inconfutem, vobem Do-
mini dilacerant. Et Alexander episcopus, Alexandrinus dixit,
Christum veste coccinea sibi appropinquasse, et illi seque, At in ipsam
disrupisse. Hinc hæretici dicunt adulteri, & meretrices; Ec-
clesia vero virgo dicitur. Quia in re id nobis, vnde de consideratione
est, quia in Ecclesia posita Deo sumus, quæ virgo est in regem
maieque gratias agam, qui eripuit nos de potestate tenebrarum
& trãstulit in regnũ filij dilectionis sue, regnũ lucis, & veritatis.

Indit. 3.

Esai. 62.
Psal. 118.

Accipientes lampades suas exierunt obuiam, &c. Mosillus erat
regionis, eis, quos cum honore vellet excipere, cum lampadi-
bus occurrere, Iudith. 3. excipientes Holofernem cum coro-
nis, & lampadibus. Maxime vero sic Christus excipiendus est,
qui & lampas est, Esai. 62. saluator eius velut lampas accedatur.
Lãpas vero primo significat fidẽ, & verbũ Dei, quod merito la-
pas dicitur, quia vt Psalm. ait, lucerna pedibus meis verbũ tuũ
& lumen semitis meis. Sed fatua virgo est, quæ oleum charita-
tis lampadi non adhibet, quia sine dubio extinguetur in nocte
lucerna eius, si eo caruerit; fides enim saltem in morte defi-
ciat. Vel per lampades intelliguntur ipsi fideles, qui obuiam ex-
eunt Christo Domino. Sed dubitas, quomodo ergo dicuntur
accipere suas lampades, num se ipsos accipiunt? accipiunt cer-
te; hac enim dote Dominus hominem super cetera animan-
tia ornauit, vt subdominus esset, & suarum operationum; & se
posset accipere, & ducere, quos vellet, non ergo dedit Deus
homini solum ea omnia, quæ a foris sunt corporalia; sed maius
illi donum dedit, cum ei dedit se ipsum, vt se accipere posset, &
impleret se oleo charitatis, lumine fidei; & exiret obuiam Deo
suo, cum que homo sic est dispositus, lampas est ardens, talia
erant animalia illa sancta, & aspectus eorum quasi carbonum
ignis ardentium, & quasi aspectus lampadum.

Eze. 1.

Iob. 12.

Greg.

De hac lampade, iusto scilicet, fide, & charitate ornato, lo-
quitur Iob. 12. Deridetur enim iusti simplicitas; lampas
contempta apud cogitationes diuitum; parata ad tem-
pus statutum Super quæ verba multa, & optima Gregorius. Pri-
mo, ait, huiusmodi sapientia est, cor machinationibus regere,
sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera
sunt falsa demonstrare. Iustus vero contra simplex, rectusque
est,

AA

B

C

A est, hunc despicit humana sapientia, lampas, ait, contempta apud
cogitationes diuitum. Diuites hic dicuntur, ait Gregorius, ela-
ti, superbi que. Quidam enim sunt, quos census per tumorem
non eleuat, sed misericordie opera exaltant, & sunt nonnulli,
qui dum se terrenis opibus abundare conspiciant, superbiunt;
& intumescunt. Non immerito Paulus ait, diuitibus huius sa-
culi præcipe, non sublime sapere. Non est ergo census in crimi-
ne, sed affectus. Diues epulo diuitijs perditus est, Abraham in
sinu Lazarum tenens secus, quia diues fuit humilis. Vide eum
authori suo colloquentem, Isquar ad Dominum meũ, cum
sim puluis; & cinis, quid iste diuitias suas æstimare nouerat,
qui se ipsam cinerem, pulueremque pensabat, aut quando hinc
B res possessæ extollerent; qui de se quoque earum possessore
tam abiecta sentiret? Et sunt nonnulli, quibus res terrena non
suppetunt, & tamen apud se per fastum tumoris eriguntur, qui
etiam inter superbos diuites apte numerantur. Quos ergo ven-
tura vitæ amor non humiliat, Iob hic diuites appellat, quia in
iudicij ultione non discrepant, vtrum rebus, aut solis moribus
intumescant. Hi ergo videntes, iustos non sequi, non amare,
quæ ipsi diligunt temporalia, eos irrident, ac vilipendunt; mor-
tuosque iudicant. Sic Marci. 9. clamans, & multum discer-
pens eum, exit dæmon, & factus est sicut mortuus, ita vt
multi dicerent; quia mortuus est. Sed Iesus tenebris ma-
num eius eleuauit eum. Quasi mortuus est, & mortuus
reputatur; qui a maligni spiritus potestate liberatur: mun-
do mortuus est, & carnalis in eo conuersatio extinguitur. Sed
C addit Iob. apud cogitationes diuitum. Quia cum Christiano
nomine conuersant reuerentia religionis præssi publicè non ir-
rident, sed apud se in cogitationibus suis, bene ergo lampas
contempta iustus est, qui cum exterius non fulgeat, & nulla ex-
ternis oculis vestium pompa eum componat, non superbus sa-
stus commendet, licet interni iudicis oculis virtutibus emi-
neat, despicitur a superbis diuitibus, & irridetur. Mentis enim
carnalium pensare bona non valent, nisi quæ carnaliter videt.
Hinc. 1. Reg. 16. Dauid sanctum, lampademque ardentem
pater suus despexerat, quem prophætæ Samuelis oculis præsen-
tare recusabat, qui ad vnctionis gratiam cū septem filios addu-
xisset,

Greg.

1. Tim. 6.

Gene. 18.

et dicitur

Marci. 9.

1. Reg. 16.

xisset, à Propheta requisitus, an numerum sobolis expleffet, cū magna despectione respondit, est adhuc puer paruulus, qui pascit oves. Ecce lampadem contemptam, quia extra cernentibus non lucebat. Vis videre lampadem aliam contemptam? aspice Paulum. 2. Cor. 10. Epistolę, inquit, graues sunt, presẽtia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis, an non lampas contempta Agnes, quę in lupanar ducitur? An non lampas contempta omnis martyr, quę mundus vt latronem, & sacrilegum reputauit.

Sed quo vsque tandem contempta erit? parata, addit solum ad tempus statutum, sed quod hoc tempus? vtique extremi iudicij dies, quo iustus quisque qui nunc despiciuntur, quanta potestate fulgeat, demonstrabitur, tunc enim cum Deo iudices venient, qui nunc pro Deo iniuste iudicantur, tunc eorum lux tanto latius emicat, quanto eos nunc manus persequentium durius angustat, tunc pauper voluntarius iudex veniet, vt illud impleatur, cū federit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes &c. Tūc implebitur illud, nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principat' eorum. Tūc stabunt iusti in magna cōstãtia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc mirabuntur diuites, & ingemiscẽt dicẽtes, ecce, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij, quomodo cōputati sunt inter filios Dei. Efficitur ergo in mēbris, quod in capite præcessit, lãpas enim Christus Dñs est, vt ex Isaia diximus supra, quam illuminare mundum, vidit Ioannis. 1. erat lux vera, quę illuminat omnem hominem. Quam hæc contempta lampas fuerit in mundo, quã irrisus, quãque cū iniquis deputatus, manifestum est, sed parata hæc lampas est in tempus statutum, sed quod tempus? illud plane, de quo Psal. cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et Ioannis. 7. tempus meum nondum aduenit. Et Actorum. 3. Petrus ait, quem oportet cælum suscipere, vsque ad temporã restitutionis, illo ergo tempore Christus, quem tu despicias, quasi contemptam lampadem, adueniet, & eò districteius te iudicabit, quo diutius te expectauit, & à te magis fuit contemptus. Quod ostendit Isai. 42. tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Nemo ergo hanc lampadem contem-

contemnat, cui enim nunc non ardet ad veniam, sine dubio tunc ardebit ad pœnam?

Prudentes accipiunt oleum secum, non sic fatue. Hinc lumen adsuit prudentibus, defecit verò fatuis. Ignis in propria sphaera sine lignis, oleoque consistit, sed in infamis, si ignem nutrire, ac conseruare volumus, necessarium nobis est, adhibere nutrimenta, vel lignorum, vel olei. Vnde cum Leuit. 6. præcepisset, ignis in altari meo semper ardebit, subiungit, quem nutriet sacerdos appositis lignis. Et olei plurimam copiam in templum duci, iussit, vt lampades semper arderent, Deus noster ignis consumens est, eius gratia, & charitas ignis etiam est, qui in cordis altari semper ardere debet. Sed hæc sæpius excidere solet in his, qui nutrimenta adhibere negligunt. Sed quę

inquis, hæc nutrimenta sunt? vtique omne opus bonum nutrimentum eius est, quo stat, crescitque ignis, opera misericordię oleum sunt oliuarum, sacramentorum frequentia opera afflictionis, consideratio diuinorum. In cælo quidem hic ignis est, quasi in sphaera propria, tibi nutrimentis non indiget, at in terra sine his non diu durabit. Si verò volueris nosse montem non ventum, ex quo ligna innumera colligere possis, quibus ignem accedas, istum, ingredi in Christi vitam, in beneficia tibi collata, ea sæpe mente volue, ea considera, & in meditatione tua exardescet ignis. De vnica illa aue fenice scribit Plinius, plura colligere ligna odorifera, ac calida, radijsque oppositam solis alis insufflare, sicque ignem accendere, quo consumitur, vel potius renouatur alia aue exorta, simile quid tu age, vt renoueris. Quod si interrogaueris, vnde tanta vis amoris in Agnete fuit, in cuius corde nihil aliud vsquã visum est nisi Christi amor, & desiderium, verè hoc igne consumpta est, non extrinseco, qui eam tangere non præsumpsit, quam diuinus amor incēderat, sine dubio ligna plurima collegit in hunc excitadũ ignem ex Chri cōsideratiõe, & beneficiorũ, quę in eã cōtulerat, quã illa multis verbis adiudicẽ eloquuta est? Audi quid acciderit fatuis

Clausula est ianna, & nescio vos. Aliquando omnibus nobis tepus illud sine dubio adueniet, quo nos videamus vndiq; circūdatos peccatis omnibus, quę in memoriã reducẽt nobis inimici nostri, & legionibus demõnũ, qui parati erũt ad capiendã prædam,

2. Cor. 10.

Matth. 19.

Psal. 138.

Sap. 5.

Esai. 62.

Ioan. 1.

Psal. 74.

Ioan. 7.

Actor. 3.

Isai. 42.

Leuit. 6.

Exod. 27.

Deut. 4.

Plinius.
Similit.

quædam, veluti si oves à lupis circumdata esset, sed quod hoc te
 pus? & quâdo hæc erunt? cito utique, hæc est hora mortis, quid
 tuæ facturi sumus? quod nobis effugium? solus Christus Domi-
 nus, qui est ostium & ianua nostra, si hæc nobis aperta est, salvi
 sumus ab ira per ipsum: si hæc clausa, va nobis. Accidit ali-
 quando, terribilem, & exagitatam taurum persequi aliquæ ho-
 minem, qui aufugit, & in ianuam venit, quam si apertam inue-
 nit, ingreditur, & saluatur à summo discrimine, si vero clausa ia-
 nua est, & taurus eum impetit, quid miser faciet? Ego sum o-
 stium, ait Christus Dominus, per me si quis introierit, saluabitur;
 cum ergo te persequentur hostes tui, cum peccata, cum de-
 mones, si tibi ianua aperta est, saluaberis: sed cui ianua aper-
 ta est, hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam; Pfal-
 tes ait: Et Isaias, aperite portas, ingrediatur gens iusta faciens
 iudicium. Sed postquam ingressæ sunt prudetes virgines, clau-
 sa est ianua fatuis, quid faciet misera anima, quam uniuersus in-
 fernus persequitur, in quam diuina deseruit ira, cum venerit
 ad Christum, in quo solo salus, & audiat, *nescis vos?* non me
 agnoscisti in vita, nec te agnoscam in morte; non ad me perti-
 nes, quid facietis in die visitationis, ad cuius confugietis auxi-
 lium? quis vos liberare poterit? Vade ad Deos tuos (dicit) quos
 coluisti, surgant, & opitulentur vobis, & in necessitatibus vos
 adiuuent, vade ad seculi vanitates, quas dilexisti, ad diui-
 tias, quas amasti. Vnde Moyfes, vbi sunt Di-
 i aut minores eorum, in quibus habebant fidu-
 ciam? &c. Non est Dñe alia salus nisi in te, &c. *per te &c.*
 In con-

Simile.

Ioan. 10.

Palm. 117.

Esai. 26.

Esai. 10.

Deut. 32.

In conuersione sancti
 Pauli Apostoli

The Domine quid me vis facere
 Acto. 9.



MA X I M A profecto orationis vis est. Hoc
 verò testatur Pauli conuersio, quæ fructus
 fuit orationis Stephani, qua pro persecutoribus
 orauit, vt Augustinus ait. Non haberet Eccle-
 sia Paulum, nisi pro eo orasset Stephanus. Ora-
 tur pro crucifigentibus: sed Christus cælestis magister, le-
 gerat lectionem illam in crucis cathedra, qua ostendit inimi-
 cos diligendos, & pro eis orandum, Pater dimitte illis, quia
 nesciunt, quid faciunt. Memoriam mandauerat lectionem istam
 Stephanus, antiquus Christi discipulus optimus, & ideo positus
 gentibus clamauit voce magna. Domine ne statuas illis hoc pec-
 catum. Erat ibi Saulus consentiens morti eius, & custodiens
 vestes lapidantium, vt in omnibus lapidantibus ille lapidaret.
 Exaudita oratio Stephani fuit, cæli enim aperti ei sunt, & ora-
 tio, quæ funditur pro inimicis, cælos inuenit apertos, nec pul-
 sare illam oportet ianuas cæli, & fructus ex illa oratione colle-

o **C**ellus Paulus conuersus est. Mira profecto orationis vis. Et quo-
 nam spiritus precum deficit, ideo omnibus caremus bonis. Si
 vero sanctus fructus orationis Stephani est, oratio Mariæ vacua
 à fructu nequaquam erit, eam ergo humiliter oremus &c.
 Præcipuo gaudio Ecclesia celebrat Pauli conuersionem,
 & iure id quidem. Cum enim exercitus duo in campum ve-
 niant, vt pugnam intant, si dux præcipuus, ac fortissimus illius
 exercitus in alterum deficiat, & ex hoste memino amicus fiat,
 vbi illiter pro eis pugnet, summa læticia excipi solet. Sic ex-
 ceptus Abner à Dauid fuit, cum ad eum defecit. Ait enim
 scriptura, misit nuncios Abner ad Dauid dicentes, fac me cum
 amicis,

Aug.

Luc. 23.

Acto. 7.

Simile.

Reg. 3.

amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel. Qui ait optime, ego faciam tecum amicitias, & cum venit, fecit illi Dauid conuiuium. Nunc ergo dextera praeclarus synagogae eam deserit, & qui prius magnam cladem in Ecclesia inferebat, nunc supplex ad eam venit, ut pro illa pugnet, quomodo cum laetitia excipiendus non est? Gaudet nunc Ecclesia quae prius doluerat in partu Pauli, cum puer esset, nunc vero factus est vir in euangelica lege, & ideo gaudet, quia natus est homo in mundum. Cum postremum filium ederet Rachel, cepit periclitari, ad quam obstetrix ait, noli timere, quia & huc habebis filium, & illa vocauit nomen filij Benoni, id est, filius doloris mei, pater vero vocauit eum Benjamin, id est, filium dexteræ. Paulus de tribu fuit Benjamin, ut ipse testatur. Et Chrysostomus ait, ideo seruatos fuisse sexcentos viros de tribu Benjamin, cum vniuersa tribus deleta fuit, ut Paulus inde nasceretur, tanta Dei cura in suos, & respectus in sanctos. Sed & Benjamin figuram, typumque Pauli expressit, ut Augustinus late ostendit, dicens, ad eum respexisse Iacob, cum Benjamin benediceret, dicens, Benjamin lupus rapax, mane rapiet prædam & vespere diuidet escas, vel spolia. Mane & vespere posita sunt pro eo, ac si diceretur, prius, & postea. Sic igitur accipiamus, prius rapiet, postea diuidet escas. Attendite raptorem, Saulus adhuc spirans minarum, & cadis &c. Postea vero Christi voce prostratus escas fidelibus diuisit. Sicut vero Benjamin minimus natu fuit inter filios Iacob, ita Paulus postremus ad Apostolatam vocatus est, & ipse se dicit minimum Apostolorum. Qui ergo filius doloris dictus fuit, nunc nomine mutato filius dexteræ, & filius gaudij efficitur. Quomodo vero Paulus fuerit Benjaminus persimilis, & per ipsum expressus postea laetitia ostendemus.

Deinde hodierna dies lætitiæ est, quia in ea Dei gloria manifestata fit in Pauli conuersione, illiusque potentia mirabilis. Ut enim hanc efficeret mirabilem conuersionem, & Saulum superaret, non hominem misit, aut Angelum, sed ipsemet Christus rex in arenam descendit. Magnæ autoritatis vir ille esse debet, cum quo rex ipse in pugnam venit. Ideoque Alexander ad Olympica certamina non venit, quia cum rege sibi similliter contendere

tendere ibi non poterat. Postquam Christus in cœlum ascendit, nescimus ex scriptura, inde descendisse, nisi ut certamen iniret cum Paulo. Venerat prius homo factus, ut debella ret aereas potestates, nunc à dextera patris gloriosus descendit, ut Saulum debellaret. Et ideo Ananias ad eum ait. Dominus Iesus, qui apparuit tibi in via. Et ipse dominus ad eum ait, ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et idem Paulus, postquam Christi Domini apparitiones post resurrectionem factas enumerasset, addit, nouissime autem omnium itaquam abortiuo, visus est & mihi, ego enim sum minimus Apostolorum. Honorificentissimum Paulo fuit, quod ab ipso Christo Domino superaretur, & quod is, qui pro omnium salute semel descenderat, iterum pro Pauli salute descenderet, & ideo de hac re ipse gloriatur, cum ad Ephesios ait, ego Paulus victus Christi Iesu. Non solum dicit victus, quia Christi causa victus Roma erat, sed singulari ratione quia ab ipso Christo victus est, & superatus, eique se tradidit victum, & ab eo euangelium didicit, non ab homine, neque per hominem, sed per reuelationem Iesu Christi. Sicut ergo alius magister Paulo datus non fuit, nisi Christus, ita ipse solus eum superauit, & cum eo pugnavit. Quo facto ostenditur, eximium opus nunc effectum esse, ad quod peragendum Deus descendit à cœlo. Sicut verò Paulo cedit id in gloriam, ita & Christo Domino, hodie enim illud effecit verè, quod olim in figura, cum ex petra aquas largifimas populo dedit, quod Deo gloriosum ostendit Psaltes, cum ait, qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum &c. Nomini tuo da gloriam. Si ergo Deo gloriosum extitit, è petra aqua educere, nunquid non gloriosissimum erit, ex Paulo, qui petra durior erat, aqua doctrine vniuerso mundo proferre? Si hodie horribile, asperumque desertum vides, terram inuisam, inaquosam, & petrosam, cras vero eam vides mutatam in hortum voluptatis amantissimum, cum repete id effectum sit, dices, manus Domini fecit hoc, hæc mutatio dextere excelsum, ut Psal. ait. Id vero in Paulo factum est manifestè, cum repente factus est ex summo summus, ex maximo peccatore, & persecutore, summus prædicator & propugnator Ecclesie. Impletumque est in eo illud Esaiæ, aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes,

Ioan. 16.
Gene. 35.

Indic. 20.

Au. ser. 14.
de sanctis.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ephes. 3.

Ad Gal. 1.

Numc. 20.
Psal. 110.

Simile.

Psal. 76.

Esai. 41.

fontes, ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuisam in riuos aquarum. Dabo in solitudine cedrum, et spinam, & myrtum, & lignum oliuæ, ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum: simul, vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Dñi fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.

Luc. 15. Et denique dies iste letus est, non terre solum, sed vniuerso caelo, si enim gaudium est in caelo super vno peccatore penitentiam agente, supremum erit gaudium super primo peccatore miram penitentiam agente. Hinc ipse ait, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Præcipue verò spectandas plura, quæ in hac conuersione singularia sunt. Primum, quod in Paulo, vt in sermone, surgit nunc vniuersa gentilitas. Paulus in virtute vniuersus mundus est, non ergo ille solus spergere censeatur, sed vniuersum cum eo, quod illius prædicatione Christo obediet. Secundum, quod licet omnis conuersio sit mirabilis, & opus supernaturale, ad quod Dei potentia necessaria est, vt voluntas recedat ab vltimo suo fine, & ad finem supernaturalem conuertatur, tamen Pauli conuersio miraculum est in ipso genere gratiæ, tum quia illum Deus conuertit, qui etiam & conatu maximo resistebat, & obicem ponebat gratiæ, tum verò, quia maxima celesti luce, & mirabilibus donis in momento ornatus Paulus est, vt in puncto prodiret tanquam vas aurilidum, ornatum omni lapide pretioso. Potentiã iræ suæ ostendit Deus in Pharaone, qui ei restitit, sed potentiã gratiæ, & misericordiam hodie ostendit in Saulo, qui ei obstinato corde resistebat, & ibi maior splendet misericordia, vbi maior est miseria, & durities peccati. Sed expende summã Saulo exhibitã misericordiam. Magna Dei misericordia est, cum peccatorem reuertentem excipit, vt filium prodigum. Maior miseria est, cum diu peccatorem sustinet, & expectat, rogatque, & obsecrat, quæ pacis sunt, & misericordiam offert importune. Summa verò illa est, cum vocatus quis resistit, Deus verò in occursum illius procedit, & quasi per vim illum superat, & ad se trahit. Cuius rei similitudo in Lothi præcesio, de quo scriptum est, Cumque esset mane, cogeabant eum Angeli, dicentes. Sur-

gc

Age &c. Et iterum, dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & duxerunt eum, & posuerunt extra ciuitatem. Attendenda sunt verba illa, cogeabant eum, & apprehenderunt manum eius. Hoc enim cum Paulo effectum est, & hoc etiam illud est, quod rex ait. Compelle eos intrare, & ideo Ecclesia orat. Re belles nostras ad te propitius compelle voluntates, o summe Deus coge sic nos, vt ad te veniamus. Non hæc quidem coactio est simpliciter, volens enim homo conuertitur, sed quodammodo vis inferni videtur homini, cum repente mutatur in virum alterum, à summa malitia in summam perfectionem.

Iam ergo attendamus mutationem istam, & Metamorphosin, quam adinuenire Ouidius non potuit, nec efficere Circe. Mutatio ista fuit leonis, ac lupi in agnum, quæ naturæ impossibilis est, & ipsimet gratiæ rarissima. An non Lupus, & Leo ille erat, de quo dicitur, *Saulus adhuc spirans minarum, & cadis in discipulos Domini.* Ecce Leonem, en Benjamin lupus rapax. En Leonem Sampsonis, qui ipsum impetit, sed ab eo discerpitur, & in ore ipsius inuenit postea fauum mellis, verè enim Paulo dici potest, mel, & lac sub lingua tua. Hic est piscis ille magnus, qui inuasisit Tobiam, sed educus è fluuio est, & palpitare cepit, & cibus in viam omnem factus est, Paulus enim alterum manna est, habens omnis saporis suauitatem. Sed qui prius Leo, nunc agnus est. Et impletum est illud, habitabit lupus cum agno, & de agnis illis est, de quibus dicitur, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

C Hic verò attendendum est, etiam in malefactorum electorum aliqua reperiri, ex quibus Deus maxima bona educit, & licet in eo; cum peccator est, malum illud sit, Deus tamen illud vertit in bonum. Sic in Moysè. Ait Aug. cum Aegyptiũ interfecit inferentem iniuriã, licet male fecerit, propria autoritate occidens, tamè attedit Deus illius pro iustitia zelus, & animũ robore præditũ, vt dux Israelis esset. Sicut aurifex videns minerale, attendit, aurũ ibi esse, & licet terre mixtum, si tamè purificetur, optimũ futurum. Ita vidit Deus in Paulo nimium zelum legis, & licet non secundum scientiã, non tamè ex malitia procedentem, sed ex ignortia, & ideo Deus dixit tollamus ab eo ignorantiã & zelus Dei maximus in eo erit, vt Apostolus sit gentium. Ducem

Sanct.

C

enim

Luc. 14.

Iudic. 14.

Cant. 4.

Tob. 6.

Esai. 11.

Matth. 10.

August.

Exod. 2.

enim aget strenuū pro iustitia, qui acriter pugnauit pro lege. **A**
1. Tim. 1. Vnde ipse ait, misericordiam consecutus sum, quia ignorans
Prover. 29. feci in incredulitate mea, Pharisei persequēbatur Christū odio
 iniquo, & malitia: quia ille manifestā eorū malitiā efficiebat. De
 his vero Sapiēs ait. Viro, qui corripientē dura cervice contēnit,
 repentinus ei superueniet interitus. Nollet hic virtutē in mūn-
 do esse, ne illius malitia manifestior sit. Nō sic Paulus, sed puta-
 bat, obsequiū se præstare Deo, cum Christum persequēbatur.
 Cum ergo sic Saulus viam agerat, subieo *Circumfulsit eū lux*
de calo. Initium totius boni hominis lux est. Cū in corde pec-
Gen. 1. catoris dicit Deus, fiat lux, sicut initio mandi dixit, & tenebris
2. Cori. 4. dispulsis videt homo æterna bonā, tunc in se homo redit. Nec
 in corpore solum Paulo accidit, vt lux circumfulgeret, sed ma-
 gis in mente. Vnde ipsemet ait, Deus, qui dixit, de tenebris lu- **B**
Psal. 17. men splendescere ipse illuxit in cordibus nostris. De hac etiā
 luce Plaltes ait. Quoniam tu illuminas lucernam meam. Domi-
 ne, Deus meus illumina tenebras meas. Hæc lux effecit exte-
 rius in oculis Pauli, vt apertis illis nihil videret. Lux verò inte-
Philip. 3. rior efficit, vt nihil videat, quod aliquid esse reputet, eorū, quæ
 temporalia sunt. Hinc ipse ait. Quæ mihi fuerunt lucra, arbitra-
 tus sum detrimenta, propter eminentem scientiæ charitatem
 Christi. Lumine etenim cælesti vidit cælestia, & ideo vniuersa
 caduca nihili putauit.
 Sed expendendum est, non solum luce perfulsum Paulum,
Psalm. 90. sed circumfulsum, quia vt Plaltes ait, scuro circundabit te veri-
 tas eius, veritas vero lux est, quæ nos circundet, & merito, quia
1. Pet. 3. diabolus circuit, quærens quem deuoret, vt Petrus ait, & ideo **C**
 opus est, hominem diuina circundari luce, vt nulla parte nos
 dæmon impetere possit. Captiuauerat intellectum lumine,
 nunc voluntatem in captiuitatem redigit verbo, dum ait, *Saule*
Saule, quid me persequeris? Saulus à Saule dictus est, & ideo si-
 cut Saul persecutus est Dauidem, & vniuersos, qui ei adhère-
 bant, ita Saulus Christum, & eius discipulos. Vocē vero audit,
 dicentem sibi, Attendit, ad se, vocem factā, ideo nāq; concione
Psal. 84. non proficis, quia nō tibi dicere putas, sed alteri. Non sic Dauid,
 qui ait, audiā, quid loquatur in me Dñs Deus, id est, mihi. Hoc
 verbo molliuit Chr̄s Pauli cor, & ideo, vt eū magis demulce-
 ret.

Aret, ait, cur me persequeris? Non cum dicit proditerem, per-
 secutorem ve, sed qua de causa in me insurgis, cum nihil malā
 me acceperis? Tunc anima Pauli liquefacta est, vt dilectus lo-
 cutus est, quia ignitum eloquium tuum vehementer, & seru-
 tuus dilexit illud. Et per prophetam ait, nunquid non verba
 mea qua si ignis, & quasi malleus conterens petras? Recte ve-
 rō ait, *quid me persequeris?* Me inquit, qui te genui dereliquisti,
 imo & persequeris? Me, qui te redemi qui tradidi me ipsum pro-
 te. Emphasim maximam continet illud, *me.* Accidit aliquando,
 vt Pater, & eius filius mutato habitu nocte per ciuitatem
 deambulent, & cum sibi inuicem forte occurrant, nec
 mutuo se agnoscant, in arma veniunt, & filius Patrem ma-
 lè vulnerat, ad quem Pater illum agnoscens, ait, me ne per-
Bcutis, qui pater tuus sum? Tunc filius depositis armis, ad pa-
 rentis pedes prosternitur, & veniam petit. Id ipsum Paulo acci-
 dit, imo & omni peccatori. In tenebris enim ambulat. Deum
 viuē non agnoscit. In Deum arma lumit, in eum peccat, quia
 nescit Deum. Qui enim dicit, se nosse Deum, & mandata
 eius non obseruat, mendax est. Cū verò Deus mirabili
 sua luce tenebras imēntis dispellit, & se animā manifestat,
 dicens, quid in me peccas, quid me persequeris? statim ani-
 mus hominis Deo humiliatur, ac veniam petit.
 Præterea ait, *me.* Licet enim in gloria ad Dei Patris dexte-
 ram sederet, se dicit laetum, quia eius Ecclesiam, fidem, & le-
 gem persequēbatur Saulus. Hoc verò est Christo Domino
 adimere regnum, quod in terra obtinet, quod tanti ducit, vt
C propterea mortuus sit, vt viuorum, & mortuorum domine-
 tur. Hoc est pellere eum à propria domo, quæ est creden-
 tium corda. Deinde ait, me persequeris, quia vnum sume
 membra cum capite. Sicque enim ait, quod vni ex his mini-
 mis meis fecistis, mihi fecistis, ita etiam ait, qui vos tangit,
 tangit pupillam oculi mei. Hinc etiam, de his, qui scandā-
 lo sunt, Paulus ait, peccantes in fratres, & percutien-
 tes eorum conscientias infirmas, in Christum peccatis.
 Si hoc contēderemus, & proximos tanquam Christi mem-
 bra inspicere mus, & tanquam eius templa, in quibus ille, &
 non sic le proximum læderemus verbo, aut opere, sed oculis
 humanis.

Cont. 3
 Psal. 118
 Iere. 23

Simile

1. 104. 1

Matt. 23. 1

1. Cor. 8.

humanis, nō fidei proximos intuemur, & ideo leue putamus, A
fios lædamus, aut persequamur.

Hanc vero vocem Saulus audiuit, *Cadens in terram*. Voce
enim maiestatis intonuit Dominus, qua ipsum in terram de-
iecit. Primum quod Deus in anima efficit, cum ad eam terribi-
liter loquitur, est illā in terram deijcere. Licet sapiētior sis Sa-
lomone & fortior Sampsonē, altiorque cedro, si Deū audis,
tremes, & in pulu erem redigeris. An non sic timuit Maximus
Adā, cum audiuit vocem Domini deambulantis in paradiso?
Audi Iob, Auditū auris audiui te, nunc autem oculus meus vi-
det te, idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla,
& cinere. Licet gigas sis, tremes, si Deum videris. Primū, quod
Deus animæ ostēdit, est infinita maiestas, in quā peccauit, quā
visa, (vt in hac vita videri à nobis potest,) anima se nihil esse
videt, & cor transfigitur hoc verbo, ego ne tantum Deum con-
tempserim, nescitque homo, vbi se abscondat. Tunc cadit homo
in terram pauore percussus, humiliatur Deo, seque agnoscit,
& aptus efficitur, vt sapientia repleatur, cuius initium timor
Domini est. Paulus in terra cadens ad Christi pedes Saphirus
est, qui ad Dei pedes esse dicitur in Exodo. De qua re vide infe-
rius hoc tomo, in concione Apostolorum Petri, & Pauli.

Addit vero Christus Dominus. *Durum est tibi contra stimu-
lum calcitrare*. Id est contra veritatem pugnare, quæ tandem
vniuersa vincit. Stimulum dicit veritatem, nam Sapiens dix-
erat. Verba sapientum stimuli, premi namque veritas potest, sed
non opprimi. Et deinde, durum est tibi, contra misericordiā,
& bonitatem meam calcitrare, potentior mea bonitas est mali
tia tua, & ideo eam superabit. Multis stimulis nos Deus puñge
re solet, graui infirmitate, tribulatione, dolore, noli calcitrare
sed potius conuertere ad Dominum Deum tuum.

Sed quid Paulus respondet? *Domine quid me vis facere?* Vt
perfectus loquitur, non vt infirmus. Cæco alteri Christus dix-
it quid tibi vis faciam? Cæcus Paulus factus est, & ait, quid me
vis facere? Perfectus hoc est, signūque optimæ, & iustificatæ
mentis, in Dei manibus se relinquere, dicereque Deo, & co-
fessio, vicariū Dei, quicquid præceperis, faciam. Hic secū,
nō vte, donec, æternam salutem acquiram, nihil non faciam,
vt Deo

A vt Deo satisfaciam. *Et erat tribus diebus nō videns, & non mādu
cauit, neq; bibit*. Quid ergo faciebat? Certe extasi raptus erat in
paradisum. Vnde Dominus ait ad Ananiā. *Ecce enim orat*. Im-
pletum nunc in Paulo est illud Psalmi. *Viderūt ingressus tuos*
Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Præuen-
runt principes coniuncti psallentibus in medio iuencularum
tympanistiarum, in Ecclesijs benedicite Deo Domino de fon-
tibus Israel. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.
Quasi dicat. *Viderunt discipuli tui ingressus tuos, in hunc, sci-
licet, mundum, vt cū hominibus conuersareris, & in cælum, &
hi principes primū à te vocati licet præuenerint reliquos, sed iū-
cti sunt psallentibus tibi, & iuenculis tympana pulfanti-
bus, quæ sunt Ecclesiæ ab eis fundatæ, in quibus Ecclesijs Do-
mino benedicitur. Quia olim victores excipiebantur non à vi-
ris duntaxat, sed & à fœminis canentibus, vt Dauid exceptus
est, ideo ad hoc alludens, ait Ecclesias quasi tympanistrias Chri-
sto psallere. Addit vero Psaltes. In his Ecclesijs benedicite Do-
mino de fontibus Israel, id est, benedicite Dominum, quia prin-
cipes apostolos vobis concessit, fontes mirabiles Israel, ex qui-
bus aquā doctrinæ hauritis, qua irrigemini. Vnus verò nō infi-
mus, sed singulari ratione numerandus est ille, qui de tribu def-
cendit Benjamin, qui posterior vocatus est ad Apostolatus api-
cem, sicut Benjamin minimus fratrum, qui in extasi mentis su-
pra se raptus vtque ad tertiū cælum ascendit, vbi audiuit arcana
verba, quæ nō licet homini loqui, ibiq; hausit, & didicit, quod
post modū iuenculis de sua plenitudine effunderet, nec enim
ab homine enangeliū didicit, sed à Christo accepit in mētis ex-
cessu, & plus omnibus laborauit, & plures Ecclesias plātauit, &
irrigauit, & ideo eius ipsius memoria erat singularis agenda.
Hęc Psalmi verba August. & alij de beato Paulo explicant, qui
fuit de tribu Benjamin, vt ipsemet dixit Philippēsis scribēs.
Qui triduo illo orans nō māducās, nec bibens in extasim rap-
tus est, vtq; ad tertiū cælum, vbi didicit, quæ statim vniuersæ Ec-
clesiæ prædicauit. Ita D. Tho. super. 2. ad Corint. 12. vbi illud
probat. Conueniētia Pauli cū Benjamin nō vna est, sed plures,
Sicut Benjamin vltimus genitus, sic & Paulus minimus Aposto-
lorū. Sicut Benjamin plus dilectus à patre, ita & Paulus. Cuius*

Sanct. C 3 ratio-

Genes. 3.
Iob. 42.

Esai. 3.
Ecclē. 12.

Leu. 18.

Psal. 67.

2. Cor. 12.

Gala. 1.

1. Cor. 15.

1. Cor. 3.

August.

Philipp. 3.

D. Tho.

2. Cor. 15.

rationē si nosse vis, ipsum audi dicētē, gratia Dei sum id, quod A
sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abūdantius illis om
nibus laboraui, nō ego autē, sed gratia Dei mecū. Deinde Bēja
min matris suæ Rachelis (vt ita loquar) interfector fuit, siqui
dē in partu mortua est, ideo dixit eū Benoni, idest filiū doloris
mei, pater vero eū dixit filium dexterę. Hęc vero mire Pau
lo cōueniūt, dū enim ita fortiter omnibus epistolis, suis ostēdit
legis veteris abrogationē, dū pro Christiana libertate ita cōtē
dit cū Iudęis, tenere volentibus legalia; dū & Petro super hac
re in faciē restitit an nō synagoge, & veteris legis, in qua natus
fuit, quodāmodo interfector dici valet? an nō illa eū dicat be
noni, idest, filiū doloris? sed pater illum vocat filiū dexterę, sic
enim de eo ad Ananiam ait, *vas electionis est mihi, vt portet no
men meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel.*

Gen. 35.

2. Cor. 12.

D. Tho.

Aug. 12. sū
per. Gen. ad
hīeram.

Sed priusquā ad hęc verba exponēda veniamus, operę pretiū
erit nosse, quo raptus Paulus sit in hoc triduo. Ille Corinthijs
scribēs, sic ait. Scio hominē in Chro ante annos quatuordecim
siue in corpore, siue extra corpus, nescio, De^o scit, raptū huius
modi vsq; ad tertiū cęlū. Et scio huiusmodi hominē, siue in cor
pore, siue extra corpus, nescio, De^o scit, quoniā rapt^o est in para
disū, & audiuit arcanaverba, quę nō licet homini loqui. Quod
nā est tertiū cęlū, ad quod raptus est? D. Tho. in p̄fata verba
Pauli ait. Tertiū cęlū tripliciter accipitur. Vno modo secundū
eaquę sunt infra animā. Alio modo secundū ea, quę sunt in ani
ma. Tertio secundū ea, quę sunt supra animā. Infra animā sunt
omnia corpora, & sic triplex est cęlū, aereū, sydereū, & empy
reū. Et sic raptus est Paulus ad cęlū empyreū, vt ea videret, quę
ibi erāt. Si verō accipiamus cęlū secundū ea, quę sunt in ipsa ani
ma, sic cęlū est aliqua altissima cognitio excedēs omnē natura
lē cognitionē. Est vero triplex cognitio in anima, sensitua, ima
ginaria, & intellectualis, & istę cognitiones, nō dicūtur cęlū
quādo naturaliter procedūt, sed quando à Deo eleuātur supra
suā naturā. Raptus ergo ad tertiū cęlū est, quia sic fuit alienatus
à sensibilibus, vt videret intelligibilia nuda, & pura, eo modo
quo vidēt Angeli. Et quod plus est, etiam ipsum Deū per essen
tiā, vt Au. expresse dicit. 12. super Gen. & in li. de vidēdo Deū.
Tertio modo accipiēdo cęlū secundū ea, quę sunt supra animā
triplex

A triplex cęlū est triplex hierarchia angelorum. Et secundū hoc
Paulus raptus est vsq; ad tertium cęlū, idest, ad hoc, vt vide
ret essentiam Dei ita clare, sicut vident eum Angeli primæ hie
rarchiæ, qui sic vidēt Deum, quod immediate in ipso Deo hie
piunt illuminationes, & cognoscunt diuina mysteria, & sic vi
dit Paulus. Paradisus verō, ad quem se raptum dicit, eadem di
uina visio est, quam prius cęlū dicit propter celsitudinem, &
claritatē, nunc paradisum vocat propter iucundam suauitatē,
de qua dicitur, intra in gaudium Dñi tui. Audiuit vero arcana
verba, idest, percepit intimam cognitionem diuinę essentię,
quę ineffabilis est. Hęc D. Thomas.

Matth. 25.

Ex dictis, patet, quo euectus sit Paulus in momento, & ini
tio conuersionis, eo forsan in throno ad modicum positus est
B inter seraphinos, ad quem p̄destinatus fuit ab æterno, & quo
nūc fruitur, & ideo mirum nō est, si plus omnibus laborauerit.
Ei enim, ac nobis accidit, quod ijs, qui eunt, vt thesaurum effo
diant, quem vnus eorum vidit, & alijs nunciauit, is enim, qui vi
dit thesaurum ardentius in opere laborat, quam reliqui, qui
non eum viderunt, sed solum audierunt. Audimus omnes, cę
lestē esse thesaurū, & sicut audiuius, sic videbimus in ciuita
te Dei nostri. Sed quidam non amplius mouentur, quam si ni
hil audissent, quidam verō eum inquirunt, sed ille ardētius, qui
thesaurum oculis vidit proprijs, hoc Paulo cōcessum est. Ideo
plus omnibus laborauit. Simili ratione qui cęlestia contemplā
tur, magis laborare solent, quia in contemplatione quasi vident
cęlestem thesaurum.

Simile?

C Vas, ait Dominus, *electionis est mihi.* Non iam vas irę sed
misericiendię, id vero mihi facile est. Mittitur Ieremias
in domum figuli, vt eum videat, ex fracto vase aliud perfici
entem pulchrius, quam fuerit primum, & ait Domi
nus, nunquid ego id ipsum non faciam? Vt verō electum
vas faciat, lumine, cęlesti illustrat, & vocem potētē mittit, eūq;
in terrā deijcit. Sed num opus fuit his omnibus? Certē fuit, vt
electum prodiret vas. Sicut enim figulus, vt vas perficiat pul
chrum, lutū conculcat, non semel, sed bis, & ter, vt lenius sit, &
vas fiat melius. Ita vt Paulus perfectior euadat, lumine illustra
tur, voce docetur, deiectione humiliatur. Deinde vasa quędā,

Ierem. 18.

Simile.

fiūt argētarij manu, malleorūq; ictibus, quę paulatim perficiuntur, alia verò efficiuntur liquefacto auro, vel argento, quę in momento perfecta prodeunt, ex his Paulus est, qui luce cęlesti, voce, & deiectione, & raptu cęlesti liquefactus est à Christo Domino, & in ictu oculi perfectus prodijt, cum reliqua vasa paulatim perfici soleant. Quali vero charitate in Deum, & proximos arferit, quis dicendo consequi valeat? Chritatē in Christum ostendit, cum vniuersas creaturas in arenam vocat super hac re. Quis nos separabit à charitate Christi? Dilectionem vero hominum immensam testantur verba illa. Cupiebant aliquando ego, anathema esse à Christo pro fratribus meis, & illud, quotidie morior propter gloriam vestram fratres, nulla mater sic tenere filios dilexit, vt Paulus homines.

Vocatus verò à Christo eum statim prædicauit tanquam perfectus. Et continuo, ait, non acquieui carni, & sanguini. Mirantur vniuersi tantam mutationem. Et sicut olim de Saule dictum est, num & Saul inter prophetas, ita de Saulo dicebatur, num hic inter Apostolos? Ei vero illud accidisse videtur, quod Balaã eunti, vt malediceret Israel, benedixit enim eū, & mirati Balac ait Balaã irruēte in se spiritu Dei. Dixit homo, cuius ob turatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui visiones omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius, quam pulchra tabernacula tua Iacob. Ita Saulus processit vt malediceret populo Dei, sed obturantur ei oculi dum nihil videbat, audit diuinos sermones, cadit, vt videat, & laudare eos incipit, quos persequi ante voluit, &c.

Festa

Rom. 8.

Rom. 9.
1. Cor. 6.

Gal. 1.
1. Reg. 10.

Num. 24.

A **Festa Februarij.**
Concio prima in purificatione Beatę Marię.

Postquam impleti sunt dies purgationis Marię &c. Luc. 2.

B **R**IMO Reg. cap. 25. ait prudens Abigail ad 1. Reg. 25.



David. Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, ea oblatione placatus fuit animus iratus David, nec ad ultionē processit, grata oblatione id efficiente.

Sed grator multò fuit oblatio hodierna beatę Marię, qua filium suum patri obtulit. Id verò manifestum est, tū propter infinitū rei oblatae valorem, tū propter immensam virginis charitatem, quid ergo hodie Marię negari poterit? Filium offert Maria hodie, sed pro oblato filio vniuersos homines in filios recipit, impleturque in ea, quod sacerdos Heli Annę offerenti Samuelē Deo dixit. 1. Reg. 2. Reddat tibi Dñs semen pro scōno- 1. Reg. 25.
re hoc, quod cōmodasti Dño, datique ei sunt plures filij, quia vnum Samuelē obtulit. Ita Marię offerenti Christū vniuersi homines vt filij dantur. Felices nos quibus tanta mater donatur in matrem, ad eam vt filij accedamus, quando illa oblato filio suo, omnia, quę petit, recipit &c.

Audito nomine purificationis, cōtinuo ad Mariā pertinere posse incredibile apparet. Quid enim in illa purificandū erat, cuius puritas cęlorū, & angelorū excedit puritatem? Quod si audiremus, Christū purificari, tolerabilius aliquomodo esset. Cū enim duo metalla vicissim miscentur, aurum verbigratia & argentū, aurū purificari potest, argentū verò purificatione non eget. Cū ergo Deus humanitati cōiunctus est in persona;

licet humanitas purissima sit, argentū tamē est, & Deus aurū, **A**
 Deus ergo videtur, purificari aliquo modo posse. Sed Maria
 quæ summē Deo suo cōiuncta est quomodo purificari diceſ,
 cū superiori, & perfectissimo sit copulata? Ex Dei enim cōſor-
 tio quid illi puenire potuit nisi lux immēsa, quæ purissimū quid
 est? Hoc in Moyse manifestū est, qui ex diuino colloquio luce
 plenus descēdit: Et Psa. ait. Accedite ad Deū, & illuminamini.
 Hoc significat Ioānes in Maria perfectissimē factū, dū ait. Mu-
 lier amicta Sole, Luna sub pedib⁹ ei⁹, & in capite ei⁹ corona duo
 decim stellarū. Omne, quod in Maria est, lumē est, in capite stel-
 læ lucēt, in pedibus Luna, in vniuerso corpore Sol, quid ergo
 in luce purificadū? Tāta lucis puritas est, vt nulla egeat purifica-
 tione, & adhuc Maria luce purior est, de qua dicit. Hęc super
 omnē dispositionē stellarū, luci cōparata inuenit prior, vel pu-
 rior, vt habet alia littera. Cū enim Maria in vtero Deū conce-
 pit, illud impletum est, quod fuerat præfiguratum in Hester **B**
 Regina, de qua dicit, Fons paruus creuit in fluuiū magnū, & in
 aquas plurimas redūdauit, & in lucē, solēq; conuersus est, hæc
 est Regina Hester. Verē fons paruus Maria, fons signatus, par-
 ua humilitate, & natura, sed crescit in fluuiū maximū, quādo flu-
 minis impetus lætificauit hęc Dei ciuitatē, auctaq; est gratia, &
 meritis intantū, vt Dei mater esse mereret, sed in lucē, solēq; cō-
 uersa est, cū iustitiæ solē in vtero accepit. Hic est fons ille solis,
 de quo in Iosue dicitur. Sortē Iudæ in terra promissa fuisse vsq;
 ad fontē solis, ex hac verō tribu orta Maria est, quia eo vsq; præ-
 clara est fors Iudæ, eò peruenit, vt ad Mariā deueniret, ex se ge-
 nerādā. Sicut ergo Sol, radios expandens, quicquid luce sua, **C**
 tangit, reddit lucidū, ac perspicuū, præcipuē verō quādo illu-
 minat materiā lumini magis propinquā, vt cū crystallū, aut au-
 rū illuminat, ita sol iustitiæ omnes illuminans homines, illustrif-
 simos reddit sanctos, atq; cōspicuos, sed super omnes Mariā,
 vt propinquissimā, vt matrē, adēd vt in solē lucēq; versa videat-
 tur. Quid ergo ei opus est purificationē, quæ tota lux est, quæ
 in solē versa est? Hoc verō proposito exēplo patebit amplius.
 Omne margaritū lapidēq; preciosus splendorē, & decorē habet,
 quo cæteros lapides excedit, & ideo in summo habetur precio
 illius verō splendoris causa est, quod solis radijs, & influentia pe-
 culiari

A culiari ornatur, ex parte enim materiæ de terra est, sicut lapi-
 des cæteri, si verō sola solis influentia adēd preciosum & clarū
 lapillum reddit, quale obsecro margaritum esset, quod intra se,
 non influentiam solis solam, sed ipsum solem cum omni suo
 splendore contineret? annon hoc diceretur in solem lucemq;
 conuersum? Sic omnis homo de terra materiam habet, & san-
 ctus quisq; ex eadem formatus massa est, sed quia radij solis iu-
 stitiæ in sanctissimos viros præcipuē respexerunt, inde precio-
 sissimi, & clarissimi euaserunt, & respectus Dei in electos illi⁹.
 Inde eorum vnus præstat innumeris hominibus, sicut margari-
 tum innumeris lapidibus. At Maria non solum respectum so-
 lis, aspectum beneuolum eius, influentiasque illius in se habuit
 sed & ipsum solem iustitiæ castis tenuit visceribus, quali erit
B precio? quali luce? quali splendore margaritum hoc? annon di-
 cetur in solem versum? verē impleuit splendoribus animā eius,
 sed splendoribus solis. Quid ergo Mariæ cum purificationē?

Cum manifesta ratione sit ostensum, Mariam purificatione
 non egere, quam & lex exceperat manifestē, dicēs, mulier, quæ
 suscepto semine &c. manifestum est, propter nos purificatam,
 vt nobis esset exemplo, qui purificatione egemus, facti enim
 sumus immundi omnes nos, & omnis iustitiæ nostræ quasi
 pannus menstruatę. Sicut ergo impleti sunt dies purificationis
 Mariæ, sic implendi sunt nobis dies purificationis nostrę. Sed
 quot dies nobis ad purificandum dati sunt? certe quadraginta,
 sicut Mariæ. Quadraginta dies significant pœnitentiæ tem-
 pus, quod nobis in hac vita concessum est, quoniam quadra-
 ginta diebus pluit Deus super terram in eius pœnitentiē. Qua-
 draginta item dies dati Niniuitis in pœnitentiā. Quadraginta
 diebus ieiunat Moyſes, & Elias, vt veniat in montē, quo Deū
 videt. Hi dies, nobis dati ad diluenda peccata, implendi aliqua
 do sunt. Sed quid nos manet post hos dies? Mulier quæ virum
 peperit, statim secundū legē consummatis quadraginta diebus
 purificationis, templum intrabat, vt hodie Maria, quæ verō sœ-
 minam pariebat, rursus expectabat alios quadraginta dies, &
 octoginta perficiebat, vt pura esset, & templum intrare posset,
 quæ verō sterilis erat, legis maledictio subiacebat. Ecce tres ho-
 minum status in figura positos ob oculos nostros,

Primus,

Exod. 34.
 Psal. 33.
 Apoc. 12.

Sap. 7.

Hest. 10. &
 11.

Psal. 47.

Iosue. 15.

Simile.

Esai. 58.

Esai. 64.

Gen. 6.

Iona. 2.

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Leui. 12.

Primus, & foelicissimus status est earū animarum, quæ virtū A
pariunt, quia viriliter agentes, virilia opera, perfectaq; pepe-
rerunt. Hæ consummato vitæ huius cursu statim Deo præsen-
tantur in cælo. Ex his erat Simeō, qui ait. Nūc dimittis seruū
tuū Domine, secundū verbū tuum in pace. Hæ implent cōsi-
liū illud Eccl. 7. De negligentia tua purga te cū pauis. Sed
vbi iam hæc opera magna? vbi martyria? vbi pœnitentiæ ope-
ra grandia? Certè sicut quondā Pharaō curauit, omnes mascu-
los Israelis occidere, solumq; fœminas reseruari permisit ad
vitam, ita dēmon virilia extinxit opera, manentq; nobis de-
bilis, ac facilia solum, oratio tepida, elemosyna minima, casti-
gatio modica, verè vinum nostrum mixtum est aqua. Quid
ergo his sperandū est, qui opera quidem virtutis exercent, sed
debilia, sed fœminea? Vtiq; secundus hic status est animarū, B
quæ fœminas pariunt, quibus duplex est purgatio necessaria,
& illa, quā ipsi fecerūt in hoc seculo & alia, quæ in purgatorio
fiet, cū enim constet nihil coinquinatū, aut immūdum in cælū
intrare posse, quod hic purgatum nō est plenè, illic sine dubio
purgandum. Sed ad vos ò delicati, qui timore doloris plenam
hic purgationem recusatis, quæ nam facilior purgatio, ea, quæ
hic fit, an quæ in purgatorio, vbi maximus dolor? quod tolera-
bilis, vt ex duobus malis quod minus est, eligamus? Audi Dei
spiritū hoc nobis ostendentē. Purgationē vitæ huius, quālibet
fit aspera, vocat Spiritus sanctus lotionē aquæ. Hinc Zachar.
Erit fons patēs domui Dauid, in ablucionē peccatoris, & mē-
struatæ. Modo lauatur lepra nostra in aqua, vt lepra Naaman.
Sed alterius vitæ purgatio qualis erit? Audi Malaç. Sedebit Do-
minus quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonū, & purgabit fi-
lios Leui, & colabit eos quasi aurū, & quasi argentū. Ignis acer-
rimi purgatio illa erit, modo verò aquæ lotio, quæ obsecro lo-
tio facilior, aquæ, an ignis? Quis loturus manus, nō aquā præeli-
gat igni? Sed dicis, asperū est ciliciū, durū eiunium, ferre nō
valeo, quomodo, obsecro, purgatoriu ferre poteris? Quis pote-
rit habitare cū igne deuorāte? An nō præligeres indui cilicio,
quā ardere igne? At ignis purgatorij inferni ignis est, eui cōpa-
ratione ignis noster ignis nō est. Nihil ergo difficile, nihil aspe-
rū dicas eorū, quæ hic pateris. Eze. ait. Diē p anno, diē in quā p
anno

Eccl. 7.

Exod. 1.

Esa. 1.

Zach. 12.

4. Reg. 5.

Malaç. 3.

Ezech. 4.

A anno dedi tibi, id est. Cum te afflixero, diem afflictionis do ti-
bi, cum tamen annus afflictionis dandus erat, & omnino cura,
vt virilia opera præstes, ne fœmina dicaris, non vir, sicut illi de
quibus Naum. 3. Ecce populus tuus mulieres in medio tui, vbi
Chaldeus, ecce populus tuus imbecillis instar mulierum.

Naum. 3.

Tertius animarum status est sterilitas, quæ opera pœnitenti-
æ omnino nulla pepererunt, quæ maledictæ sunt. Hæ audita
ræ sunt, ite maledictæ, in ignem æternū. De his Ioan. 15. Om-
nem palmitem in me ferentem fructum purgabit eum, vt fru-
ctum plus afferat, eum vero, qui non fert fructum, mittet in ig-
nem. Et iterum. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum
excidetur, & in ignem mittetur. De his Iob. 24. Dedit ei Deus
locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiā, Et Rom. 2.

Matth. 25.

Ioan. 15.

Matth. 7.

Iob. 24.

Rom. 2.

B Ignoras, quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiā te adducit.
Secundum autem duritiā tuam, & impœnitens cor, thesauri-
zas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Deu. 15.
qui anno iubilæi a seruitute volebat exire, manet seruus sempi-
ternus. Caue ergo, ne tibi adimatur tempus pœnitentiæ, iubi-
læi annus, caue ne datum tibi tempus ad purificationem præte-
reat, si enim præterierit, væ tibi, seruatus es enim in ignem eter-
num, qui non extinguetur.

Deut. 15.

Offertur ergo Christus patri, secundum legem dicentem.
Omne primogenitum adaperiens vuluam, sanctum domino voca-
bitur. Et vt impleatur lex illa Exod. 13. Sanctifica mihi omne
primogenitū, tam de hominibus, quam de iumētis, mea enim
sunt omnia. Voluit quidem Deus ipsi offerri primogenita, tū

Exod. 13.

C quia omnia cum essent eius, voluit quasi in seudi signum pri-
mogenita accipere. Tūc etiā quia primogenita omnia A Egyp-
ti occiderat, & Israelis seruauerat, & in huius beneficiij signum,
quod ex A Egypto liberati sunt, primogenita sibi voluit dari:
ideo Christus offertur, cuius oblationem præcipuè lex intēde-
bat. Sed ais, iam lex ista oblita est, quid ad nos? Litera quidem le-
gis huius cessauit, sed spiritus eius adhuc durat, ab omnibus
enim nobis exigit Deus primogenitum. Domine quidā nobis
petis, solum primogenitum, hoc nō contentus eris? Erit utique
quæ petis primogenitum, amoris scilicet primum, ac potissi-
mum, qui causa est reliquorum amorum. Omnia amoris con-
piscen-

misericordie nascitur ex amore amicitie, diligis substantiam, do- **A**
 mum propter te, quia te amas amore amicitie, amor ergo ami-
 citie est primogenitus amorum. Et inter amicitie amores exi-
 git Deus adhuc primum, & primogenitum, ut sit ipse finis om-
 nium tuarum dilectionum, & ipsum super omnia diligas,
 & omnia alia propter ipsum, & omnia minus ipso, etiam
 te ipsum, & omnia odio habeas propter eum. Hoc solo omnia
 nostra, & quae ei dare possemus exigita. Constitue hac in parte
 omnia mundi mala, imo omnia inferni tormenta, in illa vero
 in Deum peccare, omnia ea mala pati debes, potius quam Deum
 offendere. Hoc est ei primogenitum dare. Audi quid simile,
 quod Elias Dei nomine postulavit. Aut Elias vidua Sareptanae
 3 Reg. 17. Da mihi paululum aquae in vase, ut bibam, cumque
 illa pergeret, ut afferret, clamavit post tergum eius dicens, af- **B**
 fer mihi obsecro, & buccellam panis in manu tua, quae respondit,
 vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quan-
 tum pugillum capere potest farinae in hydria, & paulum olei in
 lechyto, en colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illud mihi,
 & filio meo, ut comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait.
 Nolite timere, sed vade & fac, sicut dixisti, verum tamen mihi pri-
 mum fac de ipsa farina subcinericium panem parvulum, & af-
 fer ad me, tibi autem, & filio tuo facies postea. In primu panem
 Eliae dari Dns praecipit, eiq; primo succurrendum, quam filio,
 quam sibi ipsi. Primo enim Deus diligendus super honorem,
 super substantiam, super filios, super te ipsum, licet tibi desit,
 Deo tamen deesse non debet. Hoc est ei primogenitum dare.

3 Reg. 17.

Sed ais, duru profecto verbu. Duru quidem non est, sed tu **C**
 durus es, ne vero tibi durum videatur, audire rationes, quibus
 hunc exigit Deus primogenitum. Prima ratio haec, quia ille pri-
 mogenitum sibi deberi arguit, mea enim sunt omnia. O si nos-
 ses o homo quis sit Deus tuus, nunc vere omnia ei deberi, vide-
 res. Bonitati infinite quid non debeat? Omnia eius sunt. Affi-
 mal tuum occidit, ut illud comedat, nec ei irrogas infernam,
 quia tulum est, multo plus tu debere quam si signat tuum, quod
 sergit a te exigat, utamque iuste perferre non potest, inquit,
 sunt omnia, solo verbo occidit, & solo nutu, in nihilu
 redigere possum, ita cum sint, pro meo libere uti possunt.
 Secundo

A Secundo vero primogenita petijt, quia primogenita oc-
 cidit A Egypti & Israelem a servitute Aegypti ca liberauit. Pe-
 git similiter a te hunc amorem primogenitum, quia uniuersa
 peccata tua deletit, ex servitute peccati te eripuit, demonem
 inimicum tuum superauit, & te ex inferno liberauit. Tot in se-
 ros mereris, quot peccata mortalia admisisti, in eo vero mi-
 nus beneficium est, non trudi te in infernum, cum commeri-
 tus esses illum, quam te iam damnatum inde eruere. Quid no-
 deberet damnatus ei, qui se ab inferi poenis liberaret? Quid
 magnum pro tanto beneficio ab eo peti posset? Totu hoc Deo
 tuo debes, eo quod in infernum trusus non sis. Sed est ne alia
 ratio maior, ac potentior, qua hunc a nobis exigit Deus primo-
 genitu? Est utique. Qui habet aures audiendi audiat. Si ei de- **B**
 beo primogenitum, quia occidit primogenita Aegypti, pec-
 cata, scilicet, mea, quanto astrictus sum debito, quod hoc ope-
 ratus est sanguine, vitaeque immaculati agni primogeniti sui.
 Dedit tibi Deus primogenitum suum, & pro nobis omnibus
 tradidit illum morti, ut nos viuamus per eum, an non merito
 primogenitum nostrum ei debemus? Postquam tantum nobis
 praestitit beneficium quid magnum a nobis postulari potest?
 quid causari possumus? Nos Dei sumus creatione, iterum su-
 mus illius redemptione, ille nos eripuit de potestate tenebra-
 rum, peccata nostra suffocavit, ab inferno eripuit, & hoc san-
 guine suo, quid ei rependemus? Si vitam dederit, nihil est, quia
 si haberem solus omnium hominum, & angelorum vitas, easque
 darem, nihil darem, quod conferri possit vitae diuinae, nihil
C dignum beneficijs eius esse potest, iuste ergo ei primogenitu
 debemus nostrum.

Insuper primogenitum iumentu Deus petijt, hunc ne-
 gare qua fronte poteris? Sed quod est, inquis, primo-
 genitum iumentu mei? Bestia tua sensualitas est, primoge-
 nitus eius appetitus inordinatus est, hunc occidas primo-
 genitum Deus praecipit, quis id non faciet, si attendat,
 Deum primogenitum suum pro me morti tradidisse. Est tibi
 inordinatus appetitus vindictae, luxuriae ve. Dicit tibi
 Deus tuus, occidi pro te primogenitum meum, occide tu
 pro me hunc bestiae appetitum. Sed ais, est mihi bestia **haec**

hæc utilis quomodo occidam eam? Non vilem à te bestiam **A**
 exigam, appetitum, scilicet rectum, sed inutilem, sed omnino ti
 bi aduersam, inimicam, atque contrariam, quæ te occidet pro
 culdubio, nisi tu prius occideris eam. Occide bestiam hæc, quod
 si non occideris, occideris tu, si secundum carnem vixeris,
 moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viue-
 tis. Laboranti nimirum Eremitæ Euagrio dixit quidam, quare
 occidis corpus tuum, cui ille, occido illud, ne occidat me. Qui
 in carne sunt Deo placere non possunt, vt Paulus ait. Vt quid vi-
 uere vis si Deo placiturus non es? Vtilius est multo, mori te
 gratum Deo, quam ei ingratum viuere.

Rom. 6.

Rom. 8.

Gen. 4.

Tobie. 10.

In omnibus his exemplo nobis fit beatissima virgo, quæ ho-
 die primogenitum suum patri offert, cum omne eius bonum
 hic sit primogenitus. Si respexit Dominus ad Abel, & ad mu-
 nera eius quomodo hodie non respicit Mariam, & eius mu-
 nus? Sed quali obtulerit charitate, tum in Deum tum in nos,
 exprimi non potest. Dederat ei pater filium suum, quo illa in-
 finitum habebat thesaurum. Offert modo illum patri in gloria
 suam, donans iterum eum patri, quasi amittens possessionem,
 quam in eum tenebat. Attende prius, & perpende beatissima
 virgo, ne quando dicas, quod mater Tobie dixit. In te vno om-
 nia habentes, te non debuimus dimittere, accipiet eum pater,
 tolletque à te, & quid feceris sine illo? Accipiat ille, libenter do-
 & pro Deo ipso, Deo carere non recuso, d' charitas in Deum im-
 mensa. Sed & in nos quanta sit Mariæ charitas, audi. Offert eum
 etiam pro nobis patri, vt laboret, moriaturque pro nobis. O
 quanta tibi debemus virgo mater, quanta nobis donas, cum **C**
 ais, offero tibi pater filium meum, vt pro hominibus mortem
 oppetat, vt illi venia donentur, & sempiterna bona recipiant.
 Maria ergo nobis fit in exemplum, vt sicut illa offert omnia bona
 sua patri in Christo, ita nos Deo offeramus nos metipsos, omnia
 que bona nostra, quæ possidemus, eaque Deo nostro relinqua-
 mus quasi propria, vt eius subsint arbitrio, de eisque faciat, vt
 libuerit, voluntatem nostram cum eius sanctissima voluntate
 omnino conformantes.

Sed quid amplius Deo defert Maria cum filio? par turturum
 aut duos pullos columbarum. Non defert agnum, quem om-
 nes

nes fere offerebant, & quem primum lex postulabat, sed pau-
 perum oblationem offert, par turturum, scilicet. Sed domi-
 na vbi Magorum thesauri? Iam erant in pauperes erogati. Di-
 lexit illa summè paupertatem, ideo thesauros non recondit. Sed
 cum illa a deo diues esset in Deum, agnum sine dubio deferret,
 nisi aliud aliquid hic esset mysterium, secretum ergo hic latet:
 Sed quod illud? Reuela oculos meos ait Psal. & considerabo
 mirabilia de lege tua. Multa mirabilia abscondita sunt in Dei re-
 ge, ex quibus nunc vnum audi. Quando magnum aliquid vas
 implere vis, si hodie guttam vnam, cras alteram immiseris, & sic
 deinceps, perficies nunquam, semper adhuc amplius capiet
 vas. Si verò semel in mare vas inieceris, & plenum eduxeris, iam
 nihil capiet amplius, nec plus infundere oportet. Oblati fue-
 runt in lege innumeragni, sed omnes illi gutta erant, vel umbra
 erant, legem non implebant adhuc erant vacua, & egena ele-
 menta, quia remissionem peccati non conferebant. Sed hanc
 vacuum legem hodie implet agnus Dei, qui tollit peccata mun-
 di, obiat in templo, infinitus agnus hic est, & peccata remit-
 tens. Eo oblato, iam plena est lex omnino, amplius non capit,
 alius agnus offerri non debet, quia cum lex non capit, quæ iam
 plena est. Hoc Christus significauit cum diceret. Non veni le-
 gem solvere, sed adimplere. Hinc est quod sancti ac theologi di-
 cere solent: reliqui seruabunt legem quoad præceptum, Christus verò qua-
 tum ad consummationem, quia ceteri legem implebant legi obedi-
 do, quia obligati legi erant, Christus verò legem impleuit, non qua-
 si astrictus legi, & eam consummauit, quia finis eius erat, vnde fi-
 niuit hanc agni oblationem, & sic post Christum nullus restat
 offerendus agnus. Vt mysterium hoc exemplo fiat manifestum
 finge, auum, vel proauum tuum pecuniam certam ab aliquo
 accepisse, in centum, vt vulgo dicitur, vt in annos singulos sta-
 tam solueret pecuniam, soluit ille hanc in singulos annos, sol-
 uit similiter auus tuus, & denique pater, adhuc lex census durat.
 Si verò tu tantam acquisisti substantiam, vt non solum annuos
 soluas redditus, sed etiam primam pecuniam reddas, quam auus
 vel proauus accepit, capitale, scilicet, ipsum censum redemi-
 sti, & abstulisti omnino, censusque lex cessauit, quia tu illam
 implesti, nec iam tibi, aut tuis posteris quicquam soluendum

Psal. 118.

Simile.

Math. 5.

Simile.

Sanct. D manet

Colof. 2.

manet, tunc chirographum census rumpitur, & finitur. Hoc autem verò Christum fecisse testatur Paulus cum ait. Delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, ipsum tulit de medio. Iam ergo liberi sumus, quia libertate Christus nos liberauit. Hoc mysterium significauit Baptista, cum diceret. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sublato ergo peccato, lex antiqua agni cessauit. Est ergo Christus aries ille, ab Abrahamo sacrificatus, quo liber manet Isaac.

Ioan. 1.

Gent. 22.

Beda.

Bonau.

Ioan. 16.

Psal. 136.

Psal. 41.

Simile.

1. Corin. 7.

Psal. 83.

Simile.

Rom. 8.

Quid verò significet nobis Mariæ oblatio videndum est. Par, inquit, turturum, aut duos pullos colubarum. Beda & Diuus Bonauentura dicunt his auibus designari vitam actiuam, & contemplatiuam. Columba enim gregatim volat, turtur sola. Amborum cantus gemitus est, & omnibus fidelibus dicitur, mundus gaudebit, vos verò contristabimini. Plorat iustus quia in exilio versatur, sicut qui dicunt, super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño, cum Deum habeamus abentem, quo modo non plorabimus? Transisti aliquando noctes insomnes præ desiderio videndi Deum? Fudisti lachrymas plurimas hac de causa? sicut qui dicit, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Quando Deum non vidisti, nihil boni vidisti. Vanissimè verò peccator in hoc mundo gaudet, similis aui laqueo, vel reti captæ, quæ capta cum sit, cum gaudio escam, qua capta est, comedit, vel pisci escam comedenti, deglutientiq; cum qua traicit hamum, quo continuo extrahendus, morteq; afficiendus est. Iustus verò, si aliquo perfruitur temporali bono, de quo gaudere possit, nihilominus sic gaudet, quasi non gauderet. Vnde Paulus, qui gaudet, tamen non gaudetes. Gemitus ergo catus, est, turturis, animæ scilicet contemplantis, gemit enim suspiratq; præ amore celestis patriæ, quia amore languet. Efficiturque in eo illud Psal. quæ dilecta tabernacula tua Dñe virtutum concupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam. Sicut enim cum nimio igne applicato olei feruenti ebullit sursum aqua, & in omnia exterius effunditur, sic anima mea igne contemplationis feruens in se effunditur, dum lachrymis exterius fuis, feruens interius desiderium declarat. Sic etiã Rom. 8.

Omnia

A Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solè autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum sperantes, redemptionem corporis nostri. Et hinc oritur affectus ille petitionis de quo Rom. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, postulare facit. Ecce turturis gemitus, de quo Can. 2. vox turturis audita est in terra nostra, quia illa dum sola est, pro socio comparet; continuo gemit, nullum aliud admittens socium. Talis anima est, quæ se solam sine Deo suo reputat, nullumq; præter eum socium admittit, sed cum Psal. ait, reuinit consolari anima mea. Et quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Cum ergo cor tuum his impleueris gemitibus, turtur es. Deoq; turturè obtulisti, & eius carum ei gratissimum, de quo ille, sonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis. Sed & colubæ cantus gemitus est. Esa. 59. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi colubæ meditates gememus. Et Nau. 2. miles captiuus adductus est, & ancillæ eius minabantur gemitus, ut colubæ. Is ergo qui in vita actiua versatur, multa habet propter quæ gemere possit, tum ut diluat peccata vitæ præteritæ. Psal. afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam in gemitu cordis mei. Tum propter remissionis peccati incertitudinem, nescit enim an odio, vel amore dignus sit, quod enim peccauerit, certum ei est, an verò remissionem consequutus sit, ignorat. Multa alia præclara, nobisq; valde imitanda, in columba sunt, propter quæ nobis commendanda, voluit Deus ei colubas offerri. Can. 4. Laudatur sponsa, quam pulchra es amica mea, quæ pulchra es, oculi tui colubarum, absque eo, quod intrinsecus latet. Greg. 9. Moral. c. 9. Bis dicit pulchram, propter pulchritudinem morum, in qua nunc est, & propter pulchritudinem præmiorum in qua erit. Oculos dicitur habere colubæ, qui magna luce irradiantur, ut modo apparet in colubis tripolinis, quæ oculos micantes habet, pulcherrimosq; Est ergo in manifestis operibus mira pulchritudo in oculis, sed in eo, quod intrinsecus latet, in corde longe maior. Orig. in Can. in eadem verba, oculi tui colubæ ait. Qui viderit mulierem, ad concupiscendum eam, oculos colubæ non habet, Et qui non in oculis, & simplicitate colubæ, domum fratris ingreditur infelix ingreditur. Contra quod præcipitur.

D 2 Prouer.

Prov. 27.
Luc. 10.
Orig.

Proverbior. 27. Domum fratris tui ne intres infœlix. Quod A
Aquila vertit, indoctus, & difficilis. Vt ergo rectè ingredia-
ris domū fratris tui ingredi simplices oculis, implens illud
simplices, sicut colūbæ. Et Orig. homi. 3. in Leuit. ait Sciāt,
vbi colūbæ sunt inueniendæ, cū dicitur Can. 4. Oculi tui sicut
colūbæ super fluenta plenissima, ibi sunt reperiendę colūbę.
Ferunt enim hoc genus auis, cū ad aquas venerint, quia ibi so-
lent accipitris insidias pati, venientē super inimicū volitātis
vmbra in aquis inspecta deprehēdere, & oculorū perspicacia
fraudē periculi imminentis euadere. Quod etiā si tu ita pers-
picere potueris insidias diaboli, & canere, in sacrificiū colum-
bā obtulisti. Fluenta verò, in quibus inimici insidias videre pō-
teris, scripturę sunt, fides, & oratio. Præterea Hieronymus,
exponēs illud Ezech. 8. Erūtq; in mōtib; quasi colūbæ cōual
liū, omnestrepidi, ait. Colūbæ quandiu in vallibus sunt trepi-
dant, & ad singula reformidant, quarū imitari præcipimur in-
nocētiā, simul & timorē, quia beatus est vir, qui semper est pa-
uidus, dū est in hac lachrymarū valle. August. tractatu. 6. in
Ioān, ait. Colūba sine felle est, & de arca missus est coruus, &
columba. Gene. 8. & si arca significat Ecclesiam, videtis certe,
quia vtrumq; genus Ecclesia continet. Coruū, id est, eos, qui,
quę suā sunt querāt, & colūbam, id est, eos, qui ea quę Christi
sunt. Colūba simplex est animal, talis iust^o esse debet, pacisq; a-
micus, quod ostēdunt oscula colūbę. Ceterę aues muscas, & si-
milia occidūt, vt pascātur, nō sic colūba sed de terrę frugibus,
non enim de aliorum morte pascitur. Idē 12. contra Faustum.
cap. 20. Post dies quadraginta missus coruus à Noe, non est
reuerfus, aut aquis utiq; interceptus, aut aliquo super natāte
corpore illectus, significat homines immūditia cupiditatis te-
rribios, & ob hoc ad ea, quę foris sunt, in hoc mundo nimis
intentos, & detentos. Colūba verò non inuenta requie re-
uerfa, significat per nouum testamentum requiem sanctis in
hac vita nō promitti. Quod verò post alios septē dies dimissa
reuerfa non est, significat finē sæculi, quando erit sanctorum re-
quies non adhuc in sacramento spēs, quo in hoc tempore
confociatur Ecclesia, quandiu vivitur, quod de Christi
latere manavit, sed iam in opla perfectione salutis
æternę

Hiero.
Ezech. 8.

Prover. 28.

August.

Genes. 8.

August.

A æternæ cum traditur regnum Deo patri, vt in illa perspicua
contemplatione incommutabilis veritatis nullis mysterijs cor-
poralibus arcæ egeamus. In his omnibus qui columbam imi-
tatur, ipsam spiritualiter Deo offert. Dic ergo cum Psalm. quis Psalm. 54.
dabit mihi pennas sicut colūbæ, & volābo & requiesca, &c.

Concio Secunda in purifica- tione Beatæ Mariæ.

B Postquam impleti sunt dies purgationis Ma-
riæ secundum legem. &c. Luc. 2.



ROPONITVR nobis hodie vltimū my-
sterium infantie Saluatoris, omni plenum dul-
cedine. Suauitas maxima dulcedo que præcipua
in his infantilibus mysterijs abscondita est, in
quibus illud nobis contingere potest, quod ijs, Simile.
qui viam longam peragunt, iuxta ripam magni fluminis, qui ali-
quando inuento paruo fonte, ibi quiescunt, viresq; resumunt,
& aquam illam cum gaudio hauriunt, magisque paruo fonte
delectatur, quā magno flumine. Est in infantia sua Christus Do-
minus fons ille paruus, qui postea creuit in fluuium magnū, & Hester. 11.
in aquas plurimas redundauit, vir factus, cumq; ad huius mag-
ni fluminis ripas iter toto anno peragamus, cum eum inueni-
mus fontem paruum, dulcius, delectabiliusque ibi commora-
mur, quiescimus, ac aquas in gaudio haurimus de fontibus Sal-
uatoris. Quis verò hodie desperet, has consequi aquas per Ma- Esa. 12.
riam, quæ eas diuidit, cum eam tam magnificam videamus, vt
omnibus offerat filium in medio templi non in angulo, sed in
medio, vt omnes videant, & fruantur illo. Gratias tanto benefi-
cio agebat Psalm. dicens. Suscepimus Deus misericordiam tuā Psalm. 45.
in medio templi tui, hodie fert Maria duo era minuta in gazo-
phyliatum, quæ sunt due nature verbi, plus Deo placencia, quæ
Sanct. D 3 omnis,

omnis, quæ præcefferat oblatio. Petamus ergo gratiam, &c. **A**

Mich. 6.

Inter beneficia diuina, quæ Michæ. 6. enumerat Israeli cõ-
cessa, illud præclarum est, quia eduxi te de terra Aegypti, &
de domo seruentium liberaui te, & misi ante faciẽ tuam Moi-
sen, & Aaron, & Mariã. Sed in immensum excedit beneficium
populo Christiano collatum, cum nos eduxit de potestate te-
nebrarum, & direxit gressus nostros in viam pacis, qua ambulã-
tes in Hierusalem cælestem perueniamus. Ductores verò via
huius hodie nobis præstat verum Moysem Iesum, & Mariam,
non Moyfi sororem, quæ à via aliquando deuiavit recta, sed
matrem Iesu, quæ eam perpetuo tenuit. Additur etiã hodiẽ
nobis aiter Aaron sacerdos, Simeon de tribu Leui, qui nobis
idem monstrat iter. Iam desiderium Esaia: impletum est. Ecce
testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. **B**
Iam Mariã præcedente colũna ignis, & nubis nos præcedit. Sed
eorum consideremus vestigia.

Esa. 55.

Vniuersa mundi perditio, hominum quẽ strages inde proce-
dit, quod homo legi Dei subijci non vult, sed se habere quasi
liber, & quasi dominum non habeat, cui obediat. Hinc de im-
pijs Psalm. ait. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabi-
mus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? quasi di-
cant, loquamur, quæ libuerit, labia nostra sunt à fortuna nobis
concessa, non est, qui nostri dominetur, & tamur eis prohibito.

Psal. 11.

Quod impij non solum de labijs dicere solent, sed de omni re,
quam possident. Hoc meum est, aiunt, libere eo vtar pro arbi-
trio meo, quasi illa à Deo suo nõ recepissent. His dicitur in per-
sona Moab Esa. 16. Audiuimus superbiam Moab, superbus est **C**
valde, superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plus-
quam fortitudo eius. Vbi hebræa habent, fastui eius, & furori
eius lacerti eius non respondet. Quæ enim fortitudo tua, quæ
arma bellica, cum te leuis deiiciat aer? Hinc Iob. Vir vanus in
superbiã erigitur, & quasi pullũ onagri, se liberum natũ putat.

Esa. 16.

Iob. 21.


Verẽ vir vanus, superbusque est, qui liber esse vult. Veller qui-
dem, homo, libere per prata, satagunt vagari, nec esse custodem
messis, qui eum prohiberet à ventis, & Hierem. à sæculo con-
fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti, nõ seruiam, nemini
subijciar, hoc verò à sæculo, idest ab initio hominem fecisse,
osten-

Hier. 2.

A ostenditur Genes. 2. hac enim parte dæmon hominem impe-
rijt. Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de ligno? quasi **Gen. 2.**
dicat, vt quid vobis præceptum, & obedientia? nequaquam mo-
riemini, contra quod Paulus, si secundum carnem vixeritis,
moriemini. Cum verò aduertat dæmon, hac ratione initio ho-
minem à se deiectum, & hac tentatione superatum, hac misera **Rom. 6.**
nostra tempestate, eadem arte homines curauit euertere,
dicens, assertos nos in libertatem, nec obedientia mandatorũ
astrictos, sed liberẽ vagari permisos, dum in Christum creda-
mus. Sed ais, hoc non est manifestum mendacium? & fronte
quod aiunt, ostenditur falsitas. inscripta, est certè, sed tam su-
mus libertatis amatores, vt doctrina eam prædicans, multos si-
B bi conciliet auditores.

Hinc verò prouenit iniustus, vt legem Dei onus reputent,
quã summã gratiam reputare deberent. Hoc enim ministri re-
gum, & principum magnificiunt, quod plurima eis præcipiat,
rex, vel princeps. Quod si eorum obsequio non vitur, si nihil
præcipiat, de hoc conqueruntur, & se despectos dicunt. Si ho-
mo nosset, quis, quãtusq; Deus est, quoniã Deus magnus Dñs,
& rex magnus super omnes Deos, hoc summũ duceret benefi-
cium, si plura maximaq; ei Deus præciperet, & hoc ab eo enixe
postularet, quod Psal. 118. Legem pone mihi domine, viã iu-
stificationum tuarum, & exquiram eam semper. Sed vir impru-
dens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc, sed legem
Dñi onus dicit, & sarcinam, de qua re loquitur ad Hierem. c. 23. **Psalm. 94.**
Psal. 118. **Hierem. 23.**

C Dominus. Si ergo interrogauerit te popul' iste, quod est onus
Domini? dices ad eos, vt quid vobis onus? projiciã quippe vos,
dicit Dominus, & propheta, & sacerdos, & populus, qui dicit
onus Dñi, visitabo super virũ illum, & super domũ eius. Et pau-
lo post. Quia dixistis sermonem istũ, onus Domini, & misi ad
vos dicens, nolite dicere onus Dñi, propterea ecce ego tollam
vos portans, & derelinquã vos, & dabo vos in opprobriũ sem-
piternũ. Vox hebræa quæ loco oneris ponitur est massa, quod
sarcinam sonat. Vide verò iram Dei in eos, qui legẽ Dñi onus
dicunt, & sarcinam. Et hinc prophetis in vsu factũ est, vt insau-
stã prophetiam, & minis, ac terroribus plenã dicat onus, onus
Moab, onus Aegypti &c. quasi eis Deus dicat, legem meam



onus dicitis? ego dabo vobis onus, quod verè onus sit, per dām A que vos, quia proijcitis legem meam quasi onus.

Ex hac verò peruerfa libertate, quā homines desiderant, inci dunt in omnium miserrimam seruitutem, quia enim Deo sub ijci nolūt vt filij, serui sūt iniquitatis, mācipia dēmonis, varijsq; desiderijs appetitus inordinati seruiunt. De qua misera seruitu te dicitur Deu. 28. Eo quod nō seruiēris Dōmino Deo tuo in gaudio, cordisque lātītia, propter rerum omnium abundantīā, seruiēs inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame; & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugū ferreum super ceruicem tuam, donec te conteret, Excutere vis iugum suape Christi, onus eius leue, ponetur super te iugum ferreum, onus graue. Quod nobiscum iustè agitur, sicut cum Roboā, de quo ait Dominus. 2. Paralipo. 12. veruntamen seruiēnt. Sefach regis B Aegypti, vt sciant distantiam seruitutis meae, & seruitutis regni terrarum. Hinc Iosue ad Israel cap. 24. loquitur. Sin autem vobis malum videtur, vt Domino seruiatis, optio vobis datur eligite hodie quod placet, vtrum dijs quibus seruiēnt, pa tres vestri in Mesopotamia, an Dijs Amorrhēorum, in quo rum terra habitatis, ego autem, & domus mea seruiēmus Dōmino. Quis obsecro, tam amens; qui potius dēmonis seruus esse velit, quam Dei filius? dēmoni subesse vt mancipium, quā Deo, vt liber?

Vt ergo malum hoc de medio tollat, venit Christus vt nos non solum redimeret, sed verbo, & exemplo doceret, legi Dei subijci. Iam puer clamat exemplo, quod postea verbo doctus est, non veni legem soluere, sed adimplere, & nec tota vnū, C aut vnus apex prateribit à lege donec omnia fiant. Ideo misit Deus filium suum factum subilege, legi per omnia subijci voluit, etiam cui non tenetur, vt discamus legi nos subijcere, cui tenemur. Legi circumcisionis paruit ille, in quo nihil superflū quod rescaretur. Hodie sistitur patri, qui vnū cum illo est, & in eo semper. Et virgo sanctissima, quam lex manifestis excipiebat verbis, hodie purificationis legi se subijcit. Et postquam exemplo nos docuit, verbis postea instruit, tollite iugum meū

Matth. 11. super vos. Quod etiam monet nos Eccl. 6. Audi fili mi, & acci pe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum, iulice

pedem.

A pedem tuum, in compedes illius, & in torques illius collum tuum, subijce humerum tuū, & porta illam, scilicet, sapientiā, & ne accideris vinculis eius, alligatura enim illius alligatura salutis.

Sed in tetim Mariæ non obedientiam tantum, sed humilitatem inspicimus, quæ quadraginta diebus abstinuit à templo, quasi imminnda esset, cum mūdior esset templo & tabernaculo & ipsam templum eam non mereretur recipere. Si enim illud templum arca testamenti non sufficiebat, dicente Deo, quæ est ista domus quam edificabitis mihi? aut quis est iste locus requiritiois meae? quomodo Mariæ sufficeret? Imo vero cū Maria templum intrauit, illud impleuit, ac honorificauit. Sicut enim cum antiquitus ingressa est arca Dei templum, impleuit

maiestas Domini templum, sic hodie factum est. Impletumque illud Aggei. 2. Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum, magna erit gloria domus istius nouissime, plusquam prima. Quod dictum non est propter operis magnificentiam, quam minorem fuisse quam in primo templo, ostendit propheta initio capitis, sed vt Rupertus, Lyra, & plures doctores dicunt, eo quod Christus, & Maria presentia sua erant hoc templum illustraturi. Cū ergo Maria templi illius gloria esset, ab eo se abstinet, donec impleantur dies purgationis eius. Humilitate enim vniuersa dona sua Maria decorauit, & auxit. Quod significat sponsus dicens. Mure

nulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Aurum symbolum est donorum præcipuorum, hæc vero Mariæ collata sunt. Sed quid est argento vermiculari? Vermis symbolum humilitatis fuit semper, quia ergo innumera dona Mariæ humilitate sunt decorata, & super induta, dicit vermiculatas argento.

Inter Christum & Mariam summa erat coniunctio, tum carnis tum spiritus, vnde summa omnium communicatio bonorum, dedit ei illa humanam naturam pulcherrimam, ex regia præsapia Davidis, teneram, passibilem, vt per omnia posset fratribus assimilari, dedit ei lac in nutrimentum, viscera in cubiculum, & totam se dedit in ancillam, & talē sibi exhibuit matrem, vt vere Christum dicere possimus filium matris. Similiter Chri

D 5 stus

stus Mariæ partem, copiamque sui fecit omnino, dedit ei A
 summam puritatem, profundissimam humilitatem, eximiam
 3. Reg. 10. obedientiam, & quemadmodum Regina Sabba plura dedit Sa
 lomoni dona, sed multo plura, ac maiora recepit. Ita se habeat
 Christus, & Mariam, multa ei donauit Maria, sed plura, maiora
 que recepit. Cum ergo vidisset Maria Christum circumcidi vo
 luisset, cum lege non teneretur, voluit illa purificari, etiam non
 obligata lege. Bernar. verè beata virgo non tibi opus est purifi
 catione, sed nunquid filio opus erat circumcisione? esto inter
 mulieres tanquam vna illarum, quia sic est filius tuus in medio
 puerorum tanquam vnus ipsorum. Sanctitatis maximæ præ
 clarum Mariæ est argumentum, perpetuus conuictus illius
 cum Christo, domino, & illustrissima illius exempla, quæ co
 ram oculis semper habebat, quæ illa cõseruabat, corde suo illa B
 conferens, & ex eis discens, quæ ipsterant peragenda. August.
 ferm. 2. de catechismo ait, multa maximaque operari in nobis
 exemplum eorum, quibus cum agimus. Finge nunc hominẽ
 omnium scelestissimum, quem tamen transferreret Deus in bea
 tam patriam, in qua inter cælestes spiritus per aliquos annos cõ
 uersaretur, videns, quæ illic aguntur, sanctissimus proculdubio
 2. Cor. 11. inde descenderet. Raptus ad modicum est Paulus in parad
 isum, & aliqua audiuit verba ex eis, quæ illic à sanctis dicuntur,
 & ex Saulo Paulus factus est. Multo eximius fuit Mariæ priui
 legium, & maius ad virtutem incitamentum habuit, cum vidit
 Christum Dominum, & eius conuersione fruita est, quam si
 omnium Angelorum, & sanctorum frueretur colloquio, &
 3. Reg. 10. exemplo, hinc omni perfectione refertissima. 3. Reg. 10. ait re
 gina Sabba, beati serui tui, qui astat coram te semper, & audiunt
 sapientiam tuam. An non beatissima Maria, quæ astat coram
 Christo semper, & eius sapientiam cælestem audit. Hinc tibi
 Eccl. 37. collige consilium illud Eccles. 37. cū viro sancto assiduus esto
 quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius
 anima est secundum animam tuam. Contra vero prauorum de
 uita consortium, ideo ne alienigenis iungerentur matrimo
 nio præceptum est Israelitis Exod. 34. & 3. Reg. 11. Certissime
 enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. Ascendit
 Exod. 34. ergo Maria in tẽplum, & tulerunt Iesum in Hierusalẽ. Iam se pa
 tri

A tri offert pro nobis immaculatus agnus. Exo. 29. fuit perpetua, Exod. 29.
 iurgis, ac quotidiana oblatio agni, tum mane, tum vespere, quo
 signabatur, Chrm agnũ Dei patri bis offerendũ, mane in pue
 ritia, hodierna scilicet die, & vespere in passione. Qua in oblatio
 ne primum considera eum, qui exultauit vt gigas, ad currendã
 viam, illam incepit incarnatione, prosequitur natiuitate, durat
 in ea circumciscus, pergit eandẽ viã hodie oblatus patri, nec defi
 ciet, donèc consummet eam in cruce, cū dicet, cõsummatũ est.
 Non incipit Christus tantũ, sed consummat, ac perficit incep
 tum, & ideo eum vocat Pau. Heb. 12. autorem fidei, & consum
 matorẽ Iesum, & ille loquitur Ioan. 17. opus cõsummaui, quod
 dedisti mihi, & Luc. 12. baptismo habeo baptizari, & quomodo
 coarctor, vt que dũ perficiatur. Quasi is, qui opus aliquod factu
 B ras est, & illud perficiendum accepit, quod vulgo dicitur ade
 stajo, qui donèc perficiat opus, coarctatur, & angitur. Ant
 qua Dei hæc est consuetudo, cū opus aliquod cepit, nõ desiste
 re, nec quiescere, donec perficiat, in mundi opificio, donec per
 facti sunt celi, & terra, & omnis ornatus eorum, non quieuit,
 quia Dei perfectastunt opera, nõ enim imperfectũ relinquit op
 sũ. Et ipsi etiã Ethnici hoc Dei nostri ingeniũ agnouerũt. Vn
 de sapietẽs, qui erãt Amã à cõsilio, ei dicũt. Hest. 6. si de semine Hess. 6.
 Iudeorũ est Mardocheus, antequã cadere cepisti, non poteris
 ei resistere, sed eades in conspectu eius, nouerant enim Deũm
 Israel, cū ceperit aliquẽ euehere, omnino id perfecturũ. Hinc
 Paulus ad Philip. 1. qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vt
 que in diẽm Christi Iesu, qui ergo opus salutis nostræ ceperat, Philip. 1.
 C illud perficere curat, quia ipse cepit, & saluabit nos. Qua in re
 nobis exẽplo est Christus Dñs, quod imitemur, omnes enim
 facillẽ incipimus, & bonis inchoamus auspicijs, opus perfectio
 nis nostrę, sed cito deficim⁹, caue ergo, ne tibi dicat, hic homo
 cepit edificare, & nõ potuit cõsummare, cui⁹ rei nos arguit, Luc. 14.
 Osee. 6. quid faciã tibi Ephraim? quid faciã tibi Iuda? misericor
 dia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manẽ pertrãsiens,
 quasi dicat, quid boni à me recipere potes, qui cõtinuo in bono
 deficiis, cū tibi multa bona datur⁹ esse, si perseuerares? Loquit
 ad modũ amatissimi patris, ac medici filiũ curãtis, quẽ à noxijs
 vt abstineat, præcipit, ille bono regimine, ac inedia, parsimonia
 ve

ue aliquandiu seruata, continuo, cum conualere cæperat, de A
nudo incidit in infirmitatem propter inordinatū cibum. Cæpi-
sti iter virtutis, cursum in agone, sanitas iam tibi adesset perfe-
cta, & si in via Dei aliquandiu stetisses, perfecisses opus salutis,
tuæ; illud reliquisti, iterum infirmatus es, & denuo curandus.
Sta ergo in via Dei, perfice opus tuum consumma cursum.

Secundo etiam collige, optima quæq; tua Deo à te offeren-
da esse, sicut Maria offert primogenitū suum. Fide, ait Pau-
lus, Abel obtulit plurimā hostiā, quā Cain, propter quā adhuc
defunctus loquitur: plurimā hostiā dicit, quia optimā. Mala-
chias. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculū, & votū fa-
ciens immolat debile Domino, quia rex magnus ego, dicit Do-
minus exercituum, ideo etiā primitias frugū sibi dari præcipit.
Relinquamus modo plurimā hostiā Abel, & hostiā Mariæ
consideremus; obtulerat illa se ipsam, hostiā viuam, Deo pla-
cētē, cum dixerat, ecce ancilla Domini. Modo offert Christū,
millies plūs à se dilectū, & illū omnino patri redit, quē licet
iterum recipiat, nō tamen vt datum, sed vt accōmodatum ac-
cepit. Non sic Samuelis mater, quæ filiū Deo offert, sed ait il-
la. 1. Reg. 1. propuero isto orauī, & dedit mihi Dñs, petitiō-
nē meam, quā postulauī eum, idcirco, & ego cōmodauī eum,
Domino cunctis diebus, quibus fuerit accōmodatus Domino.
Illa ergo solū eū accōmodat, mutuūq; dat, nō omnino à se ab-
dicat, sed sicut cū tu vas vicino accōmodas, quod cras repetis.
Non sic Maria, sed omnino donat nō repetendū Christū, quē C
si iterū recipit, habet illa accōmodatū, vt rē alienam, vt patri re-
stituat, cū illi libuerit, est ergo quasi patris depositū repositū
in Maria, qua ratione respondit Christus matri à se quærenti,
quod eam reliquisset, in his, quæ patris mei sunt, oportet me
esse. Hinc etiam orta est summa conformitas Mariæ in Chri-
sti morte, cum patris voluntate, quia filium ei obtulerat, &
à se abdicauerat. Hinc discite, optima quæque tua Deo offer-
re, est tibi flos iuuentutis, illum da Deo, non fœces sene-
ctutis, ne fortē tibi quoque fœces calicis sui tribuat Deus, de-
quibus Psal. veruntamen fax eius non est exinanita, bibet om-
nes peccatores terræ; dic ergo cū Psal. fortitudinem meam,
ad te custodiā, optimū eorū, quæ in te sūt intellectus, & volūtas,
amor

Heb. 11.

Malac. 1.

Exod. 25.

Luc. 1.

1. Reg. 1.

Luc. 2.

Psal. 78.

Psal. 58.

A amor tuus, hæc Deo trade, de substantia tua non vilia, & quæ
nullius momenti sunt, sed pretiosa Deo offer, quia Deus mag-
nus dominus, & si regi offerres terræ, optima offerres.

Demum attēde, quod offertur hodie in terra aliquid per se
Deo gratissimum, anrē enim tale quid in terra non erat, quid
enim ad Deum pertinebant sacrificia priora in se ipsis conside-
rata? Vnde ille per Psaltem ait, nunquid manducabo carnes tau-
rorum, aut sanguinem hircorum potabo? Sed nunc offertur
res infinitē grata, & per quam omnia nostra grata sunt, quī gra-
tificauit nos in dilecto filio suo, & adeo ei grata sunt, vt calice
aquæ cælum iam emere possimus, si eum Deo offeramus, quia
Christus oblatus est, qui omnibus nostris oblationibus valorē
maximum dat. Hinc Malachias, cum antiquas oblationes reie-
cisset, adiungit, veniet ad templum sanctum suum dominator,
quem vos quæritis, & Angelus testamētū, quē vos vultis. Quod
hodie impletum est, & statim subiungit, & placebit Domino sa-
crificium Iuda, & Hierusalem, quasi dicat, cum Christus vene-
rit in templum se patri offerens, adeo illius oblatio grata erit,
vt inde sacrificia hominum grata sint. Iam ergo offeramus do-
mino omnia nostra, vel etiam minima quæq; iungamusq; obla-
tionem nostram cum ea, quā hodie virgo offert, Deo enim sic
placebit. Sed obijcis, ego multa obtuli Deo meo, nec tamen
video retributionem magnam ad me provenire ex his, quæ of-
fero. Dicam tibi, primum attēde, an primogenitum tuū ei ob-
tuleris, primum scilicet amorem, & potissimum, si enim hunc
non obtulisti, quidquid offeras, nihil dedisti. Si dederō corpus
meum, ita vt ardeā, nihil sum, nihil mihi prodest. Sed ais, dedi
primogenitum istum. Secūdum inspicere, an debilia opera Deo
offeras, tepida, sine spiritu, & seruore, sine pura intētionē Deo
placendi. Tertium si hæc omnia præstitisti, licet tuæ oblatio-
nis pretium nunc non videas, videbis tamen cum momenta-
neum, & leue tribulationis tuæ immensum pōdus operabitur
in te. Tunc videbis, & affluēs, & mirabitur, & dilatabitur cor
tuum, quando pro obolo videris tibi Deum dari, pro minima
cognitione gloriæ immensæ cumulum.

B
C
Sed oblato iam Christo patri, eū Mariæ dimittimus, si
clis secundum legē. O si irosus sacerdos, quæ vendis, abiq; dōna
rebio

Psal. 49.

Ephes. 1.

Malac. 2.

1. Cor. 4.

Esa. 58.

2. Cor. 4.

Esa. 58.

Leui. 27.

Num. 3.

bio pro vniuerso mundo illum non dares, & si lex violanda est, A pro hoc puero habendo violanda est. Venite ò mortales ad has nundinas. Hodie in templo Christus venialis proponitur, & cum vili pretio, vt quinque ematur siclis. Quis tali pretio Deū non sibi emit? O maxime Deus, quis te venalem hominibus fecit? quis te vltro neā mercedem hominibus exhibuit, vt omnes homines rogentur, vt te velint emere? & qui si iusto pretio vendendus esses, pretio eras vendendus infinito, quis tā infimo pretio te tradit, vt quinque siclis emi possis? Mens profecto nobis non est, ratio nulla in nobis viget, Deum non habes ò homo? nec eum quæris? Sed ais, caro mihi stabit pretio, quinque siclis quod à te exigitur pretium, vt Deum habeas: non nihil substantiæ? punctum honoris? delectatio turpis? & hæc pro Deo habendo non dabis? amens es. Minimo ergo voluit haberi pretio, vt ab omnibus emeretur, vt nullus excludantur pauperes. Venite ergo, emite absque argento, & absque vlla commutatione.

Esai. 53.

Sed vidimus iā Mariā, Christūq; nos in hac via præcedentes, videamus, oculosque cōuertamus ad Simeonē. De quo primo dicitur, *homo erat timoratus*. Quod si Deū timebat, inhabitantē in se diuinū spiritū habebat, iuxta illud Esai. 66. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilē, & timentē sermones meos? Qui nihil timet, nihil pauet, sed dicit securus sum, licet eo vadā, illuc veniā, cū muliere sim &c. illum reputa iam superatū à demone. Sapiens fugit, & declinat à malo, stultus confidit,

Prouer. 14.
Arist.

& transilit, ait Sapiens. Timor colligit maximē hominē. Vnde Arist. 2. particula problematum, in timentibus, ait, retrahitur spiritus ab exterioribus ad interiora, & inde est, ora timentium C pallere. Hinc Damasc. li. 3. timor cōtrahit hominem. Ratio est, quia timor est de malo imminente, quod difficile potest vitari, quod vero difficile vitetur, prouenit ex debilitate virtutis, quo vero virtus minor, eo ad pauciora se extēdit, & sic ex timore sequitur contractio. Sicut in morientibus natura retrahitur ad interiora propter debilitatem. Sicut qui ab hostibus in ciuitate circumdati sunt, cū paucos se vident suburbana relinquunt, & aliquādo ciuitatē, vt se in arce feruent. Hic ergo timor, qui nos intra nos colligit, & ab exterioribus subtrahit, ab occasionibus nos separat, maximē est necessarius viro Christiano, vt seruo-

A tur incolumis. Cuius rei figura extat Genes. 19. Timens Loth Gen. 19. fugit in Segor, & licet ei esset ibi ab Angelo promissa securitas, nō se credit securum, donec montem conscendat, & nec ibi se tutum arbitratur fore, ingreditur speluacā. Ita qui timoratus est, colligit se, abscondit se. Hinc Sapiens. Astutus videns malū abscondit se, paruuli pertranseuntes sustinuerunt dispendia. Sic & David. 1. Reg. 23. fugit timens Saul, & habitabat in conualle aquilæ, in locis tutissimis. Sed nec ibi creditur vitæ suæ & ait, aliquando incidam in manus Saul, & à regno illius exiuit, confugiens in Get. Qui sic timet animæ suæ periculum, fugit omnem occasionem peccati, qui secus, sustinebit dispendia. Secundus timoris effectus est, facere consiliatiuum, quia cū malum, quod timetur, sit difficile vitabile, succūbit homo, & ideo B quærit aliorum opem, & consilium. Ita Arist. 2. Rhetoricorū. Hinc timēs Saul, consulit pithonyssam. Consilium nobis quærendum est à confessorijs, & omnibus, à quibus sperare possumus auxiliū, & similiter aliorum opem implorare debemus. Vnde Iacobus, orate pro inuicem, vt saluemini. Et Pau. Orationes fidelium pro se sapius expostulat. Non sic qui dicit, diues sum & nullius egeo, Deinde de Simeone dicitur. *Expectabat consolationem Israel*. Expectabat saluum conductum, vt dicunt, vt ex hoc regno in aliud transfiret, expectabat libertatis chirographū, vt à captiuitate liber esset, expectabat regis diploma, vt regni æterni ei daretur possessio. Sanctitatis est insigne ait Ambros. bonum commune omnium desiderare, omnes enim quærent quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, nō quæ aliorum. Insigne optimi sacerdotis Simeonem, nō enim peccata grauiā ad altare deferre deberet sacerdos, quæ lachrymis dilueret. Si enim peccatum mortale non est peccatum Christiani, vt Aug. dicit, quanto minus sacerdotis. Inde Malac. 2. contra sacerdotes dicitur. Et rursus hoc fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini fletu, & mugitu, quia peccata perpetrant, quæ postea in altare eiulanda sunt.

Prou. 21.

1. Reg. 23.

Arist.

1. Reg. 27.

Iacob. 5.

Apor. 3.

Ambros.

Philip. 2.

Aug.

Mich. 2.

Acceptit eum in vlnas suas. Conueniēter præmisit, quod homo esset timoratus, vt ostendat reuerentiam, qua eum in vlnas accepit, vult enim tractari manibusq; tangi Deus, sed summa cum reuerēcia. Accedebat Moyses ad rubū, in qua Deus erat

Exod. 3.

intre-

intrepidè, ad quem Dominus, solue calceamētum de pedibus tuis. Illud solum, dicunt Hebræi, ei restabat ex his, quæ ab Aegypto detulerat, & hoc ei auferendum est. Insuper ad spinas vocatur Moyses, & sine calceamentis, quia qui calceatus incedit, etiam si inter spinas versetur, intrepidus est, sed qui discalceatus ad spinas venit, cum pauore, & consideratione accedit. Ad Deū ergo accessurus trepida, time, reuerere, sed nihilominus accede. Quidā præ timore fugiunt, nec accedere audent. Similes Dauidi, qui videns Dominum percussisse Ozam timuit, & arcam in domum non intulit. Alij verò vt Oza intrepidè accedunt, & vt Philistæi arcam in templum Dagon captiuam ducunt. Illi præ reuerentia non communicant, dicentes cum Petro, exi a me Domine, quia peccator sum. Hi sine reuerentia accedunt. Vtrumque vitandum nobis est, ad Christumque accedendū, sed cū timore, & reuerentia. Sic tandem Dauid fecit, videns benedixisse Dominum domui Obededon, arcam deduxit in regiam suam. Sic timoratus Simeō in vlnas accepit Christum Dominum.

Præterea non contentus ore laudare Christum, in vlnas eū accipit, quia vltra oris confessionem, etiam manus, & opera ei exhiberi vult Deus noster. Qui inclinati aquas bibebāt, manus in terra ponebāt, & ideo à Deo reprobati sunt, sic illi reprobatur, quorū os in sapientia est, sed manus in terra sunt. Qui verò ore, & manu aquam labunt, hi à Deo eliguntur ad victoriam ab inimicis reportandā. Manus primogeniti fecerunt, vt Iacob

benedictionem, ac primogenituram perciperet, quia opera iusta Dei gloria digna sunt. Et ideo in iudicio audient iusti, venite benedicti patris mei, percipite regnum, quia opera misericordiæ exhibuistis, &c.

In Ca

A In Cathedra S. Petri.

Thema. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Matth. 16.



PRAVORVM ingenium est, nolle esse quempiam, qui suis resistat cupiditatibus, sed vt eis liceat, per cuncta vagari, nec sit pratū, quod non pertranseat eorum luxuria. Sicut cōtra iustorum est, velle legibus coerceri, vt à vitis abstineat. Vox prauorum est illa Psalmi: Quis noster Dominus est: Iustorum verò illa: Legem pone mihi Domine. Hinc iniusti nolent constitui legislatorem super eos, de quibus Iob ait: Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Hinc ortum habuere plures hærefes, quæ ordinem Hierarchicum euertere voluerunt. Præcipue verò in sedem Petri, & eius Cathedram, negantes illius supremam auctoritatem. Sicut qui Republicam euertere conatur, primū Principem illius impetit. Vultque in Ecclesia fieri, quod aliquandò in Synagoga factum, Iudicum tradit historia, dūm rationem tumultuum, & dissensionum dat, dicens: In illis diebus non erat Rex in Israel, sed vnusquisque, quod rectum sibi videbatur, hoc faciebat.

Nobis verò contraria via procedendum est. Sicut enim qui Republicam commotam sedare vult, primo Principem statuit, & sicut pictor non prius quippiam imaginis pingit, quam caput eius absoluerit, ita nobis primū constituendus est Petrus caput, & eius Cathedra, & magisterium, & hoc est, quod hodierna die Ecclesia celebrat.

Contra eos verò, qui hunc Ecclesiæ ordinem turbare conantur, non fides tantum, sed & naturalis ratio manifesta pugnat. Hic enim ordo principatus, quo alia alijs subduntur, in omni re creata inuenitur. Angelis enim Angelis principantur, vt late Dronysius probat. Et inferiora corpora à superioribus gubernantur. Et inter ipsa animalis rationis, quædā Principes sunt.

Sanct.

E

Apes

2. Reg. 6.

1. Reg. 4.
Luc. 5.

2. Reg. 6.

Iud. 7.

Gen. 27.

Matt. 5.

Psal. 111.

Psal. 118.

Iob. 21.

Iud. vlti.

Diony. c. 6

de cal. hier

*Psal. 103.
D. Tho. 1. p.
q. 96. art. 4.*

*Aristot. 1.
Politica.*

1. Petri. 4.

*Job. 10.
D. Tho. 1. p.
q. 109.
Cant. 6.*

August.

Acto. 9.

Gene. 2.

*Pratū spiri-
tuale. c. 199.*

Apes Regem habent, auibus principatur aquila, bestijs leo, ser A
 pentibus regulus, piscibus draco, quem Deus formauit, vt lu-
 deret securē in aquis, quasi rex. Et homo ipse in statu innocen-
 tia hominis principatui subderetur, vt latē ostendit D. Tho-
 mas, quia cum homo sit animal sociale, etiam in statu innocen-
 tia socialiter vixisset, socialis verō multorum vita esse non pos-
 set, nisi aliquis præsidens intenderet omnium bonum, quia, vt
 Aristoteles ait, quando cuncte multā ordinatur ad vnum, sem-
 per inuenitur vnum, vt principale, & dirigens. Et quia cū tunc
 fuisset diuersitas scientiæ, & iustitiæ, inconueniens esset, si su-
 perior in illis ea non exequeretur in aliorum vtilitatem, iuxta
 illud Petri: Vnusquisque gratiam, quam accepit, in alterutrum
 illam administrantes. Ex quibus manifestum est, in natura sap-
 ta opus esse superiore, cū, vltra prædictas rationes, vrgeat ne-
 cessitas corrigendi, castigandique, ac coercendi impios. Ad de-
 verò verum est, quod diximus, vt licet de inferno dixerit Job:
 Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, nihilomi-
 nus tamen inter demones est ordo principatus, vt probat Di-
 uus Thomas: Ex quo patet, quā stultē locuti sint, qui hunc
 ordinem Hierarchicum tollere volebāt, cū sit illa castrorū
 acies ordinata, qua Duces, & Magistratus sūnt. Potuūt qui-
 dem Deus homines administrare, vel per se ipsum, vel per so-
 los Angelos, id verò noluit efficere, sed per homines, quod la-
 tē prosequitur Augustinus in prologo de doctrina Christia-
 na, addēs stultam esse tentationem, si quis reuelationem Angē-
 lorū expectaret, aut raptū in celū, vt Paulo accidit, quē etiā in
 tertium celum raptum, ad Ananiā Christus mittit. Hoc enim
 ad hominis dignitatē pertinebat, nihil verò prætermisit Deus,
 quod hominis dignitatem deceret. Est verò maxima hominis
 dignitas, quod homini principetur, & illi virtutis causa sit. Si
 enim bestijs principari diuinum quid est, dicente Deo: Facia-
 mus hominē ad imaginē, & similitudinē nostrā, vt præsit vola-
 tilibus celi, & bestijs terræ, an nō diuinissimū erit hominibus
 præesse? Hoc ergo homini concessit Deus. Vnde in Pratō spiri-
 rituali Ioannis, & Sophronij (qui tōtē sanctis, & synodo lectū
 da Nicēna in pretio habitus est) memōtia prædictū est, quod se-
 nex quidā mundus, & factus exiit, cū offerret sacramentū, vt
 debat

A debat Angelos sibi dextra, læuaq; assistentes. Porro hic ab hæ-
 reticis consecrationis ritum perceperat, & veluti simplex, &
 rudis diuinorum dogmatum, quando offerebat in simplicitate,
 & innocentia dicebat, quæ non decebant secundum rectam
 fidem, ignorans, quod falleretur. Per diuinā igitur dispensatio-
 nē perrexit ad eū diaconus quidā, peritissimus diuinorum dog-
 matum. Cōtigit autē, sanctum senem, presente illo sacrificium
 offerre. Dixitq; ei diaconus: Verba, quæ in offerendo dixisti, re-
 ctę fidei non sunt, sed hæreticorum, & prauę opinionis homi-
 num, senex autē confidens, quoniam videbat Angelos, dū offe-
 rebat, non intendit ijs, quæ dicebantur à diacono, sed cōtemp-
 sit, at diaconus persistebat dicens: Falleris Abba, non enim ad-
 mittit fides Catholica ista, quæ dicis, neq; mater Ecclesia. Cū
 B verò videret diaconi constantiā in se arguendo senex, atque in
 oblatione salutari sanctos Angelos, vt cōsueuerat, ingueretur,
 ait eis: Diaconus iste mihi hæc, & ista dicit, quomodo se habet
 veritas? Dicit ei Angeli, ausculta ei, nā vera loquitur, & recta
 ista prosequitur. Dixit eis senex: Quare vos non dixistis mihi?
 quia (inquiūt illi Angeli) Deus ita disposuit, vt homines corri-
 gantur, vt homo ab homine discat, & gubernetur, nec putet
 propter Angelorū visionē, hominis doctrina nō indigere.
 Cū verò regimē hominum hominibus Deus tradiderit, oportet
 tuit in Ecclesia esse illum perfectissimū. Hoc verò est Monarchi-
 cū, quo vnus est supremus princeps, simile illi, quod à natura
 est in rebus, in quibus fit reductio ad vnā primā, & simplicissi-
 mā causam. Vnde arguit Aristoteles, hoc esse perfectissimū re-
 gimen, & hoc cōstituit semper Deus, cū regimē ipse ordinauit.
 C Hinc in Deuteronomio cōstituit Sumū sacerdotē, cuius iudi-
 cio in omni re dubia stādū erat. Vnde D. Thomas probat hoc
 gubernandi genus optimum esse, probās illud ex Aristotele
 dicēte: Entia nolunt disponi malē, nec bonū pluralitas princi-
 patuum, vnus ergo princeps. Ratio vero D. Thomæ est, quia
 gubernatio est directio gubernatorū ad finem, qui est aliquod
 vnum, quia vnum pertinet ad rationem boni, sicut probat Boe-
 tius. 3. de consolatione, quia omnia sicut appetunt bonum,
 ita appetunt vnitatem, sine qua esse non possunt, nam vnum
 quodque in tantum est, in quantum vnū est. Vnde maxime res
 odiunt

*Aristo.
Deut. 17.
D. Tho. 1. p.
q. 103. ar. 3.
Ari. 12.
metha.*

Boet.

odiunt diuisionem, & omnis rei dissolutio prouenit ex defectu rei. Cùm ergò intentio gubernantis sit vnitas, siue pax: vnitatis autem causa per se est vnum, plures enim multa vnire nequeunt, nisi ipsi aliquo modo vniantur, illud, quod est per se vnum, potest esse conuenientiùs causa vnitatis, quàm multi vniri. Vndè multitudo melius gubernatur per vnum, quàm per plures. Hac ergò ratione cum Ecclesiam suam perfectissimam esse, Christus voluerit, sicut eam in Canticis dixerat: Vna est perfecta mea, instituit, vt vnus esset supremus Pastor, vnus ouis, & vnus Pastor, vnus Princeps, & hic est Petrus, & illius successores, quibus dictum est. Pasce agnos meos, & pasce oues meas, id est, fideles, & Episcopos, & nunc ait: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, id est, super te.

Sed in hoc gubernationis genere Monarchico, illud in conueniēssimè esse videtur, quòd si Monarcha malè gubernaret, difficile posset adhiberi remedium. Sed huic Christus omnipotens occurrit, efficiens, vt Papa malè pascere gregem non possit, quia regula infallibilis est fidei; & morum in his, quæ vt Papa decernit. Hinc Petro dictum est. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et tandem clauium potestas Petro traditur, & eius successoribus, ad quarum potestatem multa pertinent. Primum, vniuersam Ecclesiam regere, Episcopos in diuersa loca destinare, Euāgelium in toto orbe prædicare, omnem dare, auferre, aut moderari iurisdictionem, Reges creare, & iterum regna tollere, si à fide deficiant, vel eius prædicationi obstent, & plura huiusmodi, suprema denique in omnibus auctoritas. Et hoc est, quòd hodierna festiuitate Cathedræ Petri celebramus, cū Magister, Dux, & Princeps Ecclesiæ Petrus constitutus est, quod illi promissum fuit Matthæi. 16. Tibi dabo clauis regni cælorum, & collatum Ioannis. 21. cū ei dicitur, Pasce oues, & agnos. Hæc Petri Cathedra fuit Antiochiæ septem annis, vbi tunc fuit Summus Pontificatus. Sed inde Dei iussu, & reuerentione, vt auctor est Marcellus Papa, & martyr, Petrus transtulit Cathedram in Romanam urbem, vt ibi Ecclesiæ caput esset, vbi caput orbis erat, vbi eius successores vsque in hanc diem perseuerant, & perseuerabunt vsque in mundi finem. Romanus ergò

Cant. 6.

Ioan. 21.

Luc. 22.

Ioan. 21.

Marcellus.

A ergo Pontifex caput est orbis. Hæc veritas est fidei, & diffinitur in capite Quamuis, dist. 21. ex Pelagio Papa, diffinitur etiã à Martino. V. in Concilio Constantiensi, vt patet in bulla condemnationis Ioannis Vicleff. Et in Concilio Florentino sub Eugenio. 4. vbi vnio Græcorum, & Armenorum, cum Romana Ecclesia facta est, vbi sic dicitur. Definimus, Sanctam, Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorē esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac Doctorem existere. Et ipsi in Beato Petro pascēdi regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: Et ita Petrus se gessit, vt princeps inter Apostolos vbique primus sedens, & id quæs, & eius successores, eum imitati, similiter se gesserunt, vt vniuersalis Ecclesiæ principes in epistolis Decretalibus ad omne Ecclesiam, & vniuersa concilia Petri sedē venerata sunt, vt Primariam Cathedram. Hanc ergo potestatem Petro, & successoribus traditam hodierna festiuitate celebramus.

Ne verò vlla relinqueretur Apostolis inuidiæ occasio, cū omnibus Petrus præficeretur. Examen nunc fidei, postea verò charitatis proponit Christus, in quibus Petrus vniuersos excessit manifestè, & ideo viderunt, merito ipsis fuisse prælatum. Similiratione permotus fuit Isaac, vt vocato Esau dixerit: Assume arcum, & sagittas, & egredere in agrum, vt venatione capta, mihi facias gratissimam escam, vt comedam, & benedicam tibi, & primogenituram concedam, subijciamque tibi fratres tuos. Hoc etenim benedictio illa cōtinebat. Sed qua ratione, o Isaac id præcipis fieri ante quam benedictionem conferas? si primogenitus est Esau, illi benedictio statim. Non (inquit) sed prius me ille pascat venatione sua, vt videat Iacob, aliquid singulare gestum ab Esau in mei obsequium, quo plura à me meritis sit accipere, ne illi inuideat. Ita Christus Dominus, prius quam Petrum reliquis præferendum ostendat, voluit vt ipse in fide promptior, ac solidior appareret, & postea in dilectione, vt cū ipsis præficeretur, iure id factum viderent.

Ideo nunc interrogat. *Quem dicunt homines esse filium hominis?*
Sanct. E 3 nis?

Gen. 27.

Hierony.

1. Pet. 2.

1. Cor. 3.

Iacob. 3.
D. Tho.

Eccle. 34.

2. Cor. 12.

Rom. 15.

nis. Vos autem quæ me esse dicitis? Notat Hieronymus Christi discipulos Deos hic nūcupari. Cū enim dixisset, quæ dicunt homines, postea ait: Vos autē. Quibus verbis eos distinguit ab hominibus. Hinc Petrus, vos autē genus electū, regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annūtiētis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Qualis ergo fidelis esse debet? Homo electus, sacerdos, rex, sanctus, homo Dei, quæ ille acquisiuit, annūtiator diuinę virtutis. Ergo diuinū quod id est esse oportet. Hinc vitio fidelibus datur, quod homines sint. Hinc Paulus. Cū enim sit inter vos zelus, & cōtētio, nōne carnales estis, & secūdū hominē ambulatis? zelū vocat inuidiā, quę est cōtētionis materia, idē zelum iungit cōtētionē. Inuidus enim tristatur de bono alterius, quod ille promouere nititur, & hinc oritur cōtētio, de quibus Iacobus ait: Vbi zelus, & cōtētio, tibi in cōstantia, & omne opus prauum. Sed inquit D. Thomas, errans verba illa Pauli, quid sit in causā, vt vitio detur fidelis, quod secundum hominem ambulet? Et respondet, homini naturale est, a sensibus cognitionem capere. Vnde affectus humanus sibi derelictus secundum ea, quæ sunt carnis mouetur, nisi à diuino spiritu eleuetur. Vnde Sapiens ait. Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Fidelis ergo, qui eleuatus fuit à Dei spiritu ad cælestia, si postea terrena sapiat, descendit, & vilescit, sicut qui assumptus in regiam dignitatem vilia tractaret. Mirum profecto, hoc est, quod cum propensi ad eā simus in propriam excellentiam, vt eam nimio affectu quæramus, & in minimis eam inuenire conemur, quærentes aliqua inania, de quibus gloriemur, non tamē attendimus maximum, quod in nobis Deus posuit, quod genus simus Dei, quod gratia illius ornati, quod gens sancta, de quibus gloriari possumus. Tanta enim res gratia est, vt gloria, quæ ab ea proficiscitur, vana non sit, quia verissimo innititur bono. Qui ergo gloriatur, in Domino gloriatur, & dicere poterit cum Paulo. Si voluero gloriari, non ero insipiens, quia habemus gloriam apud Deum per Iesum Christum. Sed quodiam potestati Petri, & eius Cathedre diem factum agimus, quæ nomine clauum designantur, hoc futurū à nobis explicande sunt. Tibi dabo clauē regni cælorum. Cum

inter

A interrogasset cælestis Magister discipulos, vos quæ me esse dicitis, Petrus solus omnium vices gerens respondet. Tu es Christus &c. Sicut enim pater plures habens filios, & plurimas diuitias, ex quibus maioratum instituere decreuit, licet filium non designauerit, qui vniuersorum hæres futurus est, tamen signa huiusce rei dedit, dum primogenitum alijs præfert, & tunc primogenitus se habet vt princeps fratrum, ac se gerit, tãquam si maioratum iam possideret. Ita Christus Dominus signa iam dederat Petro singularis prærogatiuæ, dum profese, & illo didragma solui iussit, & idē Petrus iam quasi primogenitus designatus esset maior fratrum apparet, & vice omnium loquitur. Tu es Christus filius Dei viui. Tam apte verò quæstionē Christo propositæ respondit, vt audire mereatur. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauē regni cælorum. Mira profecto Petri dignitas, qua Christo per similes apparet. De Christo enim Domino dixit angelus. Dabit illi dominus sedem David patris eius, eadem sedes, & cathedra, nunc Petro conceditur, de qua Psaltes ait. Et in cathedra seniorum laudent eum, Christo regnum stabilitur æternum, sic & Petro, quia portæ inferi non præualebunt aduersus illius regnum. De Christo Esaias ait. Dabo clauem domus David super humerum eius, & claudet, & non erit qui aperiat, aperiet, & non erit qui claudat. Ita Petro nunc dicitur. Tibi dabo clauē regni cælorum.

C Tanta vero hæc potestas, quę nomine clauis exprimitur, est vt multis impossibile apparuerit, homini concedi. Maximum profecto est, hominem clauem cæli habere, vt claudat illud, cui voluerit, & aperiat, cui liberit. Si in Hispaniarū regno potestas à Deo cōcederetur homini, vt pro voluntate, ac iudicio suo bonis expoliaret, quem vellet, & vniuersa bona Hispaniæ distribueret, quibus vellet, summa hæc cōteretur potestas. Hanc potestatem traditam Nabucodonosori Daniel ait, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabucodonosor patri tuo, quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Quod si in regno terrarum, quod parui momenti est, tanti hæc potestas haberetur,

E 4 quanti

Simile.

Matt. 17.

Luc. 7.

Psal. 106.

Esai. 22.

Simile:

Dani. 5.

quanti a stimanda erit in regno cælorum? Nullis verbis hæc potestas ponderari potest, quia nullus exaggerare potest, quātū sit posse hominem in gloriam introducere, nisi qui dicere valet, quanta res gloria sit, hoc verò quis dicendo consequi poterit:

Nec verò quia potestas ista maxima est, ideo incredibile iudicanda, ex quo enim Deus homo factus est, homines exaltare voluit, & diuinissima eis opera communicare, illud verò proprium Dei esse videtur opus, gratiam, & gloriam dabit Dominus, id verò clauū potestate hominibus concessit. Sicut enim olim, Pharaon annulum dedit in manu Ioséph, quod erat regiū figillum; quo veluti rex poterat efficere, quæ vellet in regno: ita homini conceditur, peccata dimittere, gratiā in sacramentis donare, cæli ianuam dignis aperire, quasi Deus homo esset.

Sed hanc Apostolicam dignitatem, quam Cathedræ nomine hodiè celebramus, expendere curemus, ac ponderare. Magna profectò dignitas hominis fuit, cum ei cuncta visibilia Deus subiecit, de qua Dominus ait: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, ut præsit volatilibus cæli, & bestiis terre: Quasi dicat: Faciamus hominem quasi alterum Deum in terra. Id verò magni ducit: Psaltes, cum ait: Quid est homo, quia memores eius, &c. gloria; & honore coronasti eū, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues. Meritò verò id à nobis magnificandum est, cum id nobis Deus præstiterit, quod olim Phutiphar Iosépho, qui ait: Ecce Dñs meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod in meā non sit potestate. Hoc homini in domo sua cōcessit Deus, ut omnium sit Dominus, & omnibus utatur, ac si ipse illa creasset.

Adiecit verò Deus, ut hominem exaltaret, & tribuit ei, ut hominibus principetur in politicis, & humanis. Hoc verò multo dignius est, quam principari bestiis, quātò homo eas excedit. Quia ut Aristoteles ait: princeps suis legibus, & regimine ciues bonos facit, & virtutibus imbuit. Deum verò, ut hæc homini daretur perfectio. Cum enim bona gubernatione res ad perfectionem ducantur, tanto melior erit gubernatio, quāto

maior

maior perfectio à gubernante rebus gubernatis cōmunicatur: maior autē perfectio est, quod aliquid in se sit bonum, & etiā sit alijs causa bonitatis, quam si esset solummodo in se bonū, & ideo sic Deus gubernat creaturas, ut quasdā ex eis instituat causas boni in alias. Sicut si magister discipulos, nō solum sciētes faceret, sed aliorum doctores. Et ideo Deus homines per alios homines gubernat, non quia per se ipsum id efficere non valeret: sicut rex terræ, qui ideo per alios gubernat, quia per se ipsum non potest omnibus attendere, sed ut gubernatis cōmunicet potestatem, & perfectionem ampliozem. Sicut aliquando rex per ministrum sibi charissimum negotia perficit, quæ per se valeret efficere, ut ministrum honoret, faciatque ab omnibus honorari. Sed ea, quæ hucusque diximus, intra limites naturæ continentur. Aliquid amplius homini concessit

in lege naturæ, potestatem scilicet, supernaturalem, ut ex fine patet, quia ordinabatur in æternam salutem. Quæ potestas erat penes rempublicā ordinandi, vel eligendi sacerdotes, & sacrificia, quibus Deus coleretur. Et ideo sicut magistratus instituebant, sic & sacerdotes, cuiusmodi leguntur fuisse in Aegypto. Sic & Melchisedec fuit sacerdos Dei altissimi. Ad hos sacerdotes pertinebat Deo sacrificia offerre, populum instituere in diuinis. In lege vero Moyse sacerdotes, & sacrificia erant à Deo instituta, & ipse in hoc opus tribum Leui elegit. Sed eorum potestas clavis dicta non fuit, quia peccata dimittere non poterant, nec gratiam conferre, quam illa sacramenta non conferrebant, nec continebant, indulgentias concedere non poterant: ianuam cæli aperire impossibile erat, donec mundus redimeretur, Deus solus tunc claves tenebat.

In lege vero gratiæ summa, & mirabilis potestas est gubernandi, leges condendi, excōmunicandi, indulgentias concedendi, à peccatis absoluendi, gratiam donandi, cælum aperiendi. Et hæc dicitur potestas clauium Ecclesiæ. Has verò claves primum habet Christus rex à se ipso, tanquam Deus quidem, quasi Dominus omnium: tanquam homo verò, quia habet excellentiæ potestatem. Hinc pater loquitur per Esaiam. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non claudet, & non erit qui aperiat. Id ipsum

E 5, Ioan.

Psal. 83.

Gen. 41.

Gen. 2.

Psal. 5.

Gen. 39.

Aristo. 5.
Ethic.

Gen. 17.

Exo. 28.

Esa. 22.

Apoc. 3. Ioānes ait in Apoc. Qua in re sūma in nos vsus est beneuolētia **A**
Ioa. 5. pater, nolēs ipse iudicare quēquā, sed omne iudiciū dedit fi-
Gen. 47. lio, qui est os ex ossibus nostris, & caro de carne nostra. In arbi-
Psal. 71. trio ergo, & (vt sic loqui liceat) in manib⁹ fratris nostri vniuersa
 negotia nostra sūt. Sicut olim Pharaō dixit ad Ioseph. Terra *E*
 gypti in cōspectu tuo est, in optimo loco fac fratres tuos habi-
 tare. Et hoc est, quod orauerat Psaltes, Deus iudicium tuū re-
 gi da, & iustitiam tuam filio regis.

Sed discessurus Chrs ab Ecclesia secūdū visibilē cōiuctū, cū
 ei homines rationē de peccatis reddere nō possent, reliquit vi-
 cariā sui hominem, cui clauēs regni cælōrū cōmisit, qui pecca-
 ta cōdonare, & celi ianuas aperire posset. Fuit verō ista stupēda
 dignatio. Quod enim Pater hoc iudiciū Filio cōmittat, nō adeo
 mirū est, licet enim homo sit, tamē De⁹ est iust⁹, & Patris hono-
 rē zelās, & ideo ei concedi potest, vt illatas Patri iniurias cōdo- **B**
 net. At vero stupendū nimis est, quod Filius id cōcedat homi-
 ni peccatori, quid enim peccator sacerdos faciet cū alio pecca-
 tore, nisi quod ipse sibi fieri vult? Mirabilis omnino potestas, q̄
 accedat peccator peccatis onerat⁹, in infernū à Deo dānatus, &
 homo eū absoluat, remittat vniuersa peccata, donet gratiā, ape-
 riat ianuas regni cęlestis, & sentētiam perpetuę damnationis
 à Deo latā irritā faciat, & quod Deus hoc ratū habeat, benedi-
 cit⁹ Deus, qui potestātē talē dedit hominib⁹, quā Angelis nō de-
 dit. Ad eadē clauēs pertinet excōmunicare, absolvere, indulgē-
 tias cōcedere, ad pēnā ligare. Et tādē potestas iurisdictionis ad
 Ecclesię gubernationē, & promotionē, qua Ecclesia in spiritu **C**
 lib⁹ gubernat. Quę potestas maxima est, quia circa spiritualia,
 quę maxima sūt. Et cū tēporalia ad spiritualia ordinētur, cū ex-
 pedit spiritualib⁹, potest Papa dñs, reges, & imperatores muta-
 re, regna auferre ab impijs regib⁹, inobediētib⁹, & publicationē
 Euāgelij impediētibus. Sicut enim ars equestris principatur ar-
 ti frānifactorig, & mutat inferioris artis modū, cū ei expedit.
 Ita spiritualis potestas, quę soli cōfertur, principatur humana,
 quę luna est, & illā mutare potest, cū expedit, & ita saepe pōtifi-
 ces egerūt tollētes regna, & imperia ab impijs, & imperiū, quod
 nūc est, Papa instituit. Ideo Christus rex regū ait. Sicut misit
 me pater, & ego mitto vos. Id est, Ea autoritate, & potestate in
 man-

Ioa. 20.

A mundū. Et ideo sicut Chrs potuit regna tollere, si ad redēptio-
 nē humani generis expediret, ita eius vicarius, si ad ecclesię gu-
 bernationē, & extensionē cōueniēs sit. Hinc ad Iere. dicitur. *Ierem. 1.*
 Ecce cōstitui te super gētes, & regna, vt euellas, & diffipes, æ-
 difices, & plātes. Hęc enim potestas fuit necessaria Ecclesię ad
 finē suū cōsequēdū, quia aliquādo futuri erāt reges impij cōtra-
 rij Ecclesię, & publicationi euāgelij. Et hęc omnis potestas Pe-
 tro, & successorib⁹ tradita est, quā sub Cathedrę nomine hodie
 celebram⁹. Ex quo patet, quāt⁹ fuerit Petr⁹. Si enī in principe hu-
 mano exigebāt Philosophi virtutes vniuersas in gradu heroico,
 quales futūrę erāt in p̄cipe spirituali, & diuino? Certe digniorē
 elegit Iesus, sicut nos facere p̄cepit. Dignior ergo Petr⁹ inter
 omnes Apostolos, fidelior, amātor, & firmitior. ¶ Nos verō om-
 nes hac clauīū potestate, quę in vtilitatē nostrā cōcessa est vtī
 debemus. Primo, obediētes Romani pōtificis decretis, illiq; ad
 hērēdo in omni determinatione fidei, & morū, ipse est enim
 petra refugiū eriuacijs, de quo inferi⁹ in cōcione beati Petri, &
 Pauli. Deinde indulgētias, & iubilea magni faciam⁹, quib⁹ pec-
 catorū nostrorū pēna tollit. ¶ Sed p̄cipua clauīū potestate,
 quę omnib⁹ sacerdotib⁹ tradita est, vtamur cōfiteētes peccata no-
 stra, vt eorū remissionē percipiamus. Qua in re negligētes su-
 mus, sero, & male dispositi ad hoc sacramētū veniētes. Attēde
 anxī ū Iob de peccati remissione. Peccaui, quid faciā tibi, o cus-
 tos hominū? quasi dicat, taxa tu satisfactionē, nulla mihi grauis
 erit, dū à peccato sim liber. Et iterū Mich. Quid dignū offerā *Iob. 7.*
 Deo pro peccato meo? nūquid dabo primogenitū meū pro sce- *Mish. 6.*
 clere meo fructū vētris mei pro peccato animę meę. Si De⁹ tibi
 iniūgeret, vt pro peccatis tuis te laniares, vel in fovea viueres, ni-
 hil hoc esset, vt in illud inferni pēna tibi cōmutaretur. Sed ec-
 ce pro nihilo saluos facit nos, ait enim solū, dole, & cōfiteri. Sed
 quę nā ista satisfactio. Certe nulla, nisi Dei misericordia eā satis-
 duceret. An satisfaceret regi proditor dicens peccaui. Nūquid *Simile.*
 pro verbis his nō occidetur Semei, qui maledixit Chro Domi- *2. Reg. 19.*
 ni, ait Ioab, nō satis putās cōfessionē, & dolorē Semei, vt ei con-
 donaretur delictum. Sed id Deus satis putat. Ait enim Dauid. *2. Reg. 12.*
 Peccaui, & statim audit, Dñs quoque transtulit peccatum tuū.
 O indulgētia nimia, facilitas veniē sūma. Et publicanus solum
 ait, Deus propicius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. *Luc. 18.*
 Quis

Quis remedium adeo facile, medicinam facilem tanto morbo A
tollendo non assumit. Ad annum expectabis, viuificare animā
tuam? Vulnus corporis statim curas, & animam tuam negligis?
vbi mens? vbi ratio? vbi fides? quia statim peccatum non exuis,
in alia peccata prolaberis, & accidit tibi illud Ioelis. Cōputruerunt
vt iumenta in stercore suo. Ardet infernus sub pedibus,
tenui filo fragilis vitæ teneris, ne eò descēdas, & tu rides, & ne
gligis. Accede ergo ad Petri clauas &c.

Ioel. 1.

In festo Sancti Matthiæ. Apostoli.

Them. Cecidit fors super Matthiam.
Actorum. c. 1.



QVANTA res sit diuinum verbum, & quo loco
nobis habendum, ostendit primum omniū, quod
Christus Dominus, vt illud doceret, è sinu patris
in mundū venit, vt qui antea nobis loquutus fue
rat per prophetas, nobis loqueretur in filio. Et vt
assumpta humanitas conueniēs esset instrumētū, & organū di
uina explicans, vncta fuit summis gratijs. Sic ille de se explicat
illud Esaia, spiritus Dñi super me, eo quod vnixerit me, ad euā
gelizandū pauperibus misit me. Eadē verbi diuini dignitas col
ligitur ex electione Matthiæ. Cū enim in diuini verbi præconē
vnus eligēdus esset Iudæ loco, tāta hæc erat dignitas, vt aposto
li ausi nō sint, hūc eligere, sed Deo id cōmiserunt, dicentes, tu
Dñe, qui corda nosti omniū, ostēde, quē elegeris ex his duob⁹
accipere apostolat⁹ locū, sicut enim Chrs ad hoc muneri à pa
tre elect⁹ est, sicut ille ait in Psal. ego autē cōstitutus sum ab eò
rex super Sion montem sanctū eius, prædicans præceptū eius,
vices in terra gerere debuit, ab eodem deligendus erat, ab
eo mittendus, quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur?
quomodo legatione fungantur, nisi à principe missi, quorum
legati

Luc. 4.
Isaia. 61.

Roma. 10.

A legati sunt? Et nos pusilli audeamus diuina tractare, sed aude
mus electi ab Ecclesia: Sicut enim initio mundi primas crea
turas Deus se solo condidit, sed nunc eadem eas efficit, medijs
causis secundis, sic initio noui mundi, Ecclesiæ; scilicet, suæ,
prædicatores ipse, per se metipsum elegit, nunc verò per Ec
clesiæ prælatos. Vt verò res tanta, qualem ostendimus esse di
uinum verbum, conuenienter, & dicatur, & suscipiatur neces
saria gratia est, quam petamus per Mariam. Duæ præcipue for
tes in Scriptura numerantur, altera bonorum, altera verò malo
rum. De bonorum sorte gloriatur Paulus ad Colossenses. 1.
Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Et vt in hac
sortem gentes duceret, se vocatum, Paulus ait, Actorum. 26.
Vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satha
næ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem
inter sanctos per fidem, quæ est in me. Nō est hæc fors ex illis,
quæ in vanum prodit alba papyro, sed potius præclara fors, de
qua gratulatur Psalmus, funes ceciderunt mihi in præclaris,
etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes sortes appellat,
quia funibus sortes mittebantur, iuxta illud Psalmi, Sorte diui
fit eis terram in funiculo distributionis. Altera dicitur, fors ma
lorum, de qua Ecclesiastici. 6. Anima nequam disperdet, qui se
habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem
impiorum. Et Prouerb. 1. Sortem mitte nobiscū, impij loquun
tur. Quam verò vana sit hæc fors, & quomodo alba eis obtin
gat papyrus, audi ipsos dicentes, Sap. 2. Venite ergo, fruamur
bonis, quæ sunt, &c. quoniam hæc est pars nostra, & hæc est
fors nostra. Sed eorum vanitatem ostendit Hierem. 13. Disse
minabo eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto, hæc
fors tua, parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia obli
ta es mei, & confisa es in mendacio. Verè in albū prodijt eius
fors, qui in mendacio confusus est, quoniam omnia tempora
lia vana sunt, & deficiunt, & in nihilum tandem deueniunt.
Gratiæ status fors dicitur, ait Augustinus, quia quemadmo
dum cum sortes mittuntur, omnes diuites, & pauperes scripti
sunt schedulis, quæ sunt in vna, nec bona alicui fors succedit
humano alicui respectu, quia diues, vel nobilis est. Sed quia
Deus sic vult, iuxta illud Prouerbiorum. 16. Sortes mittuntur
in sig-

Colos. 1.
Actor. 26.

Psal. 15.

Psal. 77.

Eccles. 6.

Prou. 1.

Sap. 2.

Hierem. 13.

August.

Prou. 16.

in sinum, sed à Domino temperantur, ita ex confusa hominum A
 multitudine sine vilo merito elegit Deus ab aeterno, quos
 voluit, ac prædestinavit eos, antea quam quicquam boni, aut
 mali egissent, Iacob dilexit, Esau autem odio habuit: Eodem
 etiam pacto gratiam primam confert sine vilo hominis meri-
 to, sed sola sua voluntate. Psalmo. 17. Saluum me fecit, quoniam
 voluit me. Nec id in sola hominis potestate est, quia non
 est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Hinc videns
 Christus, multos parvulos hac donatos gratia, multos item po-
 tentes ab ea exclusos, hanc rationem hodierno Evangelio pro-
 ponit. *Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.* Ideo gratia
 fors dicitur Ephesios. 1. in quo etiam nos sorte vocati sumus,
 prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia B
 secundum consiliū voluntatis suæ. Et in capite. 2. Gratia enim
 estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei
 est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur: Et Augustinus enar-
 rans illud Ioannis. 19. Super vestem meam miserunt sortē, ait:
 Vestis Christi gratia est, quæ sorte datur, quia Deus eam con-
 cedit, cui vult. Quod figuratur Leuitici. 19. quo loco præcipi-
 tur, ut duo hirci adducantur coram Domino, nec quem mal-
 lent, sacrificare poterant, sed mittentes supervtrūque sortem,
 cuius fors exierit, offertur Deo.

Sed objicis, si sorte mihi donanda est gratia, non ex operibus,
 nullam præstemus diligentiam, sed dormiamus in vtranq; au-
 rem. Absit, quod enim dictum est, licet tollat meritum gratiæ,
 nō tamen cooperationē arbitrij, tanta enim est diuina in nōs C
 bonitas, ut quod in eius sola potestate est, in tua posuerit, dant
 tibi necessarium auxilium, ut gratiam possis obtinere, si illo uti
 velis, potes gratiam obtinere non ex te, sed ex Deo. Datur tibi
 facultas eligendi sortem, quam malueris. An non te afficeret
 summo beneficio, qui missis in vnam sortibus, tibi diceret,
 mitte manum in vnam, & prælige tibi, quam malueris sor-
 tem? Deus tibi præsto est, si gratiæ sortem volueris. Cuius rei
 mirabilis figura extat. 4. Regum. 13. Dixit Eliseus ad Iosabab:
 4. Reg. 13. fer arcum, & sagittas, pone manum tuam super arcum, & su-
 perposuit Eliseus manus suas manibus Regis, & cum tres sagit-
 tas emisisset ait: Ter percuties Syriam, & si plures sagittas emis-
 ses,

Psal. 17.

Matth. 11.

Ioan. 19.
August.
Levit. 19.

4. Reg. 13.

August.

4. Reg. 13.

Affes, pluries percussisses. Quid proportionis, obsecro, habet, tres
 sagittas iacere in Syriam, ut eam ter vincat? Ex se profecto nul-
 lam, sed quia manus Heliæ ibi erat, eam habebat. Sic omne opus
 tuum, ut gratiam allequaris, nullum est ex te, sed quia Christi
 meritum, & auxilium Dei manus tibi adest, cum de peccato
 doles, gratiam consequeris. Sed quis, obsecro, hac tanta pote-
 state non utitur? Iratus est Eliseus contra Iosabab, quod plures nō
 misisset sagittas. Maiorem nos iram meremur, quod plura ope-
 ra bona non præstamus. Si sortes modò essent, quibus non au-
 rea pocula, aut prædia, distribuarentur, sed regna maxima, tuq;
 esses vnus ex his, qui sortes miserunt, & ad te diceretur, mit-
 te in vnam manum tuam, elige tibi sortem, elige tibi regnum.
 Quis tanta potestate non uteretur? In hoc verò tempus Qua-
 dragesima aduenit, ut qui in sorte fuisti peccatorum, transfe-
 raris in gratiæ sortem. O scelicissimus tu, si in hanc sortem tras-
 latus fueris. Est quis egestate pressus, & sorte ei contigit præ-
 dium optimum, dives iam omnia vitam euadit. Ita tibi modò
 contingere potest, miser fuisti hucusque, si verò auxilio diuino
 uti volueris, sorte celesti ditaberis, ut dives sis. Esther. 3. Sorti
 missa est in vnam, & ex ea prodij, ut mense duodecimo Mar-
 docheus interficeretur, & vniuersus Israel: sed in sorte vitæ se
 Mardocheus, & Israel disposuit, ieiunio vsus, & cilicio, ac ora-
 tione, quæ si Deus concessit, cū mense duodecimo exaltatur
 interfecto. Amā, & domo eius deleta. Quod sic exponit Gre-
 gor. fors mortis, in qua Mardocheus cū vniuerso erat Israele,
 est fors peccati, in qua omnes peccatores sunt, qui tamē si pe-
 nitentia disponatur, trāsibūt in gratiæ sortē. Hoc verò in mense
 duodecimo, qui est Februarius, quia primus mēsis Hebraeorū
 fuit Martius. Hoc ergo mēse, quò quadragesimalis instat tempus
 trāsituri sumus in sortem sanctorum, si recte disponamur.
 Cecidit ergo fors super Mattheam. Fors honorum, fors gratiæ
 diuine. Sed in super cecidit super Mattheam fors alia belara, Apo-
 stolica, scilicet, annumeratus est cū vndecim Apostolis. Licet
 omnis gratia prima sorte detur, mera, scilicet, Dei liberalitate
 sine meritis, sed excellentissima gratia Apostolorum maxime datur
 hæc sorte, auxilia enim necessaria in de lege omni datur pecca-
 tori, sed suprema Ecclesiæ gratia extra ordinē, & cōmuni legē
 datur

Similia

Esther. 3.

8. m. 10. x

Gregor.

datur paucissimis, & hæc ex pura gratia conceditur. Talis est Apostolica gratia, quæ gratiam illam longè superat, quæ alijs sanctis conceditur. Ideo ad Apostolos ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Gratiam Apostolorum superabundasse in omni scientia, prudentia, signis, & virtutibus latè ostendit Paulus, primitias enim Christi illi habuerunt, in gratia confirmati sunt, ad omnia miracula potestatem acceperunt, mundi vniuersi Pontifices facti sunt. Similesque sunt lapidi illi pretioso, qui dicitur Abeston, de quo Plinius libro. 3. cap. 10. Albertus libro. 2. Mineralium, tractatu. 2. cap. 1. & Isidorus libro. 16. Arcadiæ, tellus lapidem producit Abeston, ferreus huic color est, naturæ mira potestas, nam semel accensus conceptos detinet ignes: extinguique nequit, perlucens perpeti flamma. Dicitur verò Abestos ab igne, quia semel accensus nec aqua, nec alia vi extingui potest, & in templo veneris antiquo, dicit Isidorus, fuisse vnum ex his lapidem perpetuè ardentem, ut lampas. Cui per similes est Apostolica gratia, semel igne diuini spiritus accesi sunt Apostoli, & extingui non potuerunt, & si omni mundi potentia, & sapientia in eos irruerit, tali igne arserunt, ut de eo Paulus dicat: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia? an persecutio? &c. Certus sum, quod nec instantia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Tales decebat esse primos Ecclesiæ parentes, principes constituti super omnem terram. Et hæc omnia maxime in Beato Matthia necessaria erant, ut defectum Iudæ suppleret. Quando enim in aliqua communitate ob alicuius ingens facinus infamie nota magna incurritur: solet deligi vir omni virtute ornatus, perfectioneque consummatus, qui sua virtute reficiat, quod alter infecit, & destruxit. Summum facinus fuit, quod alter in Collegio Apostolico commisit, ut illud restauraret Matthias eligitur, consummata perfectione sit, oportet.

Huius rei historiam narrat Lucas Actuum. 1. Exiens Petrus, tanquam caput, Christusque Vicarius in rebus. Chryostomus, vides quam lo ostendat principem in Apostolorum choro, ubique primus loquitur, & merito, episcopi quædam sunt, & tu ali-

Ioannis. 15

Ephes. 1.

Plinius.
Albert.

Isidorus.

Roma. 8.

Chryostom.

A taliquando conuersus confirmat fratres tuos. Veritas enim catholica est, Petrum, & successores eius habere auctoritatem gubernandi Ecclesiam, & necessaria: discernendi, interpretandi scripturam, & eorum omnium, quæ ad rectam Ecclesiæ gubernationem spectant: ad hæc omnia. Christus Dominus potestatem suam ei delegauit, & nomen tuum dedit, dicens, tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Id est super te, qui petra es, sicut & ego petra fundamenti sum. Et eum dicens petram, fecit esse petram stabilem in fide, ut sit Ecclesia fundata supra firmam petram. Et iterum quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. In cælis, ait, pluraliter, maxima enim est Petri potestas, quæ est super omnes cælos super episcopos, & prædicatores, qui sunt cæli enarrantes gloriam Dei: Alij ergo ligant, & solvunt in proprio cælo, sed Petrus in omnibus cælis: eius mandata vniuersalia sunt, totam Ecclesiam ligant, ideo ad eum loquitur Ioannis ultimo. Pasce agnos meos, & oues meas, qui sunt prælati. Et cum familiarum capita tributum soluerent, ait Christus Petro, vade solve didragma pro me, & pro te: ostendens futurum eius in terra vicarium. Licet ergo quilibet Apostolorum habuerit vniuersalem in omnem mundum potestatem, sed Petrus etiam super Apostolos, & soli successores Petri in vniuersum mundum. Ideo exurgit hodie in medio Apostolorum tanquam caput; sed quid dicat, audiamus.

Viri fratres. Hæc erant nomina Christianorum antiqua, viri quia in lege virorum sumus. Hoc fidelis à Iudæo, & ethnico distat, quod vir à puero, puer nenius gaudet, vir rebus serijs: paganus temporalibus, fidelis æternis. Cum essem paruulus, sapiebam ut paruulus, loquebar ut paruulus, quando autem factus sum vir, euacuavi, quæ erant paruuli. Nolite ergo pueri effici sensibus: Vtique quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt, tanquam paruuli petentes ignem ipsis dari, aut gladium. Nomen secundum fidelium fuit, fratres. Omnes vos fratres estis, ait ad eos Christus Dominus, multitudinis precedentium erat corpus vnum, & anima vna. Et sicut in exercitu diuersi sunt duces, diuersæque acies, ut ordo seruetur, sed omnes militant sub vno duce, omnes mutuo se iuuant, omnes

Sanct. F vnum

Luc. 2.

Matt. 16.

Ioan. ult.

Matt. 17.

1. Cor. 13.

1. Cor. 14.

Matt. 23.

Act. 4.

Cant. 6.

vnun conficiunt exercitum, sic Ecclesia, quę dicitur terribilis, vt castrorum acies ordinata, licet in acie sit diuifa, omnes tamē vnun sunt, & vnā conficiunt Ecclesiam. Sed Charitas maximē hoc præstat, vt omnes vnun simus, hoc vero speciale, nouum quę mandatum legis gratiæ est.

Psal. 39.
Eccl. 1.

Erat autem turba hominum centum, & viginti. Ponit iustorum numerum, de iniustis enim dicitur, multiplicati sunt super numerum, & stultorum infinitus est numerus. Nō numeratur scoria, quę ex argento vel auro purificato tollitur, sed argentum, vel aurum numeratur. Non palea numeratur areæ, sed frumentum: sic iusti frumentum sunt areæ Dei, aurum, & argentum eius, hi numerantur, peccatores verò palea sunt comburendæ igni inextinguibili, scoria sunt, & peripsēma, idē non numerantur. Duplicem piscium capturam memorię præbunt sacri Euāgelistæ, primam, quę facta est ante Christi resurrectionem, cū rete rumpebatur & tunc numerus piscium nō dicitur, Secundam verò, quę facta est post resurrectionem, & tunc pisces capti numerantur. 153. & magni pisces dicuntur, nec rete ruptum est. Cuius rei rationem assignans Gregorius ait. Prima piscium captura significat congregationem fidelium, in Ecclesia, in qua boni malis permixti sunt, & rete rumpitur propter malos, qui exire ab Ecclesia incepērunt per peccatū, sed sūnt exire in morte, ablata ab eis fr̄de, seruus enim non manet in domo in æternum sicut filius. Vnde aliquando dicitur, eijce ancillam, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Secunda verò significat bonorum collectionem post resurrectionem futuram, qui magni pisces sunt, & eorum numerus describitur. Qui enim numerat multitudinem stellarum, quo modò non numeret regnatos super stellas. Et qui numeratos habet iustorum capillos, quomodo eos non habebit numeratos. Hi rete nō rumpunt. Si ergo ex his tu es, comede cum lætitia panem tuum, quia placent Deo opera tua, tibi quę dicitur, inuenisti gratiam coram me, & noui te ex nomine, & oculi domini super iustos.

Greg.

Genes. 21.

Psal. 146.
Lucæ. 12.Ecclesiast. 10.
nono.

Exod. 33.

Psal. 33.

Oportet impleri scripturā &c. Ecce quę adiutos Patris loquitur. Tāquā doctor Ecclesię explicat scripturā authoritatius, & Psal. 108. de Iuda scriptū ostendit. In quo notauit Rupertus viginti

A ginta esse maledictiones, correspondentes triginta argētis, qui b° Chr̄m vēdidit. Addit præterea Ruper. Sicut serpens, quo vsus est demō in primi Adæ deiectionē, quia diaboli fuit instrumentū, maledict⁹ est super omnia animātia terrę, sic Iudas super omnes homines maledict⁹, quia diaboli instrumentū fuit ad Chr̄i necē. ¶ Sed dubitari meritō potest, cū Apostoli scirēt, vnū eorū diaboli futurū, Christūq; traditurū, quo modò non orauerūt pro eo, qui pro Chananea orauerunt, & pro alijs, vt par est credere? Et Stephanus pro Paulo orauit. Respōdetur, fuit peccatū eius contra Spiritū sanctū: ex pura malitia, quod non remittitur in hoc seculo, nec in futuro, & quod omnē intercessionē excludit. Vnde Ioan. Si quis peccat peccatum, & non ad mortē, oret pro eo quis, & dabitur vita peccanti peccatum, & non ad mortem, sed si peccat peccatum ad mortem, pro eo non dico, vt roget quis. Peccatum ex infirmitate est peccatum in patrem, cui tribuitur potentia, peccatum ex ignorantia contra filium, cui tribuitur sapientia, ex malitia contra Spiritum sanctū, cui tribuitur bonitas. Petrus infirmitate peccauit, Paulus ignorans fecit, Iudas malitia multa, aditum præclusit illi orationi, quia illud est peccatum ad mortem, quod ex malitia fit. De his loquitur ipse ad Prophetam, si steterit Moyfes, & Samuel coram me, non exaudiam eos, non est anima mea ad populum istum. Hac etiam ratione Noe non orauit, ne diluuium in terrā veniret, quia vt scriptura ait, multa malitia hominum erat in terra. Quanta vero malitia esset Iudas, ex eo colligitur, quod cum innumeras artes eum leniendi Christus quęsierit, nihil tamen profecerit. Eius lauit pedes, ei prædixit interitum, intinctum dedit panem, corpus suum tribuit, ad eum processit osculans eum, ac dicens, amice, ad quid venisti? Sed nulla arte duci potuit in id, quod rectum erat. Perfimilis factus gemmę, quę dicitur Chalacia, de qua Plinius libro. 37. capite. 11. & Solinus. 50. Albertus libro. 2. capite. 7. dicunt. Est, quę candorem fert grandinis, atque figuram, ictibus omnimodis inuicta Chalacia gemma, cuius naturę vis tanta probatur, vt omni tempore frigida sit, nulloque caleseat ab igne. Licet enim in medio ignis perpetuo sit, non calefcit, ait Albertus, propter nimiam pororū

1. Ioan. 5.

Jerem. 14.

Gen. 6.

Plinius.

Solinus.

Albertus.

restrictionem. Cui similis est Iudas in medio ignis frigidus, ignem venit Christus mittere in terram, & verba eius ignis ardens
Luc. 12.
Psal. 118. ignitum eloquium tuum vehementer, opera eius vniuersa ignem spirantia, adhuc Iudas frigidus est, malitia plenus. Non est ergo qui orat pro eo. Rixatus est famulus cum famulo & eum percutit, herus illum a domo pellit, tu vero oras pro eo, & in domum eum reducit, placaturque: aliquando vero tale facinus admittit famulus, ut pro eo nullus orare audeat, ut si ligno percussit dominum. Hoc ad litteram videtur Heli ad filios suos dicere, peccantes in Deum. 1. Regum. 2. Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Ex quo patet peccata in Deum maxime cauenda, ut male communicare, quo efficitur homo reus corporis, & sanguinis Domini. Licet enim sanguis ille Domini tantae virtutis sit, ait Augustinus, ut etiam delere possit peccatum effundentium illum, tamen difficilius his applicatur, nullusque hominum orare audet pro his, qui illum fuderunt.

Simile.
1. Reg. 2.
1. Cor. 11.
Aug.
Ambros.
 Sed dubitat Ambrosius super Lucam libro. 5. capite. 6. Cur in Apostolum Iudas electus est a Domino, sciente, eum diabolum futurum. Respondet Ambrosius. Eligitur Iudas non per imprudentiam, sed per prouidentiam, quanta est veritas quam nec aduersarius minister infirmat: quanta moralitas Domini qui periclitare magis apud nos iudicium suum, quam a se factum maluit? Susceperat enim hominis fragilitatem, & ideo, nec has partes recusauit fragilitatis humanae, voluit deserui, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo tradi, ut tu si a socio deseruissis, si a socio proditus fueris, moderatè seras tuum errasse iudicium, perijsse beneficium. Hæc Ambrosius. In omnium maiorum nostrorum leuamen, & consolationem Christus venit, ut eum aspicientes non fatigemur, nec deficiamus in vlla tribulatione, quod vero maxime hominem commouet, est, ab amico tradi, & prodi. Sic Psaltes. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: tu vero homo vnanimis dux me, & notus me, &c. Ut ergo in hac tribulatione, sicut in alijs, socium Christum habeas, & eo inspecto consoleris, ideo & hanc passus est tentationem.

Ioan. 12. Qui annumeratus erat in nobis, id est, erat Apostolus, Ioan. 12. non ego

A ne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Diabolus moribus; Apostolus officio. Licet ergo superior, & prelatatus sit Iudas, ei teneris obedire, accipe ab eo, quod bonum est, quod malum, relinque. Chrysostomus, nonne ex vili terra capis aurum: accipe aurum doctrinae, relinque terram morum. Apis florem capit, spinam cauet. Augustinus Tractatu. 46. in Ioannem, est vitis iuxta rhamnum, botrosque inter spinas mittit, cuius nam racemus ille est, vitis utique non rhamnum cape, spinam caue, ait Augustinus. Quod præcipit, docetque tanquam Ecclesiae prælatus, tibi accipiendum est, quia a vite illa procedit, quæ ait, ego sum vitis vera. Non a semet ipso dicebat Caiphas, sed prophetabat tanquam Pontifex: peccatum illius caue; Cum enim gratia gratis datae sint in aliorum utilitatem, possunt esse sine gratia gratum faciente. Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei, omnia, quæ cunq; dixerint vobis, seruate, & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Secundò aduerte, in Iudæ reprobatione. Sicut nostri in domum tuam famulos admittere, & eijcere, cum tibi non placuerint. Sic Deus noster. Et ante quam vnum eijciat, alterum sibi prouidet, loco eius, sic ante eiectionem Saulis vngitur Dauid. Hinc Iob, qui conterit multos, & innumerabiles, & stare facit alios pro eis. Sic modo reprobat Iudas, eligitur Matthias, qui ergo stat, videat, nec adat. Nec superbias quia vides, te in Dei domo esse, eijci potes, ideo tibi cauendum, timédumque. Seruite Dño in timore, & exultate ei cum tremore, quia magnus, & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Diffusa sunt viscera eius. Ille se ipsum suspendit, non ab alio homine, Angelo vel demone, occisus est, ipse sibi mortem intulit. Infideles per bonos Angelos Deo occidere solet, ut exercitum Sennacherib, & primogenita Aegypti, fideles vero castigat aliquando per malos Angelos, ut Iob, quia qui nouit voluntatem Domini, & non facit, plagis vapulabit multis. Ideo maiori est poena dignus fidelis, propter idem peccatum, quam infidelis, maior vero est, cum a demone patitur quisquam a cum ab Angelo. Sicut iugulari a nobili, vel a vili carnifice: Iudas vero a nullo, nisi a se occisus est, quia peior omni homine, & ipso demone, qui etiam superbiens Deum magnificat, ideo ut ma-

ximo voluit ei equari, at Iudas Deum adeo vilipendit, vt dixit, quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam, & triginta argenteis eum demum vendidit. Deinde immensus Iudæ casus consideratione dignus est. Quanto excelsius est edificium, tanto ruina maior, & quo ab excelsiori loco aliquid præcipitatur, eo plus conteritur. Ex altissimo Apostolatus gradu cadēs in vltimas inferni cavernas se dedit. Ideo de eo melius quam de Assur dici potest, illud Ezechielis. Nam & ipsi cum eo descendunt ad infernum, ad interfectos gladio, & brachium vniuscuiusq; sedebit sub vmbra arboris, atque damnatos quiescere sub vmbra Assur, quia videntes summas eius pœnas, quibus reliquæ comparatæ multo minores sunt, ibi quiescunt, quia hoc eis esset solatio, si consolari possent. Sic Esaiæ. 14. dicens, descensum Nabucdonosor in infernum describit, lætantes eos, qui ibi erant. Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis factus es, detracta est ad inferos superbia tua &c. Tanta ergo sunt Iudæ tormēta, vt sub eo quiescere possint omnes damnati. Hinc colligendum, quo tandem deuenit ille, qui diuina indignè tractat & medicinis in animæ salutē à Christo institutis, ipse magis infirmatur, confessione, communionē que mali peracta.

Diffusa sunt viscera eius. Corpore humano retineri nō poterat viscera, quæ tātū facinus admiserūt, nec per os, quo Chrm suscepit, & osculatus est anima exire voluit. Et deinde proiecit intima in morte, qui in vita intima proiecerat. Eccl. 10. Nihil est iniquius, quā amare pecuniā, hic enim & animā suā venalē habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Intima in vita proiecit avarus, quia omnem virtutem à se abiecit, & omnem curam, ac sollicitudinem in temporalibus enixè ponens viscera sua eijcit, quasi aranea textit filum è visceribus imis eum extrahens, iustum ergo est in morte proieciat intima. Considera avaritiæ malum, affectus est Saul preciosis & pinguibus Amalech, & regno propter hoc expulsus est, datumque est proximo meliori se, affectus pecunię est Iudas & ab Apostolatu deijcitur, daturque Matthiæ meliori. Hinc descendum, nullo statu te securum esse. Post Christum & matrem eius supremum Ecclesiæ

A siq; Apostolatus est, posuit enim in Ecclesia, ait Paulus, primum Apostolos, hinc cecidit Iudas: è cælo Lucifer, ex paradiso Adam, semper ergo nobis timendum est.

Tu Domine qui corda nosti omnium. Tu qui stateram iustam manu tenes, ostēde, in quam partem iustitia inclinet. Affectus fuit Samuel Eliab maiori natu inter filios Isai, sed Dominus ait, homo videt, quæ à foris sunt, sed, Deus intuetur cor, elegitque David: sic nunc fit, electus est Matthias. *Ceciditque fors super Matthiam.* Est fors ministerij, & fors gratiæ, sicut est gratia gratis data, & gratia gratum faciens: fors ministerij, & gratiæ gratis datę est dignitas, & officium, quod rouereri in Ecclesia tenemur, quod huic, vel illi à solo Deo conceditur, nec omnes illud assequi possunt, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

B In hanc sortem omnibus venire non licet. At in gratiæ sortem quæ præcipua est, omnes venire possunt, omnibus parata est fors ista, cuiuscumque gradus sint, & qui melius cursum conserit, qui plus cucurrerit, eam obtinebit Currunt Petrus & Ioānes ad monumentum, & plus Ioannes currit, cum vero ad monumentum peruenerit, expectat, priusque Petrum ingredi voluit, quia Petrus erat Princeps ministerio, cui honor exhibendus est ab omnibus, etiam melioribus in gratia sed potes tu præcedere cursu, gratia sanctitateque prælatum tuum, curre, cursum consumma etiā citius Petro, si potueris. Cecidit ergo fors ministerij super Matthiam. Sed quia idoneos nos fecit, ait Paulus, ministros noui testamenti, ideo Apostolis data est fors non ministerij solum, sed gratiæ ma-

ximè primitiarumque spiritus, & tanquam princeps mundi omni est bono spirituali Apostolus ornatus &c.

F 4

In die

Festa Martij.
Indie S. Ioseph. conf. Con-
cio prima.

*The. Cum esset desponsata Mater Iesu Ma-
ria Ioseph. Matthæi. 1.*

Eccles. 26.



Eccles. 26. Mulier bona pars bona, idest, optimum, quod in domo habere potes, idest, si habueris mulierem bonam. Quæ pars Ioseph? quæ hereditas eius? Maria optima profecto pars Ioseph est. Fuere mulieres, quæ perditionis virorum causa extitere, sic Eua Adamum perdidit, Iezabel Achab. Et deprauatum est cor Salomonis per mulieres. Et Sanson à Dalila traditus est inimicis. Aliæ vero mulieres multa viris bona eumulauerunt, vt Sara Abraham, edes ei Isaac, risu patris. Et prudens Abigail vitam seruauit viro suo. Sed super omnes mulieres Maria lætificauit virum suum, & vniuersum mundum pariter lætitiâ hominum, & Angelorum, ab hac omnia bona nobis prouenere, & proueniunt. Sed hodie cum dies festus sponsi agitur, eam paratissimam inueniemus, vt gratiam nobis impetret, &c.

2. Cor. 2.

Mirabilis plane Deus in sanctis suis, adeo vt in eorum minimo plura sint mirabilia, quam in vniuersa natura, elementari, caelesti, & etiam Angelica, gratia enim super omnem naturam est. Sed inter sanctos quidam mirabiles magis sunt, in quibus maiora dona gratiæ Deo posuit, propter excellentissima munera, ad quæ eos delegit. Muneri vero, & officio gratia respondit, iuxta illud Pauli. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, Deus enim qui idoneos potest facere ministros, tales facit eos, ea gratia donando, quæ conueniens est altissimo muneri, ad quæ eos delegit. ¶ Vt ergo gratiam Iosepho datam, quanta fuerit, assequi valeamus, munera, ad quæ eum Deo elegit, contemplerur. Hæc autem duo sunt, primum vt sponsus, virque Mariae, secundum, vt Pater Christi Domini sit. Tanta hæc officia sunt, vt oculus conti-

A continuo turbetur coram tanta celsitudine. Primum discutiamus. Sponsus Mariæ est, eiusque vir, ac caput. Hoc audito non continuo dicemus cum Ecclesiastico, c. 26. Mulieris bonæ beatus vir? Et in capite. 25. Beatus qui habitat cum muliere sensata. An non beatissimum dicemus virum Mariæ, & eum, qui cum tali muliere habitauit? Desponsatio Mariæ cum Ioseph à Deo facta est? qui habitare facit vnius moris in domo. Conueniens vero desponsatio est inter æquales, & similes. Sic Genes. 2. Cum sponsam dare Deus vellet Adamo ait, faciamus ei adiutorium simile sibi. Vt verò notaret Deus quanta similitudine esse inter se se coniuges debeant, quantaque dilectione se inuicem prosequi, cum in reliquis speciebus animalium marem & feminam seorsum condiderit, in hominum specie non sic fecit, sed ex viro mulierem sumpsit, & ideo virago dicta, quia de viro sumpta est. Et deinde cum inter coniuges summum voluerit esse amorem, & similitudo sit causa amoris, summam oportuit esse similitudinem inter eos. Sed quantus hic amor? Paulum audi. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Vxores vero viros diligant, sicut Ecclesia Christum. Mirum, stupendumque his verbis significauit amorem. Amor enim Christi ad Ecclesiam infinitus est, se ipsum pro ea tradidit, & summa ad eam est patientia, innumera enim indies confert beneficia, Ecclesia verò quo amore Christum prosequatur, non facile explicaueris. Attende quantum pro sponso sanguinem fuderit, quot obsequia, quot cantica ei indies offert. Cum ergo tantus amor maximam petat similitudinem, inter Ioseph & Mariam debuit hæc esse maxima. Sed qualis obsecro, quantumque ille homo est, qui cum Maria virgine summam habet, tum similitudinem, tum proportionem. Inter caelestes spiritus, etiam seraphinos, etiam Apostolos, nullus adeo excelsus est in caelesti curia, qui esse possit in eodem choro cum Maria, quia illos omnes tanto superat intervallo, vt sola chorum conficiat, nec ei villo modo proportionetur supremus Seraphinorum, vel etiam Apostolorum, & ideo peculiari, solique Mariæ conuenienti adoratione colitur hyperdulia. Inter alios verò sanctos licet disparitas sit, est tamen proportio, vt inter digitos manus vnde chorum vnum conficere valent, licet dispares sint. At Ma-

Eccles. 26.

Eccles. 25.

Psalm. 67.

Genes. 2.

Ephes. 5.

ria tanta est celsitudo, ut cum ea nullus, non æquari solum, sed nec proportionem aliquam similari valeat, qualis ergo futurus ille homo est in terris, quali gratia ornandus, qui Mariæ propinquissimus, simillimusque futurus est, & cum ea in terra vnâ chorum facturus, simul oraturus, simul conuerfaturus? Inhumanis coniugijs, quod femina inferior viro sit natura, dotem de fert, qua suppleatur, quod natura minus est. Sed in coniugio Ioseph & Mariæ contra factum est, cum enim illa potior esset, eum Deus dotauit dote bona, ut aliquam faceret cum Maria proportionem.

Deinde hac primam accepta gratia, ut similis esset Mariæ quantum in illa profecerit Mariæ, Christi que conuictu, quis dicendo consequi valeat? Inter alia, ad quæ Ioseph Mariæ datus est in sponsum, hoc vnum est, ut esset ei adiutorium simile sibi, cum enim homo sit animal sociale, indiget alterius conuictu, & colloquio. Non est bonum hominem esse solum, maxime verò ille, qui interioribus impulsibus vehementissimis agitur; loqui desiderat, & colloquio leuatur, atque quiescit. Considera Mariam Deo plenam, quibus æstibus urgebatur interius. Iob. 32. Volens Eliu significare, interius se habere sapiestiam ait. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit, loquar, & respirabo paululum. Gregorius. 32. Moralium capite. 11. intelligit per mustum feruorem Spiritus sancti, per vasa animas. O Maria qualis venter tuus est? Verè plenus musto illo, quod in vtres veteres mittendum non est, loquere ergo, o Virgo, ut respicere paululum possis. Sed cum quo Mariæ loquendum est? Certè cum sponso, cum eo de diuinis colloquia habebat, ei æstus cordis illius patebant illo rubum illam ardentem videbat, audiebatque. O felix homo, qui talia audire meruisti! Vna saluatio Mariæ integram domum Spiritu sancto impleuit, quid non efficerent tot salutationes, tot colloquia? Verè si perditissimus homo Mariam audisset, sanctissimus euaderet, quid faciat sanctissimus? Sanctificatus est, inquit Paulus, vir infidelis per mulierem fidelem. Et qui non credunt verbo, ait Petrus, per mulierum bonam conuersationem lucrifiant. Si incredulus apostolicæ prædicationi, si infidelis sanctificatur conuersatione

Gen. 2.

Iob. 32.

Greg.

Matth. 9.

Lucæ.

1. Cor. 7.

1. Petri. 3.

A tione fidelis mulieris, quod perueniet iustus Ioseph Mariæ colloquio iugi? Huic vero Christi conuictum, & colloquia adde, & dices, beati oculi qui viderunt, beatæ aures que audierunt talia, quæ multi reges, & Prophetæ desiderauerunt videre & audire, & nec viderunt, nec audierunt. Verè si in cælum raptus esset Ioseph, & per triginta annos choris interesset angelorum, & laudes illas diuinas audisset, non tantum assequeretur, nec tantum proficeret, ac audiens Christum, & Mariam, quorum comparatione omnis curia cælestis tepet amore Dei. Vere fuisti o Ioseph tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quod gratiarum aquas recepit, qui tam prope fontem habuit, adeo propinquus igni, qui non ardeat.

Prima ergo celsitudo Ioseph sit, quod vir Mariæ est. Quæta sit Mariæ celsitudo, nec dici, sed nec excogitari potest. Sed cum caput mulieris vir sit, caput Mariæ Ioseph est. Quantus hic homo est, qui caput Mariæ esse meruit? Tanquam capiti Maria obediebat, tanquam capiti revelationes ad eum fiebant, de fuga in Aegyptum, & de reditu. Sed obijcis, si caput Mariæ Ioseph, ergo excelsior Maria. Absit, nam celsitudo ei data est propter Mariam, & propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Sicut enim Maria mater est Christi, & in quantum mater est illo superior, non tamen, ideo excelsior, quia Mariæ data est celsitudo propter Christum, & sic Christus excelsior. Sic cum data sit factitas Ioseph propter Mariam, licet officio caput sit, sed gratia multo inferior est, & in gratia Maria caput est Iosephi.

Quod significatum est in benedictione Ioseph, qui nostri nomen & figuram in multis obtinuit, ut ostendit Bernardus, quia sicut ille dominam intactam seruauit Domino, sic iste, sicut ille panem in Aegypto seruauit, sic iste Christum, sicut illi data est interpretatio somniorum, sic huic in somnis angelus apparuit. Cum ergo ille huius figura benediceretur à Moyse, sic ait. Benedictio eius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazareti. Benedictio rubi in Mariam descendit manifestè. Illa enim rubus incombusta est, iac

Luc. 20.

Psalm.

Ephes. 1.

Matt. 2.

Ber. missas est.

Dum 33.

ita

Exod. 3. Et mater, & virgo. Dicitur verò descendere in caput Ioseph, A quia licet ille officio sit caput, illa tamé gratia caput eius erat. Ex hoc autem manifeste colligitur maxima gratia Ioseph. Sicut enim colligitur maxima Mariæ gratia ex hoc, quod vt mater erat Christo superior, & ideo inter eam & Christum maxima debuit esse similitudo, licet maior gratia in Christo, sic summa debuit esse in Ioseph gratia, vt caput Mariæ esset, & inter eos maxima tum similitudo, tum proportio esse debuit. Et hinc Gerson & alij doctores colligunt, in vtero sanctificatum fuisse beatum Ioseph, & in gratia confirmatum. Si tan tam reputauit Elisabet sibi collatâ gratiam, quod semel visitata fuerit à Maria, vt diceret. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Qualis est gratia cõcessa Iosepho, quod Maria perpetuo comite sit vsus. Secundū B verò, quod dignitatē Ioseph maxime ostendit, illud est, quod parens Christi Domini est. Ego & pater tuus dolentes, ait Maria. Fuit pater putatiuus, pater, quia eum aluit, pater insuper legalis, lex enim est, vt filius, qui in domo tua, ex vxore tua nascitur, tuus habeatur, insuper pater fuit legalis secundum Dei legem. Vbi nota, multos dici in lege patres, qui filios non genuerunt, sed filios eis lex concedebat, licet ab alijs generatos. Sic Deuteronomij. 25. & Rut. 4. cum sine liberis decedebat quispiam, eius propinquior cognatus tenebatur vxorē ducere relictam, & filius qui procreabatur, dicebatur à lege filius, non eius, qui eum genuerat, sed prioris mariti sine liberis defuncti. Hoc pacto Iesus factus est à lege filius Ioseph. Defunctus erat ille carne, qui voto virginitalis se astrinxerat, & sic finē filijs decedebat. Sed non ei ideo nomen, & semen defecit in Israel, et enim Spiritus sanctus quasi frater eius sponsam illius sibi desponsauit, cuius opere Christus conceptus est, qui Spiritus sancti filius nõ dicitur, sed Ioseph, illum enim genuit Spiritus sanctus, Iosepho, & ei lex eum filium dedit, quo facto Spiritus sanctus frater Ioseph habitus est, & Iesus filius legalis Ioseph.

Huius rei conuenit maximè nomē Ioseph, quod significat. Addat mihi Dominus, quia cum natus esset Racheli Ioseph, ait illa. Addat mihi Dominus filium alterum. Ideo natum Ioseph vocat, quod significat. Addat Dominus. Quod maximè con-

con-

A congruit Mariæ sponso, cui additum est omnino & priuilegium concessum, quod nulli alteri. Sed quid hoc est quod Iosepho additur, quid ei conceditur? Audi. Omni homini generanti filium aliquid Deus addit. Et enim si omnino eum sine ret generare, non nasceretur filius rationis capax, anima enim rationalis de potentia materiæ, educi non potest. Brutum ergo omnino generat filium. Vt verò generetur homo, Deus superaddit animam rationalem, quã creat positis dispositionibus ex pacto naturali, quo cum agentibus concurrat: ecce primam, (vt ita dicam) additionem, quam Deus efficit cum omni homine. Quando verò patres sunt steriles, vt patres Baptistæ, nõ solum animam Deus addit, sed insuper dispositiones naturales requisitas, quas parentes ponere non possunt. Sed in Christi generatione à Deo additum est omne, quod poterat superaddi, dum ab ipso omnia completa sunt. Creauit enim animam Christi, insuper quod opere viri efficiendū erat, Spiritus sanctus impleuit, & tamen sibi Spiritus sanctus nomen patris non vsurpat, sed illud Iosepho tradit. In hac ergo generatione filij Ioseph superadditum est à Deo omne quod superaddi poterat, merito nomen eius est, addat dominus. Filius ergo eius est verus, non naturalis, sed legalis, essetque eius hæres necessarius, si bona haberet, & tanquam patri Christus obediuit, & ei erat subditus. Et hac ratione Mattheus generationem Christi secundum carnem scribens, eam describit per lineam Ioseph, non per lineam Mariæ, licet esset eius filius naturalis; quia Ioseph pater est secundum legem. Ex his quæ dicta sunt multa sequuntur. Primum quod Ioseph tanquam pater Christo nomen imposuit. Sic ait angelus ad eum Vocabis nomen eius Iesum. Altissima Ioseph dignitas, quod Christo nomen imponat tanquam pater. Concessum est primo Adam nomina rebus imponere, & ob hanc causam data est ei rerum omnium perfecta cognitio vt omnibus cõueniēs nomē det, quia omne quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius. Si tantum fuit nomina animalibus imponere quid erit Christo nomen dare? In Dei laudem dicitur, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, quid erit Deum nominare, & illum, de quo dictum est. Numera stellas si potes, sic erit semen tuum? Sicut

Luc. 2.
Matt. 1.

Matt. 1.

Gen. 2.

Psal. 146.

Gen. 15.

Sicut

Sicut etiam data est Adæ maxima omnium notitia, vt nomi-
na imponeret, ita Iosepho maxima Christi, & mysteriorum eius
cognitio, vt ei nomen imponat. Quod si Petrus dicēs. Tu es
Christus filius Dei viui, audit. Beatus es Simon, Bar. Iona, quia
caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater, an non beatus, &
beatissimus dicendus est Ioseph, cui maxima Christi cog-
nitio concessa est, vt ei nomen det?

Luc. 2.

Secundum quod ex dictis colligitur, illud est, Iesum Iose-
pho, vt patri obtemperasse. Sic Euangelista ait. Erat subditus il-
lis, Stupenda profecto res, Deum videre obedientem Marię &
Iosepho. Virgo sine dubio fuit sanctissimus Ioseph, vt virginę
virgini commendaret, ita Hieronymus, & communis sancto-
rum sententia docet. De virginibus autem, tanquam singulare
encomium dicitur, quod sequitur agnum, quocumque ierit. **B**
Munerat eos Deus societate agni perpetua, coniunctissimaq;
pro solitudine, quam habuerunt in vita, Dei causa, coniugem
relinquentes. Et quando quis ab aliqua re propter Deum se ab-
stinet, in illa potissimo in cælo premio donabitur. Et cum vir-
gines in terra propter Deum consortem nõ habuerint, in cælo
fruentur agni consortio, non solum vt reliqui beati, sed specia-
li ac singulari quodam gaudio: Sicut nunc vxor viro suo singu-
larius adhæret quam sorores, & propinqui, quod notatur illis
verbis. Sequuntur agnum, quocumque ierit. Magnū ergo est,
quod virgō agnum sequatur, sed inauditum est, quod agnus
virginem sequatur. Sed hoc stupendum hic aduerte, erat sub-
ditus illis. Ergo sequebatur eos, eorumque imperium. Mira
profecto dignatio. Sed quid magis mirabimur, tantam Dei hu-
militatem, an tantam hominum sublimitatem? **C**

Tertium quod suo labore Christum aluit, tanquam filium,
fuitque comes illi perpetuo in omni peregrinatione sua. Et cū
opera misericordiæ exercita cum ipso Deo sint altissimi meriti,
Si potus aquę pauperi exhibitus æterna remuneratione
donatur, quid dandum erit ei, qui Deo ipsi tot dedit? Vide,
quæ loquatur Tobias de Raphaelē. Ad hæc quid dignum po-
terit esse? me duxit & rediit sanum, à deuoratione piscis libe-
rauit, quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Paruam cum
eo confecerat Raphael viam. Quid Christus Dominus dicet
de eo

Tob. 12.

A de eo, qui per triginta annos eum comitatus est, etiã prius
quam natus esset? à Nazareth in Bethlehē, inde in Hierusalē,
inde in Ægyptū, inde in Iudæam & c. A deuoratione Herodis
eum eripuit, eum semper aluit. Nouit quidem Deus maxima
dare licet nihil receperit, cum ergo recipit plura, quid non da-
bit? Recte Paulus, quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Cū
rex potens aliqua recipit, licet parua, dare maxima consuevit,
quid Deus faciat? ¶ Quartū quod ex dictis colligitur est, summo ho-
nore à Deo Ioseph habitū, summoq; à nobis habēdū. In supra-
mū primi Ioseph honorē dicitur. Tulit Pharaō annulū de ma-
nu sua, & dedit eum in manu Ioseph, vestiuitque eū stola bys-
B sina, & collo torquem aureā circumposuit, dixitque eū sal-
uatorem mundi, & præcepit, omnes genuflectere ante ipsum,
quia industria eius panis seruatus est in Ægypto. Verius mul-
to noster Ioseph saluator mudi dicitur quā alter, ille enim pa-
nē seruauit in Ægypto; sed noster in eodē Ægypto panē de cę-
lo verū mundo vniuerso custodiuit, fidelis planē seruus & pru-
dens, quę constituit dominus super familiā suam: Sed quæ fa-
milia eius? vtiq; Maria, & Iesus. Annulus qui nostro Ioseph da-
tur, Christus Dominus est, qui annulus est, in quo principū
fini, & primū vltimo coniunctū est, Deus scilicet homini, an-
nulus hic aureus est, aurū vero humanitas est, quæ ex purissi-
mis visceribus terræ nostræ Mariæ scilicet, educta fuit opere
C Spiritus sancti. Lapiillus huius annuli diuinitas est. Hoc an-
nulo vt sigillo munita fuere chirographa illa Hester. 6. qui-
bus liberatio Israelitarum continetur. Hic annulus datur
prodigo in domum reuerso Lucæ. 15. Hunc annulum dat Pa-
ter in manus Ioseph. Magnum profecto quod Christus dicat
Ioanni. Ecce mater tua, sed maximum quod Pater dicat Iose-
pho. En filiū meū sit filius tuus, Spiritus sanctus dicat, en sponsa
mea sit sponsa tua, filiū dicat en me ipsū, esto Pater meus. ¶ Quo-
ties hūc annulū in manibus portaret Ioseph? Quod si semel
in vnas accepisse, tāta est Simeonis laus, qualis erit Iosepho, to-
ties in manibus portasse suis? Prouer. 6. Nunquid potest homo
abscondere ignē in sinu suo, vt vestimēta illi nõ ardeāt? Fingit
poeta Didonē in brachijs tenētē cupidinē, qui eā amoris igne
ardere faciebat, quo modo potuit toties esse Deus noster ignis
consumens

Rom. 12.

Gen. 41.

Apo. 14.

Matth. 25.

Hest. 6.

Luc. 15.

Ioan. 19.

Prou. 6.

Virgil.

consumens in pectore Ioseph, nisi eum igniens, & inflammas. **A** Mira narrantur de lapidibus preciosis & eorum virtutibus erga eos, qui illos deferunt, sed quæ obsecro operaretur lapis ille ab hominibus reprobatus, à Deo autem electus & honorificatus, qui omnem vim in se habebat, quotquot illum tangebant salui habebant, à quacunque detinerentur infirmitate. Torquem quæcunque dedit in collum eius, quæ non est aliud, quam Christi brachia in collo Ioseph. Stola vero byssina iustitia est, de qua in euangelio commendatur, quod vir iustus esset, id est, omni virtute ornatus.

Omnes vero genui flectere debent coram hoc Iosepho multo potiori ratione, quam coram primo, multoque rectius hic dicitur Saluator mundi quam alter. Hic nobis panem cæli in **A** Egypto seruauit, huic nos impedamus honorem. Magni habetur Ioannes Baptista, & merito, quod digito ostenderit. Christum, dicens. Ecce agnus Dei, magni Euangelista Ioanes, quod ei virgo sit commendata. Sed Ioseph prius hunc agnum demonstrauit, quam Ioannes, quis enim hunc demonstrauit agnum pastoribus, & regibus, nisi Ioseph? Et prerogatiua Euangelistæ fuit, in eius locum succedere in Virginis custodia, verè sicut erat sancta sanctorum soli summo sacerdoti, ita sancta sanctorum, ubi arca, Maria est, quæ Iosepho conceditur. Et ideo sicut in cælo est ineffabilis trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sic in terra est trinitas alia explicata in hodierno euangelio *Iesus, Maria, Ioseph*. Pater æternus & Maria maximè conueniunt. Sicut enim ille filium generat, sic & Maria, filius idè est. Spiritus sanctus cum Ioseph conuenit. Vterque sponsus **C** Mariæ est, & vices Ioseph Spiritus sanctus impleuit. Qui arborem inuenit in agro suo, vel prædio plantatam, iure potest sibi usurpare fructus eius, arbor vitæ Christus Dominus est, plantatus in terra Virginea, quæ est Iosephi, ius habet ille, vt fructus eius vberes colligat gratiæ, & donorum. Quanta vero gratia & sanctitatis fuerit præditus, in euangelio ostenditur per opera, sicut rationibus ostendimus hucusque.

Cum esset desponsata a matre Iesu, &c. Primum aduerte summum Dei ordinem in reparatione nostra, similem valde ei, quo perditus sumus, Adam, & Eva coniuncti matrimonio virgineo,

A neo, causa exitere perditionis nostræ. Remedij initium sumitur ab alio matrimonio virgineo Ioseph & Mariæ. Malum inde ortum habuit, quia Eva serpenti aures & assensum dedit, remedium ex hoc quod Maria Angelo. Et sicut demon accessit prius ad mulierem quàm ad virum, sic Angelus prius ad Mariam quàm ad Ioseph mutuo sibi respondentibus casus & eius reparatio.

Sed incongruum videtur Mariam desponsari, nupta enim diuisa est, ait Paulus. Respondet Hieronymus, ne videretur adultera, & Ignatius, vt partus virgineus diabolo celaretur. Præterea sicut quidam spiritus cælestes, reseruati sunt, vt Deo alter, & ideo alij destinati sunt, vt terrenorum curam gerant; ita voluit Deus Mariam seruari, vt sicut Seraphim ei semper assisteret, sicut in antiquo sanctuario dicitur, ignis in altari meo semper ardebit, sic in Mariæ sanctuario ignis cælestis omnino cor Mariæ absumpsit, ideo necessarius ei fuit Ioseph qui temporibus assisteret. Sicut ergo Eva datur in adiutorium Adæ, sic Ioseph in adiutorium Mariæ. **Leuit. 6.**

Ante quam conuenirent. Iam erant in vna domo Ioseph & Maria, alias benè famæ illius non esset consultum. Sed antequam eam agnosceret Ioseph &c. Ait Hieronymus. Nec ex hoc colligitur, quod Heluidius colligit, postea eam cognouisse. Hæ enim dictiones, ante, antequam, sæpe significant, quid ante illud, quod factum dicitur, præcessisse debuerit secundum debitum, vel consuetudinem. Sicut dicimus, iudex de causa hac pronunciauit antequam causam agnosceret. Significamus, non debito ordine processisse: vel medicum dedisse poculum, prius quam morbum agnosceret: ita cum dicitur, antequam conuenirent. Id est, cum solito naturæ ordine prius debuissent conuenire, quam illa esset grauida. In quibus omnibus non sequitur quod postea illud factum sit.

Ioseph autem cum esset vir iustus & nollet eam traducere. Vel putans eam adulteram, deserere voluit occultè, ne ei malum inferret. Quod enim **Leuit. 3.** dicit de adultere supplicio permittitur, non præceptum. Vel (quod certius est) dubitauit Ioseph, videns altera parte Mariæ sanctitatem, altera vero veterum, & eam deserere voluit. Si esset adultera, ne adulterium videretur celare, & consentire, si esset à Deo, quod in

Sanct. G ille

Chryf.
August.

ille esset eius cohabitatiōe. Ita Chryf. Et Aug. ser. 16. de verbis domini & epistola. 44. vbi maxima Ioseph iustitia patet ex verbo græco, quod ibi ponitur. Maxima verò apparet iustitia Ioseph, ait Chrysothomus, quod in re tanta cōmōtus non fuit, nulli verbum dixit asperum, in hisce enim etiam sancti viri turbati nimium solēt. Verè in hac re de Ioseph nostro dicere possumus, quod in commendationem prioris. Ioseph Sapiens ait, certamen forte dedit ei, vt vinceret, Maria verò humillima tacet, Deo rem commendans, speransque tempore congruo reuelandum Iosepho, sicut Elisabet reuelatum est.

Sap. 10.

Simile.

Ecce angelus Domini. Inuenit forte quispiam margaritā, qui eam non agnoscit, vult eam dimittere, sed accedit apiculus & ait illi, margaritum est optimum, ne proicias, tunc ille retinet ac seruat; Sicut margarita rore cæli gignitur in concha, sic Christ⁹ B genitus in Maria est. Hæc preciosa margarita est, pro qua omnia relinquenda. Non agnoscit Ioseph, vult eā dimittere, accedat Angelus Domini docens, eam non dimittendam, quia preciosissima est.

Hic verò diuina in nos prouidentia consideranda est, & quo modo facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, etiā si necessarium ad hoc sic, Angelum de cælis mittere. Tenent aliqui doctores Theologi non obscuri nominis, neminem iam posse saluari sine explicita Christi cognitione, sed cum ab eis interrogatur, si quispiam in vltimis terræ finibus faceret quod in se est, vbi nullus Christi est prædicator, quo modo hic Christum nosse posset? Respondent, ad eum mitteretur Angelus, vt ad Cornelium, Nec mirandum Angelum, & Angelos ad hoc mitti: cum enim nobis necessarium fuit, Dominus Angelorum ad nos missus est.

Acto. 10.

Gen. 31.

Iosue. 10.

Dani. 13.

Genej. 30.

Ostēdit etiā quomodo tempore opportuno De⁹ suis accurrat. Sic aparuit Labā priusquā Iacob legeret, dicitq; illi, caue nequid quā durius loquaris contra Iacob, Iosue accurrat Gabaonitis, qui expugnātur ab inimicis, quia ei adheferat. Et cōtra falsos testes mittitur Daniel pro Susanna. Si te ergo videris depressum, & ab inimicis impetitū, dic quod Iacob dixit Labā Gen. 30. Respondebitq; mihi cras iustitia mea, post hodiernā diē crastina est, quæ rationis est, & iudicij, in qua sine dubio pro iustis respon-

debit

A debet Deus. Sed & in hac die sepe respondit. Numerorum. 22. eūti Balaā ad maledicendum Israel occurrit Angelus euaginato gladio, aduersans viæ eius, quia vt dicit Psaltes, non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendāt iusti ad iniquitatem manus suas. Et iterum, priusquā pertingerent spinæ vestræ rhamnū, id est, priusquam induruerint spinæ, vt iustis sint intolerabiles, Deus absorbebit eos in ira sua, ne iusti lædantur, &c.

Num. 22.

Psal. 124.

P salm. 57.

In die Sancti Ioseph, Concio Secunda.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph
C. Matthæi. 1.



N. Mariæ cōmendationē pauca verba Euangelistæ dixerūt: satis dictum putauerūt, cum eā Dei matrē dixere, cum enim huic dignitati cetera eius dona cōsonare, ac proportionari debuerint, manifesta ratio ne patet, immensa illa esse, quæ infinite dignitati respondent. Simili ratione, vt Ioseph merita cōmendarētur, satis dictū est, cum dicitur sponsus Mariæ, vir eius, & Christi Domini parēs. Inuitat hodie Angelus Ioseph, vt Mariam suscipiat dicēs; non timere, accipere Mariam, si nos inuitaremur, vt eam suscipere id non recusaremus, si enim illam habemus, Deum habemus, nobis verò illā Deus donauit matrē, & omnium bonorum obentricē, & ideo, licet semper Maria nobis pia & exorabilis mater est, vt gratiā impetret licet immeritis, sed in die sponsi sui dilectissimi, vt eius laudes dicamus, etiā sine oratione nostra, solo sponsi amore ducta, id illa præstaret. Quod si oratio accedat, sine dubio præstabit, sponsa enī sponsi laudes libētissimo audit animo, & vt illę dicāt, adiuvat, ore mus ergo, Ave Maria. Prior Iosephi sanctissimi laus sit, quod la⁹ eius sit in Euāgelio, à spiritu diuino dicta, Paulus ait. Nos autē non in immonstrum 1. Cori. 10.

G 2

gloria

gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, non enim qui semetipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Id est, cum me velim nunc commendare propter vos non gloriabor supra modum, sed tantum secundum ea que à Deo accepi, ille enim verè probandus est, quem Deus commendat, laus cuiusque rei ab eo accipienda est qui illam perfectè nouit, & intime: cum ergo Deus sic hominem agnoscat, ille probatus est, quem Deus probat. Multi filij Isai placuerunt Samueli, qui tamè Deo non placuerunt, cuius rationem Dominus ostendit, dicens, homo videt que foris sunt, Deus autem intuetur cor. Verè illud homo est quod coram Deo est, & nihil amplius, vt Franciscus aiebat. Et ideo tibi curandum est, vt Deo placeas, ab eo que in pretio habearis, non ab hominibus, ne forte audias, receperunt mercedem suam.

3. Reg. 16.

Matt. 7.

Exod. 16.

Exodi. 16, dicitur. Manna, quod Israelitæ seruabat in diem sabbati, cõseruabatur, quod verò in reliquos laboris dies, putrescibat, & vermibus scatebat. Duo sunt dies, alter huius vitæ, venturæ alter. O quantum inter hos distat dies: dies huius vitæ laboris est & grumne, nubis, & caliginis, dies vitæ futuræ sabbathum est requies, illa ergo opera, que prestat, vt homini placeas, vt ab eo in pretio habearis, in diem laboris seruasti, perdita: & putrida crede. Hinc propheta, diè hominis non desiderauit, tu scis. Quæ verò in alterum seruas diem, vt Deo placeas, vt mercede doneris æterna, illa non peribunt in æternum. Curandum ergo tibi est, Deo placere, ab eo in pretio, & laude haberi: illa enim veratibi laus & gloria erit, reliquæ verò futile & inanè crede. Laus ergo Ioseph illa est, quod à Deo laudi, & honori habetur est.

Hier. 17.

Exo. 32.

Eius ergo laudes ex Euangelio sumamus. Cui esset despõsata mater Iesu Maria Ioseph. Inter tabernaculi opera dicitur Moyse. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte, oraculi, respiciantque se mutuo, versis vultibus in propiciatorium, Christus propiciatio est pro peccatis nostris, duo Cherubim Maria & Ioseph, qui se mutuo respiciunt summa dilectione. Ego dilectio meo, & ad me conuersio eius, medius eorum Christus est, que simul, & incesanter aspiciunt. Felix profecto, & felicissimus vir mulieris tate. Erat in templo locus sanctissimus sancta sanctorum, erat locus qui

sancta

sancta dicebatur, erat & vulgaris templi locus, in hunc etiam ethnici ingredi poterant, in superiorem Israelitæ, sed in sancta sanctorum solus summus sacerdos semel in anno; Dei Ecclesia templum est, cuius exterior pars peccatores sunt, iusti interior. Sed Maria est sancta sanctorum, soli Christo Domino seruaata, qui in illam intrare potuit, porta hæc ait Dominus Ezechieli clausa erit principi, id est Deo soli seruata, hanc ergo oris talem portam, hoc sancta sanctorum dicitur nunc Iosepho traditum, vt in eo perpetuo versetur, eique conuiuat; sitque tam proximus Mariæ & Iesu, qui gratiæ omnis fontes sunt, vt gratiam maximam participare possit, Benedixit Iacob, Ioseph filio suo, & in sua benedictione potius Ioseph nostrum, quam filium respicere videtur, & merito, nam ille figura fuit nostri, si

Gene. 49.

Illus ait, accresces Ioseph, fili accresces, & decorus aspectu, filii discurrerunt super murum, Idiomate hebræo arbor appellatur filius accresces, quasi ergo dicat arbor pulcherrima Ioseph est, & erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quecumque faciet semper prospera buntur, mirabilis profecto arbor secus gratiarum aquas plantata, irrigua, vt non timeat, cum venerit æstus, arbor sub cuius umbra quiescunt Iesus & Maria, sicut quondam Abraham dixit, requiescite sub arbore, multo pretiosior quam Danielis arbor maxima, sub qua bestie terræ erant, sed sub Ioseph umbra Iesus & Maria, decorus aspectu prior Ioseph fuit ita vt filii discurrerent per murum, vt illum intuerentur, sed pulchrior Ioseph noster omni ornatus virtute, quem celestes mentes contemplantur quasi arborem floribus fructuque abundantem. Sub hac arbore Iesus & Maria sunt, sub illius tutela custodiuntur, quod si vt paradisum terrestrem custodinet, cherub deputatus à Deo quondam est, habens in manibus gladium, in cultu odium celestis paradisi Iesu & Maria, qui homo proficiens super nitens, qui nullus cherubim excederet iustitia sua, & sanctitate.

Psal. 1.

Gen. 18.

Dan. 4.

Sed vt memoriam Ioseph gloriamque apparere sciendum in matrimonium vinculum mutuum esse traditionem, que sub inuicem traduntur & vobis scriptos, & omnia sua nec duo respo-

Gen. 32.

Gen. 2.

Sanct.

G 3

tandi

tandi sunt vir & vxor, sed, vnum, iam non sunt duo, sed vna caro. Et erunt duo in carne vna. Hinc ortum habet, vt vir rex sit, vxor verò infima puella, & ex terra nata, vt Hester fuit: quia tamen regi nupsit, regina sit, & regni domina. Contractam, si reginæ, quæ regnum hæreditauit nubat, quilibet hominum, rex continuo efficitur, & regni vniuersi dominus, quia reginæ nupsit. Quod si felicem eum hominem diceres, qui reginæ nubere meruit, annon beatissimus ille censendus est, qui reginæ cæli nubere meruit? Si Maria Regina cæli est, si omnium domina, eius vir rex cæli dicendus est, & omnium dñs. Attēde nūc Mariæ dignitatē ex qua colliges facile dignitatē Ioseph, ytraq; planè ineffabilis homini, imò & inexcogitabilis. Sed vt aliqua ratione id assequi valeamus, notādū est. Summū & infinitum bonum Deus est, sed thesaurus hic infinitus, in creatus est. Sed creatum bonum, creaturæ thesaurus est propinquitatis cū Deo ipso. Quò Deo creatura propinquior, eo beatior, & ditior est? Hæc verò propinquitatis esse potest per gratiam, & per naturā. Propinquitatis Mariæ cū Deo in gratia suprema est. Summa enim illius est gratia, naturalis propinquitatis Mariæ cum Deo summa etiam est, quoniam illius vere mater est, & Christus est veluti Mariæ pars. Qua ergo ratione gratiam participat, sponsa Christi & Spiritus sancti. Est: qua ratione naturam humanam filio dat, mater vera est. Ex hoc sequitur immensus Mariæ thesaurus, vt præclare Bernardus innotat. Homil. 4. in. Missus est, quod cum Iesus, & Mariæ sint propinquitatis naturā & gratia, dum illa sponsa & mater illius est, atque adeo vnum censendi sunt, non duo, omnis Dei magnitudo, omnis laus, omnis honor in Mariam redundat, quia mater & sponsa est, omne id quod Deum glorificat, Mariam etiam glorificat: omnis qui Deo obsequium præstat, Mariæ etiam illud tribuit, omnia quæ filij & sponsi sunt filia illa dicit, sua putat, omnis qui Deum laudat, Mariam laudat. Et si nouerit omnia laus, omne obsequium, omnis honor qui Mariæ exhibetur, sibi exhiberi Christus dicit, vnde Bernardus ait vsu præ. Non est dubium, quicquid in laudem matris profertur, ad filium pertinere. Ex rursus, cum filium honoramus, a gloria matris non recedimus. Hæc cū Gabriel Angelus Mariam laudat

dallez

A dasset dicens. Ave gratia plena, digressionem faciens, filiū laudat, Dicens. Hic erit magnus & cætera, qua in re laudes etiam Mariæ prosequitur. Et Elisabeth cum illam laudasset, Benedicta tu in mulieribus: eam etiam laudat, filio eius laudato. Benedictus (ait) fructus ventris tui. Eudem ordinem Ecclesia ac Sancti seruāt, cum ex matris laudibus ad filij laudes enumerandas progrediuntur. Omnis ergo Dei laus Mariæ laus est & in illam redundat. Si enim arcta amicitia solet res omnes communes, amicis facere, quid faciet tanta vnitas? Cum ergo omnis laus & obsequium Dei Mariæ etiam exhibeatur. Quis nūc numerando censere poterit, quas laudes & obsequia Mariæ præstet vniuersitas creaturarū, & in æternum in cælo præstabit. Omnia enim quæ Deo præstabit, Mariæ etiam tribuit, hic omnis intellectus obstupescit, & hæret, hæc non valens comprehendere. Et alia parte cum sancti nouerint omnia obsequia Mariæ exhibita Deum sibi facta dicere, curant eam summis laudibus & obsequijs prosequi. Ex his colligere licet Iosephi laudes, & gloriā singularem. Sicut enim omnia, quæ Dei sunt Mariæ sunt, quia mater & sponsa Dei illa est: ita omnia quæ Mariæ sunt, Iosephi sunt, quia vir eius est, omnis laus Mariæ Iosephi est, quia illa eius sponsa est, & omnia quæ illius sunt, propria ille putat. Mira perfecto catena, quæ tres hos ligat, & in vnum connectit, Deum, Mariam, Ioseph, quæ illos tres quasi vnum facit, vt quicquid vni eorum tribuitur, alteri tribuat. Sic quasi colligatos Euangelista numerat, dicens, cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, quæ Dei sunt, Mariæ sunt, quæ Mariæ sunt, Iosephi sunt, qui Deū laudat, Mariam laudat, qui Mariam, Ioseph. Regnum Dei est: sed Mariam Reginam facit quoniam sponsa & mater est. Maria Regina effecta Iosepho viro regnum tradit, & regem efficit, quoniam reginæ nupsit.

Sed obijcies. Si Maria regnum terræ possideret, manifestum est, sponsum eius regem futurum, quoniam omnia vxoris bona viri bona sunt. Sed cum Mariæ regnum non sit de hoc mundo, sicut nec filij sui regnum, sed sæculi venturi, illud regnum non videtur sponso conuenire. Cum enim matrimonium vinculum sit humanum, ea quæ humana sunt

C 4

communia

communiae efficitur inter virum & uxorem, nō vero ea, quae spiri-
 rituala sunt, qua ratione saepe efficitur, vt mulier optima sit, & **A**
 multis spiritalibus diuitijs abundet, & vir eius pessimus sit: Vt
 1. Reg. 25. in Abigail & Nabal factum scriptura testatur. Respondeo ma-
 trimoniū Mariæ & Ioseph licet humanum esset coniugium
 verum; tamē potius inter eorum spiritus matrimonium contra-
 ctum à Deo esse. Non enim eo nupserunt, vt corpora commif-
 cerentur, cum virgines extiterint purissimi, sed eo, vt spiritus
 inuicem copularentur, vt esset Mariæ adiutorium simile sibi in
 omnia diuina peragenda. Et ideo omnia illis fuere communia
 non quae humana erant duntaxat, sed etiam quae diuina & gra-
 tuita. Hinc Gerson putat, sanctificatum Ioseph in matris utero
 vt conueniret aliquo modo cum Maria, quae sine vlla peccati
 labe concepta est. Sed nunc nostri meminisse oportet aliquan- **B**
 tulum & ideo inquiramus. Qua ratione Christus Dominus ex
 desponsata nasci voluerit, non ex muliere quae sola esset, Esaias
 ait. Egre dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascen-
 det. Vbi Hieronymus, Maria virga est, flos Christus, at nunquam
 flos ascendit de virga folijs nuda, prius virga folijs adumbratur
 & honestatur, quam flos ascendat. Prius ergo Maria viro erat
 honestanda, quam Christus nasceretur. Ex quo nobis duo col-
 ligenda sunt. Primum quāta obseruatione mulieres curare de-
 bent, vt honorem ac famam bonam conseruēt. Nec aliquid oc-
 casionis dent, vt de eis verbum dicatur malū. Inter ea de qui-
 bus Iudith commendatur illud praecipuum est, nec erat qui de **C**
 illa loqueretur verbum malum. Et de Ruth ait Booz. Scit om-
 nis populus, qui habitat intra portas vrbis meae mulierem te es-
 se virtutis. Mulier, quae famam suam parum curat, exemplum
 aliud querat, quo se tueatur, Maria illi exemplum non est, quae
 vt famae consulat, nubit. Ne ergo dixeris. Malum non comitto,
 adultera non sum. Non id satis tibi esse debet, sed ab omni spe-
 cie mali abstinendum, vt nullus de te verbum malum dicere
 possit.

Iudith. 8.

Rut. 3.

Secundò hinc colligendum est. Christum Dominum non
 nasci, nisi in anima, quae virum habet. Hinc petiit ille, voca vi-
 rum tuum, vt ei concedat aquam viuam. Sed quis, inquit, hic
 vir est? virilis profectò animus, quo à peccato discedas, vniuer-

pro

A proponens, nunquam in peccatum te commensurum. Si hoc vi-
 ro careas, licet multa alia bona habeas, vidua es, sine Deo es, li-
 cet plena populo sis, dicitque potest ad te, Quomodo sedet so-
 la ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium.
 Non enim est illi vir, qui eam protegat. Sicut ergo olim cura-
 uit Pharao omnes occidere viros, foemellas vero reliquit, ita
 curat daemon, vt lachrymas, quas pro peccatis fundis, & reliqua
 quae praestas penitentiæ opera, sine hoc viro sint, quòd si hoc
 fiat, foemellæ tibi sunt: virum non habes, vidua relinqueris.
 Christus in te nequaquam nascetur. Si ergo Christum habere
 vis, sit tibi Maria & Ioseph, Maria amarum est mare lachryma-
 rum, Ioseph virile propositum omnino à peccato discedendū.

Tertio Maria Iosepho nubit, Ioseph vero augmentum
 & profectum significat, scriptura testante, quae ait. Cum Ioseph
 natus esset Racheli, vocauit eum Ioseph, dicens. Addat
 mihi Dominus filium alterum. Licet ergo Maria plena fuerit
 gratia à conceptione sua, Iosepho tamen nupsit quia semper
 illam auxit. Filius quidem eius gratia profecisse dicitur, non
 quòd in illa cresceret, sed in eius manifestatione, at Maria per-
 petuo in illa creuit, & mirò in modum indies augebatur. Hinc de **Cant. 4.**
 illa scriptum est. Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora
 còsurgens pulchra vt luna electa vt sol. Eo enim Maria in dies
 processit, vt tandem sol esset, aurora fuit primum, sed tandem
 in solem lucemque conuersa est. Cum sole iustitia amicta fuit.
 Mirabilis plane mulier, quae semper, ac continuo creuit, nec
 ad momentum stetit in via. Sæper enim operata fuit ex toto gra-
 tia conatu, omni corde, omni virtute, ac fortitudine. Iustorū

Canimæ etiam huic Iosepho desponsantur, cum in illis perfici-
 tur illud sapiētis. Iustorum femina quasi lux splendens, proce-
 dit, & crescit vsque ad perfectam diem. Hinc de Dauid scrip-
 tum est, Dauid proficiens, & semper seipso robustior. Et Pau-
 lus. Ea quae retro sunt obliuiscens, ad anteriora extendens me
 ipsum. Sed haec in multis nunc illud contrigit. Vera pessima de-
 corauit Ioseph, forabat tepiditas est, quae bonis operibus inhi-
 binus, nec proficimus, quia spiritus & seruire illa non agimus.
 in via vero Dei non progredi, regredi est. Sicut enim decerās
 cum hostibus aut vincit & superat, aut vincitur & superatur
 ita

Thren.

Exo. 1.

Genes. 30.

Cant. 4.

Prouer. 4.

2. Reg. 3.

Gen. 37.

Simile.

Psal. 83.

ita tu aut proficis aut deficis. Beatus ergo vir ille, qui ascensionem ponit in corde suo in valle lacrymarum in loco quae posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtute. Id est, proficient in ampliore virtute, hae animae sunt quae nupserunt Iosepho ut Maria.

Cum sic desponsata Maria esset. *Inueta est in utero habes de Spiritu sancto*. Ostendit quo in loco diuinus thesaurus inuetus est. Ager veteris Virginis est, est cubiculum paruum. Eliseo effectum, in quo comensuratus puero eum suscitauit. Ibi enim humanitati unitum est hypostatice verbum, ibi nuptiae diuinae celebratae sunt, & habitauit gloria in terra nostra, in utero enim virginis vidit gloriam Dei Christi anima. Sed quid in hoc utero inuetus sit, non dicitur. Quia nomen non habet. Sicut nec pretium. Cur quaeris nomen meum quod est mirabile. En secundum hominem, qui totus est caelestis, &

Gen. 32.

1. Cor. 15.

de Spiritu sancto. Hinc Paulus. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Sed quomodo terrenus omnino dicitur homo primus, quia anima spirituali consistabat? Peccatoris mens, licet natura spiritus sit, adeo tamen a carne separata est, ut terra dici possit, & uniuersus homo terrenus. Anima peccatoris ingredi, & omnia, quae in illa sunt circumspecte, nihil videbis nisi terram appetitum. Ideo merito audit, terra es, & in terram ibis. Degenerauit spiritus eius in carnis uilitatem, similitudineque est ei, qui filius magni principis cum sit, natura tamen & ingenio suo infimus de plebe est & in uilissimis occupatur. Secundus uero homo de caelo caelestis, totus de Spiritu sancto est quia, licet carnem habeat, ut homo, sed adeo spiritui subditam, ut eam spiritum dicere possis. Ideo de Spiritu sancto Christus esse dicitur, non solum quia Spiritus sancti opere conceptus, sed etiam quia Spiritui sancto in omnibus paruit, ut spiritus uideret carnem absoruisse.

Mat. 61.

Hinc Esa. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me. Omnia uelut filia tepali oleo unctae sunt, quia non anima solum Christi Domini, sed caro & uniuersus sensus spiritus sancti in actione pleni sunt. Vide res Christi parietem approbri, flagella, coronam, crucem, & tacetum, nec aperire os suum, quasi caro non esset, quasi sensum amisisset, cum summis doloribus urgeretur. Quo Christus Dominus, suos docuit, ut qualis caelestis, tales & caelestes, ut carnem absorbeat spiritus, ut caro caelestia gustet, & sapiat. Illud uero in his efficitur,

qui

A qui cum Psalmista dicere possunt. Cor meum & caro mea exul

Psal. 83.

tauerunt in Deum uiuum. Hoc uero a Christi carne accipimus si illam digne participauerimus, illa enim tanquam si spiritus esset, uiuificat, sanctificat, merito de Spiritu sancto dicitur, quae Spiritum sanctum tribuit.

Ioseph autem cum esset uir iustus nollet eam traducere. Sed quis adeo sollicitus, qui infinitum hunc thesaurum inuenit? Ioseph certe; qui illum non plene agnoscens, dimittere uoluit Mariam. Vide quid agas, si illam dimittis, Deum dimittis. Similis factus est Ioseph inuenienti aurum, massam sed terra operata, uidat eam graue nimium, sed nescit aurum nec argentum, & uult proijcere, tunc argentarius ei ait. Aurum est, ne dimittas, ualet mille aureos nummos. Ita uidet grauidam sponsam Ioseph. Nescit infinitum thesaurum in ea latere, dimittere uult. Sed angelus eum docet, & edoctus illam summo gaudio seruat, ei que cum ea accidit quod Moysi cum rubo. Appropiat, ut uideat rubum, sed Dominus loquitur. Descende huc, ut liberem populum meum. Non audebat respicere Moyses, rubum sciens Deum ibi esse. Ita summa apud Mariam ueritas uultus est Ioseph, postquam nomen Dei in ea descenderat. Ut scilicet faceret populum suum. Illius gaudium, hoc inuenit thesaurum, dicitur non potest, sed gaudio illius ait Christus uelut uniuersa & eum agrum, ita Ioseph gaudens suscipit uotum quae ager est. Dubius quidem Ioseph erat. Vidit illam grauidam, & se illam non tetigisse nouerat. Altera parte uidebat eximia uirginis religionem & modestiam, & ita illam ab hominum conspectu absconditam, ut in dubium eius castitas venire non posset, nihilque leuitatis in illa esse, nec eorum quae quae in uerbis mulierculis esse solent, uel loquacitatem, uel otium, uel hominum apparere conspectum. Altera uero

Simile.

parte uidebat in Maria Deum potentate diuinum quid, quo super uniuersas creaturas eminere uidebatur, & Dei odore spargebatur, ueluti cum sub aliqua nube pama sol est, non adeo abscondi potest, quin luce induta nubes, quid sub illa lateat, ostendat. Anxius ergo Ioseph eum esset, nec uellet eam traducere, uel infamare, uel forte experimentum illud a lego, permissum, zelotibus uiris Deum infamare, potionis, scilicet, amarum, & maledictionibus plene uoluit occulte Mariam dimittere. Mirum in hac re silentium Mariae coluit. Si enim illa sponsa suo sacramento uel illud: reuela-

Simile.

Deut. 4.

xci.

Hierony. *Chrysoft.* *Orig.* **A**ror proculdubio ille crederet. Licet enim nihil dixerit: tu Hieronymus. Chrysoftom. & Origaiunt, vt in dignum voluissent credere à Maria, iuspiciatus mysterium. Si ergo ei illa reuelaret mysteriū, continuo credidisset illi; tum propter superius dictum quia iam tempus aduentus Messie aderat, & id apud omnes notum erat; & notuerat ille virginē illum parituram, & continuo angelo reuelanti credidit, nulla hesitatione.

Aloni 2 **B**Cur ergo Maria hoc sponso non reuelauit? Sciendum, diuinam hanc nauim, quæ de celo panem nobis detulit in omnibus ab Spiritu sancto afflatam inductamque fuisse. Si enim filij Dei Spiritu Dei aguntur, multo potius Maria in omnibus à Spiritu ducta est. Spiritus Domini ductore ius fecit. Gubernaculum hominis cor est: hoc verò Maria cor prope Christum erat, vt ab eo dirigifacile posset. Voluit ergo Deus Mariam non loqui qui mysterium hoc, tum quia per angelum reuelare disposuit tum vt iustitia probaretur Iosephi. Cum enim hominis cor hac remaximè commoueri soleat, si adulterium suspicetur vxoris Ioseph tamen iustus, perfectusque cum esset, comotus non est. Tu vero maxime vt Maria in fide & spe, humilitate, & patientia exerceatur. Beata, ait Elisabeth, quæ credidisti, credidit angelo dicenti, credidit & sperauit in Deo, honorem & omnia sua illi committens. Erat cor eius cõfidens in dño, vt Susanę cor. Cũ ergo Ioseph postea vidit angelo nũciatę Marię humilitatę, quã fuerit miratus quis dicat? Deum verò spectaculum istud angelis intendum præbuisse, quis dubitet? Astabant filij Dei coram Deo, & inter illos Sathan: & gloriatus Dominus coram omnibus illis est, ostendens fidelẽ seruum Iob, dicens. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Nunquid non rectius coram angelis omnibus Deus gloriabitur ostendens eis Mariam, ac dicens? Considerate filiam meam charissimam, cui similis non est in terra, imo nec in celo. Attendite nunc eius fidem, spem, humilitatem, patientiam, silentium. Vt hoc ergo gratissimum spectaculum cælestibus spiritibus præberet Deus. Maria passimmittit, ac mysterium celare. Quid verò spiritus illi cælestes responderunt Deo, & inter se colloquerentur, nisi quod principes

Acipes Holofernis visa Iudith. Non est talis mulier super terrã in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborũ, plus igne charitatis illa ardebat quam seraphini, abundantiori, prædita sapientia erat quam cherubini, ideo eam mirabantur nimium.

BSimiliratione ac cum Maria se nobiscum Deus gerit. Tribulationẽ immittit, qua fides, spes, humilitas & patientia nostra probetur, vt spiritibus cælestibus spectaculum fiamus, & cum fortiter dimicatum à nobis fuerit, Tribulationem tollit, qua quasi iocatus nobiscum fuerat. Scyphum in saccum Benjamini poni imperat Ioseph, & quasi latronem eum reduci imperat. Sed iocus ille erat, & continuo vt fratrem dilectissimum amplexatur, & conuiuio excipit, in quo pluribus eum donat ferculis. Quid nam scyphus ille significare congruentius potest, quam calicẽ passionis. Hunc Deus tibi ignoranti immittit, ei enim pretium nos latet. Quod si sciremus, gloriaremur in tribulationibus. Affligit ergo nos, capit nos, sed quid aliud illud est, quam ludus. Cito ostendet se nobis charissimum fratrem, & pascet nos dulcedine: sic cum Maria actum est, cum apparẽs angelus ait.

Ioseph, fili. David, noli timere accipere Mariam coniugem tuã, Ioseph dicitur filius David, quia de stirpe eius. Et præterea, quia sicut filius in patris ius succedit, ita Ioseph in ius Davidis, cui promissum fuit. De fructu ventris tui ponam super se dẽ tuã. Impletur nunc diuina promissio, & filius David Ioseph suscipit Christum. Et tandem Ioseph filius David est secundũ spiritum, eius virtutes hæreditauit. Hinc Bernar. serm. 2. super

CMissus est, verè de stirpe regia descendit vir iste, nobilis generatione, mente nobilior, planè filius David non degenerans à patre suo David, filius David nõ tantũ carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione, quem tanquam alterum David Dñs inuenit secundum cor suum, cui tanquam alteri David incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit, cum in virginis honorem tuendum sponsus ei. Ioseph datus est, talis proculdubio, ille fuit, quo cum honorem præcipuum Maria haberet, honor viri in mulierem redundat, sicut & opprobrium, quia vir caput est mulieris. Cum ergo Ioseph præpositus fuerit virgini, cui illa obedire tenebatur, qualis quantusque vir ille futurus erat? Sed

Iudit. 11.

Genes. 44.

Bern.

Sed quid mirum obediret Maria Iosepho, cui & ipse Christus subditus fuit? Non potest gloriari Deus meliores se habere ministros quam Ioseph, cui ministrat Iesus & Maria. Dicit aliquando, minister mihi est preclarus, rex meliorem non habet: multum quidem dicit, sed stupendum hoc maxime, quod Ioseph dicat, ministros ego habeo, quibus meliores nec Deus habet, sed nec habere potest. Quis videret te domine quasi fabri filium ei obsequentem, eum iuuantem, cum dolabas ligna. Fabri munus te maxime decet, ut veluti alter Noe arcam aedifices, qua salui homines fiant a diluuiio peccatorum. Fabrica ergo domine crucem, hæc enim arca est, in qua saluandi sumus. De decori tibi datur, quod fabri filius sis, sed tu hoc honori deputas, nec munus istud tibi nouum est, multis retro annis per Prophetam dixisti. Propter hoc dolui in prophetis. En fabri munus præstiterat, sed per ministros prophetas, curans homines dolare superflua eorum refecare, ut inuicem conuenire possent, & cum Deo suo. Sed quia prophetæ minus in eo opere profecerat, venit ille in hoc opus, & quid filius faciat nisi quod viderit patrem facientem? Hoc ut filius Dei ipse dixit, ut homo verò idem loquitur. Faber est, sicut parens eius Ioseph, ligna coaptat, ut crucem conficiat, quia dominus regnabit a ligno,

Sicut vero Christus Dominus ut filius Ioseph obsequitur ita ipse tanquam pater eum alit, ac nutrit, & in mensa sua ad dexteram collocat. Pater in caelesti mensa ait filio, sede a dextris meis, Ioseph in terra eidem filio ait. Sede a dextris meis. Accipe panem a manu mea, & omnia quæ tibi necessaria sunt. Licet maximi meriti eleemosyna pauperis sit, sed multo præstantior ea, quæ in Deum ipsum exercetur, & quam Deus immenso præmio in caelo munerabit. Parum panis Elias a vidua accepit, & ait, Hydria farina non deficiet &c. Hospitio susceptus Heliseus a Sunamitide ei filium concedit, quem postea suscitauit. Quibus ergo muneribus Iosephum Christus prosequetur, a quo tot bona recepit? Qui eum aluit, induit, comitatus est, ab Herode eripuit. Cum fidelis fuisset regi Mardocheus, & ei nunciasset insidias, ait rex. Quid mercedis accepit Mardocheus pro hac fide. Et cum audisset, nihil recepisse, ait Amas, quid fiet viro, quæ rex honorare desiderat? Et ait, Homo quem rex honorare desiderat,

Ose. 6.

Ioan. 5.

3 Reg. 17.

4 Reg. 4.

Hester. 6.

Aderat, debet indui vestibus, regijs, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum. Quid ergo mercedis Iosepho dabitur, qui Deum pauit, qui cum a morte eripuit ab omnibus proculdubio honori habendus est, & si is qui recipit Prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipit, qui recipit Deum in nomine Dei, qui eum pauit, mercedem Dei accipiat. Regium suscipiat diadema, & si ut Deus colendus non est, ut Pater Dei colatur, Cum patris munus in Deum exercuerit, & qui Deum hominem factum in suum ornamentum in terra sæpius portauit, Deum speciali quadam ratione in caelesti regno suscipiat, & qui hic induit Christum Dominum præ cæteris, eum in brachijs gestans, illum quæ proximum habens sibi, ac coniunctissimum, in caelo similiter Christi Throno coniunctissimus sit. In terra Iesus Maria Ioseph coniunctissimi fuere, cur eos in caelo locus separaret? Num dilectissimum sponsum a se procul positum Maria videbit? Num dulcissimum patrem, qui ei adhaesit in terra in caelo procul situm conspiciet Christus? Hos amantes nec mors separare potuit, sed sicut in vita dilexerunt se præcipua dilectione, ita in morte non sunt separati. Sed illud nobis attendendum, ut Iosephum in iustitia imitemur, in castitate, in patientia, in detractioe fugienda, in obedientia diuinorum mandatorum. Præcipit Angelus, fuge in Ægyptum. Non facit ullam moram, non causatur multa incommoda, non ait Angelo (Ait Chrysofost.) Non hæc consonant. Paulo ante dixisti eum mundi Saluatorem, nunc me saluatore indiget, & præsidio fugæ se munire. Sed obedit. Ita nobis faciendum. Monuit Angelus Ioseph, ille credit, monet te, non credis, non assentiris, caue ne te Angelus deserat, dicens. Curauimus Babylonem, & non est sanata: relinquamus ergo eam. Quasi infirmum medico non obtemperantem, quem medicus aueratur. Sicut ergo iuris peritus, qui tibi patronus in causa & lite est, multa te monet, plura consulit, sed si incuria tua non præstes, & lis finita sit, lata aduersum te sententia, nihil curat te, dicens, præstiti ego munus meum. Ita nunc Angelus patronus tibi est, multa tibi

Matt. 10.

Chrysofost.

Simile.

bi suggereret salubria cōsilia, multa monet, vt cum Ioseph fecit, sed si ea auersatus fueris, & sentētia à Deo aduersū te lata, te nō curabit, ideo nunc cum audi, Iosephū imitare, &c.

Sed & in eo, quod Ioseph filius Iacob dicitur, Iacob genuit Ioseph, mysteria & alia imitanda nobis ostenduntur, Iacob primus Ioseph genuit super omnes dilectum, cui prædium dedit super omnes fratres. Ita Ioseph noster à Deo super omnes qui tunc erant dilectus accipit super omnes patres antiquos prædium illud diuinum Mariam. Ille dixit vidisse solem & lunā adorantes eum ac reuerētes, at noster vidit Iesum & Mariā sibi subditos & parentes, an non hoc multò mirabilius, quam quod olim factum est, vt staret sol ad vocem Iosue, Obediēte Deo voci hominis? Obediētia illa metaphorica est. At Iesus, verè obediuit Iosepho & stabat ad eius imperium, vt nos in finī obediētiā discamus præstare. Illius tandem summa gloria ex maxima gratia colligenda est. Hæc vero facile colligitur, si attendas illud D. Thomæ dictum. Ex propinquitate ad gratiæ fontem ampliorem gratiam redundare. Et ideo anima (ait) Christi Domini super omnes gratia plena fuit, quia propinquissima Verbo, quod fons est gratiæ, ei personaliter vnita. Secūdo loco huic fonti approximauit Maria, quæ in vtero fontem continuit gratiæ. Tertio loco approximauit huic fonti Ioseph, qui triginta annis ipsi adhæsīt, illum comitatus est. Nos ergo vt eum imitemur, Christo fonti adhæreamus, ad eum accedamus. Attende Ioseph eximia merita. Rubum vidit Moyse, cūque propius accedere vellet, audit. Ne appropies huc, & tolle calceamēta de pedibus tuis, terra enim in qua stas sancta est. C. Maximus fuit Moyse, & grandis factus negauit se filium filiæ Pharaonis, & ad vmbra, ac figuram accedere non permittitur & calceamēta, quæ ex Ægypto erant, vt Hebræi tradunt, soluere iubetur. Sed maior Ioseph Moyse fuit. Videt ille rubum figuram Marię, videt Ioseph Mariam, ille accedēs detinetur, hic recedere volens accipere Mariam coniugem præcipitur. Ille aliquid ex Ægypto habebat, Ioseph totus cælestis vniuersa terrena abiecerat. Vt ergo nos eum imitemur, ad Christum fontem accedamus, ad Mariam veniamus. Omnia terrena abijciamus, & cælestia solum affectemus, &c.

In die

D. Tho.

Exod. 3.

A In festo Beati Benedicti Abbatis.

Thema Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis.
Matthæi. 19.



B

ICVT in intellectu est cognitio primorum principiorum, in quibus errare nō potest, & est discursus; quo ex principijs conclusiones deducit, & in his errare potest. Ita in voluntate est amor finis, & beatitudinis, in quo volūtas aberrare nō potest, est verò electio mediōrum, in qua deficere potest, & à recto deuiare. In amore beatitudinis cōueniunt iustus, & peccator, sed in electione mediōrum dissimiles valde sunt. Peccator putat, beatū se futurū, si vniuersa mundi bona congreget, quia beatitudo est status omniū bonorū aggregatione perfectus, & hinc colligit se futurū, si omnia cōgreget bona. Iustus cōtra ait. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Meritò inquirēdū est, quæ nā istarū viarū recta sit, & nos in beatitudinem ducat.

In diuitiarū copia beatitudinē non esse, probat Arist. & Boetius. Quia bonū hominis in retinēdo beatitudinē cōsistit, nō in emittēdo, diuitiæ verò in effundēdo magis, quā in coaceruādo nitēt, siquidē auaritia semper odiosos, claros facit largitas & bonū diuitiarum est in vsu, & consumptione earū. Minimū profecto bonū illud est, & beatitudinē cōferre nō valet, cui bonū est, illud foras mittere, illud consumere. Deinde, res omnes mūdi huius, licet pretiosæ, ac altæ videatur, pauperes sunt ac miseræ, nō ergo hominem diuitē, ac felicem reddere possunt. Vis nosse, res vniuersas pauperes esse? attende, honoriādi get substantia, & amicis; substantia eget officijs, muneribus, cura, ac sollicitudine, munus præclarū eget diuitijs, curis, amicis, Si ergo vniuersas mūdi res congregaueris, vt diues, & felix sis,

Sanct. H. idem

Arist.
Boetius. 3.
de conso.

idem feceris, ac si plurimos congreges paup̄eres in domū tuā, ut ditescas. Beatitudo ergo hominis ea in re esse debet, quę ad eum diues sit, ut diuitē cōstituat possidētē & nullius re centē. g

Sed forte ais, pretiosa hęc temporalia apparent, & quę maximum absconditū thesaurū habent. Hac in re præclare Deus permisit errare, & decipi peccatores, ut iustus thesaurus seruari tur. Accidit aliquando esse homini maximum thesaurum, quę fures fūrari conantur, ipse vero filijs seruare curat. Attendit vero, quod si in pretiosis thecis illum abscondat, magis prædā patebit, ad illas enim latrones primum accedere solent, & ideo thesaurum in vili arca reponit inter vilia quęque, quo loco nullus putare possit, illum esse. Tunc fures veniunt, ut thesaurum rapiant, furanturque preciosas thecas, ac viles relinquunt sed thesaurū nō inueniunt, quę abscondit filijs prudens homo. Ita certe attendit Deus, esse impios in mundo homines, qui cum indigni sint pane, quo vescuntur, tamen optima quęque sibi cupiunt, & beatitudinem surripere conantur. Ait verò Deus, si in diuitijs, si in ampla domo, si in præclaro munere, ac officio beatitudinem collocauero, thecæ pretiosę hęc sunt, surripiet eas latro, & thesaurum auferet: non ergo in his beatitudo sit, sed potius in vilibus, atque despectis, vbi nullus putet thesaurū esse, & ego filijs seruē. Accedūt tūc latrones, oneranturque pretiosis thecis, & lassantur in via iniquitatis, eas portantes, congregant diuitias, honores, munera, putantes in his beatitudinem esse, cumque hęc aperiant, vacua inueniunt. Et aiunt, in his omnibus hoc vnum reperi, vanitas vanitatum, & afflictio spiritus. Et iterū, quid profuit nobis superbia? diuitiarum iactantia quid contulit nobis? C

Ecclesi. 1.
Sap. 5.

Id vero manifesta experientia colligere potes. Putasti scelicem te futurum, cum illud munus, eas diuitias, vel statum consecutus fuisses, peruenisti so tādē, num scelicem es? num beatus? Dices, nequaquā, sed si plura obtinuissē, beatus essem, toto celo erras, si vniuersam mundum obtinerēs vacuus esses, & inanis pauper, & infelix. An non sic accidisse Alexandro. Plutar- chus memorię tradidit? Inuenit eum familiaris amicus plorantem, & causam sciscitatus ait, quia plures esse mundos audiuisti, ego vero vñ tantū obtineo. Si vniuersus mundus tibi sufficiens

Plut. in vi-
ta Alex.

Aciens vñ hominū non est, quomodō innumeris hominibus factus erit? Et hac de causa, ait Augustinus, Salomoni tanta bona Deus concessit, ut illis habitis diceret, in his omnibus nihil amplius reperi quam vanitatem, & his dictis nos moneremur, in temporalibus sclicitatem non quærere, nec enim inueniemus, sicut ille non inuenit.

Vera ergo beatitudo inchoata in hac vita, & perfecta in futura cōsistit in Dei consecutione, & tēporaliū despectu. Hinc in primo Psalmo dicitur, Beatus vir, qui non abiit, &c. quo loco nomen hebręū est in plurali, aitque, beatitudines illi viro sunt &c. quia iustus hic, & in futuro sculo beatus est, Deus enim thesaurus est, sed absconditus, quem qui inuenit homo abscondit, & vendit vniuersa quę habet, ut illum possideat. Et hoc ip-

B sum lumine naturali philosophi affecti sūt. Vnde refert Theophrastus, coram Philippo Alexandri patre disputasse philosophos, quę res maxima esset inter omnia mundi magna, & vnum dixisse, maximum omnium esse Olympum montem, cuius cacumen superat mediam regionem aeris. Alium verò dixisse, solem inter omnia maximum censendum, cum vniuersos cælos, & elementa illuminet. Alium vero, & alium aliter dixisse. Vltimum tandem, & præcipuum philosophorum, cuius fuit probata sententia, pronunciaſſe, Verè nihil in rebus humanis magnum, nisi animus magna despiciens. Hic maior est, quam qui vniuersum mundum lucratur, plus enim est, mundum contemnere, quam acquirere. Hinc altissimus à Paulo appellatur, qui omnia contemnit. Vnde ait. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quo loco Glossa, & Diuus Thomas aiunt. Altissima dicitur paupertas, quia qui contemnit diuitias altissimus est, & eleuatus super temporalia. Sed vis nosse beatitudinem horum pauperum? Vis centuplum videre, quod in hac vita recipiunt? Abundauit, inquit Paulus, in diuitias simplicitatis, quia cor eorum simplex erat, ad Deum tendens, & ideo ditissimi erant, nihil habentes, & omnia in Deo possidentes. Vis ò homo altissimus esse? vis beatus esse? nihil tibi magnum sit, præter Deum, nihil desiderari nisi Deum, omnia relinquere propter ipsum, &

Psal. 1.

Theoph.

2. Cor.

Gloss.

D. Tho.

istofink

dabit se ille tibi. Vacuum natura non patitur, si omnibus vacuus fueris, Deum recipies, qui vacuum replebit. Dic ergo cum Psalme, quid mihi est in caelo, & a te quid volui super terram? praeter te scilicet, & sine te nihil volui super terram. Unde Hebraei habent, & tecum nihil volui in terra. Chaldaei ait, tecum socium non habui in terra. Hoc verò illi impleuerunt, qui omnia Dei causa reliquerunt. Quidam nanque Deum habere volunt, sed socios cum Deo cupiunt, diuitias, honores, & alia. At verò qui omnia relinquit, nihil aliud vult, socium Deo non quaerit, solo Deo contentus est, & ideo rectè dicit.

Ecce nos reliquimus omnia. Præstitit hoc beatus Benedictus, qui cum puer esset, mundum reliquit, & solus in spelunca diu delituit, Deo solo contentus. Et regulam tradidit discretionem præcipuam, sermone luculentam, ut Gregorius ait, qua omnia relinquere docuit. Qua in re attendendum est, licet iusti vniuersi Deum sequantur, diuersitatem tamen eam inter eos esse, quod quidam perfectius Christum sequuntur, quidam minus perfectè, quidam mandata seruant, quidam verò etiam consilia, quidam in præparatione animi vniuersa pro Christo contemnunt, quidam etiam actum, & re ipsa vniuersa relinquunt. Hæc verò diuersitas adumbrata est in militibus Dauid, cum enim ille hostes insequeretur, pars exercitus defecit, & mansit ad sarcinas, pars autem viriliter egit, & illum secuti sunt usque ad inimicos superandos, & prædam tollendam. Omnibus mercedem vnâ Dauid dedit, quia vnus denarius datur laborantibus in vinea, vna omnibus promittitur beatitudo, Deus clarè visus, qui omnibus est merces, qui Christum secuti sunt, siue perfectè, siue minus perfectè. Sed fideles, qui solum mandata seruant, ad sarcinas manent, qui omnia relinquunt, perfectius, ac liberius Deum sequuntur, & ideo plenior accipiunt mercedem, licet idem sint denarius.

Sed nosse cupis, qua ratione qui perfectioni studet, omnia relinquunt? Certè vna est ratio, ac eadem sectatoribus diuitiarum, ut eas congregent, & perfectis, ut eas relinquat, & id ipsum, quod facit, ut illi quaerant, efficit, ut isti contemnant. Ratio, qua diuitias quaeruntur, est, quia illis habitis omnia habentur. Vnde Aristoteles ait, pecunia est omnia, & ea habita

habita habemus rerum omnium fideiussorem. Id eo Sapiens ait, pecunie obediunt omnia. Et Iuuenalis, quid non regina pecunia donat? Diues amicos facillè inuenit, consanguineos, delicias, vindictam, & denique in mundo omnia sunt venalia.

Ut ergo omnia habeat, & possit homo, diuitias quaerit. At tendit verò is, qui perfectioni studet, non esse illi conueniens, vniuersa posse, infirmitatem enim suam agnoscit, & in malum procliuem animum, & ideo timet, ne potestate abutatur. Ex duplici enim causa procedit, malum operari, ex voluntate, & potestate. Sicut ergo ne malè utatur voluntate, eam relinquit, & libertatè quodammodo deserit, obedientiæ voto qui religionem ingreditur, ita ne potestate abutatur, relinquit diuitias, quibus potest vitia perpetrare. Iustus diuitias non timet, sed

se ipsum, non est pecunia praua, sed homo ea nesciens uti. Hinc Sapiens, beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit, & quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vicijs suis. At tanta hæc mirabilia sunt, ut Apostoli, qui in aumera fecerunt mirabilia, in cæcorum illuminatione, mortuorum suscitatione, non ausi sint illa mirabilia facere, quæ fecisse diluitem immaculatum, ait Sapiens, & ideo aiunt. *Ecce nos reliquimus omnia.* Quid ergo mirandum, si Apostolorum exemplo alij omnia similiter relinquunt? Hæc verò de causa cum homo integer, & ordinatus fuit, abundantiæ deliciarum omnium accepit à Deo in paradiso, sed deordinato homini deliciae auferuntur, propter ipsarum usum peruersum, quem inordinato appetitu haberet. Et ipsimet viri iusti, ac sancti seipso à paradiso excluderent, & sibi delicias aufererent, quia inordinatum appetitum suum experiebantur.

Verum enim verò licet iusti alij, qui perfectioni student, eo sint animo excelso, ac magno, ut vniuersa, quæ mundi sunt contemnant, hoc tamen præcipue Benedictus præstitit, cui animus sic dilatatus est, ut in luce desuper infusa vniuersum mundum collectum viderit. De qua re mirabiliter sic scribit Gregorius. Cumque vir Dei Benedictus, quiescentibus adhuc fratribus, instans vigilijs, nocturnæ orationis tempora præuenisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Deum deprecans subito in tempesta noctis hora respiciens, vidit lucem fusam

Sancti

Hic

desuper,

Psalms. 72.

Grego. 2.
Dialog.

1 Reg. 30.

Matt. 20.

Aristotel.

Ecclesi. 10.

Ecclesi. 31.

Grego. 2.
Dialo. c. 35.

desuper, cunctas noctis tenebras effugasse tantoque splendore **A** clarescere, ut diē vinceret lux illa, quæ in tenebris radiasset. **Mira** autem res valde in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Inquirita Gregorio Petrus, quomodo homo vniuersum mundum videre possit. Et Gregorius responder, animæ videnti creatorem, angusta est omnis creatura, quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breue ei fit omne, quod creatum est, quia ipsa luce visionis intimæ mentis, lexatur sinus tantumque expanditur in Deo, ut superior existat mundo. Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cælum, & terra contracta sunt, sed videntis animus est dilatatus, qui in Deo **raptus** videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deū est. **In** illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videtis animū, cū ad superiora rapuit, ei, quæ angusta essent omnia inferiora, monstrauit, hæc Gregorius. Ex quibus verbis duo colligimus. Primum, quod inuere Gregor. videtur, Benedictū diuinā essentiā in raptu illo vidisse, & in ea mundum vniuersum. Sicut de Moysē, & Paulo August. tradit. Vt si diuinā non vidit essentiā superiori admodū lumine illustratus est. Secundū, quod eius animus supra modū fuerit dilatatus, ut vniuersum mundum coram se positum videret, contemneretque, qui superior mundo factus erat. **Hierony.** Sed quia satis nō est, omnia relinquere, hoc enim, & Socrates fecit, & multialij qui diuitias cōtēperunt, ideo adiūgit Petrus, quod perfectū est, *Et secuti sumus te.* Vniuersæ creaturæ habēs esse in Deo, in quo est omniū ratio exēplaris, quæ dicitur idea. Sed hæc inter creaturas diuersitas est, quod irrationalia omnia in ipsa creatione vniuersa bona receperūt quibus cōformes redditæ sunt diuinæ idee, nec indigēt vllō labore, ac opere, ut omnimodā perfectionē assequantur, & ideo cū primū à Deo creatæ sunt, dixit, vidit, quod esset bonū. Sicut enī artifex, perfecto artificiato, illud intuetur, & videns arti conforme esse, pronunciat bonum est: ita Deus vidēs creaturas ideæ suæ conformes, ait, bonū est. Angeli verō licet in instāti creationis suæ omnia bona gratiæ non susceperint, ad quæ in mente diuina fuerant prædestinati, sed cito ea susceperunt, vno enim instan

ti vni

Ati vniuersam suam viam percurreunt, & beatitudinem consecuti sunt. At verō homo licet in natura perfectus conditus sit, & gratia ornatus, sed ut cōsequatur illud esse supernaturale, ad quod in mente, & prædestinationē diuina ordinatus est, indiget multo opere, atque labore, & ad eum modum perfectitur, quo lignū, in quo efformatur imago. Et hac ratione, cum de reliquis creaturis Dominus pronūciauerit bonum est, cum eas condidit, de homine id dictum non est, quia licet in natura perfectus, & gratia ornatus fuerit, sed non perueniat ad eum statum, & finem, ad quem in mente diuina prædestinatus fuerat. Debet ergo homo labore, ac opere suo se perficere, donec ad eum statum perueniat. Quia verō exemplar, cui conformari oportet, est in diuina mente; in luce inaccessibili, oportuit, exemplar aliquod ei ostendi, quod sensu percipi posset, ut recte opus suum perficeret. Proinde Christus, verbum patris, & ideo idea omnium creaturarum secundum naturam diuinā, homo visibilis factus, effectus est hominis exemplar, quod intuetes, eum sequeremur, & sic perueniremus ad illud esse, vltimū, & maximū, ad quod in mente diuina prædestinati sumus. Hinc Paulus, quos præsciuit, & prædestinauit, cōformes fieri imagini filij sui. Oportet ergo Chrū sequi, ac imitari, ut dicam⁹ cū Petro, *Et secuti sum⁹ te.* Hinc ille ait, exēplum meū dedi vobis, ut quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Huc ergo vniuersa cura, & labor noster intēdere debet, ut Chrū sequamur, ac imitemur, & summa hæc gloria nostra est, quoniā magna gloria sequi Dominū, ut Sapiēs ait. Omnia etenim, quæ gloriosa habent, in hoc vno reperiuntur. Si gloriosa, & honorabilis nobilitas habet, maxima profecto nobilitas eius, qui Christū sequit, de quo Ioānes ait, dedit eis potestatem, filios Dei fieri, his, qui credūt in nomine eius, qui non ex sanguinib⁹ &c. sed ex Deo nati sunt. Si enim gloria filij pater est, qualis obsecro illi⁹ gloria erit, qui gloriat, patrē se habere Deū? ut Sapiēs ait. Si gloriosa fortitudo est, & præcipuo honore fortis habet, gloriosissim⁹ est, qui Christū sequit. De iustis Paul⁹ ait, fortes facti sunt in bello, robustissimi certē, qui se ipsos vicerūt, qui carnē domarūt, qui mūdū, & demones omnes superauerūt, & ideo gloriosissim⁹ eis seruat triumphus. Olim triumphus Ro

H 4 ma

Rom. 8.

Ioān. 13.

Eccle. 23.

Ioān. 1.

Sap. 2.

Hebr. 11.

mae concedebatur victoribus, & per urbem ducebatur triumphans, sed regnum urbis non obtinebat. At iustus in perpetuum coronatus triumphat in caelis, & regnum celorum ei conceditur. Si sapientia gloriosa putatur, verè sapiens iustus est, licet nulla alia scientia ornatur, nisi scientia sanctorum, hæc satis est, ut sapiens dicatur, sicut contra peccator stultus dicitur, licet omni scientia humana sit præditus. Nihil ergo magnum, nihil gloriosum est, quod in eo non sit, qui Christum sequitur.

Qui ergo omnia reliquit, & Christum secutus est, meritò ait: *Quid ergo erit nobis?* Magnum quid Petrus dixit, cum ait; reliquit omnia, & secuti sumus te, sed maius est, quod nunc interrogat, *quid ergo erit nobis?* Utinam homo mercedem, ab præmio attenderet, si enim ea rectè perpendere, altiori quam Deo non inferuere. Optamus quidem, obsequia nostra videri, in pretio haberi, ac præmio affici, quod si id non fiat, perditum dicimus. Perdita ergo crede vniuersa, quæ mundo, dæmoni, ac

Ioan. 1.

Greg.

Gala. 6.

Matth. 27.

Preter. 11.

carni præstiteris obsequia, nec enim illa attendunt, nec verò soluerè possunt. Vis hoc manifesta ratione agnoscere? Primum de mundo dicamus. Audi vero Ioanè. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum nò cognouit, si factori suo ingratus mundus fuit, nec ei gratias egit, à quo esse accepit, quò modo gratus erit obsequijs tuis? Plura ei præsta obsequia, conformare huic seculo, vanitati eius inserui, eadem audies, mundus eum nò cognouit, non solum mercedem non dabit, sed nec agnoscet quidem, sed irridebit te, ac subsannabit. De dæmone verò, Grego. ait. Stultum est, dæmoni obsequi, quò enim plus ei inferuieris, plus torquebit te. Hæc merces est dæmonis, plura tormenta pluribus obsequijs. De carne verò quid dicemus, nisi illud Pauli, qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. En mercedem eorum, qui mundo, diabolo, & carni seruiunt. Cum multa eis præstiteris obsequia, & ad eos accesseris, & dicas, quid ergo erit nobis, dicent ad te, quod Pharisæi Iudæ dixerunt, quid ad nos te videris, ad nos non pertinet, obsequia non curamus tua. Nobis non recipies nisi corruptionem, ignem, sulphure, tormenta, hæc enim merces eius est, hæc pars calicis eorum, qui peccato seruiunt. *Sed seminat in iusticiam merces fidelis, ut Sapiens ait. Sed quæ*

quænam ista merces est? Certè Deus, qui in hac vita possidetur à suis, & est eis centuplum, quam dimiserunt, in alia verò vita, non centuplum, sed infinities infinitum erit. Idè Deus possidetur per gratiam, & idem ipse per gloriam, sed imperfectior ea possessio, quæ per gratiam est, & ideo centuplum dicitur. Sed obsecro, quod difficile obsequium est, si eius merces Deus est? Audi Dñm loquentè Abrahamæ, noli timere Abrahamæ, ego pro rector tuus, & merces tua magna nimis. Verè magnanimis, quid magnus Dñs, & magnitudinis eius non est. finis, quid ergo magnum dici potest, quod pro Deo relinquitur, si eius loco Deus datur, verè rector, Deum amittens, relinquit omnia, qui verò omnia reliquisse videtur, ut Deum habeat, relinquit nihil, quid enim aliud quam nihil sunt omnia peritura, & dicat ducat.

Gene. 15.

10162

10163

10164

B Attendamus ergo eorum mercedem, qui omnia, pro Christo relinquunt. *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue, &c. Regenerationem dicit corporum resurrectionem, & mundi renouationem, quæ in iudicio futura est, cum sedebit filius hominis in sede maiestatis. Nunc quidem sedet à dextris Dei, sed tunc ad sinistram dicitur, quia omnibus erit perspicuum, eum filium Dei esse, & ad dexteram patris sedere, cum ergo in diuina maiestate omnium iudicem se exhibebit, tunc & vos sedebitis super sedes duodecim, iudicantes vniuersum mundum. Non solum iudicantes, ac applaudentes sententiæ, sicut reliqui iusti, de quibus Sapiens ait, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & Paulus, nescitis quoniam Angelos iudicabimus. Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Iudicabunt enim sancti impios, tum collatione sui cum illis, tum comprobatione sententiæ Christi contra impios: latæ, & quia tanquam membra Christi, & confortes regni ipsius censebuntur simul cum ipso facere, quod ipse faciet. Non ergo hoc pacto duntaxat mundum iudicabitis, sed tanquam principes regni celorum proxime Christo assidentes, tanquam consiliares, exhiberites sedentes, & ipsi ea, quæ in mundo prædicatione vestra promissis, impijs verò damnatis, ad supplicia, quæ illis sunt in communitate, iudicet enim bonæ selecti quæ*

10165

10166

10167

10168

10169

10170

Christo regnent, & iudicent, tamen qui in Ecclesia principes extiterunt, etiam in regeneratione principes erunt, & cum Christo singulari modo iudicabunt, non impios solum, sed & pios. Sicut qui regi sunt à consilijs iudicare dicuntur cū regis eius regnum. Quia ergo Apostoli principes fuerunt, proximi- que Christo in mundo, principes quoque, & iudices erunt in regeneratione, & iudicariæ potestatis singulare cū Christo habebunt consortium.

Soto. Soto in. 4. in materia de iudicio ait, Magistrum sententiarū asserere, quod quis sit iste peculiaris modus iudicandi, qui Apostolis promittitur, nescitur, nec sciri potest, nisi Deus reuelet, videbimus verò eum in iudicio. Quidam aiunt, esse, quod asse- furi sunt. Christo in iudicio, Ricardus de sancto Victore ait: Viri eximia sanctitatis ea, quæ Deum contemplantes in ipso legunt, in suis cordibus scribunt. Quid verò sunt, ait iudican- rium corda, diuinitus in omnem veritatem edocta, nisi quædā canonum decreta? & sic iudicare dicuntur, quia in cordibus scriptas habent Dei leges, & sapiētiam. Diuus vero Thomas ad dit, cum iudicare sit, sententiam in alium ferre, solus Christus sua potestate id faciet. Apostoli verò, vt regni principes, vt Christi consiliarij eandem sententiam profereant, vt iudican- dorum notitiam veniat, pronūciabunt ergo illi sententiam, & docebunt omnes quid cuique diuina iustitia pro suis meritis tribuat.

Aug. 20. de Sed ex Augustini, Diui Thomæ, Bedæ, & ferè omnium com- *uni. cap. 5.* muni sententia non Apostoli solum iudices cū Christo erūt, sed etiam omnes, qui pro Christo bona omnia reliquerunt, factique sunt pauperes voluntarij. Sic Iob ait, nō saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Et ratio huius est, quia abiectio omnium est signum eximie humilitatis, quam sequitur exalta- tio; nulla autem maior exaltatio, quam alios iudicare, cum er- go pauperes voluntarij contemptui habeantur, æquissimum fuit, vt exaltentur, & iudices omnium fiant. Et hac ratione pau- peribus voluntarijs dicitur, beati pauperes spiritu, quoniā ipso- rū est regnū cælorum. Nō solum eorum esse dicitur, sicut reli- quorum sanctorum, quia illud possident, sed quia iudicando alijs tribuere possunt. Et idē alibi dicitur, facite vobis amicos

*A*cos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Humilibus etenim maximam po- testatem, ac honorem conferre Deus voluit, adeo vt miracu- la etiam aliquando faciant, non oratione, sed potestate. Quā rem mirabiliter in beato Benedicto Gregorius ostendit. Cum infidelis Gallia nomine rusticum cruciaret, vt diuitias daret, il- le dixit, Benedicto eas dedisse, duxit eum ligatum ad Bene- dictum, qui oculos leuans & Galliam, & rusticum respiciens, hunc soluit à vinculis, illum tremefactum ad terram deiecit, non oratione, sed solo visu. Dedit enim Deus hominibus po- testatem filios Dei fieri, qui vero filij Dei ex potestate sunt, quid mirum, si ex potestate miracula facere valeant? Aliquan- do ergo sancti oratione, aliquando potestate, & imperio mi- racula faciunt. Hoc manifestum est in Petro, qui Thabitam mortuam orando suscitauit, Ananiam verò, & Saphiram men- tientes, morti increpando tradidit. Quibus enim dedit Deus potestatem filios Dei fieri, mirum non est, si potestatem tri- buat aliquando imperandi in domo sua. Sic Elias imperat, ne pluatur, vt ignis descendat, & factum est. Merito verò Benedi- ctus, qui vniuersa reliquit, super sedem in iudicio sedebit, vt iu- dicet, merito imperio, ac potestate miracula facit, cum adeo fuerit humilis, seque despiciens.

Sed pro euangelij complemento restat videndū, quod sit illud centuplū, quod in hac vita promittitur relinquētibus om- nia propter Christi nōmen, & quæ sit vita æterna, quæ demum promissa est. Cētuplum in hoc sæculo promittitur, ita enim Lu- cas, & Marcus asserunt. Hoc vero quid est nisi spiritualia bona, quæ loco temporalium dantur, ea verò centuplum sunt, quia excedunt in immensum vniuersa caduca, & peritura. Ita Hieronymus. Centuplum etiā est gaudium, delectatio, quies, & pax, quæ datur pauperibus voluntarijs, quæ excedit omne mundi gaudium, & delectationem, quam reliquerunt Dei causa, nec excedit solum, sed exuperat omnem sensum. Quia verò Lucas ait, eum qui dimiserit fratres, sorores, do- mos, agros, recipere nunc centum agros, domos, sorores &c. Attendendū est, hoc etiam Apostolis, & pauperibus voluntarijs concessum, reliquerunt enim domum vnam, agrum v- num,

Concio Prima in Annun- ciatione Beatæ Mariæ.

Missus est, &c.

Luc. i.



B

CELEBRAMVS hodie magnum illud sa-
cramentum diuinæ pietatis, de quo. 1. Tim. 3.
manifestè magnum est pietatis sacramentum,
quod manifestatū est in carne, idest maximum,
& diuinum secretum. Et Ephes. 3. sacramentū

1. Tim. 3.

Ephes. 3.

Esa. 8.

Habac. 2.

abscōditum a seculis in Deo, idest, in sæcula Dei notitia. Cū ve-
rò hoc diuinum secretum ab Esa. 8. scribendum esset, ei dicitur.
Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, idest,
tali stylo, cui assueverunt homines, ne res obscure scripta non
intelligatur. Quod idem est cū eo, quod Habac. 2. dicitur, scri-
be visum, & explana illum super tabulas, vt percurrat, qui lege-
rit eum, idest, ne obscuritas detineat legentem, manifestè scri-
be. Quod verò scribendum prophete erat, hoc est venies veniet, &
nō tardabit. Sed quo modo, quod altissimū est secretū, tā mani-
feste scribendum est? quis tā absconditū sacramētum explicabit?

Cōsola hoc potest cælestis officere gratia, eā petamus per Mariā.
Eo tempore cœlici, quod plenitudo temporis dicitur, quo
voluit Deus suo amoris, & bonitati satisfacere, & omni miserie
nostræ succurrere, vtrumque effecit mittens filium suū in mun-
dum. Amori quidem, & bonitati suæ fecit satis, quoniam amor
sui est diffusiuus, omnia dat, nihil retinere nouit, amor ergo di-
uinus cor Dei sollicitabat, vt se magis ac magis effunderet. Effunde-
rat se in creaturas, dū eas cōdidit, sed partē suā, guttam suā, ip-
sius dederat. Si verò amor humanus non quis sit, donec æ-
quale amor donum amatodet, conuenientissimum fuit, diu-
inæ bonitati, ac amoris, vt donum equale daret amoris, ac bonita-
ti.

Galat. 4.

num, sororem, & fratrem vnum, in domibus verò vniuersis si-
desium recipiuntur, vt in domo propria, agris omnium aluntur.
sorores, ac fratres plures reperiunt. Ac tandem vitam æternam,
ad quam hodie assumptus est Benedictus. Viderunt enim duo
eius monachi, (vt ait Gregorius) quia strata pallijs, atque innu-
meris corusca lampadibus via recto orientis tramitè ab eius cel-
la in cælum vsque tendebatur, & vir venerando habitu clarus
assistens dixit, hæc est via, qua dilectus Domino cælum Bene-
dictus ascendit. Huius verò æternæ vitæ memoriæ perpetua cō-
sideratione nobis cōseruanda est, vt Dei mandata seruemus.

Greg. 2. dia.
cap. 37.

Num. 15.

Hac enim de causa in Numeris dicitur. Dixit quoque Dns
ad Moysē: Loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciāt sibi fim-
brias per angulos palliorū, ponentes in eis vittas hyacinthinas,
quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Do-
mini, nec sequantur omnes cogitationes suas. Vitta hyacinti-
na cæli colorem habet, & ideo cælum oculis subiiciebat, vbi vi-
ta æternā est, cuius memoria efficit, vt diuina impleamur præ-
cepta. Attende nunc pactum, quod tecum inquit Deus, si dice-
ret tibi, relinque domum, agrum, pecuniam per annum vnum
dabitur verò tibi centuplum, quam dimisisti, & per centum an-
nos frueris his, quæ recipies, optimū tibi pactum appareret:
nunc enim triticum seminat agricola, sperans, collecturum se
fructum trigesimalum, vel sexagesimum. Hoc vero pactū nunc
implet Dominus promittens centuplum. Cum vero vitam æ-
ternā promittit, & in ea sese dandum tibi pollicetur, non iam
centuplum, sed mille, non mille, sed millia millium, & nō hæc
sed infinita, nec per centum annos, sed per innumeros tibi pro-

B

C

mittit, quis ergo non cum Deo paciscatur? quis alteri ad-
herēbit? quis non timebit te, & obsequetur tibi?
rex gentium, qui tuos munerat infinita
ac æterna mercede?

tisua, hoc autem perfecit, cum filium suum unigenitum de-
dit. Quid amplius donet, non habet, dederat sua, dat mo-
do seipsum, nihil restat dandum, requieuit ergo diuinus amor.
Simul etiam voluit amori suo satisfacere. dum manibus pro-
prijs salutem nostram iam operatur. Non enim solet satis es-
se amanti, si amato bepefaciat nisi enim manibus suis illud
faciat, non sibi satis esse putat. Sicut diligens filium mater
solet ei infirmo parare cibum suis manibus, nec alijs id com-
mittit. Centum unguenti libris conditum fuerat Christi cor-
pus, nec satis unctum Magdalenæ videbatur, nisi ipsa manibus
proprijs iterum ungeret. Et tunicam faciebat mater Samuelis
filio suo, quam ei deserebat statutis diebus. Vt ergo summam
in nos dilectionem testetur, qui manu sua nos condidit, ma-
na item propria redimere statuit, non contentus per Angelo-
rum manus salutem nostram operari. Simul etiam omni no-
stræ necessitati accurrere voluit, cui operi nulla creatura sa-
tis esset, indigebamus enim patre, matre, rege, duce, pastore,
medico, fratre, sacerdote, sacrificio, cibo, refugio, iudice, aduo-
cato, & innumeris alijs. Quænam creatura valeret hæc om-
nia efficere? omnibus attendere? certè nulla. venit, ergo ipse
dicens, propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc
exurgam, dicit Dominus. In Christo vero omnia habemus, ipse
est omnia in omnibus quomodo enim non cum illo omnia no-
bis donauit?

Ioan. 19.
Mar. 16.
1. Reg. 2.

Psal. 11.
Rom. 8.

Simul verò hæc summa nobis præstita misericordia, voluit
vindictam de mundo sumere gloriosissimam, & adeo glo-
riofam, vt excogitari gloriosior non posset ipsi Deo, nec ho-
mini conuenientior. Decreuit enim homo fieri, tanta in nos
ostenta dilectione, vt homines quasi cogeret, eum redamare,
& amor ipse homines martyres faceret, vindictamque de eis su-
meret, quia Deus satis superque vindictam de hominibus sum-
pisse diceretur. De qua re mirè Psaltes loquitur. Circumdede-
runt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in no-
mine Domini quia vltus sum in eis, quasi dicat. Fauus mellis
ego sum, & quemadmodum apes illum circumdant, ita me
circundabunt inimici mei, faciam verò eos igne amoris arde-
re, veluti spinæ ardens, & sic in nomine Domini optimam
de eis

Psal. 17.

A de eis vindictam sumam. Quid est verbum in carne? nisi mel
in cera humanitatis? ita Bernardus. Cum ergo Deus factus est
homo, fauus mellis factus nobis est, tunc apparuit benignitas
& humanitas Saluatoris nostri Dei, tunc apparuit dulcis, &
rectus Dominus. Circundederunt verò homines quasi apes
hunc fauum mellis, sicut testatur Psalmista, exurge Domine
Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populo-
rum circumdabit te, quasi dicat, posuisti tu Domine vnum dile-
ctionis præceptum, exurge tu, & imple illud, ostendens infini-
tam dilectionem, quod in incarnatione fecit, & tunc circumdabunt
te homines, appropriabuntque tibi, sicut apes fauum circumdan-
t. Sed quid hominibus ex hac propinquitate procedet? quod
sequitur in Psalm. Et exarserunt sicut ignis in spinis. Igne cha-
ritatis exardescunt. Viderunt enim ignem diuinitatis in Ru-
bo humanitatis inter spinas vt Moyses, & sic hic ignis in
hominum spinis exarsit, sicut cum spina iungitur ardenti spi-
næ, etiam ipsa ardet. Sic. 4. Regum. 4. incubuit Elifeus super de-
functum puerum, & calefacta est caro pueri, quia cum Deus
homini commensuratus fuit, factus homo, amore suo nos in-
cendit, licet ante mortui, frigidique essemus. Quis enim non
flamefcit, tanto viso amore? Aquas enim frigiditas tanto igne
arsuras Esaias prædicit, & aquæ arderent igni. Sed quid amplius
factum est hoc amore? Certè quod sequitur in Psalm. & in nomi-
ne Dñi quia vltus sum in eis, id est vindictam optimam reportauit.
Sed qua ratione, aut via vindicta hæc de hominibus sumpta fuit?
Certè quoniam maximam vindictam, & gloriosissimam de ho-
minibus amor fecit. Audi eam. Si veniret in hanc ciuitatem iu-
dex, cui diceretur, ex hominibus plures periuri sunt, plures de-
tractores, plures adulteri, quid de eis fiat? si iudex lata
sententia diceret, ducenta millia hominum suspendantur, du-
centa millia igni tradantur, ducenta millia feris dilaniandi ex-
ponantur, ducenta millia excarnificentur, innumeris summasq;
supplicijs intereant, an non maxima de malefactoribus vltro
sumpta diceretur? Audi verò quomodo amor hæc ipsam, &
ampliores de hominibus sumperit, hic enim fecit, martyres
hæc quæ diximus, sustinere, & eos, quibus hæc martyria de-
erant, fecit carnem suam crucifigere, cum vitijs, & concupis-

Ber.
Titu. 3.
Psal. 24.
Psal. 7.

Exo. 3.
4. Reg. 4.

Esa. 64.

Simila.

dentis, innumeros exulare fecit in perpetuum, in desertis montibus, & speluncis, innumeros religionibus addixit, & denique omnes, qui Christum sequuntur, crucem baculare fecit. Vide si nouit amor, de hominibus vindictam sumere? Et hanc quidem gloriosissimam, quia voluntate propria fecit hæc tormenta sustineri, nec sustineri solum, sed & manibus proprijs sumi plurima tormenta docuit. Hic enim amor adinuenit tormentorum genera innumera, quibus se ipsos affligerent Dei serui, hic adinuenit cilicia, flagella, vigiliæ, inedias, lectos asperos, & denique omnem mortificationem interiorem, & exteriorem, quæ innumeris constat tormentis. Attende, quod amor nõ dulcis solum sit, sed & amarus. Ideo Græcis amor dicitur glichipicros, quod sonat dulce amarum, estque similis api habenti mel & stimulum: in alia vita omnino dulcis est, in hac verò dulce & amarum, habet enim dulcedines suas, & simul amaritudines, quas numerauimus. Fuit vero vindicta hæc, quam diuinus amor de homine sumpsit, Deo gloriosissima, quia ex eorum voluntate processit, à quibus vindicta sumpta est. Offensus tu ab aliquo es, sumis ipse vindictam ab eo, vel iudex te vindicat, in illum animaduertens, aliquis tibi ex hac vindicta gloria resultat, in ea enim apparet, quod tu non esses lædendus, cum sic puniatur, qui te læsit. Sed audi gloriosiore multo vindictam; si ille, qui te offendit, agnoscens bonitatem tuam, & peccatum suum, in seipsum sententiam ferret, & tua manu illam exequeretur, quã tu, vel carnifex exercere deberetis, gloriosissima hæc tibi vindicta esset, quia ostendebat tantam in te bonitatem, vt etiam inimicus tuus eam agnoscat, & propterea se damnet, & castiget. Apparet quidem diuina bonitas in inferni supplicio, dum sic puniatur, qui in Deum peccauit, sed multo amplius apparet in vindicta, quam amor exercet, dum ipsa, qui fuerat Dei inimicus, agnoscens Dei bonitatem, de se ipso supplicium sumit. Bene ergo Christus Dominus per Psal. ait, in nomine Domini, quia virtus sum in eis, dum vindictam pro peccatis meritam, quam abj debent infligere, ipsi inimici amore, vultum se ipsos exercuerunt. Hinc est, sæpe apud prophetas loqui Christum Dominum de aduentu primo in mundum, quasi sit ad vindictam sumendam. Esa. 63. cum ascende-

Esa. 63.

ret

ret in cælum interrogatus à spiritibus Angelicis, quare rubrum est vestimentum tuum? Respondit calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis meæ venit.

Cum ergo tempus hoc summæ misericordiæ mundo aduenisset, & mittere pater vellet in mundum filium suum, licet posset ei condere corpus, & animam sicut primo Adam sine matre, noluit tamen, sic fieri, sed matrem ei dare decreuit. Sicut ergo antequam conderet primum Adam, ei domum præparauit conuenientem mundum hunc vniuersum, & maxime paradysum terrestrem, ita prius quam secundus Adam adueneret præparatus est ei secundus paradysus. Sed sicut terreno ter Brenus, ita cælesti cælestis, qui enim à pectore patris descendebat in vterum matris, à paradiso illo summo in hunc, qui Maria est, optimo indigebat in terra paradiso, & talis conditus illi est, qualem ei esse oportebat. Hinc Aug. Maria paradysus est, sicut enim paradysus à Domino Deo plantatus dicitur, ita Maria à Deo condita fuit, sapientia enim ædificauit sibi domum, alius enim ei conuenientem domum nesciret ædificare. Sicut in illo omne lignum pulchrum visu aspectuque delectabile, & suaue ad vescendum, ita in Maria, vnde illa ait Eccl. 24. quasi cedrus exaltata sum in Libano quasi palma exaltata sum in Cades, quasi plátatio rosæ &c. quia in Maria omnis gratia, omnis virtus, omne donum. Et in medio eius lignum vitæ Christus Dominus. Et sicut fons egrediébatur de paradiso, vt illum irrigaret, Cita fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, vt sit quasi hortus irriguus cuius nõ deficient aquæ. Hoc ergo condito paradiso.

Missus est Gabriel angelus à Deo. Supremum nuncium, quod in mundo fuit, hoc est, & cui æquale nunquam erit. Mittitur enim à magno Deo de cælis, ad personam supremam mundi Mariam, super negotio summo, in maximum, scilicet, Dei opus. Quia vt Augustinus ait, nihil potest maius fieri, quam Deus homo. Dies ergo hæc boni nuncij, & magni nuncij est, si tacuerimus sceleris arguemur. Et Gabriel mittitur ad hoc nuncium, quod interpretatum dicitur fortitudo Dei, qui à Bern. dicitur supremus seraphinorum. Licet enim hi non mittantur.

Sanct.

I

sæpe

scpe sed ad rem tantam mittendus fuit. Angelorum supremus. **A**
 Quod inde colligit Bernar. Epistola, 27. ad Hagonem de san-
 cto Victore, quod à Deo missus dicitur, immediate vero à
 Deo solus mittitur supremus Seraphinus. Et eius nomen est
 fortitudo Dei, quia vt Maria ait, fecit potentiam in brachio suo
 vt tantum per ageret opus, in quo Deus maximam ostendit for-
 titudinem. Sunt enim opera digitorum Dei, sunt opera ma-
 nuum eius, sed hoc opus dicitur, opus dextere Dei, & brachij
 illius, hic enim Deus potentiam suam effudit, braceo quanto
 pudo, summum opus perficiens, quia in hoc opere homini de-
 dit quantum de se potuit, & in se ipso assumpsit, quantum de
 homine assumere potuit. Quantum homini dare potuit dedit,
 cum ei dederit diuinum esse, & omnè gratiam. Quantum de **B**
 homine assumere potuit, assumpsit, quado eius naturam substā-
 tialiter sumpsit, & omnes eius proprietates. Quod significauit
 Deus Abrahæ, cum ei Christum promisit, addidit enim nomi-
 ni Abrahæ literam vnam, quæ secunda est nominis Dei ineffa-
 bilis Iehoua, vt significaret, se ipsum humanitati copulandum
 in hoc mysterio. Sed ad quem mittitur Gabriel? certè.

Ad virginem desponsatam viro. Potuit Deus secundum Adā
 condere licet primum sine matre, at noluit, sed ei matrem de-
 dit. Primum quia volens honorare humanam naturam, quam
 assumebat, quod ei erat valde honorificum, concedere voluit
 esse vero matrem Dei dignitas est infinita, quia filium habet in-
 finitum, vnde sicut patri infinita est gloria quod Christus sit
 eius filius, quia gloria patris filius sapiens, ita suo modo glo-
 ria est infinita matris, eundem habere filium, est enim substan-
 tialiter mater filij, sicut pater, licet secundum diuersam natu-
 ram, tamen eiusdem filij humanæ ergo naturæ concessa in hoc
 est maxima dignitas. Simul etiam nostra intererat, vt nobis ef-
 set, non solum pater Christus Dominus, sed etiam mater Ma-
 ria virgo, quæ nos demulceret, quæ pro nobis intercessor fide-
 lis existeret. Intercessor, ait Aug. de ciuitate, participare de-
 bet extrema, inter quæ intercedit. Bon. mediator Ionathas, qui
 Sauli filius erat, Dauidi amicus, Maria mater Dei est, & mater,
 & soror nostra, quia mater Dei est, ab eo obtinere potest, quæcū-
 que petierit. Pete mater mea, ait Salomon, nec enim fas est, vt

auertam

A auertam faciem tuam. 3. Reg. 2. Tantum apud filium valet, vt **3. Reg. 2.**
 Bernard. dicat, hyperbolice, iubeat, præcipiatque filio, quia si **Bern.**
 filius eius est. Quia vero mater nostra est, compatietur miserijs
 nostris. Optima planè aduocata, quæ à Deo obtinere potest,
 quæ vult, & nobis compatitur miseris.

Mittitur verò ad Mariam Angelus, vt eius assensum petat,
 sine quo Deus hoc opus perficere non vult, propter honorè
 liberi arbitrij. Figura huius rei est in Rebecca, de qua dicunt pa-
 rentes, ac fratres, quæramus voluntatem puellæ. Sed Domine **Gene. 24.**
 re tantā voluntati puellæ cōmittis? Ita planè fieri decet, vt vni-
 uersus mundus ei deuinctus maneat pro tanto beneficio, vt si-
 cut venerunt ad Iudith omnes seniores Hierusalem gratias **Iudith. 13.**
 acturi pro libertate sua, dicentes, tu gloria Hierusalem tu læti-
 tia Israel, tu honorificentia populi nostri, sic vniuersus mun-
 dus ad pedes Mariæ prouoluatur, ei gratias agens, quod nobis
 Deum dederit. Hinc Aug. innumeras de hoc ei gratias agit. **Aug.**

Qua in re duo præcipua aduertenda sunt. Primū quod Ma-
 ria sua bonitate, ac gratia, omnem mundi vicit malitiam, quæ
 summa est, & Deum in mundum adduxit, renitentibus om-
 nium hominum peccatis. Peccata nostra diuidebant inter nos
 & Deum nostrum, hæc impedimento erant, ne ad nos ille ve-
 niret, quot verò, & quanta hominū peccata essent, quis dicat?
 Sed tantam iniquitatem vicit Mariæ bonitas, maxima planè
 futura erat, & quæ omnem mensuram excederet. Secū-
 dum vero adhuc maius, quod cum Deo in arenam descendit,
 eumque quodammodo superauit, in terram deiecit, & homi-
 nem reddidit. Videamus, spectemusque pugnam hanc mirabi-
 lem cui similis nulla est. In arenam descendunt hac parte om-
 nipotens Deus, infinita potentia, ira, ac iustitia, illa vero puella
 parua, & humilis, & hæc victoriam reportauit. Verè noua bel-
 la elegit Dominus. Sed quibus armis contra Deum præua-
 lere potuit. Dicat ille arma, quibus, illa eum vulnerauit. **Iudith.**
 Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuo **Cant. 4.**
 rum, & in vno crine colli tui. Oculus ei erat vnus, intentio vna
 amor vnus, de quo dicitur, si oculus tuus fuerit simplex. Quā **Mat. 6.**
 longè à corde Mariæ, quod de alijs dicitur, vinum tuum mixtū
 est aqua, illa in omnibus gloriam Dei quæsiuit, cum solum di- **Esaï. 1.**

I 2 ligens,

Luc. 1.

Gen. 17.

Aug.

ligens, nihil est, quod à Deo sic obtinere cuncta possit, ac cor hu-
iusmodi, nescit enim Deus se tueri à corde, quod eum solum
diligat, nec verò vult se ab eo immunem seruare. Vnus ergo
erat Mariæ, oculus, vnus amor, vnde vna cogitatio solum, vnus
capillus, quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, varietas
cogitationū ex diuersitate amorū emanat. Mariæ verò vnus
erat amor, vna cogitatio, quis illam audiret canentē illud Psal-
multo, melius quam David, quid mihi est in cælo, & à te
quid, volui super terram? pars mea Deus in æternum. Inde ora-
tio Mariæ mirabilis, quæ & ipsis Angelis admirationi fuit. Vn-
de & dicunt, quæ est ista, quæ ascendit de deserto, tanquam vir-
gula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulue-
ris pigmentarij. Qualis oratio, quam & Angeli mirantur. Di-
cunt vero procedere ex vniuersis pulueribus odoriferis, quia
vt notat Ber. quidā orare volunt, sed vitā orationi conuenien-
tē habere recusant, perfecta vero oratio procedere debet ex
omni puluere pigmentario, ex vita, scilicet, ornata omni virtu-
te. Optima arma Maria affert, vt cū Deo pugnet amorē vnum,
cogitationem vnam. Sed videamus, quomodo cū eis pugnet.
Multo melius cū Deo luctatur quam Iacob, licet ille pruden-
ter luctetur, ille enim omnia, quæ ad eū pertinebant præcede-
re iussit, armēta, oues, vxores, liberos, ipse vero solus māsit. Tē-
pore enim orationis omnia alia nobis relinquēda sunt, vt soli
Deo, yacemus. Si enim vt cum rege loquaris, id præstas, quid
vt cū Deo loquaris faciendū est? Sed quomodo pugnat Maria
quando orat? Quis audiret orantē cū Moyse, & feruētius illo.
Si inueni gratiam in oculis tuis, dimitte eis hanc noxam, aut si
non facis, dele me de libro tuo, quē scripsisti. Si talia Moyse-
dixit, an non Maria? Veniāt super me omnia mala, quæ mūdus
meretur, omnis pœnæ maledictio, dū benedictio in mūdū def-
cēdat, accipe salutē, vitā, & vitas mille, ignis si oportet inferni
me cruciet, dū modo placatus sis, millies vitam pro nobis offe-
rebat Deo. Si innumera Mariæ exhiberem obsequia nihil nos
præstitisse credendū est, si cū his cōferatur, quæ pro nobis Ma-
ria præstitit, parū enim est vitā obtulisse suā, Chri obtulit vitā,
quā plus suā millies diligebat. & sciens necessariā illam ad ho-
minum salutē, libetē obtulit. Qui pōdōm nouerit, quārum
Maria

A Maria Iesum diligeret, ille æstimabit, quid ei debeamus pro
nobis vitam Iesu offerenti? Sic ergo orans Maria Deum vincit,
obtinere, quæ vult, & plura obtulit quam sancti obtulere, & plu-
ra impetrat. Obtinet Moyses vt ira Dei in populum non defe-
uiat, Maria tamen multo maiora, & quænam illa? certe quod
flagella debita super se Deus accipiat, & pro hominis peccato
soluat pœnas debitas, quis tale obtinuit? oratio Mariæ.
Bernar. sermon. 3. super missus est agnouerat Salomon, ven-
turam fortem mulierem, quæ Deum superaret, sed interrogat
mulierem fortem quis inueniet? adeo fortem, quæ vniuersa ho-
minum peccata superet, quæ Deum vincat. Sed ne desperare
de hoc videat, adiecit, procul, & de vltimis finibus pretiū eius.
O verē fortis mulier, quæ Deum superasti quæ omnipotentem
ligasti, ac inuictum vicisti. Sed si contra Deum fortis fuisti, quā
to magis contra homines præualebis? quis resistet tibi? Hinc
dæmonibus facta est terribilis, vt castrorum acies ordinata, &
eius audito nomine fugiunt, ideo in tentatione voca Mariam
Audisti ne hoc mirum? diligit maximē virum mulier, & castior
est, diligit mulierem vir, & castissimus efficitur. Vna est Christi
& Mariæ caro, potens mundare nos, magis quam Adæ caro, in-
ficere, diligit homo Mariam, et eam plus diligit castior est, po-
tens est illa contra omnem carnis concupiscentiam, diligit mu-
lier Christum, & casta est recipit illū in Eucharistia, & castior
redditur.

Sed quæ Angelus ad Mariam loquatur audiamus. *Aue gra-
tia plena.* D. Tho. ait mensura gratiæ ex propinquitate ad fontē
gratiæ accipienda est, sicut in reliquis, mensura lucis ex propin-
quitate ad solem, caloris ad ignem. Primò ergo fuit Christi hu-
manitas gratia plena, quoniam in eo complacuit omnem plen-
itudinem diuinitatis habitare corporaliter. Christus ergo gra-
tia plenus est vt fons. Quis propinquior huic fonti quam ma-
ter? in quem libentius dona effunderet quam in matrem? Dio-
nyssus de cælesti hierarchia ait, inter diuinos spiritus illi, qui
Deo magis propinquū, plenius dona gratiasque participant,
quo ergo mater propinquior, eo gratia plenior. Cum fons mag-
nus in aliquam ducitur ciuitatem, in plura loca diuidi solet, sed
in forum, plateamque ciuitatis, quo omnes concurrunt, maxi-

Ioan. 4. ma , præcipuaque fontis pars ducitur . Indigebat mundus aqua illa, de qua Christus, dedisset tibi aquam viuam, quæ est gratia, saliens in vitâ æternam. Hæc à Deo emanat vt à fonte. De quo *Psal. 141.* sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, diuisa est aqua ista in diuersos sanctos, ad quos nobis accedendum est, sed platea ciuitatis, ad quam omnes conueniunt, Maria est, illa medium mundi, & Ecclesiæ est, vt optime Bernard. de qua dicitur, operatus est salutem in medio terræ, medium, quod omnia respiciunt Maria est. Ad hanc Deus respicit, hanc prophetæ vt fideles inueniatur, qui fuerunt qui sunt, qui erunt, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Cum ergo Maria platea sit, in illa oportuit gratiæ plenitudinem esse, ad eam enim omnes conueniunt, illa vniuersalis interpellatrix omnium est.

Præterea ille dicitur gratia plenus, qui omnia quæ dicit, facitque, gratia condit, quem dicit, in omnibus gratiam habere. Merito Maria gratia plena dicitur, quia in omni opere, locutione, & cogitatione Deo placuit. Gratia plena cum esset, nullus locus peccato relictus est, totam occupauit gratia mentem. Mira res profecto hæc in Maria, vt omni cogitatione, verbo, & opere summè Deo placeret. Quod ille explicat dicens. *Cant. 4.* Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui, quasi dicat, vnus oculi tui respectus vnus capillus me amore vulnerat, quid faciet vniuersa tua pulchritudo? Ideo in Canticis à vertice, ad pedes vsque eius pulchritudinè extollit, quia nihil in Maria erat sine gratia. Quæ hoc mirū sit cōspicies, si te inspexeris quæ operata in grata Deo sunt, quia peccata quæ grata sunt, quot imperfectionibus obscuratur? vt dicere possis, facti sumus immundi omnes nos & omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatus, & in vniuersum non operaris ex toto auxilio, & conatu gratiæ. Non sic in Maria, quæ ideo gratia plena dicitur, quia in omni opere suo gratiosa, sine imperfectione vlla in omni opere operata fuit ex toto auxilio, & conatu, implens illud Sapientis, in omnibus operibus tuis præexcellēs esto. Sicut ergo Dei perfecta sunt opera, vt non sit adijcere, neque minuere ad opera Dei, sic Mariæ opera

A opera perfecta sunt, vt nihil addendum ei restet. Quod maxime admirationis est in natura tam fragili, ac labili, qualis humana est, similique lung, quæ tot est obnoxia defectibus, & cū plena est, adhuc maculis adumbratur, partesque habet minus lucidas, quod in omnibus sanctis reperitur, sed non in Maria, quæ vndique gratia, & luce plena est, operans sine peccato, sine imperfectione. Ideo ei dicitur, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Cant. 2.*

Hanc vero gratiæ plenitudinem, simul etiam verbi incarnationi mysterium imitabimur nos, si omni fuerimus præditi virtute. Et licet aliqua videantur, sibi aliquomodo aduersari, quæ ad virtutes pertinent, illa tamen simul habeamus, vt magnitudinem animi, & humilitatem, submissionem, & in aduersis in trepidum cor, diffidentiam sui, & propositum firmum in Deum non peccandi, dicentes, quis nos separabit à charitate Christi? Superior habeat authoritatem, qua imperet, humilitatem, qua se inferiorè reputet. Sicut ergo harmonia diuersis vocibus cōstat, & quæ inter se cōtraria videtur, sed nō sunt, sic Christiana vita, diuersis virtutum officijs, quæ aduersa videntur, cum tamen consona sint. Quam doctrinam Christus nos docet, in mirabili duarum naturarum vnione. Hinc Leo papa. Salua igitur vtriusque proprietate substantiæ in vnam coeunte personam, suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, & à æternitate mortalitas. Hinc nobis discendū est, simul esse Deos & homines. De qua re mire Grego. 7. moral. capit. 15. vbi ait, Sanctus enim quisque licet homo sit, quia tamen mente super se ipsum rapitur, ea parte Deus apparet. Libet mentis oculos at tollere, & electos Dei, exterius oppressos, quantæ intrinsecus arci præsideant videre nā cuncta, quæ exterius fulgent coram eis nihil sunt, nam super se interius rapti, animum in altissimis figunt, & quæ in hac vita patiuntur, quasi longe à se posita, & aliena conspiciunt, & dum mente extra carnem fieri decertant, penè ipsa, quæ tolerant, ignorant. Sic. 1. *Corint. 4.* aperiatur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deijcitur, sed non perimus. Et. 2. *Corinth. 6.* Quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, si

cur egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Ecce homines & deos simul: vide diuinam auctoritatem in Moysen aduersus Pharaonem

Exo. 10. Exo. 10. Hæc dicit Dominus, usquequo non vis subijci mihi? Et Exod. 8. dicenti Pharaoni, sacrificate in terra ista, respondit non potest ita fieri. Et Nathan peccantem regem arguens. **2. Regum. 12.** Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Et alter propheta ad destruendam idololatriam Samariæ missus. **3. Regum. 13.** videns regem sacrificantem, & eum non veritus, ait. Hæc dicit Dominus, altare, ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excessorum. Hinc cum Acab Eliam vellet increpare, dicens, tunc es ille vir, qui conturbas Israel, Elias ait, non ego turbavi Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Hinc Eliseus. **4. Regum. 3.** ad Ioram ait. Quid mihi & tibi est, vade ad prophetas patris tui. Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudæ, in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, nec attendissem quidem te, nec respexissem. Hinc idem **4. Reg. 5.** venienti superbo Naamã non occurrit, sed per nuncium vt laberetur, præcepit. Hinc Petrus Actorum. **4.** Si iustum est, potius vos audire, quam Deum. Non possumus, quæ vidimus, & audiimus, nõ loqui. Et Paulus Actorum. **23.** ad summum sacerdotem. Percutiat te Deus patres dealbate. Et Stephanus. Dura ceruice, & incircumscisso corde, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut & patres vestri. Sed quod hæc sancti faciant, non elatione, sed vera charitate, & celsitudine spiritus, ostenditur humilitate eorundem, & charitate. Nam Stephanus continuo orat pro peccatoribus. Et Paulus se dicit seruum discipulorum. **2. Corint. 4.** Non enim nos metipso prædicamus, sed Dominum Iesum Christum, nos autem seruos vestros per Christum. Et Eliseus. **4. Regum. 4.** non videri solum, sed & teneri a muliere permittit. Et Elias. **3. Regum. 18.** ante regem, quem reprehendit, curabat vt minister, accinctusque lumbis curabat ante Acab.

Exo. 10.
Exo. 8.
2. Reg. 12.
3. Reg. 13.
3. Reg. 18.
4. Reg. 3.
4. Reg. 5.
Acto. 4.
Acto. 23.
Acto. 7.
2. Cor. 4.
4. Reg. 4.
3. Reg. 18.

A Et alter vir Dei, quia, qui Ieroboam despexit, et continuo manum restituit. Et Nathan coram Dauid postea prosternitur. **3. Regum. 1.** Cumque introisset ante conspectum regis adorauit eum pronus in terra. Et Moyses, qui despexit Pharaonem, pro eo orat, & Ietro adoratur. **Exo. 18.** & illius se subdit correptioni. Sancti ergo viri, si se videntur in aliquibus eleuare, aliunde ostendunt, non id superbia agere, sed Dei zelo, & dum alios corripiunt se antea humiliant. Hæc vero diuersa, habent, quibus iam Dijs videntur, iam homines. Quod est illud Psalmi, ego dixi Dijs estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini. Hinc ergo tu discere Deus & homo esse, Deus ergo esto despiciens temporalia omnia, magnanimus ad virtutem, in tribulatione non angustriatus, proponens cum Paulo, quis nos separabit a charitate Christi. Sed & hominem te esse ne obliuiscaris, humilia te, despice te, subditus esto omni humanæ creaturæ propter dominum. **1. Petri. 1.** Non ter Deum, discede te, non timere homines, sed timere Deum, qui est visibilis, & agnoscitur, & non visibilis, sed agnoscitur. **1. Petri. 1.** Non timere homines, sed timere Deum, qui est visibilis, & agnoscitur, & non visibilis, sed agnoscitur.

3. Reg. 1.
Exo. 18.
Psal. 81.

In Annuntiatione

... In Annuntiatione ...

Concio Secunda in Annun- ciatione Beatæ Mariæ.

The. Et nomen virginis Mariæ. Luc. i.



VIVS nam præcipue festum hoc sit, merito dubitari potest quia vniuersale festum est, Dei Mariæ, Angelorum, hominum, & totius vniuersi. Est Dei, vt mox ostendemus, & festum misericordiæ, ac bonitatis ipsius. Est festum anime Christi quando illa omnibus gratijs ornata fuit, glorificata & in verbi suppositum assumpta. Est festum Mariæ, quia nunc ad infinitam dignitatem matris Dei exaltata, Est festum totius humani generis, quod in natura Christi humana vsq; ad Deum exaltatum est, & nunc remedium illius captum. Est festum totius vniuersi, quod in homine assumptum, ac honorificatum est. Est festum omnium Angelorum, qui hodie caput recipiunt, & eo lætantur præcipuo gaudio, & per illud ruinas implendas vident. Est etiam festum hoc præcipui gaudij, ac lætitiæ. De se Augustinus memoriæ prodidit, maxima affectum lætitiæ, cum fidei lumine illustratus est, cum mysterium hoc contem-
plabatur, & consilium Dei videbat in humani generis reparatione, & adeo animæ eius dulcis erat huius mysterij consideratio, vt ea satiaretur nunquam. Sicut qui cibum sibi dulcissimum capit, quod semper esurit. Nec verò mirum, quod dulcesceret Augustino mysterij huius cōsideratio, cū & ipse Deo ab æterno præuidēs hoc mysteriū in ei⁹ cōsideratione fuerit maxime delectatus. Vnde ait. Ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. En deliciæ, ac gaudium Sapientia, cum hunc diem videbat, quo cum filijs hominum conuersaturus erat. Sicut cum nouit quis tali die regio diademate ornandum, eum diem semper præ oculis habet & eius memoria dele-

*August. in
confes.*

Prov. 8.

A delectatur, ita hic dies coronationis Christi fuit, qui ei præ oculis semper erat. Vnde Esaias ait. Ecce Dominus in fortitudine veniet, & merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Opus Dei per excellentiam incarnatio dicitur. Vt ergo nos in tanti consideratione mysterij delectemur, & simul proficiamus, gratiam nobis concedi exoremus per Mariam.

Esai. 40.

B Quia verò diximus festum hoc vniuersale, ac omnium esse, id nobis ostendendum est. Et primum omnium ostendamus, hoc esse Dei nostri primum festum. Vt autem id ostendamus, sciendum est, festum vt agatur, vel celebretur, duo necessaria esse, primum nouitas, secundum solennitas, lætitiæque. Cum offendis amicum indutum veste noua, ac pretiosa, non vulgari, dicis eum festiue indutum. Similiter cum eius mensam vides multis, ac pretiosis ferculis abundantem, dicis festum agi diē, nouitas ergo, ac vt ita dicam, pretiositas festum reddunt, quod enim vulgare, vetus, ac quotidianum est, festum non agit. Ostendendum ergo nunc nobis est, in incarnatione nouitatem magnam interfuisse, simul & solennitatem.

C Nouitatem quidem facile ostendemus. Audi Ieremiam. Creauit Dominus nouum super terram, mulier circumdabit virum. Certè cum verbum caro factum est, carnem induit tanquam vestimentum. Vnde Paulus ait. Habitu inuentus vt homo. Noua profecto vestis hæc Deo fuit. Nulla quidem in Deo mutatio fuit, quia impossibile est Deum mutari. Ego Deus, & non mutor, sed nouitas maxima Deo resultauit ex induta humanitate. An non nouum, ac mirabile est, illum, qui ait, cælum, & terram ego impleo, intravterum virginis concludi? Ecce quod Ieremias dixit. Nouum creabit Dominus super terram, mulier circumdabit virum. Nouitas certè non deerit in hoc mysterio, vt festum sit vestimentum, & dies hic festus Deo sit.

Ierem. 31.

Philip. 2.

Mala. 3.

Sed vt hæc nouitas amplius explicetur, notandum est. Cū Paulus dixit humanitatem habitum, ac vestem Dei esse, non inde colligi debere, omnino se habere sicut indumentum, multo enim magis humanitas verbo adhereret, quam vestes homini. Dicitur ergo humanitas verbi vestis, quia sicut tu veste operiris, ita Deus humanitate coopertus est, ta-

men

men vnio verbi cuius humanitate perfecta est, ex qua resultauit **A** persona vna, quam Christum dicimus. Vnde Athanasius. Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, vnio vestimenti cum homine accidentalis, & extrinseca est, nec ex ea resultat, vt homo sit idem cum veste, imo vestis proprium habet esse. Sed in incarnatione licet naturæ diuersæ sint, sed vnica resultat persona, quæ dicitur Christus, Deus, & homo simul. Nunc ergo mente cõsurge, vt diuina, ac altissima contempleris, & videbis in hæc diuino mysterio nouitates, maximas, quæ ex dictis colliguntur. Quid enim est in Deo vetus, antiquum, ac æternum? Certè vnica natura in tribus personis subsistens, itaque vnio est trium personarum in vna natura. Sed nunc nouitatem maximam attende in incarnatione tres naturæ, vel duæ si magis placuerit, vniuntur in vna persona, diuinitas, scilicet, & humanitas, quæ corpore, & anima constat, propter quæ tres naturas primùm dixi. An non merito propheta dixit, nouum creauit Dominus super terram? Sed ulterius progrediamur, & aliam nouitatem consideremus, quæ ex superiore resultat. Antiquum in Deo fuit, ac æternum, quod quia tres personæ distinctæ sunt, eis tribuimus operationes, vel affectiones, quæ ita vni personæ tribuuntur, vt alteri non tribuantur. Pater filium generat, filius non generat, sed generatur, pater & filius spirant Spiritum sanctum, Spiritus verò sanctus non spirat, sed spiratur. En quod in Deo vetus erat, ac æternum. Sed in incarnatione nouitas maxima est, quia ex vnione naturarum in vna persona sequitur, vt nulla sit operatio **C** adeo propria vnus naturæ, quæ alteri non tribuatur, quod Deus facit, dicitur hominem facere, & quod homo facit, aut patitur, dicitur Deum facere. Et ideo verè, ac propriè dicimus, Deum in vtero virginis clausum, & nasci, in terra cõuersari, ac tandem mori. Eadem ratione dicimus, hunc hominem verum esse Deum, creasse cælos, & terram, & illa gubernare, ac portare quia vna est persona Deus, & homo. Et hæc nouitas præcipuè ostenditur in communicatione idiomatum, quoniam verum est de hoc infante, qui in vtero virginis nunc clauditur quod est Deus, omnipotens, infinitus, creator cæli, & terræ, immortalis, & Deus est passibilis, homo, mortalis, & reliqua similia.

A lia. Nouitas profecto maxima hæc est, quoniam vetus in Deo fuit, vt pater non esset filius, & quod proprium est patris, vt generare, filio non tribueretur, nunc verò nihil ita proprium vnus naturæ est, quin alteri tribuatur.

Sed & alia nouitas non est silentio prætereunda, quæ tanta est, vt festo ob stare videatur, dum gloria, ac pretiositas non apparet in veste, quam Deus induit. Vestes Deo antiquæ gloriæ plenæ sunt, amictus lumine sicut vestimento, & Dominus regnavit, decorem induit. At verò nunc vestem induit, nouam quidem sed humilem, ac pauperem, quia cum diues esset pro nobis egenus factus est, vt eius inopia nos ditaremur. Et huius vestis humilitatem Paulus attendens, priusquam diceret, habitu inuentus vt homo dixit, exinavit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Manifestè Paulus fatetur, humilem susceptum à Deo habitum esse, cum formam serui acceperit, qui venit ministrare, non ministrari. Adeo vero abiecta vestis fuit, vt dicat Esaias, vnde nec reputauimus eum, non est agnitus à multis propter vestis humilitatem. Sicut rex non agnosceretur, si vilibus indueretur. Venit quidem tanquam peregrinus, ac operarius, & ideo humilem vestem suscepit, labori conuenientem. Sicut enim induit Deus primùm Adamum eiectum de paradiso veste vili pelle animantis, veste quidem labori apta, quoniam in laborem eum misit: ita cum secundum Adam in laborem mitteret, laboris vestem tradidit, non festiuam. Quod verò in laborem veniret, ostendit Salomon dicens. Mit-

C te sapientiam de cælis sanctis tuis, & de sede magnitudinis tuæ vt mecum sit, & mecum laboret. Cum esset in cælis sapientia, & in sede magnitudinis, laborare non poterat, sed non posse laborare, ac pati ab infinita illius potentia procedebat, ideo petit Salomon, vt mittat illam in laborem, quia homo factus laborare potuit, & perficere opus redemptionis. Maximum planè opus, in quod Deus intendere debuit infinitis suis viribus, nec vires omnium Angelorum, & hominum tanto ponderi, ac labori satis erant. Sicut ad maximum mouendum lapidem conueniunt plures homines, & induunt vestes viles, quæ licet rum-
pantur, parum interest, & totis viribus admittuntur, vt lapidè

*Psal. 103.**Psal. 91.**2. Cor. 8.**Philip. 2.**Esa. 53.**Sap. 10.**Similiti*

Esa. 63. moueant, & vestes dirumpuntur. Tanta erat humanæ naturæ grauitas, ac pondus, vt moueri in cælum non posset, nisi veniret inde Deus, & vestem indueret laboratium, & operi huic incumberet, ac sudaret, & sanguinem effunderet, veniat ergo ad hoc opus sapientia, ait Solomon. Si Christum huic operi intendentem inspexeris, videbis eum iam sudantem, iam lacrum, iam sanguinem fundentem, iam vestem eius scissam atque diruptam. Hinc Esaias, quare rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum tanquam calcatum in torculari? Torcular calcaui solus. En vestem rubram, & labori torcularis conuenientem. Nouitatem profecto vestis propheta admiratur. Iam ergo abundè à nobis ostensum est, nouitatem maximam in hac esse veste, sed tanta est nouitas, vt deesse videatur gloria, & maiestas illius, quod est secundum, quod necessarium diximus, vt festiua sit vestis. Hoc ergo iam inquirendum nobis est.

Hic iam diuinam in nos misericordiam conspiciemus, si rectè attenderimus. Duo enim diximus ad festum necessaria, nouitatem, ac gloriam, & splendorem, nouitatem quidem sine mutatione ille sumpsit, nouam accipiens denominationem, dum homo, passibilis, ac mortalis fit, gloriam verò ac maiestatem in nostram fudit. In incarnatione ergo & nouitas est, & gloria, ac maiestas, sed nouitas Deo, gloria, & maiestas nobis. Nouitas profecto magna cum humilitate est Deus homo mortalis, sed nouitas cum maiestate, & gloria est homini, cum dicitur, homo Deus est in finitus, & immensus, & qua veritate dicimus Deus est homo, dicimus etià, homo est Deus, gloria hominis resultat ex humilitate Dei. Hic verò verum habet quod in aliam causam Habacuc ait. Repletus est ignominia pro gloria: quia vt hominè Deo glorificaret, ignominiam assumpsit. Vt verò gloria hæc hominis appareat magis, attendendum est, quod maximus homini titulus est, cum Deus dicitur licet sic dicatur metaphoricè, & per participationem. Hinc quasi magnum Dauid ait. Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes, quasi dicat, si aliquando de homines hoc audistis, nec credidistis, quia maximum quid est, scitote, ita se rem habere ego enim illud affirmavi. Hinc etiam Ioannes ait. Videte, qualem charitatem donauit nobis pater,

Ioan. 1. A pater vt filij Dei nominemur, & simus. Idem exaggerat initio Euangelij sui dicens. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Maxima profecto hominis dignitas, quod filius Dei sit, licet gratia priuilegio, ac participatione, quia non filius est, & hæres erit aeterni regni. Vnde Paulus, si filij & hæres. Aiebat Dauid. Num parum vobis videtur, generum esse regis? parum ne de homo reputas, quod Dei filius, & hæres sis? cur ergo pro nihilo id relinquis? Hinc ergo mente consurge, vt intelligas, quanta sit hominis dignitas, ac gloria, cum Deus sit vere, & realiter, vt ita dicam, hoc vero ita est, cum Deus homo fieri dignatus est. Quia enim veritate appellas Deum Deum, & hominem hominem, eadem potes dicere hominem Deum, re ipsa, ac veritate. Vnio quæ fit cum Deo per gratiam non adeo perfecta est, vt propter illam homo dicatur Deus re ipsa, ac veritate. At vnio, quæ in incarnatione facta est, perfectissima est, propter quam Deus homo est reuera, & homo Deus. Quia nulla vnio maiore esse potest, quam ea, in qua ex duabus naturis resultat vna persona. Vnitus quidem patri filius est in diuinis, dum vna est vtriusque natura, sed persona distincta est, vnitus humanitati filius est, dum vna resultat persona ex duabus naturis coniunctis.

Ex quare colligitur immensus Dei in nos amor, cum enim amoris effectus sit vnio, iuxta illud, conglutinata est anima Ioannæ animæ Dauid, in finitum in naturam humanam ostendit amorem, cum eam sibi vnio summa vnione. Hinc ipse per Ieremiam ait, in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miserans tui. Diuinus amor effecit, vt sibi nostram copularer naturam, idem etiam effecit, vt nos sibi copularer, & ad se trahere curaret hoc mirabili incarnationis beneficio, & alijs innumeris. Magna profecto dignitas humanæ naturæ est quam Deus sic dilexit, vt sibi vinculo tanto vniret. Maxima etiam peccati malitia, quæ hominem adeo dilectum odibilem facit, nec odibilem dumtaxat, sed odio tanto, vt propter illud in infernum trahat hominè in æternum. Ex dictis colligit Diuus Leo. Agnosce de homo dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.

Ostendim' ergo hucusq; nouitatem huius mysterij, & simul gloriam,

*Ioan. 1.**Rom. 8.**1. Reg. 18.**1. Reg. 18.**Ierem. 31.**Leo in ser.*

riam, ac maiestatem, quæ homini resultauit, ex quibus patet festum hoc esse præcipuum, cum nouitas & gloria in illo sint. Et quod festum sit hominis, iam ex dictis patet, quod vero Dei quoque sit, non abunde ostendimus, licet enim nouitatē ostēderimus, sed non maiestatem, ac gloriam Dei. Ut ergo plene Dei festum dicatur, sciendum est. Ex hoc mysterio non solum gloriam, & honorem in hominem resultasse, sed etiā ipsi Deo gloriosissimum fuisse, ac honorificum, quod homo fieret. Ostendunt hoc Angeli in Christi natali, quando processit ex utero manifestè, qui nunc occultè in illum descendit, tunc enim non solum hominibus gratulantur, quibus beneficium tantū collatum est, sed Deo etiam gloriam decantant, gloria in excelsis Deo. Id ipsum Ioan. ostēdit, qui hoc exposito mysterio, cū dixit, verbum caro factum est, addit, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenū gratiæ & veritatis. Et ratio id manifeste ostendit, quia cum omnia propter se ipsum operatus sit Dominus, & ex vniuersis ipsius operibus gloria illi resultet, quo pacto ex Dei opere eximio, & quod opus eius est per excellentiam, gloria illi non resultabit? Imo verò ex hoc opere plus Deo resultauit gloriæ, quam ex omnibus reliquis, quia in opere redemptionis hominum ostendit infinitam misericordiam, amorem, ac bonitatem, & quo plus deiectus, & humiliatus apparet, eo plus se bonum declarat, & ideo ei cedit in gloriam. Et licet humana vestis infimæ sortis esse videatur, tamen tantis ornata fuit gratijs, vt digna vestis Deo fuerit. Sicut ex vili panno confici aliquando vestis solet in venationē, quæ ita ornatur auro, & gemis, vt digna vestis sit regi. Dei ergo festum hoc est, in quo nouitas, ac gloria maxima est.

Sed quomodo Mariæ festum sit videamus. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Nazaret, ad virginem, &c. Et nomen virginis Maria.* Duo diximus ad festum necessaria esse, nouitatem, & gloriam, ac maiestatem. Hæc duo facile hodierna die in Maria ostendemus. Nouitas quidem nō vnā est hodie in Maria, sed plures. Quod enim Ieremias dixit, creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum, non ad Christum solum pertinet, sed & ad Mariam. Attende noua, quæ tunc Mariæ acciderunt. Virgo mater facta est,

Luc. 2.
Ioan. 1.

Prover. 16.

Ierem. 31.

A est, an non hoc nouum? Adeo nouum in mundo hoc est, vt visum simile non sit, nec vnquam futurum sit, & quod poetæ de Dijs suis non finxerunt, vt eos honorarent, cum alia plura mentis sint, hoc tamen adinuenire nescierunt. Deinde mater parentis sui Maria sit, quod omnino nouū est. Et adeo noua hæc sunt, vt de eis Paulus intellexerit, ac explicauerit illud Habacuc, aspiciate in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur. Vnde & Esaias ait. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?

Sed iam gloriā virginis, ac eius maiestatem attendamus eo tempore, quo Christus ex ea carnem suscepit. Si vniuersorum iustorum vita est similis negotiatori quarēti bonas margaritas, quis dicendo consequi possit inæstimabiles gemmas, ac margaritas virtutum, quas sibi comparauerat Maria, certè omnis lapis pretiosus ornamentum tuum, facta fuit tanquā vas auri solidū ornatum omni lapide pretioso. Quia licet multæ filiæ congregauerint sibi diuitias, sed Maria supergressa est vniuersas. Nūc ergo gloriam, & splendorem Marię in Christi incarnatione exemplo explicemus. Si regium cubiculū nunc esset, cuius parietes ex varijs lapillis pretiosissimis constructi essent, quæ mirum ex se emitterēt splendorem, quo hominum oculos reuerberarēt, mirabile profectò, ac pretiosissimum cubiculū illud esset. Sed finge nunc, euulsum è celo solem in illud cubiculum includi cū vniuersa sua luce, quo obsecro splendore cubiculum illud illustraretur, cum lumine solis in lapillos irradiante ipsi maximè splenderent, & lumen solis in eo esset, quod illud redderet illustratissimum. Hoc ipsum Mariæ accidisse, facile ostendemus. Erat illa prius Deo paratum cubiculum omni lapide pretioso ornatum, nulla enim erat gratia, nulla virtus, nullum donum, quo illa careret. Nec solum hæc omnia habebat, sed in gradu perfectissimo. Sicut enim inter lapillos alij pretiosiores sunt alijs, sic & in virtutibus, & donis. Sicut enim stella differt à stella in claritate, sic virtus à virtute, illa ergo, quam salutat Angelus gratia plenam, miris splendebat donis, fulgebat virtutibus, ex quibus vt ex lapillis illi splendores procedunt, de qui-

Acto. 13.
Haba. 1.

Ejai. 53.

Prover. 31.
Simile.

Sanct.

K

bus

Esa. 58.

bus Esaias ait, impleuit splendoribus animam tuam. Certè **A** si cui hominum à Deo concederetur Mariæ virginis animam contemplari, & eius virtutes cernere, oculis aquilinis indigeret, ne nimio illius splendore oculi obtunderentur. Tanta Mariæ inerat interior claritas. Quem ergo splendorem, quod lumen infra eam fuisse credendum est, cum super hæc omnia quæ diximus, sol iustitiæ, intra eam ingressus est, descendens à sinu patris in vterum matris? qui sua præsentia vniuersas Mariæ virtutes supra modum auxit, & lumine cælesti domum illam repleuit. Si nulla prius habuisset dona Maria, repleretur tunc donis, quæ ergo credendum est, recepisse, cum tunc egerit vehementius, non solum sui dignitate, sed etiam dispositione **B** patientis. Accidit aliquando, vt ciuitas aliqua sit pauper, & regens, aduenit verò ex Indis in eam classis onerata auro, & argento, ac gemmis, & ex paupere videas statim prædiuitem, ac abundantem fieri, quid obsecro fiet, si ciuitas fuerit prius diues valde? Attende nunc Mariam, quæ ciuitas Dei dicitur, & vide, quibus fuerit ornata diuitijs cælestibus, cum in illam venit classis illa ex Ophir auro onerata. Certè si prius fuisset misera, ac paupercula, nunc diuissima fieret, quo ergo excreuerunt, nunc diuitiæ eius, cum tantus cumulus prioribus additus sit? Decebat, vt Christus, illico vt fuit, operaretur, agentia enim perfecta sine mora agunt, vt sol statim, cum creatus fuit, illuminauit. Tunc verò mira egisse Christum in Maria ostendit ipsa, cum ait, exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Nec credendum est, in sola Maria operatum, sed & in alios, sicut enim natus cepit continuo ad se trahere pastores, ac reges, & spiritum prophetiæ alijs concedere, ita conceptus plura bona in mundo operatus est, licet eorum causam multi ignorarent. Sicut aliquando accidit in firmū tali hora melius se habere, cuius rei ille causam ignorat, tamen medicus ait, in causa extitisse, quod tunc coniunctio quædam fuerit beneuola planetarū, quæ salutifera est. Ita certè cū humanitas verbo coniuncta est, mellifluis facti sunt cæli, & plura bona in terram descenderunt, & multorum mentes melius se habuerunt, qui causam quidem ignorabant, sed Maria eam probè nouerat, in cuius vtero tanquā in cælo diuina illa coniunctio facta est. Quod si etiam in remota tūc egit, quid

Simile.

Simile.

A quid credendum est in propinquissima Maria fecisse? Primum patris opus, quod illi tribuitur, maximum fuit vniuersi, scilicet, creatio. Primum ergo opus Christi Domini, excellentissimum esse debuit, quid enim potest facere filius, nisi quod viderit patrem facientem? primum verò sanctificationis opus, quod in mundo præstitit, fuit in Maria, illapsus ergo in eius vterum, simul illapsus in mentem est, & eam mirū in modum ornauit, & quasi nouum condidit mundum omni perfectione plenum. Si enim Christi contactus tanta postea bona fecit, cum virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Si eius simbriæ contactus mira efficiebat, quid non credi possit de Maria, quæ tanta fide ac dilectione eum suscepit.

B Attendendum profecto, ac considerandum instans, vel dies hic conceptionis Christi est, fuit enim Deo gratissimus, gloriosissimusque omnium dierum, qui vnquam fuerunt, & erūt. Christo verò fuit felicissimus, quia tunc accepit infinitam gratiam, immensa dona, gloriam animæ vniuersam, qua nunc fruatur, & quod supremum omnium est, gratiam vnionis. Eo die corona insignitus est regni, coronatus à matre humanitate, à patre vero thronum regni accepit. Quilibet profecto hominū accedere tunc ad Christum poterat, ac magna obtineret, dicere enim posset, quod nuncijs Dauidis dixerunt, in die bona venimus ad te, inueniant serui tui gratiam in oculis tuis, quodcūque inuenerit manus tua, da seruis tuis. Quid ergo Maria petens non accipiat in hac die bona? Si enim aliqua sunt tempora, quibus reges bona profundere solent, quod aptius Christo **C** tempus quam istud, in quo à matre acceperat optimam naturam, & summa charitate in illius vtero susceptus? Merito ergo Mariæ festum hunc diem esse dicimus, in quo noua, ac pretiosa concurrunt.

1. Reg. 24.

Quia verò totius etiam mundi festum hoc esse diximus, licet hoc superius ostenderimus, nunc iterum ostendamus. Noua plura, ac pretiosa humanitati vniuersæ ex verbi incarnatione processisse ostendimus. Nunc iterum noua, ac pretiosa singulis nobis venisse ostendamus, vt festum hoc sit, non solum naturæ humanæ, sed singulorum hominum. Ex quo enim factus est homo, nos membra sumus de

3. Reg. 17.
4. Reg. 4.
Acto. 20.

membro, caro de carne eius, & os ex ossibus eius, & vnum cum illo sumus, quod si gratia, ac charitate ei vniri voluerimus, vniuersa bona eius participabimus. Audi nunc, quid Elias, Elifeus, ac Paulus præstiterint, vt mortuum quilibet suscitaret. Super mortuum se posuerunt, vt frons fronti, oculi oculis, manus manibus, & pedes pedibus coningerentur. Sed quid hac corporis dispositione significabant? Certè nouerant Dei imensum in eos amorem, ac dulcedinem, & ideo commensurantur defunctis, & vnum cum illis fiunt, & hac corporis dispositione Deo suo dicunt. Amor est vis vnitua, duo aliqua copulans, ego ergo, & hic defunctus vnum sumus, quod illi præstiteris, mihi præstas, me mortuum crede, cum hic mortuus sit, me ergo suscita, cum enim hunc suscitaueris, me suscitatum credo, quod defunctus hic propter se non meretur, propter me recipiat. Ita profecto verbum carni vnitum est in incarnatione, vt vnum sint Deus, & homo, & quod homo propter se non meretur, propter verbum recipiat. Ita ergo si homo

Ioan. 14.

Christo vniri velit per gratiam, suscipiet per eum innumera bona. Hinc Christus ait, in illa die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & pater in me, & ego in vobis, &c.

In festo

Sancti Marci
Festa Aprilis
In festo sancti Marci
Euangelistæ.
The. Designauit Dominus & alios septuaginta duos,
& misit illos binos, ante faciem suam.
Lucæ. 10.

A

Festa Aprilis
In festo sancti Marci
Euangelistæ.

The. Designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos, ante faciem suam. Lucæ. 10.



GRAVISSIMUM sine dubio negotium illud est, cuius causa septuaginta duos discipulos Christus seruator noster designat, & illos mittit binos, & binos. Si enim rex Hispanorum vocaret in regiam suam vniuersos prælatos, ac principes imperij sui, cum quibus haberet mysterium consilij, & statim eos mitteret binos, & binos in legatos ad vniuersos mundi principes maximum aliquod esse negotium, diceremus, cuius causa celebris ille conuentus actus est, & tot, ac tanti legati mittuntur. Hoc ipsum Christus rex regum, & Dominus dominantium facit, postquam enim Apostolos congregauerat, septuaginta duos discipulos asciscit, & designat, mittitq; illos in omnem ciuitatem, & locum, proculdubio causa aliqua grauisima est, ob quam insignes legati in mundum mittuntur. Impletum nunc illud est, quod regius Psal. ait. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quonia dii fortes terræ vehementer eleuati sunt, Deus Abraham singulari ratione Christus Dominus dicitur, quia semen Abraham apprehendit, eius filius factus. Cum hoc Deo Abraham principes congregati sunt, cum discipuli eius, ab eo designati, ei adhæserunt. Licet enim in mundi oculis parui, & despicabiles appareant, tamen in Dei oculis principes sunt, de quibus Psaltes regius dixerat. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Nec solum principes sunt, sed maximi principes, quibus si conferas vniuersos mundi imperatores, principes dicendi non sunt. De horum vno ait Daniel, Dominus Deus

Simile.

Psal. 46.

Psal. 44.

Dani. 5.

Sanct. K 3 celi

cæli dedit patri tuo Nabucdonosor gloriam, & honorem, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Si nunc alicui hominum id Deus concederet, vt verbo suo, quos vellet efficeret nobiles, comites, marchiones, duces, reges, maximus hic princeps diceretur, cuius tamen potestas in sola terra est, puncti princeps hic esset. Ille verè maximus esset princeps, qui hanc haberet potestatem in regnis cælorum, vt verbo suo reges faciat æternos in cælis. Hanc vero potestatem tribuit Christus Dominus discipulis, & sacerdotibus, vt verbo suo distribuât regna cælorum. Hi ergo principes dicendi sunt, qui quos volunt, exaltant, quos volunt, humiliant in cælorum regno. Dedit verò discipulis maxima gratiarum dona, vt principes decebat cæli; hinc Petrus ad Clementem, ait. **C** Nos primos elegit duodecim, sibi credentes, quos Apostolos nominauit. Postmodum alios septuaginta duos discipulos probatissimos. Vidimus iam principes congregatos cū Deo Abrahamā, videndū restat, qua de causa congregatio tanta facta fuerit, & quod illis committitur pertractandum negotium, cum in omnem mittuntur ciuitatē. Hoc vero regius Psalter ostendit, cū ait. Quoniam Dij fortes terrę vehementer eleuati sunt. Quasi dicant, cum vnus verus esset Deus cæli, & terrę, plures Dij tanquam tyranni vsurpauerant Dei regnum, quondam Demones, idola, & vitia dominabantur in terra, & vehementer eleuata fuerant, ita vt Deo loco haberētur, & tanquam Deus colerētur. Deceuit ergo Deus à tyrannis regnum suum eruere, eos deijcere, & sibi dominium vindicare. Hęc causa est tam celebris conuentus, & missionis. Sed quoniam Deos terrę vehementer eleuatos esse, Psalter ait, id videamus. An non vehementer eleuatus erat fortis ille armatus, custodiens atrium suum? Audi loquentē eū, (Esaiā referēte, sub nomine Assur.) Dixit enim. In fortitudine manū meę feci, & in sapiētia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorū deprædatus sū, & detraxi quasi potēs in sublimi residētes, & inuenit, quasi nidum, manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quę derelicta sunt. Sic vniuersam terram ego congregaui, non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os suū, & gāneret. An nō hūc dices vehementer eleuatū? An nō vehementer eleuatū

Clemens. li. 1. recogni.

Esai. 10.

uata

A uata idola erant, quibus nō substantiam solam afferebant, sed filios, & filias macrabāt? Afferit id Psal. cū dicit. Immolauerunt filios suos, & filias suas Demonijs, & non Deo, Dijs, quos ignorabant, An nō vehementer eleuata vitia bruta, de quibus Ioānes ait. Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & adorauerunt bestiam, dicentes. Quis similis bestię? Eiusdē rei figurā ex primit Ioānes in muliere illa Babylonica, in cuius manu vas erat plenū abominatione, & corā illa reges prosternebātur. Ecce Deos terrę vehementer eleuatos, ecce tyrānos; qui Dei principatū vsurpauerāt. Vt ergo Dij isti de primātur, vt eorū potestas auferat de terra, congregati sunt principes cælestes cū Deo Abrahamā, vt regnū Dei stabiliāt, & regnū diaboli destruāt. Effecitq; hac in re cælestis princeps, quod olim Assuerus fecisset traditur. Vocauitq; rex omnes duces, ac bellatores suos, & habuit cū eis mysterium consilij sui, dixitq; cogitationē suā in eo esse, vt omnē terram subiugaret imperio. Hoc idē Chrs rex cū suis tractat, vt illud impleat, quod propheta futurū dixit. Et disperdā nomina idolorum de terra, & non memorabūtur amplius. Et illud Pauli. Cum tradiderit regnum Deo, & patri, cum euacuauerit omnem principatū, & potestatem, & virtutē, oportet autē, illū regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius. Ad hoc ergo grauissimum negotiū peragendū. *Designauit Dominus & alios septuaginta duos.* In græcis exēplaribus solum dicitur fuisse septuaginta, quam lectionem plures sancti sequuntur, vt Ireneus, libro. 3. capite. 13. & Dorotheus martyr in cōpēdio rerum apostolicarum. Eusebius libro. 1. ecclesiasticę historie, capite. 12. & Ambrosius, & Hieronymus in epistola ad Fabiolam, mansione sexta, & Tertulianus libro quarto contra Marcionem, & alij. Nihilominus certum est, fuisse septuaginta duos discipulos, vt in vulgata legitur. Ita asserit beatus Petrus ad Clementem in libro primo recognitionum, & in libro secundo constitutionum apostolicarū, capite. 59. asserit Apostoli, fuisse septuaginta duos discipulos, & Anacletus papa discipulus Petri in epistola prima ad episcopos Italię, & Cyrillus, & August. libro secundo quæstionū euangelicarū, quæstione. 14. Ad id verò, quod obijci potest, in græco legi septua-

Psal. 15.

Apoc. 13.

Apoc. 17.

Judith. 2.

Zacha. 13.

1. Cor. 15.

Ireneus.

Doroth.

Eusebius.

Amb.

Hierony.

Tertn.

Clemens.

Anacletus.

Cyrl.

Aug.

K 4

ginta

ginta solum. Respondetur vsu Scripturæ sacræ aliquando acci-
dere, vt numero præcipuo dicto, taceatur paruus numerus
illi adjectus. Qui vulgo dicitur, (numero quebrado. Cuius
rei exemplum est in Exodo, vbi dicitur, inuentas à filijs Israel
septuaginta palmas, & duodecim fôtes, fuisse numero septuagin-
ta duas palmas, ostendit Epiphanius libro tertio contra hære-
ses, capite vltimo. Et senes electi in Numeris, fuerūt septuagin-
ta duo: erant enim septuaginta præter Eldad, & Medad, qui
quidem, sicut & fontes, figura extiterunt discipulorum, quos
hodie Christus Dominus designauit.

Sed non sine mystero Lucas ait, *Designauit Dominus*. Hoc
enim opus, ad quod discipuli eliguntur, non perficiet, qui à
Deo designatus non fuerit. Quomodo enim prædicabunt, ni-
si mittantur, vt Paulus ait. Ei quem Dominus designat, & mit-
tit, sufficientiâ tribuit, & dona, quibus idoneus sit ad hoc opus,
& eum sibi in instrumentū vsurpat, vt hoc opus perficiat, quod
Dei est præcipuè, hominis verò vt instrumenti solū, quod si à
principali agente non moueatur, efficiet nihil. Hinc aiebat Pa-
ter noster Ignatius. Illud quisq; est, & illud operatur, ad quod
à Deo sumitur vt instrumentum. Hinc de falsis prophetis di-
citur. Ipsi currebant, & ego non mittebam eos. Ijs ergo, qui
hoc munus vsurpant, cum à Deo designati non sint, illud ac-
cidit, quod Iosepho, & Azariæ accidisse, Sacra dicit historia.
Audiuit Iosephus, & Azarias res bene gestas à Iuda, & dix-
erunt, faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus, pugnare ad-
uersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt, & fugati sunt. Cit-
ius rationem scriptura reddit, cum ait. Ipsi autem non erant
de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Is-
rael.

Sed quoniam in diuina scriptura etiam apices expendendi
sunt, notandum nobis est illud, & alios. Quasi diceret euange-
lista, elegerat Dominus apostolos, sed nō illi satis fuit, eos ele-
gisse, ideo superaddit discipulos, quia magnifice facit nobiscū,
& nō solum necessaria tribuit, sed multa superaddit. Ideo Psal-
tes ait, Confessio, & magnificentia opus eius. Id est, opera eius
magnifica sunt, & digna laude. In his, quæ ad corpus pertinet,
manifestum est, non solum à Deo cōcessa hominibus, necessa-

ria

ria esse, sed multa alia, quæ ad delicias pertinent, vt abundaret
homo omnibus bonis. Hinc Psaltes ait. Magnificauit Dñs face-
re cum eis, magnificauit Dominus facere nobiscum. Quod si
corpōri necessaria tribuit abundanter, & multa superaddidit,
multo potiori ratione in his, quæ ad animam pertinent, nō
necessaria duntaxat, sed plurima alia abundanter prouidit.
Et ideo cum pauci Angeli satis essent, vt hominem custodi-
rent, plurimos in hoc opus destinauit, vnicuique tribuens An-
gelum custodem, & prouincijs, ac ciuitatibus Angelos præ-
fecit superiores. Eadem de causa non semel, aut bis peccato-
rem vocat, cum satis id esse deberet, sed sæpius. An non satis ef-
fet, si rex te vocaret semel, ac obsecraret, vt filius eius, & hæ-
res regni esses? Si vero id despiceres, num amplius te vrgeret
Deus vero semel, & bis, & pluries despectus, iterum, atque ite-
rum, obsecrat. Eadem de causa, vt copiosa esset redemptio, cum
alijs vijs posset hominem redimere, voluit optimo modo eum
saluare ex iustitia. Et cum ad hoc satis esset gutta sanguinis, om-
nem sanguinem fudit. Nec auxilia saluti necessaria duntaxat ho-
mini tribuit, sed plurima superaddit, adeo vt summum Dei sup-
plicium in hac vita in hominem sit, eum derelinquere, & indu-
rare, quod est, necessaria solum auxilia ei tribuere, & reliqua
tollere. Quod si ad salutem animæ tuæ necessarium esset, mor-
tuos suscitare, vniuersos spiritus cælestes ad te mittere, & alia
maiora facere, omnia illa Deus faceret, maior enim, & maxima
præstitit, cum filium misit, & cruci affixit. Nihil ergo saluti ne-
cessarium Deus prætermittit, & plura non necessaria addit.
Ideo ad sponsam ait. Murenulas aureas faciemus tibi vermicu-
latis argento. An nō satis essent murenulæ aureæ, ad quid ob-
secro vermiculatae argento esse debent? Certè quia necessaria
tribuit, & insuper conuenientia adijcit, & ornantia, quia, vt Ia-
cobus ait, dat omnibus affluenter, & non improperat. Hinc no-
bis à Deo nostro discendum est, vt non ea solum in eius obse-
quium præstemus, quæ necessaria saluti nostræ sunt, sed plura
super erogationis opera faciamus. Petijt Giezi nomine Elisei ta-
lentum vnum à Naaman, cui ille ait, melius est, vt accipias duo
talenta, coegitque eum. Sic cum Deo tuo habere te debes. Ille
vero, qui ait, satis mihi est, si mandata Dei custodiero, ea, quæ cō-
filijs

K 5

filijs

Exo. 15.

Epipha.

Nume. 11.

Rom. 10.

Exe. 13.

1. Mach. 5.

Psal. 110.

Psal. 123.

Cant. 1.

Iaco. 1.

4. Reg. 5.

filijs sunt, præstare non teneor, nollo ergo ea facere, alendus à Deo esset pane hordeaceo, aut fursureo, quoniam ille satis est ad vitę necessitatem? Si ergo Deus tibi magnificus est, cur illi eris auarus. Si innumera ab eo gratis recipis beneficia, cur pauca præstabis obsequia?

Sed electos discipulos, *binos*, mittit, vt se inuicē iuuent, & cōsolentur. Hinc Sapiens. Frater adiutus à fratre quasi turris firma. Melius est ergo, duos esse simul, quam vnū, habent enim emolumentum societatis suę, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cū ceciderit, non habet subleuantē se, & si quispiā præualuerit contra vnū, duo resistent ei. In his, quę natura produxit, id attendere licet, nullam prouinciam omnibus sibi necessarijs abundare, sed in hac prouincia aurū, & argētum abundat, in illa vinū, & oleū, in illa triticum, in illa alij terrę fructus, in illa pecudes, & equi, vt sic vna prouincia altera indigeat & mutua charitate, & conuictu iungantur. In gratuitis simile quid à Deo factum est: voluit enim Deus, vt nemo sibi sufficeret, nec vllus dicere posset, non indigeo aliorum opera, & ideo

1. Cor. 12.

dona sua diuisit, vt late Paulus ostendit, cum ait, Alij quidem per spiritum datur sermo sapientię, alij autem sermo scientię, secundum eundem spiritum, alij gratia sanitarum, alij operatio virtutum, alij prophetia &c. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua nō indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij, sed multo magis, quę videntur membra corporis infirmiora esse necessaria sunt. Bini ergo mittuntur, quia nemo sibi sufficit, nemo sibi satis sapit, & licet alijs sapias, non tamen tibi, licet alijs consilia præbeas, indiges consiliario in his, quę ad te pertinent. Sic enim & medici, qui alios infirmos curant, cum in ægritudinem incidunt, alios medicos accersere solent, vt eis medeantur. Huius verò rei mirabile exemplum nobis in exodo proponitur. Venit Ietro socer Moyfi in desertū, vt Moysem viseret, quē vidit tota die occu pari in omnium litibus audiendis, & ait ei. Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, vltra vires tuas est negotium, solus illud nō poteris sustinere. Sed audi verba mea, atq; cōsilia, & erit Dñs tecum. Esto tu populo, in his, quę ad Deū pertinet. Prouide autē de plebe viros sapientes, & timētes Deū, in quib-

sit

A sit veritas, & qui oderint auaritiā, qui iudicēt populum in omni tempore. Si hoc feceris, implebis præceptū Dei. Quibus auditis, Moyfes fecit omnia, quę ille suggererat. Mirè expendit Augustinus hoc exemplū. Loquebatur Deus quotidie facie ad faciem cum Moyse, sicut loqui solet amicus ad amicū, eum q; monebat de minimis rebus, qua ergo ratione nō ei dedit cōsiliū hoc, quod Ietro dedit. Cur permittit, vt Moysem diceret Ietro stultū, & stulto labore cōsumi? Proculdubio ostēdere voluit Deus, neminem ipsi adeo familiarem esse, nemini tot secreta reuelari, vt ope alterius hominis, & cōsilio nō egeat. Hinc Paulus Corinthijs scribens ait, Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi, & Sostenes frater Ecclesię Dei, quę est Corinthi. Quibus verbis non se solum nominat, sed etiam scriptorem epistolę. Et iterū, Paulus Apostolus Iesu Christi, & Timotheus frater Ecclesię Dei, quę est Corinthi. Et sapius se cū alijs nominat, licet enim ipse præcipuē epistolam scriberet, aliquod tamē verbum forsā scriptor dictabat, quo Apostolū iuuabat. Ideo ergo binos Dominus mittit, vt se inuicem iuuent, tāquam duo boues, qui iugum subeunt, vt terram colant.

Sed quibus verbis eos mittit Dominus? Certè mirabilibus, ait enim, *ite, ecce mitto vos, sicut agnos inter lupos*. Hęc verba mire expendit Chrysostomus, ait enim. Quis pastor vnquam agnos mittit in mediū luporum? imo à lupis separat, Christus verò agnos mittit ad lupos, vt lupos faciat agnos. Ne verò dicat, agni sumus, quomodò nos mittis ad lupos? Addit, *ite, ecce ego mitto vos*. Vos infirmi estis, sed ego, qui vos mitto, fortis sum.

C Quis es tu Dñe, qui confidenter agnos mittis in lupos? Ego qui verbo condidi cælum, & terram, qui posui arenam terminū mari, qui mortem superauī, infernum expoliaui, qui mortis, & vitę habeo potestātē. O virtus mittentis! Mittit oues in mediū luporū, & facti sunt lupi oues, nec enim natura, sed voluntate lupi erāt. Ecce dabo hos vt ligna, vos verò vt ignem, & de uorabitis eos, & in vos conuertetis. Sed cur agnos eligit, vt lupos superet? Certè vt nomini eius adscribat victoria. Pręclarus dux Ioab, cū iā capienda vrbs erat, ait regi, tu obside ciuitatem, ne nomini meo adscribatur victoria, Cū vastata fuerit vrbs, nō sibi gloriam victorię volebat vsurpare, sed regi cōcedere. Simi-

li de

Aug. li. 1. de
doct. christ.

1. Cor. 12.

2. Cor. 12.

Chrysol. ser.
1. de sanct.

2. Reg. 12.

Eccl. 4.

Exo. 18.

Judith. 9. li de causa Iudith orat. Erithoc memoriale nominis tui. cum manus foeminae deiecerit eum. Res omnino manifesta est, Dei digitum adfuisse agnis, cum septuaginta duo agni superauerint innumeros lupos, tygrides, atque leones.

Sed silentio praetereundum non est, quanta celeritate eos ire praecipiat, cum ait. *Nolite portare sacculum, neque peram, & neminem per viam salutaueritis.* Haec verba duobus modis explicat August. Primò sic. Salutare est salutem dicere, & annu-
Aug. serm. de san- tis. ciare, quod est, euangelium praedicare, hoc verò in via facit, qui per occasionem hoc facit, non ad illud principaliter intendens, per viam ergo salutare est, euangelium praedicare temporalia quaerendo. Secundo modo explicat, omnia praetermittite, quae impedire vos possunt, nullam moram faciatis, ideo sacculum re-

linquite, & peram, nec colloquia misceatis cum his, qui in via vobis occurrerint. A deo enim extrema necessitas peccatorum est, ut differri eis remedium non liceat. Sic etiam Eliseus mit-
Reg. 4. tens Ciezi cum baculo suo ad mortuum suscitandum, ait. Ac cinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Sed ais, quare tantae festinationis ratio est? Si nosse, o peccator maximum, in quo versaris, discrimen, non tibi appareret multa festinatio. Aliquando infirmus homo deliquio cordis morti proximus est, & medicum accersis, ut quam citissime veniat, quoniam infirmus in maximo periculo est. In hoc ipso peccator versatur, ideo accelerare oportet, ut remedium ei adhibeatur. Hoc agnoscebat, qui dicebat. Accelera, ut eruas me. Et quia in hoc opus Christus in
Psal. 30. mundum venit, ait Esaias. Voca nomen eius accelera, spolia detrahe, festina, praedare. Si damnatus homo, lata sententia, ad mortem esset, & iam in supplicij locum ductus, ligno ligatus esset, ut igne, aut ferro periret, si forsan mutatata sententia, a morte liberandus esset, maxima celeritate nunciu venire oportebat, qui eum esset liberaturus. Hic status peccatoris est. Hoc illius discrimen, lata in eum sententia mortis aeternae est, appropinquavit iam loco supplicij, unum pedem in inferno posuit, furcam iam conscendit, laqueus in collum eius positus est, alligatus est ligno. An non accelerare oportet eum,

Esa. 8.

Simile.

Aug. 2.

qui

Esa. 28.
A qui eum liberaturus est? Sed ais, quis dixit, peccatorem in tanto esse periculo? Audi Esaiam. Propter hoc audite verbum Domini viri illudores, dixistis enim percussimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans, cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram. Et delebitur foedus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit, & flagellum inundans cum transierit, eritisei in conculcationem, & nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra, consummationem enim, & abbreviationem audiui a Domino Deo exercituum super vniuersam terram. Loquitur Esaias peccatori, qui cogitatione sua fecit pactum cum morte, dum cogitat, non cito, & repente venturam, monetque eum, ne amplius peccet, ne constringantur eius vincula, & pereat, significat his verbis. Laqueum iniectum in eius collum, quo si constringitur, eum vita priuabit, ecce discrimen, quod diximus, in quo peccator est. Id ipsum explicat Iudas Apostolus in sua canonica, cum ait. Et hos quidam arguite iudicatos, illos vero saluate de igne rapientes. Alias autem miseremini in timore, quo loco Diuus Thomas ait, de triplici peccatorum genere Apostolum loqui, primum de haeticis obstinatis, quos dicit, arguendos, ut iam iudicatos: Secundum de reliquis peccatoribus, quos saluare debemus, quasi de igne rapientes, quia in eo periculo sunt, ac si igne absumi ceperint.
C Tertium de his, qui vitam in melius mutare incipiunt, quibus miserendum est. Peccator vero iam igne arde capite, accelerandum ergo est, ut eruatur. Id ipsum peccatoris discrimen ostendit Psalter regius, cum ait. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, & sagittas suas ardentibus effecit. Quibus verbis proximam supplicium peccatoris exponit, dum iam gladius in eum vibratur, dum arcus distentus est, & sagittae in eo positae, ut sagittentur. Hinc primum colligendum est, quanta sit peccatoris inturia, qui in tanto constitutus periculo sollicitus sur non est, & quasi securus omnino esset, sic se gerit. Secundum vero, quanta celeritate

Esa. 28.

Iud. 1.

DTho.

Psal. 7.

Aug. 2.

tate currendum sit Christi ministris, ut de igne rapiant, & de ligno, ac furca liberent peccatorem. Non deuenerat Israelitæ in discrimen tantum, solum in eos mortis sententia lata fuerat, cumque mutata fuisset in melius ait diuina scriptura. Egressique sunt veredarii celeres, nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Susam. Merito ergo Christus Dominus discipulis ait. Nolite portare sacculum, neque peram, & neminem per viam salutaueritis, nullam faciatis moram, vos enim mitto, ut peccatores ab igne rapiatis, à ligno, & furca liberetis. Hinc Sapiens, Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne des fomnum oculis tuis. Hinc Christi discipuli ea festinatione hoc opus perfecerunt, ut eorum velocem cursum miratus Esaias, dixerit, qui sunt isti, qui ut nubes volant?

Sed quod nuncium deferri mundo Christus precipit? Certè illud mirabile. *Appropinquauit regnum cælorum.* Fœlix profectò nuncium, quod merito Euangelium, id est, bonum nuncium nuncupatur. De quo proinde dici potest illud. Hæc dies boni nuncij est, si tacerimus, sceleris arguemur. Nunciatur libertas à morte æterna, & vita sempiterna promittitur, quæ iam hominibus proxima est, quam statim capere possint, cum olim longè fuerit, vnde Paulus ait. Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis repromissionibus, sed à lōge eas aspicientes. Quia ut idem Paulus ait. Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse viam sanctorum adhuc priore tabernaculo habente statum. Iam verò nobis prædicatur, propalatam nobis viam sanctorum, proximum nobis esse regnum cælorum, nobisque offerri, ut illud capiamus. Iam regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sicut voce præconis vrbs ditissima tradi solet diripienda militibus, ut quisque sibi usurpet, quod ex ea voluerit, & tunc vrbs vim pati dicitur. Ita nobis regnum cælorum traditur diripiendum, & ideo vim pati dicitur. Sicut ergo milites se accingunt, ut urbem capiant, cum ab eis diripienda est, quoniam quisque maxima spolia sperat. Ita nos accingi oportet, ut regnum cælorum capiamus, cum iam nobis appropinquauerit, cum eius fores, prius clausæ, iam per Christum reseratæ, sunt. Hoc verò miris verbis explicat Plaltes regius, cum ait.

*Hester. 8.**Prout. 6.**Esai. 60.**4. Reg. 7.**Heb. 11.**Heb. 9.**Mat. 11.
Simile.**Psal. 47.*

A ait. Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius, & distribuite domos eius. Ponite corda vestra in virtute eius. Quasi dicat, iam Sion appropinquauit, iam diripienda vobis traditur, antiquis patribus non tradebatur, vobis verò datur, ideo accendite animos vestros, circundate eam, nec ab eius obsidione castra moueatis, donec eam complectamini, donec capiatis eam, narrate, & videte turres eius plenas diuitijs, attendite cordibus vestris eius virtutem, & decorem, tandem eam diripite, distribuete domos eius. Quid enim homini optandū est, nisi hoc cælorū regnū? Audi Esaiā de eadē Sion loquentē. *Esai. 33.* Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ, oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequa quā transferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternū, **B** & omnes funiculi eius non rūpentur, quia solū modo ibi magnificus est Dñs Deus noster. Hanc ergo cælestem Hierusalem inspiciamus, hanc vi capere desideremus, hanc deprædemur, ut illud in nobis impleatur, quod Esaias ait. *Esai. 9.* *Lætabitur cor te,* sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Audi ergo, o homo, fœlix nuncium, appropinquauit regnum cælorum, ut sis rex, solum voluntas tua deficit, regnum enim appropinquauit tibi, ad fores tuas est.

Hac consideratione sancti vires, & animum resumpserunt, ut multa agerent, ac paterentur, ut regnum cælorum vi caperent, videbant enim cælos apertos, ut Stephanus, videbant, appropinquasse regnum cælorum. Inter quos Marcus **C** Evangelista, cuius hodie celebrem diem agimus, leoni assimilatus est in operibus suis, ut de Iuda legimus. Vnus fuit ex Septuaginta duobus discipulis Christi, & ei figuraleonis tribuitur, de leone Sapiens ait. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pæuebit occursum. Quod merito Marco tribuere possumus, qui ea fortitudine fuit, ut regnum cælorum vi caperet, & socius Pauli, & Barnabæ factus, postea in Agyptum venerit, vbi tanta sanctitate Ecclesiam constituit, ut omnes ad sui imitationem cogeret, ut Hieronymus ait, & ipsis etiam ethnicis tantæ fuit admirationi, ut Philo librum scripserit, de admirabili fidelium sanctitate Sub Marco *Beautissi.*

*Esai. 33.**Esai. 9.**1. Mala. 3.**Prout. 30.**Hierony.*

1. Pet. 5.
Gene. 49.

Iudi. 5.

Prover. 28.

Beatissimo etiam Petro Apostolo à mantissimus fuit, unde ipse ait. Salutat vos Marcus filius meus. Cui iure aptari illud potest. Catulus Leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, acquiescens recubivisti ut leo. Leoni in operibus assimilatús didicit capere prædam, & vim facere regno cælorum, qui hodie nobis proponitur. Ut eum imitemur, quoniam a propinquavit nobis regnum cælorum. Væ enim ei, qui his auditis non accenditur in pugnam, ut spolia tanta capiat. Quibus illud accidet, quod dicitur Sifara, de quo eius vxor pronunciat matri. Forfitan dicitur uidit spolia, cum tamen ille mortuus iaceret. Hoc ipsum væcordi homini accidet, cum enim à nobis putatur in cælum conscendere, & eius spolia sibi usurpare, ille in morte æterna sepultus iacet. Quod ne nobis contingat, caueamus, ne cum Sifara bibamus lac delectationis, & somno corripiamur, hos enim mors intercipere solet, ac perdere, &c. Assimilemur ergo nos leoni, Marco, scilicet, cui similis iustus est, dicente Salomone. Fugit impius nemine persequente iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Iners miles impius est, qui pugnam inire timet, iustus verò discrimini se dat, & quasi leo confidit, & prædam regni cælestis capiat, &c.

(. . .)

Festa

Festa Maij.

In festo sanctorum Apostolorum Philippi, & Iacobi.

Thema. Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, & in me credite.

Ioann. 14.



MOS olim fuit, & nunc est præclaris ducibus, & strenuis, ut eo tempore, quo cum hostibus configendum est, orationem ad milites habeant, qua illorum animos accedant ad pugnam iam iam ineundam, & omnem pauorem, formidinem ac turbationem ex eorum animis pellant. Ad hæc verò militibus suis proponere solent, sui animi fortitudinem, adiutoria, quæ hinc inde ipsis adierunt, spolia maxima, quæ victoria parta obtinebunt, & similia, quibus milites propriè redduntur ad pugnam. Nec solum hoc præstitere duces gentium, sed & viri sanctissimi. Cum enim Iudas Machabæus manus conferere vellet cum Nycanore, Machabæus hortabatur suos, ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent, ab omnipotente sibi ad futuram victoriam. Et allocutus eos de lege, & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos, singulos autem illorum armavit, non clypei, & haste munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus. Et sic factum est, ut in eo bello prosternerent triginta quinque millia hostium. Aduenerat iam tempus, in quo pugna illa ineunda erat, in qua Christus dux de morte,

Sanct.

L

& infer.

Simile:

2. Machab. vlti.

& inferno triumphaturus erat. Apostoli verò de vniuerso mundo, & idolis gentiũ, in qua agni duodecim in pugna descendebant cum innumeris lupis, leonibus, & tigribus, duodecim idiotæ piscatores contra vniuersam mundi potentiam, ac sapientiã dimicaturi erant. An non timendum, & formidandũ prælium? Vidit Christus dux pusillum gregem suum animis reiectis. Armatur ergo hodie eos sermonibus optimis, ostendens militibus suis ea, quæ diximus, præclaros duces ostendere militibus vt in pugna fortes sint. Videamus ergo sermones hos optimos in Euangelio nobis propositos.

Non turbetur cor vestrum. Commune est omni passioni appetitus, vt hominem turbet, cum vehemens est, & ideo turbationes dicuntur, quia coniunctæ sunt cum quadam corporis alteratione, & humorum, ac spirituum motu. Ex quo etiam prouenit, vt in facie hominis eius turbationis sit indicium. Hic motus humorum, & actus appetitus sæpe in nostra potestate non est, rationis tamen actus, qui sequi solet turbatum appetitum in nostra est potestate. Sed quia maximam vim habet turbatus appetitus, vt ad se ratione trahat ideo timendus est, cum vehemens est, & reprimendus. Ideo ait Dominus, *non turbetur cor vestrum.* Mærore, ac timore vrgebantur discipuli, quoniam eis dixerat discessum suũ, nec posse eũ tunc sequi, persecutiones, & discrimina varia, quæ eos manebant, his auditis, tristitia, ac mærore turbati sunt. Similes facti Pulpo piscei, quo Ægyptij in literis Hieroglyphicis significabant eos qui in periculis timore turbabantur, cum enim piscis ille in discrimine versatur, non fugit, nec sibi prospicit, sed accedit ad propinquam rupem, & ibi stat, & aliquando turbatione id agente brachio piscatoris adhæret. Primum vero, quod fortis quisque curare debet, est, ne cor illius turbetur, eo enim turbato, à quo vires, & consilium procedere debent, nihil recte fit. Sed statim illud Psalmi efficitur. *Cor meum conturbatum est in me dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Si ergo ad discrimina belli corporalis oportet, cor non turbari, multo magis ad bella spiritalia feliciter peragenda, necessarium est cor imperterritum. Cum inueniunt discrimina, bella, & hostes tunc optimũ est gratia stabiliri.

Hieroglyphi cum.

Psal. 37.

A biliri cor, vt Paulus ait, ne succumbat homo oneri tribulationum. Hanc suorum fortitudinem, & cor imperterritum mirè descripsit Dominus in equo parato ad bellum, de quo inter alia dicit. Cum audierit buccinam, dicit, vaha. Manifeste, ait ibi Gregorius, loquitur Deus de iusto, non de equo, qui brutum cum sit, vaha dicere non potest, vnde cum dicere dicitur id, quod non potest, aliud designatur. Vaha quippe sermo exultationis est, cum ergo ait, audita buccina, dicit, vaha, significat, quod fortis miles Christi, cum certamen passionis sibi propinquare, videt non terretur pugnae periculo, sed exultat. Sed fortè ais. Quomodo non turbetur animus, videns instare pericula, maximè mortis? quomodo tunc exultare valet, cum de fortissimo milite Petro, qui sic dictus est propter Petræ fortitudinem, dicat veritas, alius cinget te, & ducet, quo tu non vis. Certè natura timore quatitur, & refugit certamen, sed deliberatione, & gratia illud eligit, & gaudet, appetitus turbatur, sed à ratione tenetur. Sicut enim vir fortis, cum vicino iam belli certamine, armis accingitur, & palpat, & festinat, tremit, & sæuit, quasi pauere per pauorem cernitur, sed per iram vehementer vrgetur. Sic sanctus appropinquante passione, & naturæ suæ infirmitate concutitur, sed spei soliditate roboratur, de vicina morte trepidat, sed de triumpho exultat. Quia cum sciat, ad regnum transitum non esse, nisi per passionem, & gaudens metuit, & metuens gaudet. Sicut qui nouit salutem in portione amara esse, timet amaritudinem, sed libens bibit, vt salutem assequatur. Audita ergo buccina dicit vaha, quia licet vt homo trepidet, sed vt Christianus exultat. Est enim homo interior, & exterior, licet ergo exterior trepidet, interior exultat. Hæc Gregorius. Rectè ergo Christus dux ait. *Non turbetur cor vestrum.* Licet enim appetitus timore corripatur, sed cor, spiritus, & mens gaudeat, & speret. Et hæc est visio illa magna Moysi, rubus ardens incombusta. Ignis enim tribulationis iustus ardet, sed non consumitur, in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Id verò ipsum in reliquis tentationibus iusto accidit, ait Gregorius, nouit enim iustus tentationem vtilem esse, quia multos diu-

Heb. 13.

Iob. 39.

Greg.

Ioan. 21.

Simile.

Exod. 3.

2. Cor. 4.

Psal. 26.
Cant. 5.

1o. 32.
1o. 3.

Simile

turna pax inertes reddidit, quos facile hostis superat, qui a longa pace, ac quieto negligentes redditi sunt, ideo tentatione exerceri desiderant, quia tanto robustius gratiam custodiunt, quanto tentatione concussi infirmitatem suam humiliter agnoscunt. Audita ergo buccina dicit vaha, quia cum tentatio insurgit, considerat supernæ dispensationis misericordiam, & ex ipsa aduersitate magis confidit. Sicut qui ait, si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Non ergo turbatur tunc cor iusti, sed solidatur. Vox iusti est, ego dormio, & cor meum vigilat, quia ad diuina promptum semper debet esse, quasi Dei altare, hortus, & lectus.

Sed antequam ulterius procedamus ad rationes, quibus Christus dux suos milites armat, ut non turbentur, opere prælitium erit nosse, doctrinæ huius, exhortationisq; præconem, ac dignissimum prædicatorem solum Christum esse, ille iure, ac merito nobis dicere potest. *Non turbetur cor vestrum.* Etiam si passiones immineant, cum tanta vos maneat merces in mansionibus, quæ sunt in domo patris mei. Quod verò hæc prædicatio Christum deceat, & ad eum præcipue spectet, non ea solum ratio est, quod ille dux noster sit, sed quoniam ille simul viator, & comprehensor sit, & tanquam viator experitur dolores, & passiones, ac certamina mundi huius, tanquam comprehensor videt mansiones cælestes, & quæ nos expectat, gloriam, & utrumq; inter se conferens, videt, gloriam in immentum excedere, & ideo iure optimo dicere potest. *Non turbetur cor vestrum.* Doctores vniuersi cõmuni consensu dicunt, Christi animæ cõcessam esse gloriam, Deiq; visionem in instanti cõceptionis, & id ex Euãgelio colligunt, ait enim ipse. Vbi ego sũ, illic & minister meus erit. Et iterũ, fili hominis, qui est in celo. Et hodie ait, ut vbi ego sũ, & vos sitis. Fuit verò simul viator & dolores nostros tulit. Ideo qui utrumq; videt, ea cõferre inter se se valet. Sicut auris verba diiudicat, oculus colores, gustus sapes, nõ cõtra sensus cõmuni, qui omnium sensuum obiecta cognoscit, & nec cõferre valet. Ita Angelus est comprehensor, & solum modo gloriæ experitur, homo in terra positus est viator, & solum passiones sustinet, Christus verò tanquam cõmuni sensus utrumq; experitur, & comprehendit, & patitur, ideo illa cõparare

A parare potest. Nec enim dicere potes, nescit dolores nostros quia vir est dolorum, nec verò, quod ignoret ea, quæ in celo sunt, quia mansiones videt. Ille ergo doctrinæ huius præcipuus est prædicator, ille dicere valet, *nõ turbetur cor vestrum.* Ideo scala Iacob cũ significabat, cui Deus erat innixus, quæ hac parte cælum tangebatur, alia verò terram. Est ille lignum illud vitæ, quod ex vtraque fluminis parte erat, quia in terra, & celo simul versabatur. Vna manu coronã, alia autẽ gladium tenebat, quo pugnabat, vnus eius pes in stadio, & agone erat, alter verò victoris erat. Alter pes in aqua, alter in litore. Ideo significatur in eo Angelo, cuius pes vnus in mari, alter in terra est. Ideo nos exhortatur, *nõ turbetur cor vestrum,* quia utrumque videt.

Gene. 28.

Apoc. 19.

Apoc. 10.

B multus, qui ut in hoc hortum intrarent venerunt, quorum primus in maceriam ascendit, & pedem in eam ponens videt vniuersa, quæ in horto sunt, & trepidantibus socijs propter ascensus difficultatem ait, nolite timere, ascendite, reptate manibus, ac pedibus, quoniam mirabilia in hoc horto sunt, quibus fruemini, si ascenderitis. Non ergo turbetur cor nostrum, sed ascendamus, quoniam testis fidelis Christus Dominus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ideo que aspicientes in authorem fidei & consummatore Iesum, qui sic in terra conuersatus est, ut pedem vnum hic figens, alterum in celo posuit, taliter in terra conuersemur, ut vnum in celo pedem ponamus per cõsiderationem, & cõuersionem, ut cũ Paulo dicamus, conuersatio nostra in cælis est, & cum Psalte, stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Sic enim non turbabitur cor nostrum, & si motus fuerit pes, qui in terra est, dicemus cum Psalte, si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me.

Simile.

Philipp. 3.

Psal. 121.

Psal. 93.

Contra verò peccator facit, qui duos pedes cum habeat, alterum in terra tenet, sicut iustus, alterum verò in inferno posuit per culpam, quæ æternam cõmeritus est pœnam. Duo tibi sunt pedes ò homo. Primum pro voluntate tua ponere potes vbi libuerit, vel in celo cum Christo, vel in inferno cum diabo. Alter pes in manu Dei est, non in tua potestate, vita enim in Dei voluntate est, quæ finita, utroque pede in inferno eris.

Prouer. 5.

Psal. 93.

Auerte ergo primum pedem à semitis impiorum, quia descendunt usque ad inferos. Hinc Sapiens de meretrice ait, pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant, per semitam vitæ non ambulant. Hinc Plaltes, nisi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Culpa, & pœna duo pedes sunt, quibus damnatus in inferno est, si culpam admittis, vnum pedem in inferno posuisti, & hunc ponere potuisti, & in tua id voluntate fuit, solum deest tibi, vt alterum ponas in inferno pedem per pœnam, & hoc in Dei potestate est, non in tua, in Deum verò peccas, in cuius potestate est animam tuam mittere in Gehennam, Quid stultius, aut dementius.

Præceperat Christus suis nõ turbari, illi verò in cordibus dicebant suis, quomodo non turbari nos possumus, cum tu dux noster recedas, & soli relinquamur, & difficilis admodum pugna nobis parata sit. Potentissimas rationes cælestis magister eis proponit, vt omnino non turbentur, quarum illa prior est, *credit in Deum? & in me credite*. Quasi dicat. Sicut qui transit fluuium, dum aquam labentem intuetur, caput eius turbari necesse est, at si conuertat oculos in montem stabilem, turbatio cessabit, ita vos humana solum attendentes turbamini, quia me vt hominem consideratis, & vos orphanos relinqui creditis, tollite ergo oculos in diuina, & sicut in Deum creditis, ita in me credite, quia ego Deus sum, & licet secundum præsentiam humanitatis vos deseram, vt Deus tamen vobis adero. Notat Cyrillus in hunc locum, & Basilius, his verbis fidem Christianam à Iudaica distingui, Iudæus enim Trinitatis ignarus vnum Deum confitebatur, personas non distinguens. At Christianus distinctiorem fidem profitens, ita vnum credit Deum, vt tres in vna trinitate veneretur personas. Sed quid fides homini præstat, ne in malis turbetur? multum certè. Ambrosius, facile forsàn homini erit, plures diuitias, aut honores non quærere, difficile verò est, eum non turbari, cum ea, quæ possidet amittit. Sed hoc difficile fides magna facile præstat. Hinc dicitur: *Cui resistite fortes in fide*. Et iterum, hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.

Et ite

A Et iterum, accipite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sed inquiris, quo pacto fides turbationem pellit à corde? Certè quoniam illuminat, tenebræ enim timorem incutiunt, lux verò eum tollit, quia quid quæres sit, ostendit. Fides docet, omnia temporalia nihil esse, & ideo mala non esse nec timenda. Et ideo ait, nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et ideo Plaltes ait, veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Mala enim temporalia similia sunt nenij puerorum, quibus illi turbari solèt, cum nihil sint. Umbra, & somnia sunt temporalia incommoda, & ideo vane turbatur homo eis, sicut vanè puer conturbatur, vel dormiens, quia sibi videtur, è turri altissima cadere. Deinde fides docet Christum nobis semper adesse, vt Deus est, & nihil nobis accidere posse, nisi eo disponente, nec enim passer, aut folium cadit absque illius voluntate, ac decreto, nec capillus de capite nostro peribit, nobiscum ille est in tribulatione, & ideo dicere possumus cum Plalte Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus, dum turbabitur terra, &c.

Sed objicis, ego fidem habeo, & tamen turbor, turbaris quidem, vel quia fides tua mortua est nec fax mortua timorem pellit, sed ardens. Vel quia tibi parua fides est, sicut illi, qui videns ventum validum timuit, cui dicitur, modicæ fidei quare dubitasti? Ideo orandum tibi cum Apostolis est, Domine adauge nobis fidem. Vel quia fidei lumine nõ vteris, sed illam sub modio ponis, vt non luceat, cum enim ea, quæ fides docet, non cõsideras, fide non vteris, ea ergo mente tracta, & omnem turbationem facile pelles.

Deinde cum ait *Credit in Deum, & in me credite*, non fidem, qua Deo reuelanti credimus solummodo significauit, sed spem, ac fiduciam in Deum, quæ etiam fides sæpe dicitur, intellexit. Ait ergo. Nolite turbari, aut pauere, sed firmissima in Deo spe estote, & in me, qui Deus sum, & homo, qui vobis pater, & mater sum, qui vos vt filios dilexi, & tot dilectionis signa exhibui. Maximum præsidium contra diabolicos timores, & tentationes est, imperterritum, & fidentissimè in Deo cor. Qui hoc præsidio benè munitus est, nõ timebit, etiã si cæli ruant.

L 4.

ait

Cyril.

Basili. li. 2.

cont. Euno.

Ambros. 1. officii. c. 36.

1. Pet. 5.

1. Ioa. 5.

Eph. 6.

Psal. 81.

Psal. 45.

Mat. 14.

Luc. 17.

Rom. 8.

Rom. 8. ait enim. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et illud *Esaia*
Esa. 50. vsurpat. Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicet mihi? ste-
 mus simul, quis est aduersarius meus, accedat ad me? Ecce Dñs
 Deus auxiliator meus, quis est, qui condemnet me? Hoc
Iob. 17. auxilio fretus Iob aiebat, pone me iuxta te, & cuiusuis manus
Simile. pugnet contra me. Sicut ergo inter humana membra quædam
 sunt ita fortia, vt non sibi solis, sed & alijs opitulari possint, vt
 brachia, quibus maximè vtimur in periculis, sic inter virtutes
 quædam sunt ita præstantes, vt omnibus alijs sint maximo præ-
 sidio, quibus proinde in periculis præcipuè vtendum nobis est
 & huiusmodi est firmissima in Deum spes, quæ est veluti an-
 chora, qua nauis tenetur, ne procella eam huc, illucque disper-
 gat. Cum ergo tempestates maximas in te oriri perspexeris, ten-
 tationes graues, persecutiones, terrores dæmonis, opposuerit
 que tibi gigantes, quibuscum pugnare debeas, quibus collatus
Psal. 43. locusta videaris, responde cum Psalte, non enim in arcu meo
 sperabo, nec gladius meus saluabit me, sed dextera tua, & bra-
Deut. 20. chium tuum. Et sicut olim in lege dictum fuit. Si exieris ad
 bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & ma-
 iorem quam tu habeas, aduersarii exercitus multitudinem, nõ
 timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est. Ita id ipsum
 nunc tibi dico, quæ est enim potentia, quam timeas, si pro te
 pugnat omnipotentia.

Sed adijcit Christus, in me speciali quadam ratione spera-
 te, qui vobis singularia dilectionis signa dedi, de quibus dubi-
 tãri nullo modo possit. Et huius ratio est, quia nullus dubitat,
 an Deus possit ei accurrere, multi verò dubitant, an velit, sed
 ne de hoc dubites, tanta amoris signa dedi, quæ voluntatem
 ostendunt, vt plura, ac maiora sint, quam illa, quæ potentiam
 declarant. Quis dubitet de dilectione illius, qui pro eo vitam
 dedit? Quis dubitet, an recipiatur ab eo, qui venit quærere, &
 saluum facere, quod perierat? Si amicus tibi astitit in rebus dif-
 ficillimis, & cum vitæ discrimine, quomodo dubitabis, an in re
 facili tibi assistet? Hinc Psaltès, multi dicunt animæ meæ, non
 est saluus ipsi in Deo eius. Tu autem Dñe susceptor meus es. &
 Christus susceptor tuus, quid trepidas? Trepidãti nauis in hor-
 ribili tempestate, cum paruo vreretur nauigio, dixit Iulius Cæ-
 sar, ne

A sar, ne timeas, Cæsarem enim, & eius fortunam tecum defers.
 Licet ergo mare sæuiat, & intumescat, confide in Christo, quæ-
 gestas, qui tibi per *Esaia* ait, ego ante te ibo, & gloriosos ter-
Esa. 45. ræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos cõfrin-
 gam, & dabo tibi thesauros absconditos. Hinc quasi omnipo-
 tens iustus redditur, & maior illius potentia quam totius mun-
 di. Maiori potentia prædita est virga Moyfi, quam Pharao. Et
 pallium Eliæ, & umbra Petri mira possunt, quia in Deo potest
 iustus omnia. Ideo Ioanni flenti dicitur, ne fleueris, vicit leo
Apoç. 5. de tribu Iuda, & sicut ille in se vicit, vincet & in te.

Prosequitur consolationem suam Iesus, *In domo patris mei*
mansiones multæ sunt. Quasi dicat. Contristati estis, quoniam
 vobis dixi, quod ego vado, vos non potestis venire, non hoc di-
 xi, quia in regno meo mihi soli sit mansio, plures enim mansio-
 nes sunt, in quibus recipiamini omnes vos, & plures alij, non
 ergo discedo à vobis in æternum, sed ad modicum, cogitate ve-
 rò diuerfas illas mansiones, & diuersitatem gloriæ, quæ pro me
 ritis datur, vt viriliter decertetis, quoniam dignior mansio cũ
 expectat, qui plus laborauerit. En prædam, quam militibus suis
 pollicetur. Ita hæc verba intelligunt Chrysostomus, Cyrilus,
 & Augustinus. Ideo ergo dixi, non potestis venire, quia neces-
 se est, me primum ire, vt vobis parem locum, addit verò. *Si*
quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, si autem
abiero, &c. Sensus legitimus est. Si vobis mansiones non es-
 sent in domo patris mei, non vos deciperem vanis promissis,
 sed vobis dixissem, quia causa vestri discedo, vt parem vobis lo-
 cum; si ergo mansiones vobis nõ essent, vos certiores facerem,
 cum hæc sit causa discessus mei. Mansiones verò parare dicitur,
 tum quia cæli ianua aperuit, quam si non aperiret, nullus ho-
 minum illuc ingrederetur, tum etiam, quia ascendit, vt mitteret
 Spiritum sanctum, quo ipsi digni redierent mansionibus.
 Ego ergo discedo, vt parem vobis locum, & veniam, vt assu-
 mam vos ad me ipsum.

Duplex ergo consolatio Christi discipulis his verbis datur.
 Prior est, possessio regni cælestis, quod Christi discessu, & viri-
 li pugna ipsorum consequentur. Posterior, quod ille item
 veniet, & accipiet nos ad se ipsum, ubi ille est, & nos simus, &

3. Thef. 4. sic semper cum Domino erimus, vt Paulus ait. Solet dux milites suos in pugnam accendere, & ipsorum erigere animos, propositis spolijs hostium. Cum turbaretur Alexandri exercitus viso exercitu Darij copioso argento, auroque ornato, dixit Alexander, non est in exercitu Darij, quod timeatur, sed potius quod ametur, spolia enim nobis pretiosa sunt. Si ergo nosse vis, quæ tibi sint spolia, si viriliter decertaueris, audi mansiones multæ in domo patris sunt viriliter certantibus, visio, possessio, ac fruitio Dei merces est tua, gloria Angelorum gloria tua erit, licet enim illi superiores natura sint, sed non gratia, & gloria. Sed quid dico Angelorum gloria, imo Dei gloria tua erit: quod enim Deum beat, te beatum reddet, vt audias, in trā in gaudium Domini tui, quia idem obiectum est beatitudinis hominis, Angeli, & Dei ipsius. **Mat. 25.** Potuit ne maior merces homini proponi? maior thesaurus? maior honor, quam Dei possessio? Hinc Psaltes. Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et iterum. Replebimur in bonis domus tuæ. An non hoc concupisces? Audi suspirantem. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. In Indis versatur Hispanus, & cum ibi diues sit, ad Hispaniam suspirat, quomodo nos patriam domum non oprabimus?

Psal. 121.
Psal. 64.
Psal. 83.

Sed quomodo in domo vna mansiones multæ? Certè vna est domus, vnus denarius, quia vnum est obiectum beatitudinis, omnes enim regem in decore suo videbunt, item vna beatitudinis mensura est, æternitas item vna, quia tanta deuincti sunt inter se charitate sancti, vt propria singulorum gaudia charitas communia reddat. Si enim amor imperfectus nunc efficit, vt de filij bonis pater gaudeat, ac de proprijs, quid non efficiat charitas illa cælestis?

1. Cor. 15.

Sed nihilominus plures mansiones sunt, quia licet eundem Deum omnes videant, eoque fruantur, sed quisque pro merito magis vel minus gustat. Sicut idem cibus diuersimode degustatur pro gustus varietate, ac famis. Hinc Paulus. Alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum, & sicut stellæ differunt à stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum, licet omnes iusti in eodem sint cælo. Sicut ex eodem fonte diuersa aquæ

Aquæ mensura à diuersis colligitur pro varietate vasorum, ita qui puriori est corde, & ardentiori charitate, plenius Deum gustabit. Ideo curandum nobis est, vt potiorè capiamus mansionem?

Secunda verò consolatio in verbis superioribus proposita erat, quod ipsius absentia non perpetua esset, quia iterum veniā in secundo, scilicet, aduentu, & assumam vos ad me ipsum. Id verò suo modo in hac vita nobis accidit. Recedere Deus videtur à iusto, cum eum deserit, nec consolatur, nõ propterea turbari debet, iterum enim venit. Quia post tempestatem tranquillum faciet, & post lachrymas exultationem infundit. Et Iob ait, post tenebras expecto lucem, & sic ei accidit. Si cut ergo in temporum constitutione varietas ista cernitur, vt post noctem dies succedat, ita in anima iusti efficitur. Hinc **Psaltes.** Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus, ad te Domine clamabo, &c. Audiuit Dominus, & miseratus est mei. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, & circumdedisti me lætitia. Et iterum Iob. Abscondit lucem in manibus suis, & præcepit ei, vt rursus oriatur. Abscondit quidem lucem, cum consolationem tollit, sed præcipit, vt iterum oriatur.

Tob. 3.

Iob. 17.

Psal. 29.

Iob. 36.

Pergit adhuc discipulos consolari, & ideo ait, & quo ego vado, scitis, & viam scitis. Discedente eo, quem diligimus, maximum adfert solatium scire, quo vadat, & viam, qua ad eum peruenire possimus, id enim significat illud, viam scitis. Non viam, qua ego vado sed viam, qua vos ad me peruenire possitis. Thomas verò ait, Domine nescimus, quo vadis, & quomodo possimus viam scire? Hæc verba pugnare videntur cum verbis Christi, quod enim ille dixerat, eos scire, Thomas asserit, nesciri ab eis. Vel quia habitu sciebant, non tamen actu, qui eorum turbatio memoriam, ac considerationem tollebat, ita Euthymius exponit. Vel scire dicuntur, quia scire potuerant, & debuerant, licet reuera ad scientiam non peruenerint. Sicut Iudeis dixit, & me scitis, & vnde sim, scitis, id est, scire potuistis, & debuistis. Respondit ei Iesus. Ego sum, via, veritas, & vita. Nõ solum ad verba Thomæ respondet, sed & ad animos discipulorum, non enim confirmati erant in promissione illa Christi, veniam ad vos, & assumam ad me. Ideo declarat viam, & con-

Euthymius.

Ioan. 7.

firmat

firmat promissionem. Ego, inquit, sum via, per cuius fidem, & virtutum imitatione oportet venire. Ego sum veritas, & ideo quæ promisi, faciã. Ego sum vita, qui vos, licet moriamini, reuocare in vitam possum, vt vos mecum assumam, quando venero. Recte dicitur via Christus, quia via est, per quam ab vno termino in aliũ fit transitus, ita per Christum à peccato in iustitiam, & à iustitia in gloriam transimus, nepe fide ipsius, & obedientia mandatorum eius. Vnde Paulus. Per ipsum habemus accessum ad patrem.

Eph. 2.

Sed deinde rudes discipulorum animos arguit, dicens. *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?* Multis annis in schola Christi fuimus, nec profecimus. Ibat animalia Ezechielis, & non reuertebantur, cum ambularent, semper enim nobis proficiendum est. Quadraginta diebus fuit cum Deo Moyse, & maximam detulit lucem in facie. Semel orauit Anna, & vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Sanctificandi profecto essemus vna concione, vna oratione, & tamen proficimus nihil. Quis verò Philippi, & Iacobi profectus loquatur? Philippus Scythas ad Christũ adduxit, & in Phrygia cruci affixus lapidibus obrutus est, Iacobus Christi frater dictus, corpore & animo Christo persimilis, ab ineunte ætate sanctus, lapidibus primum appetitus, & præcipitatus, fullonis fuste percusso capite

occisus est, &c.

(. . .)

In festo

A In festo Inventionis sanctæ Crucis.

Thema. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet, &c.

Ioannis. 3.



Militibus vniuersis necessarium est signum, quo ab alijs discernantur, vt commilitones suos agnoscant, & hostes. Et ideo Hispani purpuream, Galli albam, Germani nigram crucem portant. Qui ergo Christo militant signandi erant signo Christi. Hoc verò crux est, qua signamur in Baptismo in capite, pectore, & scapulis, vt milites Christi simus. Hoc verò signum olim expressum fuit, quasi signum salutis, & vitæ. Et cui primum impositum est, fuit Cain, qui pauens, ac tremens dixit. Ecce eijs me hodie à facie tua, omnis ergo, qui inuenit me, occidet me, posuit verò Deus signum in Cain, vt non interficeretur. Quod nam hoc fuerit signum, scriptura non expressit, aliqui tamen doctores putant; signum illud crucem fuisse, illudque colligunt ex alijs scripturæ locis, in quibus signum liberationis crux fuit, vt mox dicemus. Si ergo signum aliud non nouimus præter crucem, quæ immunisatem, & securitatem daret, hoc credendum est, positum fuisse in Cain.

De hoc signo meminisse videtur Ezechiel, & Ioannes in Apocalypsi, Propheta ait, Erat homo vestitus lineis, habens atramentarium, & dixit Dominus ad eum, transi per mediam ciuitatem, & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius. Et statim præcepit Dominus sex viris, qui habebant vasa interitus, vt transirent per mediam ciuitatem, & nulli parcerent,

Gene. 4.

Ezech. 9.
Apo. 7.

Hieron. carent, qui non haberet signum Thau. Quo loco Hieronymus ait. Antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie videntur Samaritani, extrema Thau litera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenter manus inscriptione signatur. Hæc Hieronymus Sanctissimus vero Andræas in Apocalypsim ait, crucem esse signum illud, de quo ait Angelus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Signum ergo liberationis crux est. Et hoc dicunt aliqui fuisse signum, quod in Exodo super postes domorum Israelitæ fecerunt ex sanguine agni, vt Angelus percussor eorum primogenita non tangeret. Et hac cruce benedixisse creditur Christus Dominus suos, cum eis benedixit profecturus in cælum. Vnde mos relictus in Ecclesia est, vt omnis benedictio cruce efficiatur. Crux Christi vere omnia nobis est, illa est arca Noe nos saluans ex diluuiio. Hæc virga Moisi, in qua mira fiunt. Hæc virga Aaron quæ sicca cum esset, resloruit, ac fructum dedit, hæc virga, qua tetigit magni consilij Angelus sacrificia nostra sicut Angelus virga tetigit sacrificium Gedeonis, vt ab igne absumeretur, tanquam Deo gratum. Hæc lignum est dulcorans amaras aquas, & faciens enatare ferrum, quia Deo immisso in aquas tribulationum, homo exaltatus est, qui ceciderat. Hæc altare holocausti, in qua oblatum est sacrificium pacis, & reconciliationis. Hoc lignum in quo exaltatus est serpens in deserto, vt hodie Christus ait. Euangelij iam literam difficile explicemus. Dixerat superiore capite Ioan. Cū autē esset Ierosolymis in Pascha multi crediderunt in nomine eius, vidētes signa, quæ faciebat, ipse autē Iesus non credebat semetipsum eis. Sed quid est, non credebat semetipsum eis? certe non committēbat semetipsum eis, non fidebat eis, vt se cure cū eis conuersaretur, vt cū discipulis, subiungit statim Ioannes capite tertio. *Erat autē homo ex Pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. hic venit ad Iesum nocte.* Vnus ergo erat Nicodemus ex ijs, qui crediderunt in Iesum, & licet alijs non se crederet, huic tamen se credidit, & secreta hodie reuelauit, & merito, nam postea Ioannis. 7. pro Christo respondit, dicens, nunquid lex nostra iudicat aliquem, nisi prius audierit ab eo? Et demum Christum sepeliuit, & sanctissimus vir fuit. Dicitur

cum

A eum Phariseum, & principem. Pharisæi genus hominum erat propter sanctitatis, & veræ doctrinæ, & arctioris obseruantie opinionem inter Iudæos in honore habitum. Hi verò potissimi inimici Christi erant, vt tanquam mirum sit ex secta persecutorum Christi vnum ad eum venisse. Dicitur verò princeps, vel quia publicam aliquam gerebat administrationem, vel propter nobilitatem, & opulentiam, quia caput erat alicuius familiaris. Venit ad Iesum, vt ab eo disceret viam vitæ. Sicut prædixerat Oseas, tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam. Et Sapiens ait, appropinquate ad me indocti, & congregabo vos in domum discipline. Quia vt Moyses ait, qui appropinquant pedibus eius, accipiant de doctrina illius legem. Sed nocte accessit, quia imperfectus erat, nec in eo erat perfecta charitas foras mittens timorem, timebat verò Iudæos, qui iam inuidia maxima in Christum laborabant, vt dicit Cyrillus. Sic etiam Gedeon nocte confregit statuam Baal, propter metum ciuium suorum.

Et dixit ei Rabbi, scimus, quia à Deo venisti magister. Id est, missus à Deo es, vt doceas veritatem, tanquam verus propheta. Non amplius tunc nouerat Nicodemus, quia imperfectus fide erat. Sed certum est, venisse à Deo magistrum, quia à patre procedēs, totam cum substantia accepit Sapientiam patris in eo enim omnes thesauri scientiæ, & Sapientiæ patris sunt, imo ipse est patris Sapientia infinita. Rursus, factus, homo eo instanti, quo carnem assumpsit, omni scientia, & sapientia animam sibi unitam impleuit, vt magister à Deo ordinatus, & factus sit eodem tempore, quo factus est homo. Et ideo venit à Deo magister, quia gradum ab eo accepit, & doctrinæ eius non humana est, qualem philosophi habuerunt, sed cælestis, & diuina qualem nemo huius sæculi principum cognouit, dicit verò Nicodemus, se hoc scire, quia nemo poterat illa signa facere, nisi esset Deus cum eo; & certe si attenderet, miraculorum multitudinem, & illa miracula prædicta à prophetis, à Messia esse faciendā, & modum, quō illa præstabat imperio scilicet, & nutu, tanquam Dominus, & quōd in confirmationem veritatis, quod Messias, & filius Dei esset, siebant, dicere potuit Nicodemus, nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit.

rit.

*Osee. 10.
Ecclesi. 51.**Deut. 33.**Cyrl. lib. 2.
cap. 38.*

rit Deus. Sed cum initio prædicationis, ac miraculorum Christi hanc confessionem fecerit, licet imperfectam, laudabile fuit, fateri Deum esse cum eo.

Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Illud Amen, significat, certè. Et cum duplicatur, est idem, ac certe, & infallibiliter, sumitur enim ac deriuatur à verbo Aman, quod significat credere. Intelligendum ergo est, Nicodemum interrogasse, qua ratione in regnum Dei venire posset. Quam interrogationem licet Euangelista non expresserit, subindicauit tamen in Christi responsione. Ad quem Christus ait, necessariam esse nouam Natiuitatem, qua nouum esse acquireret, vt in cælestem beatitudinem perueniat, quam intelligit per Dei regnum. *Cyrillus lib. 2. in Ioannem capite 40. Et Augustinus libro. 1. de peccatorum meritis, & remissione, capite. 30. Cyprianus vero per regnum Dei intelligit Ecclesiam Christi, quam nullus ingreditur, nisi nascatur denuo per Baptismum.* Primum enim natus homo est ex Adam, & illa Natiuitate acquisit esse humanum, & esse filium iræ. Si aliud altius esse homo non acquirat, peruenire nequaquam poterit in æternam beatitudinem, & ideo oportet vt esse diuinum acquirat alia Natiuitate, qua denuo nascatur. Non intellexit Nicodemus hanc Natiuitatem spirituale, sed putauit, carnale esse, & ideo ait. *Quomodo potest homo, &c. Ad quæ Christus promulgans baptismi legem, ac necessitatem, ait. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Tanquam Deus, & vt homo potestate excellentiæ vsus Baptismum instituit nouæ legis sacramentum, ad salutem necessarium. Dicitur verò Baptismus regeneratio, cum circuncisio sic dicta non fuerit, quia licet in circuncisione gratia daretur, sed homines in statu seruitutis ponebat, non in statu filiorum. Dicente Paulo. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum filiorum, in quo clamamus Abba pater, Baptismus verò generans filios Dei regeneratio dicitur, nam generatio ad filium terminatur, & ultra id ianuam cæli aperit, hæreditas enim filio conceditur. Et sicut in naturali generatione generatio vnus est corruptio alterius, ita in Baptismo nascitur

Cyrl.
Cypri.
Aug.
Epi. 72.

Rom. 8.

A nascitur filius Dei, moritur vero vetus homo, & natus moritur peccato, & hac ratione per baptismum commorimur, & conselimus Christo, & ideo Paulus ait, quicumque baptizati sumus in Christo, Iesu in morte ipsius baptizati sumus, conseluti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, Ecce baptismum dicit mortem, & generationem id ipsum, Ad Colofenses dicit Paulus. Mortem autem suam Christus Baptismum appellauit, dicens, potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Et iterum, Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur. Dicitur verò mors baptismus, primum, quia in cruce proprio sanguine erat abluendus, Baptismus verò idem est quod ablutio, aut tinctio. Deinde quia mors illi fuit velut mortalitatis ablutio, & ad vitam cælestem purgatio, ad cuius imitationem nos baptizamur, cum regeneramur in ipso. Sed forte melius, tropus iste acceptus est ab eo modo loquendi, quo in scriptura per aquas tribulationes significatur, & per aquarum immersionem multorum malorum permissio, vt cum Pfaltes ait. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Nam de Ioanne Euangelista dicit Dominus esse baptizandum Baptismo, qui proprio sanguine non est tinctus, multa tamen est mala pro eo passus. Ex dictis colligitur, cum nos baptizamur, crucifigi nos, & cum Christus crucifixus fuit simul baptizatum esse. Si crucifixus in Baptismo homo est, si peccato mortuus, quomodo postea peccato viuet? Manus pedesque crucifixi tenentur cruce ne eo eat homo, quo vult, sed vt ab alio ducatur, tu ergo in baptismo crucifixus cum sis noli putare, liberum te esse, vt discurras, quo volueris. De hac re plura diximus in concione de communi vnus martiris, in illa verba, tollat crucem suam.

Explicat Dominus hanc generationem spirituales per principium, quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu spiritus est, non mireris, quia dixi, oportet vos nasci denuo. Quasi dicat. Non est ergo incredibile, quod dixi, oportet vos denuo nasci, non enim de carnali natiuitate dixi, sed de spirituali, qua homo ex diuino spiritu nascitur.

Sanct. M citur,

Rom. 6.

Colof. 2.

Mar. 10.

Luc. 12.

Psal. 68.

Mar. 10.

1. Cor. 1.

citur, fitque homo spiritualis, nouum esse gratiæ acci- **A**
piens, ex principio enim generationis terminus illius ag-
noscitur. Sicut ergo à carne caro producitur, ita à diuino
spiritu esse spirituale, ac diuinum. Hoc uero esse superaddi-
tur homini, nec destruitur esse humanum illius. Sicut enim
homo uiuit uita uergetatiua, animali, & rationali, nec una uita
destruitur, eo quod alia simul fit, imo perficitur, ita in Bap-
tismo à diuino spiritu accipit homo esse spirituale, uitam super
naturalem, per quam uita humana non perit, sed perficitur.
Ait uero, *non mireris*. Quia admiratio Nicodemi
ex incredulitate processit, ideo reprehensione digna. Si
uero ex fide procederet contemplante rei magnitudinem, op-
tima esset admiratio, & laude digna. Admirati sunt Iudæi **B**
dicentes, quomodo potest hic carnem suam nobis dare
ad manducandum, & male, quia infidelitate. Admirati sunt
alii dicentes, qualis est hic, quia mare, & uenti obediunt ei?
& rectè admirati, quia cum fide. Ita generationem hominis
spiritualem, qua Dei filius efficitur admirari possumus, quia
omnem excedit hominis caput. Et ideo nocte Christus
Baptismum ostendit, quia nulla humana lux illam attingit.
Quinque etenim sunt Christi generationes, & uniuersæ illæ
mirabiles, & humano ingenio superiores, quæ ideo in no-
cte, ac tenebris factæ memorantur, ut significetur, lucem hu-
manam eas attingere non posse. Prior est generatio aeterna,
qua à patre procedit, quæ licet in se tota sit lux quia Deus
lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, ut Ioannes ait, sed
nobis lux est inaccessibleis, & ideo posuit tenebras latibu- **C**
lum suum, & in caligine habitat, & in nebula. Secunda eius
generatio fuit, cum ex utero Mariæ processit factus homo, mi-
rabilis plane generatio, & quia supra intellectum nostrum est,
nocte etiam nascitur. Dum quietum silentium teneret om-
nia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens
sermo tuus à regalibus sedibus uenit. Tertia generatio Chri-
sti resurrectio dicitur, de qua Paulus explicat illud Psalmi,
ego hodie genui te, quia regeneratus est in uitam im-
mortalem, & qui homo non erat, homo factus est, ea
etiam

Ioan. 6.

Mat. 8.

1. Ioan. 1.

Sap. 18.

Actor. 13.

A etiam mirabilis, & ideo nocte facta, quia cum tenebræ essent, **Ioan. 20.**
uenerunt mulieres ad monumentum, & ille iam resurrexerat.
Quarta Christi productio fit in Eucharistia, per trās substantialia
tionem, & licet in dubium uocetur à doctoribus, an productio
dicenda sit, certum tamen est, terminum illius transsubstantia
tionis esse Christi corpus, quod cum ibi non esset prius, nunc
est. Mirabilis plane res, & quæ omnino intellectum superat, &
ideo nocte facta est, dicente Paulo, quoniam Dominus Iesus, **1. Cor. 1**
in qua nocte tradebatur, accepit panem &c. Quinta productio
Christi fit in homine spiritualiter per gratiam baptismi, di-
cente Paulo, filioli, quos iterum parturio, donec formetur **Gala. 4.**
B Christus in uobis. Mirabilis plenè, qua ex filio iræ filius Dei, &
hæres regni constituitur. Tanta uero res hæc est, ut intel-
lectum superet, ideo nocte eam edisserit cælestis magister.
An non mirabile est, ut terra audiat, ego dixi Dij estis, &
filij excelsi omnes. Fide ergo nobis tenenda est, & admi-
randa.

Ut uero eam Christus explicet, ait. *Spiritus, ubi uult, spi-
rat, & uocem eius audis &c.* Difficillima uerba sunt, & duobus
modis exponuntur à sanctis. Prior expositio est Augustini tra-
ctatu. 12. in Ioannem, Hieronymi in epistola ad Hedibi. quæ
stione. 9. Ambrosij libro. 2. de fide, capite. 3. Gregorij libro.
27. moralium, capite. 13. Hilarij libro secundo, de Trinitate, &
multorum, qui similitudinem hanc explicant esse inter Spi-
Critum sanctum, & natum ex spiritu, tria enim habet, Spiritus diui-
nus, in quibus ei assimilatur homo spiritualis. Primus est, quod
spiritus, ubi uult, spirat, liber enim est, non est ei impedimen-
tum, nulla premitur seruitute, quia Dominus est. Ita qui na-
tus est ex spiritu liber, non seruus est, liber quidè à lege Moy-
si. Liber à lege morali, non quod eam non impleat, sed quia fa-
cile implet, nec legis seruitute premitur, ut ille, qui gratia caret,
qui eam perfecte implere non potest. Liber à seruitute pecca-
ti, & diaboli. De qua re Paulus ait. Cum serui essetis peccati, li-
beri fuistis iustitiæ. Liber tadem à corruptionis seruitute, quam
libertatem dabit spiritus in alia uita. Unde Paulus, uiuifica-
bit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum

M 2 eius

1. Cor. 1

Gala. 4.

Psalm. 81.

Aug.
Hiero.
Ambr.
Greg.
Hilar.

Rom. 6.

Rom. 8.



Iac. 3.

eius in vobis. Et ibidē ait: Creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorum Dei. Ideo Euangelium dicitur lex perfectæ libertatis. Secundo, spiritus vocem audis, cum audis loquentes eos, in quibus spiritus loquitur, sed spiritum non vides. Ita opera exteriora iusta, quæ iustus operatur, vides, sed eius spiritum non vides. Tertio, nescis vnde veniat, aut quo vadat spiritus, id est, vias, & consilia spiritus nescis. Ita opera iustorum patent omnibus, at cogitationes, fines, desideria latent mundo, quia animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei, reputat enim ebrios, & stultos eos, qui spiritu Dei sunt pleni.

1. Cor. 3.

Dion.

Chrysof.

Cyril.

Secundæ expositio horum verborum est Dion. Areopagita de cælesti hierarchia capite. 15. Chrysofomi, homilia. 25. & Cyrilli, & Augustini in quæstionibus noui, & veteris testamenti, capite. 59. Vt hic spiritus pro vento accipiatur, sitque sensus, Vetus impetu suo fertur, nec impediri ab homine potest, quin spiret in terras, & Maria, & nos audimus illius strepitum, nescimus tamen determinate, vbi genitus sit, aut vbi desiturus sit, ita est ille, qui natus est ex spiritu vides eum mutatum, audis eius verba diuersa ab alijs, vides illius opera bona, sed vnde processerit illa mutatio, nescis, vel quò tendat. Vel: vt ait Lyra, in natiuitate spirituali videntur aqua, & verba Baptismi, sed Spiritus sanctus, qui est principium generationis, & beatitudo, quæ est finis, non videtur. Quasi ergo dicit Iesus Nicodemo, miraris valde generationem spiritualem, & ideo incredibilem putas, sed non ita est, si enim venti vias, non agnoscis, cum tamen sint, quid mirum, si non assequaris vias spiritus diuini?

Lyra.

Chrysof.

hom. 25.

Miratur Nicodemus, & ait, quomodo possunt hæc fieri? Ad quem Iesus. Tu es magister in Israel, &c. Vitio datur magistro legis, quod hæc ignoret, ait Chrysofomus, quia in lege de hac futura regeneratione multa figuræ præcesserant, & vaticinia prophetarum, quod scimus loquimur, & quod vidimus &c. Id est, Testis oculatus sum eorū, quæ dico, non audita loquor vt propheta, sed vna, ideo testimonium meū accipiendū est, Si terrena dico vobis &c. Chrysofomus, & Cyrillus aiunt per terrena intelligi spiritualem hominis generationem, per

cælestia

A cælestia verò verba Dei processionem, cuius comparationis prior generatio terrena est, quasi ergo dicit, si minora non creditis, quomodo maiora credetis. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit, &c. connexio horum verborum hæc est. Dixerat, quomodo credetis cælestia? nunc ait, & illa quidem credi mihi oportet, quia nullus ea sic valet enarrare, vt ego, qui nemo ascendit in cælum, vt ea videat, nisi ego, qui eram in cælo, & descendit, vt vos docerem, credite ergo mihi, & si creditis prophetis annunciantibus cælestia, quæ non viderunt, multo magis mihi credite, qui ea vidi, In eandem rationem ait Ioannes, Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

B Et sicut exaltauit Moyses &c. Quasi dicat. Nō solū mihi credere debetis, & in me, quia de cælo sum, sed quia si in me nō credatis, peribitis, quia sicut illi sanati sunt, qui respexerunt æneum serpentem, ita nūc illi salui fiēt, qui in me crediderint. fide vna. Simul rationē præbet, vt ei credat, & credēda docet, passionē, scilicet, suā, cui fidē facit figura illa serpentis. Nam serpens ille æneus nihil habebat, vt sanaret infirmos, aliquod ergo mysteriū Deus prædit significare, illud verò fuit, Chrm in cruce exaltatū remediū esse mundi. Ad inuētiō mirabilis Dei fuit, cū exaltari voluit in cruce. De qua Esaias ait. Notas facite in populis ad inuētiōnes eius, & Psaltes, in adinuentiōibus tuis exercebor, mirabilis profecto adinuentio, & ideo hodie cum gaudio Ecclesia celebrat inuētiōnem crucis, quam Helena requisit.

C Iure verò inuēto hoc ligno lætatur, & cruce gaudet. Ecclesia atque gloriatur, duo enim sunt, quæ gaudium maximū homini parere possunt. Primum, si nouerit, se à Deo diligi. Secundum, si spem maximam concipiat æternæ beatitudinis consequendæ. Vtrumque autem in cruce maximè inuenit. Et de primo quidem facile id patebit. Nimum lætari solet regis minister, si nouerit, à rege se diligi singulari dilectione, cur ergo non lætabitur homo, si à Deo diligi se videat? Non est Dei dilectio sterilis, aut impotens, si rex multa beneficia ei præstat, quem diligit, quæ beneficia non præstabit Deus, dilectio? Sed vbi nam hæc Dei charitas in hominem apparuit? Certè in Sancto. M 3 cruce

2. Thimo 2.

1. Pet. 1. 8.

Ioa. 7.

Num. 21.

Esa. 12.

Psal. 79.

Rom 5.

cruce eam ostendit maximè. Vnde Paulus ait. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. In cruce se ostendit bonum, & optimum, summeque hominis diligentem. Vnde agnitus tunc mundo fuit. Et impletum est illud Psalmi, Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam, Sion, scilicet. Sed quando suscepit Sion? quando eam traxit ad se? quando blanditijs delinuit? Certe in foraminibus petrae in caverna maceriae, tunc diuinus amor, qui latebat, patuit, tunc diuina bonitas enituit. Ex quo sequitur, cruce non dehonestatum Christum, sed glorificatum. Ipse crucem summe honorauit, efficiens illam cathedram, vexillum, solium suum, & altare, clauem caeli, & vt adoraretur adoratione patriae, qua Deo colitur. Crux verò vicissim Christum honorauit, cum eum ostendit summe bonum, summe amantem. Licet caeli enaret gloriam Dei, sed multo amplius crux. Et maior Deo gloria resultat ex cruce, quam ex totius mundi fabrica, etiam Angelorum, quia in omnibus alijs operibus non eam ostendit bonitatem, ac charitatem, quam in cruce, quam ipsi seraphini attoniti mirantur, & ideo quasi admirantes in propitiatorio positi sunt, seipos, & propitiatorium intuentes. Beatus ergo, qui non fuerit scandalizatus in me, imo firmatus, quia viderim mentem bonitatem, ac amorem in cruce, quod praecipue Deum decet.

Psal. 47.

Exo. 25.
Matt. 11.

Ex quibus alia ratio gaudij facile colligi potest ex cruce, quia in ea diuinam bonitatem videt immensam, gaudet enim iustus de Dei bonis, quia in Deo sunt, sicut amicus de bonis amici. Si licet autem vt potentiam suam ostenderet, mirabilia operatus est, quae obstupescit intellectus, ita vt bonitatem suam notam faceret, mirabilia operari debuit, in quibus haerent homines, & Angeli. Id vero in creatione factum non fuerat, diuina enim bonitate considerata, mirabile non est, si se creaturis, at laboris subeundum esset. Cum vero in cruce positus, mirabilem ostendit bonitatem, & diuinas misericordias, quae obstupescerimus. Altera ratio gaudendi hominibus, est, in ipse magnam vult

pit

Rom. 12.

A pit bonorum. Hinc Paulus, spe gaudentes. Duo nobis optare possumus, ac sperare, bona in hac vita, tum corpori, tum animae & bona aeterna in alio saeculo. Haec verò vniuersa in cruce facile reperiet homo, ex qua maximam spem colligere poterit. Quo modo enim bona temporalia non speret homo ab eo, qui ei sanguinem dedit, & vitam? Quomodo gratiam, peccati remissionem, auxiliaque non speret ab eo, qui ideo mortuus in cruce est, vt ea omnia nobis acquireret? Hinc sponsa, sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Accede o homo ad hanc vitam arborem, ad eius vmbra, vt à iustitia Dei fugias. Forte ad huius crucis figuram fugit Adā

Cant. 2.

Gen. 3.

perterritus diuina voce, vt iram Dei effugeret. Sic ergo Patri in superbia mea magna, maior Iesu humilitas, si inobedientia maxima, maior Christi obedientia est, si in lege dura placabaris hircorum sanguine, cur in lege dilectionis filij sanguine non placaberis? Ad huius arboris vmbra accede, vt à radijs diuinae iustitiae fugias, vt eius fructus participes, qui virtutes, & gratiae sunt. **B**onus est enim, quoniam fons patens domui David in ablutionem peccatoris, indeficiens fons est, aqua tibi non deerit, si accedas, patens est, quae nulli negatur, nulli clauditur, qui enim proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis donauit. Non ait donabit in futuro, sed donauit, in praeterito, quia ita certa spes est, vt quod futurum speramus, iam praesentium reputare debeamus.

Zacha. 13.

Rom. 8.

Et tandem spes gloriae immensa in cruce est, immensa inquam, non enim possunt bona illa immensa non esse, pro quibus filij sanguinem pater postulauit. Nec enim iniustus mercator ille est, qui plus exigit pretij quam est sit. Sed quam certum est, velle illam nobis dare eum, qui sanguinem fudit, vt eam obtineremus? Argumentum conficit hac in re Paulus à maiori ad minus. Si cum inimico essemus reconciliari sumus per mortem filij eius, multo magis nunquam salu erimus ab ira per ipsum, omnis ergo gaudij materia in cruce est. Sicut vero in cruce nobis gaudendum est, ita in tribulationibus, quae crux nostra sunt, gaudere nos oportet, quia diuini amoris in nos signum est.

Rom. 3.

1. Cor. 13.

107

M 4

Gene. 44.

est, & caelestis glorie pignus, quo spes nostra maxime roboratur. Sicut in dilecti Benjaminii sacco scyphum suum condidit Ioseph, ita dilectis calicem suum propinat Christus dicens, calicem meum bibetis, non ergo odij signum sed amoris tribulatio est, quia quem diligit pater corripit, atque castigat. Quod vero pignus sit future glorie ostendit Paulus. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit &c.

Rom. 5.

In festo Sancti Iohannis ante Portam latinam.

The. Calicem quidem meum bibetis. Crux Mathæi. 20.



CUM calicem suum bibendum a discipulis dilectis, Christus ait, ingens eis promisit beneficii & mafus, quam illud erat, quod ipsi petebat. Nil enim in hac vita æquari potest passioni, que pro Deo, & eius dilectione suscipit. Honestius enim, & gloriosius est Dei causa pati, quam ad eius sedere dexteram, ut Chrysostomus ait, cuius multa in hanc rem verba vide in contione nocturna de vinculis Petri. Cum vero fidelis Dominus sit in omnibus verbis suis, hodie promissionem hanc Iohanni dilecto factam implevit. Cum Dominus ante iussu in festo olei dolium missus est, unde tamen purior, & vegetior evasit, quam intraret, & renouata est velut aquila iuven-
tis eius, & in longa via et tempore. Aquila enim rebouat ceruicem cum. Palles dicit. Renouabitur ut aquila iuven-
tula. Quomodo vero et renouatio sit sit certum est, Quodam
modo. Aquila quomodo dicitur, que renouat iuven-
tula.

Chryf.

Psal. 102.

A volare, & cum maxime incaluerit, in mare se demergere, ubi noue crescunt plumæ, & sic reuiuenscit. At cum centesimo anno id agere tentet, destituitur viribus, & a mari euadere non potest. Augustinus in ea verba Psalms, ait Aquilam, cum ad senectam deuenit, rostrum acquirere iam aduncatum, & vnde superioris rostri claudere rostrum inferius, & sic cibum vix sumere potest, & ideo viribus destituitur, sed naturali industria rostrum aduncum ad petram atterit, & cibo sumpto vires labetes reparat. Hieronymus in epistola ad Præsidium ait: Aquila quando senuerit, grauantur illius pennæ, & oculi, quaritque fontem, & erigit pennas, & colligit in se calorem, & sic oculi eius sanantur, & in fonte se ter mergit, & ita ad iuuentutem redit. Aquila fuisse Iohannem, omnes sancti tradunt quia super reliquos volauit Euangelistas. Quomodo uero in nouatus, etiam viribus corporis sit, ut in iuuentute redierit, nouimus: fons enim illi fuit dolium feruentis olei, in quo immerfus fuit, ex quo purior, & vegetior exiuit.

Aug.

Hierony.

In eo uero dolio calicem Christi bibit, vitam enim pro Christo exposuit, quam licet Deus miraculo serauerit, ipsi tamen martyrii corona non defuit. Martyr enim ille censendus est, quod eo usque patitur, ut vitam profundat quantum ex se est licet eam Deus miraculo conseruet. Sed mysterio non vacat, quod eius martyrium fuerit feruens oleum, quo immerfus est, Eo enim significat interior olei unctio, qua a Deo mirabiliter inunctus fuit. De quo oleo Sapiens ait: Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleum de castro tuo non deficiat. Oleum autem purissimum ubi in sacrificijs offerri, quod ex oliuis colligeretur, saepe in lege preceptum fuit. Origenes ait, oleum significat sapientiam, & ueritatis doctrinam, quia oleum nutrimentum lucis est. Oleum ergo in capite iusti esse debet, quia notitia, & cognitio ueritatis ei necessaria semper est. Et idem ait Sapiens ait: Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo suo. Quo loco et Hebraei habent, in habitaculo sapientis. Hoc uero oleum ubi dicitur in Psalms, uide tu Deus Deus, ubi dicitur: Licet bonis omnis ueritatis cognitio non igni, & oleum utroque est oleum magis sola ueritas habi, qui uobis diuina traditur. Si ueritas uobis sit, si

Aug.

Aug.

Eccl. 9.

Orig. ho. 33.

Eccl. 35.

Prou. 21.

Psal. 44.

Platonis, Aristotelis, & philosophorum, aliquam affequeris A
 cognitionem, sed oleum letitiæ non habebis, non enim ani-
 mam letificat illa sapientia, sed sicca, ac sterilis est. **At** **o-**
ro diuina cognitione maximam animæ voluptatem adfert,
 & ideo Euangelium dicitur, id est, bonum & letificans sum-
 mum. **Amor** letitiæ in generat, nosse Deum summè bon-
 num facinos diligentem usque ad mortem, & bona æternam pa-
 rantem? Certe oleum hoc letificat cor hominis. Et ideo **o-**
leum, quod sibi Deus offerri voluit purissimum, & ex olia
 fuit, quia oleum hoc ab illo colligimus, de quo **Isaies** ait. **Li-**
go autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Hoc certe est huius
 men cæli, quod animum letificat, quod qui carit dicitur potest
 cum **Tobia**, quale gaudium mihi erit, qui in tenebris **Isidori**
 & lumen cæli non video? **Nob** vendidit reliquæ scientiæ oleum
 letitiæ sunt, sed nec vniuersa bona terre, quæ licet gaudium ad
 pacem promittant, non tamen præstant. **Desiderasti** filios,
 honores, dignitates, promittens tibi in eis gaudium, & post
 stea tribulationem, & dolorem inuenisti. **Christus** vero, & e-
 ius perfecta cognitio inenarrabile adferunt gaudium. **Ideo** **is-**
lud Angeli eo nato annunciant dicentes, euangelizo vobis
 gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator, na-
 tus est vobis oliua, ex qua oleum colligatis sapientiæ, quæ vul-
 nera vestra curentur. Et ideo merito **Hieremias** ait. **Non** glo-
 rietur sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitijs suis &c.
 Sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & nosse me. **Hoc**
 est oleum letitiæ, de quo **Petrus** ait, credentes autem exul-
 tatis letitiâ inerrabili, & glorificatâ, reportantes finem fidei
 vestra salutem animarum vestrarum. **Et** **is-**
lud hoc oleum sapientiæ in unctus est **Ioannes** super omnes ho-
 mines putos. **Vnde** **Diuus Thomas** in proemio in **Ioan-**
nem ait. **Licet** reliquis Apostolis, & sanctis Deus sapientiam
 dederit, **Ioanni** vero maxime, cui omnia sua secreta reuelauit.
 Et sicut nunc in feruentis olei oleum missus est corpore, in
 eius animo in aliud vas olei feruentis missus est, ubi oleo hoc
 iunctus est copiosè. **Si** vero quod hoc fuit vas, in quo
 illud caritas est **Christi** pectus. **In** hoc in caritate recubuit, ubi
 mysteria diuina agnouit. **Et** similis **Isaies** **Jacob**, qui ps-
 tram

Psal. 51.

Tob. 5.

Luc. 2.

Ierem. 9.

I. Pet. 1.

D. Tho.

A tram supposit capiti suo, & inde cælestia contemplatus est.
 Ut ostenderet **Ioannes** infinitam **Christi** sapientiam, cui cre-
 dere debemus, ait, **Vnigenitus**, qui est in sinu patris ipse
 enarravit. **Si** in sinu patris vnigenitus est, vniuersam patris sa-
 pientiam habet. **Vt** ergo nobis ostenderet idem **Ioannes**,
 summam, quam ipse assecutus est sapientiam, ait, qui & recu-
 buit in cæna supra pectus eius, **Christus** in pectore est **Patris**,
Ioannes in pectore est **Christi**, **Christus** sapientia est **patris**,
Ioannes à **Christo** sapientiam maximam participauit. **Quis**
 enim vt **Ioannes** diuina secreta nouit, quis sic mysteria trini-
 tatis penetrauit? quis vniuersos **Ecclesiæ** successus vt ille nouit,
 quos in **Apocalypsi** scripsit? qui liber plura cõtinet mysteria,
 quam literas. **Certe** in ipso impletum est, quod ipse ait, vnctio
B docebit vos de omnibus.
 Sed quæ fuit in **Ioanne** dispositio, vt tantam acciperet sapi-
 entiam? **Certe** virgo fuit mente, & corpore. **Animalis** homo nõn
 percipit ea, quæ **Dei** sunt, sed spiritualis homo omnia iudi-
 cat. **Diuinum** enim oleum istud nõn infunditur in vasis vilibus,
 quæ sunt ad ignominiam, recipitur verò in vasis, quæ
 sunt ad honorem. **Ideo** cælestis magister ait, **Beati** mundo
 corde, quoniam ipsi **Deum** videbunt. **Hinc** **Sapiens** ait.
In maleuolam animam nõn introibit sapientiâ, nec habita-
 bit in corpore subdito peccatis. **Qui** ergo purus est ani-
 mo, & corpore, aptus est diuinæ sapientiæ percipiendæ.
Hæc **Diuus Thomas**. **Qui** etiam addit. **Sicut** amicus a-
 mico secreta reuelat, ita **Christus** **Ioanni** secreta reuelauit tan-
 quam amicissimo, quem præcipuo amore diligebat.
Hoc certe **Ioannes** ostendit, cum pectus **Christi** elegit, in
 quo recumberet, & **Iesus**, cum ei eum tribuit locum. **In** loco
 enim conuenienti vniuersa locauit **Deus**. **Locus** enim de-
 bet conuenire locato, & ideo alius locus auium, alius pis-
 ciu, alius bestiaru, quis ergo **Ioannis** locus est? **Certe** amantissi-
 mi locus cor est, sic enim amantes dicere solent, amata in cor
 de suo esse. **Locus** ergo **Ioannis** cor est **Christi**. **Ideo** in pecto-
 re **Christi** caritas reponitur tanquam in proprio loco. **Et** tanquam
 amico secreta vniuersa reuelat, & sapientiæ lumē tribuit. **Hinc**
Iob

Gene. 28.

Ioan. 1.
Ioan. 21.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 2.

Mat. 5.
Sap. 1.

D. Tho.

Iob

Iob 36. Iob ait. Ascendit lucē in manibus suis, & præcepit ei, ut rubrum oriatur. Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Amico ergo lucem tribuit, quæ sapientia est. Amicus Dei theca est, in qua thesauros sapientiæ reponit Deus. Ita Ioannes, est theca diuinorum sacramentorum.

Psal. 67.

Sed paulisper sistendum est, in hoc diuino Christi pectore, quod Ioanni locus fuit, illum enim in pectore quiescētē & mente in cælestia raptum attendere visus est. Psaltes cum ait. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Locus fuit de Apostolis plura, dicens eos principes Zabulon & principes. Nephtalim, inter eos verò singulari ratione meminit de eorum vno, quem singulari prerogatiua vidit cæteris præponi, ac extasim mentis pati, quem dicit adolescentulum, & Benjaminum. Hunc aliqui Paulum putant in paradysum raptum. Sed multa sunt, quæ ostendunt illa verba præcipue spectare ad Ioannem. Primum, eum dicit adolescentulum, & ita erat, quoniam vt Hieronymus author est, vix tunc vigesimum annum attigerat. Benjamin vero merito Ioannes nuncupatur, qui Iosepho fuit dilectissimus, & frater fuit, non sicut reliqui, sed ex eodem patre, & matre natus, & ideo in conuiuio omnibus præpositus, dum super reliquos quinque fercula accepit, & vestes duplices, cui etiam scyphus in os fucci datus fuit. Hæc verò omnia Ioanni maximè conueniunt, qui dilectissimus Christo fuit, quem diligebat Iesus: qui frater Christi, non solum sicut reliqui Apostoli, quos fratres nominat, quia filij patris sunt adoptione, sicut ille natura; Ioannes verò ultra hoc filius, etiam Mariæ cum fuerit, frater Christi est propter eundem patrem, & matrem, & hinc factum est, vt in cælesti conuiuio fercula quinque habeat super reliquos Apostolos, gloriam, scilicet corporis, quæ iam fruatur. Et ideo duplici dicitur veste donatus, cum reliquis vna concessa sit gloria animæ. Quia cum ius hereditatis à Paulo tribuatur filiationi, qui filius est patris gloriæ animæ obtinet, qui etiam matris, gloriam corporis. Hæc enim corporis gloria statim data respondet filia-

Hiero.

A filiationi Mariæ, sicut filiationi Dei gloria animæ, quem reliqui Apostoli habent etiam, vt Dei filij. Huic etiam tanquam Beniamino scyphus datur, cum nunc promittit Christus, calicem meum bibetis. Huic etiam conuenienter aptatur montis excessus, hunc enim excessum in cæna passus est suscepta Eucharistia, & ideo corpus defecit, & in Christi pectore caput reclinauit, qui somnum illum mirabilem custodiuit, in quo vidit secreta cælestia, & myteria diuina. Sitibundus homo est, scire desiderat, sed cum philosophorum scientiam haurit calicem aquæ turbidæ bibit, multis admixtam erroribus. Sancti autem aquam puram, & salutarem biberunt, sed in rivulis scripturæ. Ioannes verò fluua Euangelij in ipso dominici pectoris fonte potauit, vt Hieronymus ait. Inunctus lapis ille **B** Iacob Christum Dominum significauit. De quo Psaltes ait. Vinxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et ipse per Esaiam. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me. Et ideo Christus dicitur, id est, vnctus. In hoc lapide reclinauit caput Iacob, & vidit cælestia myteria, in eodem reclinauit caput Ioannes, & vidit diuina. Sed Iacob in lapide qui vmbra, & figura fuit, Ioannes vero in veritate. Sicut ergo Christus oleo lætitiæ inunctus est præ consortibus, ita Ioannes hoc sapientiæ oleum super Apostolos participauit.

Deinde oleū charitatem significat, quia sicut oleum super natat cæteris liquoribus, ita charitas omnibus virtutibus. Maior horum est charitas, quæ reliquis tribuit splendore, vitam, & pretium, sine qua reliqua nihil profunt. Sicut oleum diffunditur maximè, ita charitas se in proximos diffundit, non se putat, diuitem, lætamque, nisi proximus diues, & lætus sit. Hinc Paulus: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer? Hoc oleum defuit fatuis virginibus, & ideo perierunt. Hoc oleum misit Samaritanus in vulnera eius, qui incidit in latrones. Hæc verò charitas abundantius diffusa est in Ioannem, ideo oleo hodie exterius decoquitur, vt interior vnctio charitatis ostendatur. Sed qua in re, inquis, hæc Ioannis charitas apparuit? Non in vna tantum, sed in pluribus. Primo, quia discipulus est, quem diligebat Ies vs. Ego autem, ait.

**Hierony.
Gen. 28.**

1 Cor. 13.

**2 Cor. 11.
Matth. 25.
Luc. 10.**

Prou. 8.

1. Ioan. 4.

ait. Sapientia, diligentes me diligo. Certe diuinus amor efficit, vt nos eum diligamus. Vnde Ioannes, non quia nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Diligit ille nos, & dilectione sua trahit nos ad se, vt sit amor reciprocus, & eum nos diligamus. Cum ergo Ioannes super omnes Apostolos dilectus sit à Christo, ipse vicissim Christum super omnes dilexit. Et hanc præcipuam dilectionem, ait Hieronymus aduersus Iouinianum, ostendit, dum cruci afficit, omnibus Apostolis fugientibus. Ipse interrogat, quis proditor sit, cum Petrus id interrogare non audet. Et cum post resurrectionem in littore Christus esset, Ioannes eum prius agnouit. Hæc vere vniuersa ab eximio amore Ioannis procedebant.

Hieronym.

Ioan. 21.

Secundo eadem charitas enituit in eo, quod vt nimium diligenti, virgo Maria ei in cruce commendata fuit. Tunc similis Christus fuit duci, qui victoria parta, militibus spolia distribuit, dedit tunc latroni veniam, peccatoribus merita sua, Ioanni Mariam, præclarum profecto munus. Cum moram faceret Sisara, anxibatur mater eius, sed vna sapientior cæteris vxoribus eius, hæc socrui verba respondit. Forfitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima scæminarum eligitur ei. Certè in cruce diuisit spolia Christus, & pulcherrimam scæminarum elegit Ioanni, eique tradidit. Et demum hoc oleum charitatis in Ioanne infusum ostendit ipse, tum epistolis suis, tum prædicatione, qua nihil præter charitatem resonabat.

Iud. 5.

Sed videndum nobis restat, quomodo Christus præcipuam suam dilectionem Ioanni ostenderit, cui in Euangelio negare videtur confessum ad dexteram vel sinistram in regno ipsius. Accessit enim mater filiorum Zebedei, adorans, & petens aliquid ab eo. Dic, vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Apparet id negatum esse à Christo, sed reuera concessum est, licet obscure. Id nunc in Ioanne videamus impletum, qui ad Christi latus stat non in vno duntaxat Christi regno, sed & in duobus, vt mox ostendemus, si prius ostenderimus, duplex Christi regnum esse. Primum, quo in cruce regnauit, secundum quo in cælis regnat. Sicut etiam Dauid geminum habuit principatum, primum, cum fugiens Saulem afflictus,

&

A & pauper venit in speluncam Odolam, & conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Secundum cum regnare cepit in Ierusalem, quod regnum fuit scælix, & opulentissimum. Cum vero Christo regi regnum Dauidis promissum esset, dicente Angelo, Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, duplex simile regnum habere debuit. Primum habuit in hac mortali vita princeps factus afflictorum, quos ad se vocat dicens venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Thronus verò huius regni crux fuit. Vnde Psaltes prædixerat. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. Et ideo in cruce titulum regni Pilatus posuit, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Secundum eius regnum est, quo regnat in cælis in æternum. Nemo verò in hoc secundum Christi regnum deueniet, nisi qui sub primo eius regno fuerit, sub regno, scilicet crucis. Et ideo vt agnoscamus, quem locum Ioannes obtineat in regno cælorum, videndum est, quem obtinuerit in regno crucis, similem enim possidebit in cælis.

1. Reg. 22.

2. Reg. 5.

Luc. 1.

Mat. 11.

Psal. 95.

In priori ergo Christi regno, quo regnauit in ligno, ad dexteram ipsius Maria est, quæ stabat iuxta crucem Iesu, ad sinistram verò Ioannes, qui ibi etiam adfuit, & hoc est, quod nunc respondet Christus, *calicem quidem meum bibetis.* Quasi Ioanni dicat, petis locum mihi proximum in regno meo, dabitur quidem tibi, regnabo in cruce, bibam calicem passionis, & cum tibi propinabo, quia iuxta me eris in eo primo regno. Tu enim es Benjamin, cui scyphum meum tradam, in quo augurari soleo, sicut Ioseph Benjamin o dilectissimo dedit, scyphus, & calix idem sunt, cui calix datur, scyphus etiam tribuitur. Sed quid est, quod in illo augurari soleat? Certè quod in passionis calice dignoscat, qui ad eum pertineant, quia in bonis non agnoscitur amicus, sed in tribulatione. Sed hoc in Ioanne mirabile est, quod non solum calix ei tribuitur, sicut reliquis, sed idem Christi calix, itaque calix Christi calix est Ioannis, scyphus Ioseph scyphus est Benjamin, & passio Christi passio est Ioannis. Mira profecto in Trinitate circulatio est, cui similem in Christi cruce videbimus. Eadem potentia, quæ est in patre, est in filio, eadem in Spiritu sancto, similiter

Ioan. 19.

Gen. 44.

de sa-

Damasc.

de sapientia, bonitate, ac reliquis attributis dicendum, quasi A
enim ducimus per tres personas eadem attributa, quod Damascenus vocat circulationem. Ita in crucis regno tres alias videbis personas, & similem circulationem. Personæ sunt, Christus, Maria, Ioannes, calix vero passionis circumfertur per eos. Bibit primum hunc calicem Christus, qui de eo ad Petrum ait. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Bibit de eodem calice Maria usque ad foeces, quia plus compassa est de Christi passione, quam si illa pateretur, quia plus eum diligebat, quam se ipsam, compassio tanta fuit, ut transierit in passionem, & sic eundem calicem cum Christo bibit. Circumfertur idem calix, & propinatur Ioanni, datur illi scyphus Ioseph, bibit eundem calicem, & quodammodo moritur compassione passionum Christi. Ideo postea non moritur, & seruatus à Deo est in feruetis olei dolio, quia iam commortuus fuit Christo in cruce. Reliqui Apostoli fugerunt, nec cruci adstiterunt, debuerunt vero testimonium perhibere, quod Christum diligenter usque ad mortem, & ideo sanguinem fuderunt. Sed Ioannes dedit prius testimonium hoc assistens cruci, & ibi offerens se morti pro Christo, & commoriens ei: ideo opus alia morte non est. Reliqui martyres vexilla deferunt sanguine rubra de mundo triumphantes, & Ioannes simile profert vexillum, sed reliqui vexilla sua sanguine proprio rubra deferunt, at Ioannes insignius profert vexillum sanguine Christi madidum. Vnde de eo conuenienter dici potest. Coma capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Sicut enim vermis pinguebatur, & ab eo sanguis prodibat, qui purpuram regiam tingebat, ita in cruce vermis ille, qui sic se appellare in Psalmo voluit, punctus est, & ab eo sanguis profudit, qui caput Ioannis tinxit, & vexillum illius illustrius reddidit. Seruatus ergo Ioannes fuit post omnium Apostolorum mortem multis annis, nam ut ait Hieronymus superuixit Christo sexaginta octo annis, in Ecclesie lucerna, ad quam omnes confugiebant in omni dubio. Impletus quidem hodie oleo est, non in mortem, sed in ampliorem durationem, sic enim impleri lampades oleo solent, ne extinguantur, & ideo vegetior factus est, ac fortior, ne extingueretur lucerna hæc Ecclesie. Sicut olim dixerunt duces Dauidi, non egredieris nobiscum

Cant. 7.

Psal. 21.

Hierony.

2. Reg. 21.

A cum in prælium, ne extinguas lucernam Israel. Ita Ioannes seruatus nunc à morte est, & per multos annos, ne extingueretur lucerna Ecclesie, impletur ergo oleo, ut diutius viuatur, & illuminet.

Vidimus in Crucis regno Ioannem ad Christi sinistram, ei proximum fuisse. Sed quo in loco est in altero Christi regno, in caelo, scilicet? Certè sicut in crucis regno Maria, ad dexteram Christi est, & Ioannes ad sinistram, ita in caelesti regno Maria ad dexteram filij est, & Ioannes ad sinistram, etenim sedes regni caelestis tribuuntur, iuxta sedes regni crucis, qui hic proximior cruci est, & Christo crucifixo, in caelo proximior est throno regni. Astitit ergo regina à dextris tuis & discipulus dilectus à sinistris suscitatus in corpore, ut Eusebius, & Nicephorus aiunt. Ut vero significaret Christus, quem locum in caelesti regno præparauerat Ioanni, cum in terris uersatus fuit, eum in pectore suo posuit, & sinu, sicut enim Christus in sinu patris est ad eius dexteram, ei proximus, ita Ioannes proximus Christo est, & ideo hic in sinu eius requiescit, quia in caelesti regno in sinu etiam requiescere debebat. Dum uero in sinu Christi quieuit, didicit simul, quomodo cruci assistendum fuit, quia in dulcedine orationis discenda est nobis constantia in tribulatione. Sic exponit Gregorius illud Psalmi. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Legit uero Gregorius, & in nocte declarauit, quia in nocte tribulationis declaratur, quod in die consolationis accepimus.

Psal. 44.

Greg.

Psal. 41.

Bibit ergo Ioannes calicem Christi multipliciter, bibit enim illum multa passus, relegatus enim in Patmos fuit, & nunc in dolium feruentis olei missus est. Bibit etiam Christi calicem, dum ei compassus in cruce est, quo loco meruit Mariæ filius esse, quod ei nomen æternum est. Impleturque in eo illud Sapientis. Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super eum, & nomine æterno hereditabit illum. Loco martiritæ, & doloris, quem in cruce sustinuit, thesauros exultationis ei contulit, & nomen inclytum in æternum. Omnis quidem iustus recipit æternum nomen, de quo in Apoc. dicitur, dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, Sanct. N quod

Eccle. 15.

Apoc. 2.

quod nemo scit, nisi qui accipit. Hoc certe nomen est, quod A filius Dei dicatur, quod tantam dignitatem præfert, ut soli sancti eam agnoscant, qui Deum vident. Hoc nomen Ioannes cum reliquis sanctis habet in æternum. Sed & alio insignitur singulari nomine æterno, & illud est, quod filius Mariæ sit. In tanto apud Deum pretio est, cruci assistere, ea enim de causa hoc nomine fuit insignitus.

Sed nunc à vobis quæro, potestis bibere calicem Christi? poteris ne ò homo, multa pro Christo pati? Pro salute animæ tuæ poteris amaram aliquam potionem sumere? Trepidat humana infirmitas, horret, ac auersatur hunc calicem. Mirandum id valde est. Facile tibi visum est, bibere calicem dæmoniorum B calicem iræ Dei, calicem mulieris Babylonicæ, plenum veneno. Hunc bibisti calicem, cum peccasti, & obstrictus ideo es, ut calicem bibas inferi. Quis hunc calicem bibere poterit? quis vestrum poterit habitare cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis? Audi Psalterem hunc calicem describentem, ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum. Si hunc calicem bibere nō vis, euomenda est potio, quam bibisti ex calice meretricis Babylonicæ, & ad hoc Christi calix tibi propinatur. Biberant Ioannes, & Iacobus calicem illum, cum super-

*Esai. 33.
Psal. 10.*

bierunt, & locum primum voluerunt, ut illam potionem euomant, calix eis Christi datur. Idem tibi nunc porrigitur, poteris ne bibere illum? Calix Ioannis ex oleo est, quod euomere so-

let homo venenum. Poteris tu aliquid pati? pœnitentiā agere? C Hunc calicem proponit Christus Ioanni, & Iacobō, qui ambitionis vitio laborabant, & ideo proximi erant perditioni, si nō sanaretur. Sicut enim pomum interius à verme corrosum fuit facile ex arbore, ita superbus proximus est casui, ipse cadet nullo impellente, sicut Angelus de cælo cecidit. Ideo cauere de superbia, & ambitio est, & calice Christi sananda. Ideo enim calix salutaris dicitur, quia salutem adfert. Hinc Psalter. Calicem salutatis accipiam. Et calix meus inebrians quam præclarus est, licet aliqua sit amaritudo in Christi calice, sed salutaris est, bibere illum.

*Psal. 115.
Psal. 22.*

Iustus quidem tribulationis calicem propinat, & iniustus etiam, cum eos ad iustitiam reducere disponit, cū vero impios

derelin-

A derelinquit, ut omnino pereant, ultiones adhibere non solet. Hinc Ieremias. Subito cecidit Babylon, & contrita est, ululate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur, curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsq; ad cælum iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Cū in tēpestare gubernator clauum tenet, & nautis præcipit, quæ agenda sunt, spes restat salutis, si verò gubernator nauim deserat, quomodo pericula euadet? Si auriga deferit quadrigam equis ferocibus exultantibus, quomodo tandem perueniet? Ita cum Deus peccatorem tenet, aut deferit. Hinc Psalter. Et non auit populus meus vocem meam, & Israel nō intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adin-

Simile.

Psal. 80.

B uentionibus suis. Irati Dei vox hæc est. Contra verò paterna vox illa est, quam in Psalmo profert. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Hinc Paulus. Tanquam filijs se vobis offert Deus, quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij. Qua ratione Dei supplicium mansuetudine dicit Psalter, quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Ostenderit eo Psalmo Dauid huius vitæ miseras, quas dicit mansuetas castigationes, ut ex eis agnoscamus iram sæculi venturi durissimam, & eam fugiamus. Et Socrates apud Platonem in Gorgia ait. Secundum meam sententiam ò Pole, qui iniuriatur, iniustusque est, omnino est ante alios miser. Miserior autem si iniuriarum pœnas nunquam luat, minus verò miser, si luat, suppliciumque iustum Dijs, hominibusque reportet.

Psal. 80.

Heb. 6.

Psal. 89.

Cum verò Deus hominem flagellauit, statim eius misereatur, unde cum Habacuc dixisset Babylonis supplicium, subiungit. Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet, hæc est fortitudo eius Dei sui. In quæ verba Theodoretus, & Theophilactus dicunt, verba illa significare, quod ultione sumpta de Babylone, Deus permutabit spiritum, id est, indignatione, & pertransibit indignatio Dei. Quam benignitatem in Propheta miratus dixit, hæc est fortitudo Deo meo. Sic enim septuaginta

Habac. 1.

Theod.

Theophi.

Psal. 76.

tuaginta transferunt, quoniam talis virtus castigandi, ac rursus miserendi, conuertendique punitionem in oleum dulcedinis, nulli alij, quam Deo nostro conuenit. De quo Psaltes ait. Nunquid continebit in ira misericordias suas? Ideo Habacuc addit. Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur. Quali dicat. Licet punias nos, sed es Deus noster, non ad interitum nostrum id facies. Ideo addit, Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes, quasi dicat, potestatem ei dedisti, vt puniret, non vt perderet. Nos ergo cum Ioanne calicem Christi bibamus, & in dolum olei feruentis ingredi curemus, curantes, vt diuina Sapientia & gratia in nobis sint, & perseuerent. Sicut enim pictor imaginem pingere solet, vt vulgo dicitur, al olio, quæ durat maximè, aliam vero sine oleo pingit; quod vulgo dicitur, al fusco, ita quidam in se Christi imaginem perfecte, & perseueranter depingunt, quidam verò imperfecte, & ad modicum tempus, Ioannes oleo delibutus, imago Christi factus est perfecta, & perseuerans, eum tu imitare, &c.

De Apparitione S. Michaelis vide mens. Septembris.

Festa

Festa Iunij.

In festo sancti Barnabæ
Apostoli.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem.
Ioannis. 15.



Pirituale Ecclesiæ ædificium Christus Dominus instituens; Apostolos in eius fundamenta elegit. Vnde Paulus. Super fundamentum Apostolorum; qui sunt pretiosissimi lapides huius ædificij. In duodecim vero lapidibus fundamenti cælestis Hierusalem dicitur Apocal. 21. esse scripta nomina duodecim Apostolorum agni.

Ijs verò quod summè commendauit, illud fuit, quod hodie ait. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* In illis verò omnes fideles instruebat, ideo nobis videndum, qua ratione, tum illis, tum nobis hanc dilectionem adeo commenda-uerit, & primùm de Apostolis, & eorum successoribus dicamus.

In naturalibus prouidens Deus filiorum educationi, tum hominum, tum iumentorum, cum multa tædia, & difficultates in illa essent, multique perferendi parentibus labores, disponens omnia suauiter Deus. maximum amorem parentibus dedit erga filios, quo omnes difficultates facillè superarent, quæ cum filiorum educatione coniunctæ sunt. Quæ dilectio si non esset immensa, succumberet laboribus, nec filij educarentur vt par erat, ideo tantus hic ab authore naturæ insitus est amor, vt illum inter maniarum species referat Plato in Phædro.

Sanct.

N 3

Simili

Plato.

Simili verò ratione in spiritualibus mundi parentibus eximius erat necessarius amor, labores enim huius educationis plurimi erant, difficultates superandæ immensæ. Quod in Christo primo omnium parente videre licet, qui summis doloribus in vita, & morte perpensis nos genuit, & educavit, ut ei simus Benoni, idest, doloris filij. Et ipse hoc ait Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Putant aliqui patres spirituales, sic se fructum ferre, si alios putrescere faciant, sed non sic ferendus fructus, sed si ipsi mortui, & putrefacti fuerint, & multa sustinuerint, sic enim Christus multum fructum dedit. Similiter Apostoli mundi parentes B quanta sustinuerunt, ut mundum Christo educarēt, quis sermo consequi possit? Audi Paulum. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Erat quasi in continuo partu per multos annos, quis tantum laborem ferre possit? Et idem ait. Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita ut tæderet nos, etiam viuere. Et de omnibus simul Apostolis loquens 1. Corint. 4. Puto enim, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quoniam spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem sapientes, nos infirmi vos autem fortes, nos ignobiles, vos autem nobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsa usque adhuc. Et tandem ait, in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, o dura & aspera nimium generatio. Futuri erant sal, qui ut saliat, deficit, nubes, quæ ut terram irrigent, euanescent. Et tandem in hoc opere ipsis profundenda vita fuit, vniuersus mundus percurrendus, mare, & terra circumeunda? An non eximius ad ista necessarius amor est? Ad hoc ergo Christus Dominus suos tanto voluit amore flagrare, ut dicere possent illud 1. Timot. 2. Omnia sustinere propter electos, ut & ipsi salutem consequantur in Christo Iesu. Et illud 2. Corint. 12. Ego autem libentissimè

Ioan. 12.

Gala. 4.

1. Cor. 4.

1. Tim. 2.

2. Cor. 12.

A tissimè impendam, & superimpendar. pro animabus vestris abundantius, licet plus diligens minus diligit. Sed vide hac Christi exhortatione, quo Apostoli processerint in dilectione. Ad Philippen. 1. Quid eligam ignoro, coarctor verò è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cū Christo, multo magis melius, permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc confido, & scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum. Et idem. Cupiebam & ego aliquando anathema esse à Christo pro fratribus meis, Chryso. ait, pænas sensibiles inferni desiderasse. Maximus profecto amor, sed omnino necessarius, ut filij spirituales educarētur. Hinc colligere oportet prælatum, & omnem, qui spiritualis patris officium exercet, quanta debeat ardere charitate in suos, debet enim superare, ac vincere carnales patres in filiorum amore. Hinc Numc. 11. ait Moyfes. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nūquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iuravi patribus eorum? Parati esse debent vitam profundere pro grege, nulli labori illis parcendum est, nulli substantiæ. Quia hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut ego dilexi vos vitam exponens pro vobis.

Licet autè singulari, quæ diximus, ratione pertineat hoc præceptum ad Apostolos, tamen etiam omnibus fidelibus loquitur Christus. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Sed dices, qua ratione ait, præceptum meum. An non etiam legis naturæ, & scripturæ hoc fuit præceptum? qua ergo ratione suum Christus dicit? Aug. tracta. 83. respondet. Idem esse, hoc mandatum esse suum, & quod dixit capi. 13. mandatum nouum do vobis, ibi tanquam non fuerit ante mandatum, hic tanquam non fuerit aliud ab illo. Sed ibi dictum est nouum, ne in vetustate perseueremus, hic dictum est meum, ne contèndendum putemus. Sed dubium est, qua ratione hoc mandatum dicatur Christi mandatum, & nouum mandatum, cum ante in lege fuerit præceptum, Cyrillus li. 9. c. 23. respondet. Nouitatem non in dilectione esse positam, sed in qualitate dilectionis, quæ exprimitur verbo illo. Sicut dilexi vos. Ut sicut Christus nos dilexit, nostram salutem suæ vitam

Philip. 1.

Chryso.

Numer. 11.

Aug.

Ioan. 13.

Cyril.

temporali anteposendo, ita nos omnia bona temporalia, & vitam ipsam debemus pro spirituali proximorum salute posthabere, & hoc dicit Cyrillus, esse diligere proximum super se. Prius enim dictum est, diliges proximum sicut te ipsum: at nunc præcipitur, dilige supra te, & idcirco nouum dicitur, Euthymius sequitur Cyrillum. Hanc tantam charitatem explicat 1. Ioannis. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Sed adhuc videtur hoc non satis esse, ut nouum dicatur mandatum, etenim etiam ante Christum in lege id præceptum erat, & mercenarius dicebatur, qui dimittebat oues veniente lupo, quod erat temporalem vitam spirituali proximorum salutis anteferre. Ideo Chrysostomus homil. 71. aliter respondet, ait enim nouitatem iam modo consistere, qui exprimitur illis verbis, sicut ego dilexi vos. Sed modum aliter explicat, nempe, sicut ego dilexi vos, nullis vestris meritis præcedentibus, sed prior incipiens ita & vos oportet alijs benefacere, eosque diligere, non solum amicos, sed etiam à quibus nullo estis affectu beneficio, eos præuenientes. Doctrina quidem vera est, sed non adhuc satisfaciunt nouitati: in lege enim erat etiam hoc præceptum, Augustinus tractatu. 65. non admodum hanc refert nouitatem, sed ad effectum, ut mandatum nouum dicatur, quia per dilectionem exiit homo veterem hominem, & induit nouum, ut nouum præceptum dictum sit, quasi innouans, & renouans. Sed adhuc dubium manet, cur hoc præceptum dicitur innouatis discipulis, & fidelibus, & adhuc nouum dicatur. Dicendum ergo est, hoc nouum mandatum, & Christi mandatum non esse illud de dilectione proximi, quod ad omnes homines diligendos extenditur, nullus enim excluditur à præcepto hoc, sed est mandatum de dilectione, quam Christiani inter se ipsos, eo quod Christiani sunt, habere tenentur. Debemus enim Christianos diligere, non tantum tanquam proximos propter Deum, sed ut Christianos sub vno capite, & ut vnius corporis membra propter Christum, ut sicut Christus eos dilexit singulari quadam ratione, tanquam membra sui corporis, eis summè benefaciens, sic fideles fideles reliquos maxime diligant, quia mem-

bra:

Abra vnius sunt corporis. Hæc est dilectio illa Christiana, quæ initio Ecclesiæ viguit, cum, ut dicitur Actuum. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, quæ dilectio est fidelium inter se mutua, maximaque amicitia, quæ ad infideles non extenditur, licet aliàs charitas extendatur. Hæc est quam Tertullianus libr. de patientia dicit, esse summum fidei sacramentum, id est, signum, & symbolum Christianorum. Et de qua Christus, in hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicem habueritis. Nulla enim natio, nec vnius sectæ professores ita se tenaciter, ac vehementer dilexerunt, aut diligere debuerunt, ac Christiani nominis professores. Et ad hanc dilectionem super omnes gentes, & populos Dominus suos inducit his verbis. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.* Et hoc Christi est præceptum, & nouum, non legis, aut naturæ. Sed attende, quantam inter fideles vniionem voluit. Quia enim vnius regni homines mutuo se diligunt, ut duo Hispani, cum in Italia versantur, ideo ut nos inuicem diligamus, fecit nos vnius regni esse, fecisti nos Deo nostro regnum. Sed quia in vno regno plures sunt ciuitates, & qui vnius ciuitatis sunt, plus se diligunt inuicem, ideo fecit nos conciuues. Estis ciues sanctorum. Sed quia in ciuitate solent factiones esse diuersæ, & qui vnius domus sunt plus se diligunt, fecit nos vnius domus. Et domestici Dei. Sed quia inter domesticos solent esse iurgia, & fratres plus se diligunt, fecit nos fratres. Omnes vos fratres estis, & ipse est primogenitus in multis fratribus. Sed quia & inter fratres dissidia esse solent, ut inter Cain, & Abel, Iacob, & Esau, Ioseph, & fratres, ut summus inter nos conciliaretur amor, fecit nos vnum corpus, & vnius corporis membra. Ut Paulus ait, membra de membris. Et sicut omnia membra vnius corporis eodem viuunt spiritu, eodem alimento vtuntur, & vno cibo: ita nobis dedit eundem spiritum sanctum viuificantem, & corpus, & sanguinem suum in cibum. Quando vnquam duo membra inter se diuiduntur, aut rixantur? Tantam denique voluit hanc esse charitatem, & vniionem, ut illam summis verbis amplificaret, & extolleret, dicens: Pater oro, ut sint vnum, sicut ego & tu vnum sumus, ut credat mundus, quia

N. 5,

tu me:

Euthym.
1. Ioan. 3.

Chrysost.

Aug.

Toletus.

Actor. 4.

Tertullia.

Ioan. 13.

Apo. 5.

Ephes. 2.

Ephes. 2.

Matt. 23.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

tume misisti . Mira profecto charitas, & vnio his verbis ex-
 primitur . Primo, vt tanta simus inter nos coniuncti chari-
 tate, vt sit simlis ei, quæ est inter diuinas personas, quæ
 infinita est, & tanta exterius appareat, vt ex ea mundus
 colligat, Deum in mundum aduenisse, qui eam effice-
 ret, & sit summum Christianæ reipublicæ miraculum, &
 symbolum, vt Tertullianus dixit. Et denique in hoc voluit
 suos agnosci, in hac summa dilectione. Augustinus. Dile-
 ctio propria, & specialis virtus est bonorum, cum cæteræ
 virtutes bonis, & malis possint esse communes. 2. Ioannis.
 3. Nos scimus, quoniam translati sumus à morte ad vitam,
 quoniam diligimus fratres. Sicut enim naturalis vita ab ani-
 ma procedens, per motum, & sensum cognoscitur: sic vita
 gratiæ per dilectionem proximi, est enim dilectio effectus
 proprius gratiæ Dei, per quam agnoscitur, illam animæ as-
 sistere, qui verò non diligit manet in morte . Hic verò lo-
 cus Ioannis. 13. In hoc cognoscent, &c. Ostendit verba
 superiora, mandatum nouum do vobis, intelligi de hac Chri-
 stianorum inter se dilectione, qua voluit Christus suos à cæ-
 teris discerni populis. Et verè olim vt ex historijs habemus,
 tanta hæc fuit dilectio, vt fratres viderentur omnes fideles,
 quos nec lingua, nec natio, nec patriæ consuetudo diuide-
 bat, & quam gentes admirabantur vt refert Tertullianus in
 Apolog. capit. 39. dicentes, & murmurantes, videte quomo-
 do se inuicem diligunt. Hæc facit fideles beatos, & fortissi-
 mos, si adest eis. Notat vero Chrysostomus homil. 71. Hoc
 priuilegium, vt cognoscantur Christi discipuli, non datum
 esse miraculis, quæ etiam à malis fieri possunt, sed dilectioni,
 quæ solis bonis inest 1. Ioã. 5. qui diligit fratrem suum, ex Deo
 natus est. In hoc dignoscendus est Christi discipulus, vt in
 proprio signo, non in ieiunio, quia etiam Ioannis, & Pharisæo-
 rum discipuli ieiunant, nec in relinquendo omnia hoc enim
 & Socrates fecit, vt refert Hieronymus, & eius discipuli, sed in
 mutua dilectione, summaque coniunctione.

Sicut, inquit, dilexi vos . Id est, sicut summe ego vni-
 us sum vobis, vestram naturam assumens in personæ vnita-
 tem, sicut vitam pro vobis dedi, sicut summa vos charitate
 tracta-

A tractaui, qualis ego fui vobis, tales vos estote fratribus, ego vo-
 bis omnia fui, ita & vos. Sed obsecro vos fratres, vbi iã ita di-
 lectio? vbi viscera misericordiæ in proximos? vbi vitam pro eis
 dare? vbi substantiam profundere? Moritur aliquando nobi-
 lis, & diues vir, quatuor, vel quinque filios habens; sed primo
 genitus omnem capit substantiam, primogeniti iurè. Conue-
 niunt iudex, & propinqui, vt testamentum defuncti legant,
 & aperiant . Et primò omnium defunctus primogenitum
 omnium hæredem instituit. Sed deinde addit, tres alij re-
 linquuntur filij absque bonis vllis, hos ego commendo filio
 meo primogenito, vt eos alat, eorum curam gerat, eis sit pater,
 & in hoc volo eum agnosci filium meum, si pater sit fra-
 trum suorum, & mei in hoc vicem gerat. Paucis deinde in-
 terpositis lineis addit. Insuper præcipio filio meo primoge-
 nito, vt inopiam fratrum subleuet, & hoc solum ab eo exi-
 go, hoc solum iniungo, hoc solum est præceptum meum.
B Nec vero amantissimus pater his verbis contentus, decies, &
 centies in testamento eadem repetit verba, dicēs, quod vni ex
 minimis filijs meis fecerit maior natu filius, mecum factum
 reputo, omnino hoc illi præcipio, si sic egerit, benedictione
 mea firmetur. Mira profecto in hoc dilectio, & cura patris in
 filios appareret. Promittit hæres, ita, se facturum, & potest vti-
 que quoniã ampla ei relicta hæreditas est, si vero post paucos
 dies noctu offenderes tres illos minores filios nudos, & medi-
 cos, discurretes per vias publicas, & causam sciscitatus, audires,
 frater noster natu maior nos de domo eiecit sua, nec nos alere
C vult, sed sibi omnem seruat substantiam. Quã detestandũ tibi
 facinus illud appareret, quã detestareris fratris perfidiã, patris
 obliuionem. Sed ne alienum facinus credat diues se audivisse:
 audiat. Omnia bona, quæ habes, à Deo tibi donata sunt, primo-
 genitũ te ille constituit, sed tibi pauperes comendauit testamẽ-
 to, tũ veteri, tũ nouo, non semel, non decies, nõ centies, sed
 millies iam, diliges proximum sicut te ipsum, iam, quod vni ex
 his minimis fecistis mihi fecistis, iam, hoc est præceptũ meum
 iam, mandatum nouum do vobis, iam, omnis lex hoc vno verbo
 instauratur, diliges proximum tuũ, & tamen tu tua tibi seruans
 pauperes relinquis miseris, ac deperditos, vbi fides in Deo vbi
 obedi-

*Aug.**2. Ioan. 3.**Simile.**Ioan. 13.**Tertullia.**Chrysoft.**1. Ioan. 5.**Hierony.*

obedientia Christi mandato? vbi signum fidei Christi? vbi viscera misericordiae?

Insuper tot odia inter fideles quis ferat? *Sicut*, inquit, *ego dilexi vos*. Si eius delictio nobis proponitur in exemplum, attende, quam facilis Christus ad ignoscendum peccatis, quanta patientiae in inimicos, quam eis beneficus. Disce hinc illud Pauli. Donantes vobis metipsis, sicut Deus donauit vobis in Christo. Dic obsecro, accedis ad patrem, peccator cum sis, & dicis, dona mihi omnia delicta, delechyrographum damnationis meae, da mihi gratiam, da vitam aeternam. Sed dicitur tibi, num quid ista tu commertus es, & non potius infernum, & Dei odium? dices tu, vtique merita si attendantur mea, aliud ego petere non possem, quam infernum, sed propter Christum Dominum, & eius merita illa ego peto. Hoc ipsum a te nunc exigitur, quod tu petebas. Non meretur proximus, bona a te recipere, vel forsitan grauius te laesit, & commertus es mala multa, adhuc illi benefacito, non propter illum, sed propter Christum dicentem tibi. *Hoc est praeceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos*. Nec propter Deum tantum haec ab homine peti possunt, sed etiam propter alium hominem. Audi Gen. 50. Mortuo Iacob, timentes fratres Ioseph, & mutuo colloquentes, ne forte memor sit iniuriae, quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandauerunt ei, dicentes, patet tuus praecepit nobis, antequam moreretur, vt haec tibi verbis illius diceremus, obsecro vt obliuiscaris scelerum fratrum tuorum, & peccati, atque malitiae, quam exercuerunt in te. Nosque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem haec. Consolatusque est eos Ioseph, ac leniter, & blandè est loquutus. Nolite timere, ego pascam vos, & paruulos vestros. Propter Iacob dimittitur iniquitas filiorum, & multa eis bona fiunt, quid mirum si propter Christum Dominum haec a te exigantur? Vt verò intelligas, quomodo nos Christus dilexerit, addit. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis*. In dilectione possumus considerare estimationem, intensiorem, & extensionem. Aestimationis est precium, in quo amicus habetur, dum pro eo omnia relinquuntur, & hac ratione nulla maior dilectio est, quam ea, in qua

Colos. 5.

Gene. 50.

A qua vita exponitur pro amico. De intensiōe, & extensiōe ad inimicos, nihil nunc meminit Christus. Declarat ergo nunc Christus modum, quo nos dilexit, vt nos similiter diligamus. Summa dilectio est, qua vita exponitur pro dilecto, hanc ego in vos habui, eam vos inuicem habete, vt pro mundi salute nulli labori parcatis, nec ipsi etiam vitæ.

Qua in re primum Christi dilectio est nobis aduertenda, qua posuit vitam pro amicis, & inimicis. Vnde Paulus. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, pro nobis Christus mortuus est. Et rursus. Vix pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori, Bernardus serm. feri. 4. maioris hebdomadae ait. Maiorem charitatem nemo habet,

B quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, maiorem tu habuisti Domine, ponens eam pro inimicis. Maior quidem haec est non appretiatione, sed extensiōe, sed quia rarior, & ad mirabilior, ideo maior dicitur. Gregorius, o mira in nos tuae charitatis dilectio, vt seruum redimeres filium tradidisti. Mirabilis dilectio Dauid in Absalō dicentis, fili mi, quis mihi det, vt ego moriar pro te, sed quod ille verbis dixit, Christus opere perfecit, pro nobis vitam exponens. De qua re multa in concionibus de aduentu, & in cæna, & passione domini, & transfiguratione reperies. Quo exemplo docet Apostolos, quomodo nec vitæ illis sit parcendum, vt proximorum saluti consulant, vt exponit Ioannes. 1. can. c. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam posuit pro nobis, &

C nos debemus pro fratribus animas ponere. Id ipsum & omnes facere monemur pro spirituali proximorum salute, sed & pro temporali consiliū saepe esset. Refert Plato in conuuiuo de amore in oratione Phædrī, in Græcia Alceste Pelia filia legit pro viro suo mori, quod sic placuit hominibus, & Dijs, vt cū paucissimos Dij suscitauerint, & hos præclarissimos, hanc suscitauerunt, tam egregio facinore delectati. Tanti amorem Dij aestimant. Sed vbi iam ista dilectio, cum nec parum substantiæ pro proximo dare velimus, nec parum incommodi pati?

Hic tamen aduertendum, animæ salutem exponendam non

Rom. 5.

Bernardus.

2. Reg. 18.

Ioan. 1. can. c. 3.

Plato.

non esse vilo modo pro amico, nec vllum vnquam admittendum peccatum, omnis quidem pœna subeunda est pro fratre, cum & inferni pœnas exoptauerit Paulus: at culpa nullo modo, esset enim iste inordinatus amor. Talis amor Adæ comedentis pomum, ne contristaret Eüam, talis amicitia multorum, qui vt Dominis obsequantur vel amicis gratum faciant, peccata facile admittunt, & ad ea perpetranda adiutores se præbent. Hanc dicimus inordinatam amicitiam, tum quia salutem animæ suæ pro temporali alterius commodo, aut voluptate exponimus, tum quod Deus priori loco sit habendus amicus, & ab eius discedimus amicitia per peccatum, vt alterius amicitiam conferuamus. Cum tantum Deus noster sit, vt non solû graue peccatum in eum non sit admittendum pro totius mundi salute, etiam æterna, sed nec leuissimum veniale peccatum, B omnis enim creatura Deo collata nihil est, vnde cum ille in hac statera est, nihil ponderis in alia poni potest, quod ei vilo modo possit conferri, & nec illum vel leuiter tangere, aut offendere, licet, etiam si æterna salus vniuersi mundi ex eo penderet. Vnde nec leue vnquam mendacium dicendum est, vel vt vitentur scandala, vel vita proximi eripiat, nec ob aliam causam, quæ possit intercedere. Et cum dilectio proximi debeat esse propter Deum, inordinata est omnis dilectio, qua Deus offenditur, illa enim non propter Deum est. Addit cælestis magister.

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Vt facilis eis appareat tanta dilectio, proponit maximum quid, quo eos alliciat ad hanc dilectionem, hoc verò est, quod amici Dei C erunt, quod maximum est, plurimique faciendum. Amicus regis maximi in pretio habetur, amicus Dei quanti erit æstimandus? Iudith 8. Pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, amicus Dei est effectus & Plal. 138. Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Et Sapientia. 7. in eximiam Sapientia laudem dicitur, & amicos Dei, & prophetas cõstituit. Sed quis nobis modus, vt ad hanc perueniamus amicitiam? nullus alius, quam facere, quæ ego præcipio vobis. Alibi ait, quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? qui fecerit voluntatem patris

Indi. 8.
Psal. 138.

Sap. 7.

Luc. 11.

A tris mei, qui in cælis est, ille meus frater, soror, & mater est. I beatificanti matrem suam respondit. Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et perentibus dexteram, & sinistram dicitur, quibus paratum est à patre meo, illis verò paratæ sunt sedes excellentiores, qui præcipue ea faciunt, quæ eis sunt mandata. Nulla ergo nobis via aperta est, vt gratiam Dei consequamur, vt amici eius simus, nisi facere, quæ præcepit ille, nos facere. Qui diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Non ergo nobilitas, non dignitas, non diuitiæ nos Deo conciliant, sed sola virtus, & obedientia præceptorum eius, sine qua omnis victima abominatio est Domino 1. Reg. 15. Nunquid vult Dominus holocausta, aut victimas, I. Reg. 15. & non potius vt obediatur voci Domini?

B *Iã non dicã vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.* Exponit promissionem factam, non, inquam, vos iam dicam seruos, vt antea dixi, sed amicos dicam, ostendamque hanc amicitiam, quia gratiæ secreta vobis reuelauit, Augusti tractatu, 85. dubium inquit est, quomodo dicat, non dicendos iam seruos, cum debeant implere præcepta, quod seruorum est, & cum in die iudicij, dicturus sit. Euge serue bone, & fidelis. Refert ponder. Sicut duplex est timor, seruilis, & filialis, illum perfecta charitas foras mittit, hunc complectitur, ita etiam duplex seruitus, quædam nascitur ex timore seruili, quædam ex filiali, seruitus seruilis excluditur, non filialis. Fuit ergo quædam seruitus legis antiquæ, in qua serui erant statu, & cõditione, quia timore premebantur, nec tunc manifestabantur secreta populo illi, nisi sub vmbri, & figuris, ideo non fuit expressa notitia Trinitatis tunc, & aliorum mysteriorum, vt nunc. Quod si aliquibus vt prophetis reuelabantur, non erat ratione status sed quia euehebantur in amicorum statum ex priuilegio; Nobis verò non ex priuilegio, sed ratione status hæc propalantur quia in statu Euangelij, filij sumus, & amici, ideo à minimo vsque ad maximum omnia mysteria norunt, vt quod insignes illi propheta; & patriarchæ tanquam arcanum diuinum conseruabant, nunc pueri, & puellæ per vias decantant. Ex quo colligitur quæ ratione in statu Euangelij nobis sit Deo inferendum

Matth. 20.

Ioan. 14.

1. Reg. 15.

Aug.

Matth. 25.

Aug.

dum

dum non timore tantū, sed amore, nō vt serui, sed vt amici nō quod timor malus sit, nō quod penitus excludatur, sed quia proprium legis fuit timor, licet etiam in ea aliquis amor fuerit & proprium Euangelij amor, amicitia, filiatio, licet aliquid sit timoris. Sicut ergo amicorum est idem velle, idem nolle, sicut amici est, vt placeat amico, bona ei facere: sic tibi in Euangelio operandum est suauī dilectione tractus, vt placeas Deo. Deo per omnia placentes, quærentes, quæ sit voluntas Dei bona, bene placens & perfecta. Si solo timore duceris, solo timore bene operaris, adhuc es sub lege, non satis tibi hoc est, cura vt amore ducaris tanquam filius, & amicus. Ad hoc pertinet multa opera supererogationis facere, ad quæ non teneris, sicut amicus multa pro amico facit, ad quæ non cogitur, sed amicitia ad illud impellit. Ne ergo dicas ad frequentandum sacramenta non teneor sub præcepto, & ad similia, non ergo hæc agam, hoc serui est, non amici. Satis ne tibi videtur, si dicat tibi, aut vxor, aut filius, hoc non est mihi præceptum sub mortis pœna, non agam? At non satis vxori esse debet, non esse in hoc se placere viro suo? an non id satis filio? sit ergo & tibi, si filius, & amicus es.

Chrysof. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo, &c. (Ly quia) non causam, sed signum dicit. Omnia, inquit, dixi vobis, ait Chrysofostomus homil. 76. quæ vos audire oportebat, etiam si secreta hæc olim fuissent. Sed quomodo omnia, cum multa non dixerit, & plurima fuerunt facta, & dicta illius, vt mundus nō caperet libros, qui de his scribi poterant? Certe sicut videns cælum, dicis, omne vidi cælum, licet non omne videris, & videns mare dicis, omne pelagus vidi, licet nō omne cōspexeris, quia vidisti, quod voluisti, & quæ videnda restabant, similia sunt. Ita omnia Christus dixit, quæ audiuit à patre quia omnia dixit, quæ expediebāt, & reliqua similia erāt. *Chrysof.* Non vos me elegistis sed ego elegi vos vt eatis, & fructum, &c.

Quali dicat, ait Chrysof. Diligite proximos, sicut ego vos, & sicut ego vos præueni, ita & vos reliquos præuenite. Vel sic, oportet vos alterutrū diligere, quia à me electi estis in præclarū munus Apostolarū. vt fructū plurimū afferatis in mūdo, hoc verò sine mutua dilectione facere nequaquam potestis. Ideo diligite in dilectionem,

Aug. A tunc posui enim vos, vt fructum feratis, & fructus maneat. Lex non mansit, at Euangelium perpetuo manebit, vsque ad mundi finem. Augustinus verò hunc fructum afferendum charitatem mutuam dicit esse, quæ fructus dicitur, quia fructus spiritus enumerans Paulus primum charitatē dicit esse, fructus, ait, spiritus charitas. Vnde cum dixisset Christus Dominus, ego posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, continuo subiungit. hæc mando vobis, vt diligatis inuicē. Hic est ergo fructus noster, quem à nobis requirit, cum simus arbores in Ecclesia plantatæ. Simus ergo sicut arbor illa, de qua Psal. 1. Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Charitas ergo, est fructus noster, & de hoc nobis mandat, sicut initio mundi arboribus præcepit, vt referant fructum iuxta genus suum.

Psal. 1. Fructus iuxta genus hominis dilectio est. Primus enim affectus hominis amor est, qui est principium, & mensura reliquorum affectuum. Amor ergo naturalis est fructus, reliqua in fita homini per amorem sunt. Plantatus in Ecclesia es, in lege amoris, & gratiæ, quis à te fructus petendus, nisi dilectio. Sed aduertit Ambrosius, arbores vno anni tempore referunt fructū, & extra tempus illud, non oportet ab illis eum quærere, homo vero omni tēpore debet reddere hūc fructū, ideo Psal. ait, quod fructum dabit in tempore suo, tempus verò suum est omnis vita. Quod magis explicuit Hieremias. 17. nunquam desinet facere fructum. Ideo arbor illa Apocalypsis, iuxta fluiuium plantata dicit decem fructus dabat, per singulos menses fructum suum, nunquā ergo erat sine fructu. Hac ratione Christus ficum maledixit, non habentem fructum, licet tempus nō esset ficorum, quia hominem maledixit eum fructū, quem semper habere debebat. Hic ergo fructus semper à nobis reddendus est, quia semper charitatē præ manibus ferre debemus. Vnde est debitum irredibile, quod solui nunquam potest, semper debitor manebis, licet amplius, & amplius reddas. Vnde Paulus, nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicē diligatis, hoc enim debitum perpetuo perseverat, perpetuo à nobis reddendum est. Ideo charitas nunquam excidit, nec in cælo, & cum aliarum virtutum cessabūt opera, vt fides, & spes,

Sanct. O chari-

*Aug.**Gala. 5.**Psal. 1.**Ambr.**Hierem.**Apoc. 21.**Matt. 21.**Rom. 13.**1. Cor. 13.*

charitatis & habitus, & operatio non deficit, quia homo imago
Dei est, qui semper cognoscit, & amat; ita ergo homo semper
amare debet, &c.

In festo Basilij Magni.

*Thema. Siquis venit ad me, & non odit
patrem suum, & matrem, & uxorem,
& filios, & fratres, sorores, adhuc au-
tem & animam suam, non potest meus
esse discipulus. Luca. 14.*



DVRVS videtur hic sermo, nec æquo animo,
& placido audiri potest, nisi adsit gratia, quæ a-
marum in dulce mutet, mors quidem videtur
in hac olla esse, quid enim magis amarum, quæ
se, suaque odisse. Adsit ergo, necesse est. Elisei
farinula dulcorans omnia, hanc nobis concedi petamus per
Mariam.

Enumerat Paulus eos, quos sui vicarios Christus Ecclesie
reliquit, & ait. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quos-
dam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pa-
stores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus
ministerij, in ædificationem corporis Christi. Horum verò
pastorū, & doctorū principem celebri festo hodie colimus, qui
tantus fuit doctor, & pastor, ut per anthonomasiam intelliga-
tur, cum dicitur pastor, & doctor, nec opus sit, proprio eum no-
mine cōpellare, ut ait frater ipsius sanctissimus Gregorius Nis-
senus in eius vita. Et tantus denique, ut inter doctores, & pasto-
res cognomentum magni meruerit. Confert illum Gre-
gorius Nissenus cum Moyse, Elia, Ioāne baptista, & Paulo; et
que

Ephes. 4.

Greg. Nis.

A que dicit eis æqualem, & à sanctis alijs dictus est par Apostolo-
rum. Hoc verò ita accipiendum est, ut primus locus Apostolis
deferatur, deinde Basilio, & similibus. Sicut enim corporis me-
bra inuicem coniuncta sunt, & vnum alteri continuum, ita san-
cti sanctis proximè adhærent merito, & gloria. Ex his ergo, qui
proximi Apostolis sunt Basilij vnus est. Qui sic fuit alienus
conuersatione sua ab omnibus caducis, atque terrenis, ut non
homo, sed Angelus visus fuerit. Et hac ratione euāgelium no-
bis hodie proponitur, quo omnium rerum abrenunciatio do-
cetur, odiumque vniuersorum, etiam animæ propriæ.

Sed graue nimis apparet verbum istud sæculi huius dilecto-
ribus, nec mirum, Sapiens enim ait. Quam aspera est nimium *Eccle. 6.*
sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.

B Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabun-
tur proijcere illam. Sed obsecro Domine, cuius spiritus super
mel dulcis, sub cuius lingua mel, & lac, ubi est, quod aiebas. Ve-
nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā
vos. Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suauē
est, & onus meum leue. Quid dulcius hac promissione? Quid
verò durius, & laboriosius, quam sui, & omnium abnegatio? Iu-
gum graue positum fuerat super filios Adam, iugū, quod nec
nos, nec patres nostri portare potuerunt, abstulit iugum hoc
graue Christus, & iugum leue dedit. Quomodo ergo nunc
grauissimam legem fert?

Matt. 11.

Respondetur. Lex hæc Christi grauis non est, nec in illa vl-
Cla est amaritudo, sed in nobis. Sicut enim olim māna habebat
omnis saporis suauitatem in se ipso, infectus verò peccatorum
gustus effecit, ut dicerent. Nauseat anima nostra super cibo isto
leuissimo, eisque erat insuavis, cum suauissimis in se esset, ita
Christi lex dulcissima est, sed purgato palato. Hinc regius Psal. *Num. 21.*
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel oris meo; & *Psal. 118.*
iterum. Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, mul- *Psal. 18.*
tum & dulciora super mel, & fauim. Et cum Paulus exprime- *Tit. 3.*
ret legem istam abrenunciationis omnium, ait. Apparuit
gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes
impietatem, & sæcularia desideria, sobrii, & pie, & iusti euia-
mus in hoc sæculo. En legem abrenunciandi omni sæculari

defiderio. Cum verò eam Christus fert, dicitur apparuisse gratiam ipsius, & beneuolentiam. Benigna ergo, & dulcis lex hæc est. Huic concinit Ioannes, cum ait. Mandata eius grauiam non sunt. Sicut ergo olim manna insuaue fuit peccatoribus eorum vitio, ita nunc malitia iniquorum fingit grauiam esse Dei mandata, ad quos proinde loquitur regius Psaltes. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Quasi dicat, iniusti criminantur Dei legem, vt durissimam, & laboriosam dicentes, non posse, dimouere se à vitijs, & praua consuetudine. Sed certè labor iste fingitur ab eis, nec enim labor in hac re est. Nec eis adhæret sedes iniquitatis, vt dimoueri nequeant, si enim vellent, id facile esset, ipsi vero nolunt.

Sed ais quare in cruce potest esse suauitas. Quomodo potest esse crux nõ cruciatis, sed delectans. Onus nõ grauiam, nec deprimens? Odium sui, & omnium, quod suauis sit? Hic certe latet secretum, hic est sapientia, & scientia sanctorum. Sed vt Psaltes ait. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est, ijs autem, qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus, & Dei sapientia. Et iterum. Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere.

Si ergo tu ex illis es, qui salui fiunt, attende, quod sicut nihil honorabilius est, quam iniuriam pati pro Christo, nihil tritius, quam humiliari pro Christo, ita nihil dulcius quam pro eo pati, & omnia propter ipsum relinquere. Causa enim, pro qua ista toleratur, mutat eorum naturam, & amara ducta reddit, iniuriam vertit in laudem, laborem in requiem. Sic enim tormenta martyrum, quæ malefactorum erant, gloriosissima reddita sunt propter causam. Nouerat hoc ipse, qui relinquens omnia sui causa, promittit in hac vita centuplum cum persecutionibus, persecutio ergo promittitur tanquam præmium, dulcis ergo est.

Huius vero rei duplex est ratio vna ex parte hominis, altera ex parte Dei. Ex parte quidem hominis Deum diligentis efficitur Dei lex suauis, crux dulcis, quia cum naturale sit amori, velle se ostendere, & innotescere amato, ijs gaudet, quibus ille ostenditur. Non autem agnoscitur in bonis ami-

A amicus, vt sapiens ait, sed in aduersis, & in tolerantiâ laborum, & in renuntiatione omnium amati causa, idè in his amor delectatur. In ciuili, humana, ac naturali amicitia hoc sæpe videmus, vt dulce sit amati, pro amato laborare, sic enim paratibus dulces sunt labores, quos filiorum causa tolerant, & amicis suauis, quos amicorum gratia subeunt. Quid ergo mirum, si id ipsum amor Christi faciat? Hinc diuus Bonauentura aiebat. Nolo Domine sine vulnere viuere, quia te video vulneratum. Quod si Deus labores, & crucem ex iustitia nobis non dedisset, eum ex misericordia postulare deberemus, vt dilectionem in Deum ostendere possemus. Sicut enim maxima Dei in nos dilectio tunc ostensa est, cum pro nobis pati voluit, ita hominis dilectio in Deum tunc præcipue declaratur, cum Dei causa patitur, & omnia relinquit. Hinc Chrysostomus ait. Soluit à vinculis Angelus Petrum, mallem ego esse Petrus vincus quam Angelus soluens. Summum enim est pro Christo vincula sustinere. Si enim præcipua Dei dilectio in corde est, delectatur patiens pro Deo, & omnia relinquens, sic enim illa manifesta fit.

Ex parte verò Dei ratio altera est, quod ipse spirituali replet dulcedine eos, qui sui causa omnibus renunciant, & crucem tolerant, & centuplum nunc dat ijs, qui omnia relinquunt. Vis hoc manifesta experientia videre? Relinque consolationes futiles, ac vanas, vt Deo vaces, & intueri cor tuum ac videbis in te illum Psalms. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Potiorem enim, ac ampliozem videbis in te consolationem, & quæ longè eam superat, quam reliquisti. Hac ergo ratione efficitur, vt lex Dei, quæ aspera videtur, dulcis reddatur. Hinc Esaias. Computrescet iugum à facie olei, id est à pinguedine spirituali, & donis cælestibus delincentibus. Idè cum templum materiale dedicatur, cruces in parietibus formatæ oleo deliniuntur, vt noverit templum viuum, crucem non perhorrescere oleo delincentem spiritus. Nouit Dominus, ac potens est, dulcedinem portare, ubi libuerit, posuit verò in cruce, in mortificatione, in vita spirituali, & omnium abrenuntiatione. Qui secretum hoc non nouit, crucem fugit, quam si amplexaretur, Sanct. O 3 plecteretur,

Bonauent.

Chryf. Ho.
de vinculis
Petri.

Psal. 76.

Esa. 10

3. 187

1. Ioa. 5.

Psal. 93.

Psal. 91.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Mar. 10.

Eccl. 10.

pleteretur, dulcedine repletur. Sic olim fugiebat Moyses serpentem, ad quem Dominus. Apprehendit eam, & versa est in virgam. Quid fugis Christiane, quid times a facie crucis. Non est coluber deuorans, sed baculus sustentans. Apprehende eum, & videbis virgam, in qua mirabilia facias. Hac enim virga aperitur mare, educitur aqua de petra, & introitus paratur in terram promissam. Hac cruce patet ianua regni caelestis, hac superantur daemones, hac diuina dona percipies. Quae tanta erit asperitas, quae his utilitatibus non deliniatur. Sicut olim immixta in ollam colocynthidae eam amarum reddiderunt, donec farina ab Eliseo immixta ipsam dulcorauit. Ita immixta Adam in naturae humanae ollam labores, & dolores, qui sunt amarum colocynthidae, non est, qui haec gustet praeter amaritudinem, donec farinula caelestis consolationis immixta a Christo dulcoratur. Post Christum ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quia flagellis pro Christo caesi. Attende cateruas martyrum, ad colocynthidas properantium, ut ad epulas. Noli ergo tu putare, in vita spirituali, in mortificatione, in renunciatione omnium asperitatem esse, ac infauitatem. Est enim dulcedo maxima, delectatio praecipua, quia potens est Deus facere ut suggeras mel de petra, & oleum de saxo durissimo, & in deserto horroris, & vastae solitudinis inuenias manna dulcissimum, & petram fundentem riuos olei, & butyri.

Vidimus legis Christi dulcedinem, nunc legem audiamus. Si quis venit ad me, & non odit patrem &c. Mira profecto verba haec: quomodo enim in lege amoris, & dulcedinis, odium praecipitur? quomodo qui inimicos diligere praecipit, nunc propinquos odio haberi vult? Respondeo naturale esse, ut prolege, & inclinatione vniuersi particularis inclinatio relinquatur. Ideo aqua ascendit, & terra, ne vacuum detur. Ita ergo, ut Deus diligatur, vniuersa, quae impedimento sunt relinquuntur, quoniam haec est lex vniuersalis, & inclinatio prior omnis creaturae. Amor quidem vnit, sed id non efficit, nisi separet, ut non Deo vniat, ab impediens separatur, ideo dicitur, fortis est amor mors dilectio, quia sicut separatur amara mors, ita & amor, separatur tamen, ut coniungat, sicut ignis separatur heterogenea, ut congregat.

Exod. 3.

4. Reg. 4.

Acto. 5.

Cant. 8.

A greget homogena. Cum ergo ait, vniuersa odienda, docet, vniuersa illa amputanda esse, quae nobis impedimento sunt, ne in Deum tendamus. Nec enim pater odio prosequendus est, vel mater in se ipsis, sed relinquendi, si Deo contrarij sint. De quo odio Psaltes ait. Nonne qui oderunt te Domine oderant, & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos. Hinc Gregorius, simul odisse possumus, & diligere, ut cognatione nobis coniunctos ex precepto diuino diligamus. Et quos aduersarios in via Dei patimur odiendo, & fugiendo nescimus. Hoc ergo odium non ex crudelitate, sed ex charitate procedit. Pater ergo, mater, frater, & amicus, in quibus Deo aduersatur, nesciendus est. Et ad eos, qui id praestiterunt, Moyses ait. Qui dixerunt patri suo, & matri suae, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Hinc etiam Paulus ait. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, id est, non sequimur carnalem affectum. Sicut ergo spiritus vehemens, fluuius inundans, ignis maximus vniuersa tollit, ac superat impediens cursum suum, ita diuina dilectio omnia superare debet, & omne remouere prohibens.

Sed difficile nimium illud videtur, quod sequitur. *Adhuc & animam suam.* Quomodo enim propriam animam odisse possumus? Sed non semel hoc Christus docuit, nam etiam apud Ioannem ait. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam, & Esaias ait. Sanctificate eum, qui despicit animam suam. Augustinus in libro quinquaginta homiliarum integram homiliam consumit in horum expositione.

C verborum. Ait ergo. Duplex est amor in animam, alter ordinatus, quo ei volumus gloriam, gratiam, & conuenientia ad hoc media. Alter inordinatus, quo ei volumus delicias, voluptates, diuitias nullo limite praescripto. Sicut ergo duplex est amor, ita duplex est odium, primum, quo animam nostram expoliamus bonis caelestibus, & gratia, & de hoc odio ait Psaltes, qui diligit iniquitatem, odit animam suam, & absolute, ac simpliciter eam odit, cum aeternum ei inferat malum. Secundum odium iustum, ac sanctum est, quo priuamus animam nostram delicijs immoderatis. Qui ergo discipulus Christi esse vult, adhuc & animam suam odio prosequi debet, negans illi concupiscentias eius.

Psal. 138.
Greg. in ho.

Deut. 33.

2. Cor. 5.

Ioa. 12.
Esa. 49.
August. 40.
37.

Psal. 10.

Eccle. 18. eius. Implens illud Ecclesiastici. Fili post concupiscentias tuas A
 ne eas, & à voluntate tua auertere. Si præstas animæ tuæ con-
 cupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Demum
 sic à nobis diligendus Deus est, vt quidquid ei aduersatur, re-
 jiciamus, etiam patrem, & matrem, & vxorem, & substantiam,
Psal. 44. & vitam. Illa odit patrem, cui dicitur. Audi filia, & vide
 & inclina aurem tuam, obliuiscere populum tuum, & do-
 mum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Vxorem
Job. 2. nesciuit Job, cum ad eam dixit. Quasi vna de stultis mulieri-
 bus locuta es, animam suam odiuit martyr, qui vitā fudit Chri-
 sti causa. Mundum vniuersum, reges, imperatores, & vitam
 odinit Basilius, dum religionis, & fidei caula eis restitit nihil ve-
 ritus eorum potentiam, & vitam propriam contemnēs eam ex-
 posuit periculo, dilectio enim Dei super omnia debet esse.

Ea, quæ hucusque dicta sunt, præcepti sunt, consilij verò
 est vniuersa relinquere, vt Deo liberius homo vacare possit, &
 perfectionem consequi, vt hi faciunt, qui religiosam vitam sus-
 cipiant. Exemplum secuti Apostolorum dicentium. Ecce nos
 reliquimus omnia, & secuti sumus te. Fuit olim in lege veteri
 holocaustum, & oblatio, quod holocaustum erat, Deo soli of-
 ferebatur, totum enim ignis Dei absuēbat. Quod verò obla-
 tione offerebatur, non sic, sed Deo pars dabatur, pars verò sa-
Mat. 19. cerdoti, & pars offerenti seruabatur. Oblationem Deo offert,
Leu. 1. & 2. qui vxorem ducit, licet enim Deum super omnia diligat, tamē
 cordis partem vxori, & filijs tribuit, vir enim diuisus est, vt Pau-
 lus ait. Oblationem Deo sacerdos offert, qui licet elemosynas
 præstet, sed potiorem substantiæ partem sibi sumit. At qui reli-
 gioni se addicit, holocaustū offert, quia Deo se totum tribuit,
 & vniuersa pro eo relinquit. Hoc verò Deo gratissimum est,
Psal. 65. & ideo regius Psaltes ait, holocausta medulata offeram tibi, me-
 dulata vero offert, qui non corpore solum mundum deserit,
 sed & corde.

Adde verò Christus Dominus. *Qui non baiulat crucem suā,
 & venit post me, non potest meus esse discipulus,* Christus crucem
 suam baiulauit, quam nullus alius baiulare potest, cuique verò
 propria crux à Deo data est, quam portare tenetur. Hæc verò
 crux plura ligna continet, vnum est poenitentię debite labores
 susti-

A sustinere. Aliud est, labores à Deo in missos patienter tolerare
 iniurias pati. Aliud est, carnem mortificare, & denique vniuersa
 aspera, quæ in Dei via occurrunt, subire, ea enim omnia crucis
 nomine significantur. Hoc præstabat Paulus, cum diceret. **2. Cor. 4.**
 Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circū-
Gala. 5. ferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris, &
 iterum. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vi-
 tijs, & concupiscentijs suis. Vt vero crucem baiulemus liben-
 ter, præcedit nos Christus Dominus, qui exiuit, baiulans sibi
 crucem, & ideo nunc ait, *& venit post me.* Abimelech, ascen-
Ind. 9. dit in montem Selmon cum omni populo suo, & arrepta secu-
B ri præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dux-
 it ad socios, quod me vidistis facere, cito facite, igitur certatim
 ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Quid
 ergo mirum, si Christus rex idem præcipiat. Ipse exiuit in mon-
 tem crucem suam portans, nos ergo cruces tollamus nostras.
 Si enim in bello rex onera magna super humeros portaret, vt
 expugnaret ciuitatē, quis militum sine onere vellet ire? An nō
 illa impudentia esset? Si oportuit Christum pati, & sic intrare
 in gloriā suā, quomodo intrabis in alienam, si pati nolueris?

Sed attende, aliud esse, crucem baiulare, & aliud, in ea cruci
 figi. Crucem enim baiulare, est, dolores subire poenitentię, &
 labores, quos Deus dederit. At crucifigi, est nos sic coarctare
 vt sicut confixus cruci nōn habet potestatem se mouendi, quo
C vult, sed ligatus tenetur, ita qui cruci Christi affixus est, nōn
 mouetur secundum voluntatem, aut appetitum suum, sed se-
 cundum diuinum beneplacitum. Qui ergo decreuit, in nulla
 re, vel etiam minima, appetitum suum sequi, sed Deo in omni-
 bus placere, ille cum Christo crucifixus est. Sic erat Paulus di-
 cens, Christo confixus sum cruci. Et huc pertinere videtur il-
 lud Esaiæ, qui de iusto loquens ait. Confortauit faber ærarius
 percutiēs malleo eū, qui cudebat tūc temporis, dicens glutinosū
 bonū est. Et confortauit eū in clauis, vt nōn moueatur. In quē
 locū Hieronymus ait, verba ista nonnulli Hæbreorū de Abra-
 ham dicta putant, qui vocatus est ab oriente iustus, cui tradit
 Deus quinque reges, cui occurrit Sem filius Noe, qui vique
 ad illa tempora vixerat, quæ dicunt fuisse Melchisedech, qui venit
 obuiam

obuiã Abraham, de pralio reuerteti, & eũ benedixit, & Deibene dictionibus corroborauit, & ipse fuit faber grarius, qui Abrahamum conflauit, & malleo suã artis ad meliora perduxit, eiq; dixerit, bonum est, vt timore Domini glutineris, & iungaris ei, & confortauit eum, siue solidauit in clauis præceptorũ Domini, vt non moueretur, sed in timore illius permaneret. Hec Hieronymus. Quod vero in iusto Abraham factum per Melchisedech tradũt Hebræi, hoc quotidie perfecti viri præstant, dum clauis cruci Christi affiguntur, vt ab ea non dimoueãtur. Vt à voluntate Domini nunquam discedant. Et hanc crucifixionem Iob optabat, cum diceret. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Mortem verò suspendio coniungit, quia tunc quicquid roboris est in homine ad peccatũ, moritur, Ideo Petrus ait, Christo igitur passo in carne, & vos eadẽ cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iã nõ hominũ desiderijs, sed volũtati Dei, quod reliquũ est in carne, viuet tẽporis. Attende verba illa, qui passus est in carne, desijt à peccatis. Id est, qui crucifixus carnẽ suã, nõ peccat nec desiderijs hominũ ducitur, sed Dei volũtate. En hominẽ crucifixũ, & mortuũ peccato, moritur enim tũc homo vetus, & viuít, non iã homo, sed in homine Chr̃s, & his qui hoc præstiti terunt dicitur. Mortui enim estis, sed vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

Traditã doctrinã duobus exẽplis Chr̃st̃ Dñs explicat, dicẽs *Quis ex vobis volẽs turrẽm edificare &c. aut quis rex iturus &c.* Hẽ verò similitudines primo omni fideli applicari possunt. Secũdo verò ijs dũtaxat, qui perfectionẽ profiteri volũt. Vtrũq; verò nobis explicandum est. Et pro expositione notãdũ. Vitã spiritualeẽ edificiuũ quoddam esse tarris altissimã, illiẽ quo dicitur ad Dauid. Quod cogitasti in corde tuo, & edificare domũ nomini meo bene fecisti, hoc ipsum mẽte tractã. Hoc verò edificiuũ ex virtutibus cõsurgit. Perfecto verò edificio, Deus in homine habitat. Vnde dicit. 3. Re. 9. Cũ perfecisset Salomõ edificiuũ domus Dñi, apparuit ei Dñs, & maiestas etiã Dei in tẽplum, cum perfectũ esset, intrauit. Qui verò perfectionis viã aggreditur, nõ domũ quã libet Deo edificare conatur, sed amplissimã domũ, persimilẽque tẽplo Salomonis, quod omnibus numeris

fuit

A fuit absolutum. Felix profectò homo, qui sic mentis domum Deo præparauit, vt Deum hospitio digno exceperit, Deum enim secum habet, quo habito felix, & beatus est. Felicissimus etiam ille est, qui perfectioni studens per amplam Deo domum extruxit, qui Deo, & eius muneribus perfectius fruatur. Deinde attendendum est, vitam spiritualeẽ bellum esse perpetuum cum dãmone, mundo, ac carne, quibus in baptismo homo abrenunciauit, & quibus bellum indixit. ¶ Nũc ergo ait Chr̃s Dñs. Qui vult turrẽm edificare, prius cogitat sumptus necessarios, ne ei insultet, & dicat, cõpẽt ædificari, & nõ potuit cõsummare. Sicut verò ad ædificandã materialẽ turrẽ, necesse est, pecunias cõgregare, ita ad ædificandã mihi in mẽte domũ regiã, necesse est omnib; abrenũciare mei causa. Diuersi profectò sumptus, quia diuersa sũt edificia, qui in mũdo edificare vult domũ, diuitias aggregat, qui verò Deo in mẽte habitaculũ parat, dispertit, dedit pauperibus. Sicut ergo ille attẽdit, an pecuniã tantã cõgregauerit, quẽ satis sit edificandẽ turrẽ, ita hic attẽdat, an omnibus renũciauerit propter Deũ, vtrũ ita Deũ diligat, vt paratũ sit, pro eo cõtẽnere vniuersa, quã mũdi sunt, etiã vitã, & honorẽ. Si enim eo animo generoso nõ sit, licet multa bona faciat, salutẽ æternã nõ cõsequetur, nec domũ perficiet, quã in cepit. Attẽdendũ ergo fideli est attentẽ, verũ Deũ ex toto corde, & super omnia diligat, & an aliquid lateat in corde, quod Deo præponat. Si enim omnibus propter Deũ non renunciat, nihil proficiet, licet edificiuũ cõpẽrit. Sed ais, magnũ hoc est, quod à me exigis: nihil certẽ magnũ est, si attẽdas, cui domũ edifices. Audi Salomonẽ dicentẽ, domus, quã edificare cupio, magna est, magnus enim Dñs Deus nõster, super omnes Deos. Audi Dauid dicentẽ, opus grande est, nec enim homini præparatur habitatio, sed Deo. Similem debes domum conficere Ierusalem cœlesti, descendentĩ de cœlo. Attende ergo, an habeas spirituales diuitias domul tantẽ, sicut illi, de quibus Sapiens ait. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentẽs, & pacificantes in domibus suis. Si enim pauper es, domunculã nihil facies, & insultabitur tibi, ac dicetur illud Neemiã, si ascenderit vulpes, trãsiliẽt murum eorum lapideum. Multi ergo nunc fideles sunt, qui Dei causa aliqua

Psal. III.

2. Para. 2.

1. Para. 20.

Eccl. 4.

Neemiã. 4.

aliqua bona opera exteriora, faciliusque prestant, in quibus sibi placet, putantes se Deo gratos esse, cum tamen non sint, quia integrum cor Deo non dederunt. Hinc Sapiens. Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Dominus. Sed ais, hi sumptus tanti mihi non sunt, quid ergo faciam? Quære hos sumptus, pete à Deo, considera, Deum omnibus præponendum, nihilque esse, quod cum eo conferri villo modo possit, quia omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari, vt Sapiens ait. Et cor tuum inclina, vt Deum primo in loco habeat, & omnia paratum sit pro eo contènerè.

Prouer. 3.

Eodè verò tendit secunda belli similitudo, qui enim cum dæmone, mundo, & carne certaturus est, attendere debet, an possit illis occurrere cum decem millibus, cum impletione, scilicet, decem mandatorum, quia hostes nostri cum viginti millibus veniunt contra nos. Sed quid sibi vult, quia hostes nostri duplicatos milites in nos pugnant adducunt? Certè, quoniam virtuti duo vitia sunt opposita, quibus nos dem non impugnat. Sed nihilominus, qui miles Christi est, audiatur illud Elisei, plures sunt nobiscum, quàm cum illis. Licet enim naturalibus viribus nos longe superet dæmon, mundus, & caro, sed gratia Dei armati superiores illis sumus.

4. Reg. 6.

Iam ad eos descendamus qui perfectionis viam aggrediuntur, quorum dux Magnus Basilius fuit, qui duriores monachorum viuendi modum ad regulam reduxit pater religiosorum omnium effectus, & perfectionis antesignanus. Qui ergo religionem ingredi vult, qui etiam sacerdotium conscendere, qui virginitatis statum consequi, attendat, velle se turrim ædificare, domum regiam extruere. Vxoratus domum extruit, sed non ad eam amplam, vt turris dicatur, aut regia, at virgo, & religiosus turrim ædificat amplissimam. Attendat ergo, vtrum sumptus necessarios illi statui habeat, ne mittens manum ad aratrum, postea respiciat retro, & non sit aptus regno Dei, ne cum cæperit ædificare, non possit consummare. Sed qui sumptus necessarii sunt? Augustinus ad Latam, & Diuus Thomas aiunt. Sicut quisque fidelium in præparatione animi debet relinquere omnia propter Deum, quia paratus esse debet, vt vniuersa relinquat, cum oportuerit. Ita qui perfectionis

Luca. 9.

Aug.

D. Th. 2. 2.

art. vlt.

viam

A viam aggreditur, actu omnia relinquere debet. Et hæc abrenunciatio vniuersorum sumptus sunt, quibus perfectionis status construitur. Is ergo, qui religionem ingredi vult, attendat prius an ex corde renunciet omnibus, quæ mundi sunt, & an cum Paulo dicere possit, quæ mihi fuerunt iucra, arbitratus sum vt sterco, vt Christum lucrifacerem. Si enim ex corde omnibus renunciat, sumptus habet, ad perficiendam domum. Si vero seclus, sumptus non habet, eum statum non accipiat. Eodem tendit similitudo belli, qua Christus Dominus ait, attendere regem, vtrum possit occurrere cum decem millibus venienti ad se cum viginti millibus, alioquin rogat ea, quæ pacis sunt. Pro cuius expositione notandum est, hoc distare inter religiosam, & secularem fidem, quod religiosus pugnat in acerrimam cum dæmone, mundo, & carne, pactum nullum cum eis constituit, non rogat, quæ pacis sunt, sed potius in bellum descendit, nihil enim eis permittit, sed in omnibus resistit. At qui in seculo manet, rogat, quæ pacis sunt, & aliqua tributa cõcedit mundo, & carni, permittit enim carni, vt vxore fruatur, mudo & eius vanitati, in aliquibus inferuit. Nunc ergo Christus ait, attendere oportet eum, qui se perfectè sequi vult, an tantum habeat virum, eo forti animo sit præditus, vt bellum in dicere possit mundo, & carni, nec cum eis pacisci opus ei sit, si enim vires ei suppetunt, si eo generoso animo præditus sit per gratiam, vt bellum inire possit, ineat, & feliciter vincat. Si vero debilem se, ac infirmum agnoscat, melius ei erit, rogare, quæ pacis sunt, & aliqua tributa mundo, & carni dare, vt regnum gratiæ omnino non amittat, quod amitteret, si religionem ingressus fidem, ac votum irritum faceret. Sed ais, cæpi ædificare non consideratis sumptibus, & non consummaui. Bellum ingressus sum, & superatus sum. Quodnam mihi est remedium? est certe, poteris enim nunc sumptus acquirere, quos initio non habuisti, poteris à Deo oratione, & humilitate gratiam obtinere, qua ædificium consummare, & cum hostibus contendere possis.

Philipp. 3.

Ex his parabolis demum colligendum est, omnem fidem, præcipue tamen, eum, qui perfectionis viam aggressus est, spectaculum factum esse mudo, Angelis, & hominibus, vt Paulus

1. Cor. 4.

ait,

ait, & tūm dæmones, tūm Angelos, & homines in eum intendere, vt videant, si ædificium cæptum consummet. Quod si videant, non consummari, irident eū, & exhibant. Hinc Psaltes ait, Deus meus in te confido, non erubescam, neque irideant me inimici mei, etenim omnes, qui te expectant, non confundentur. Hinc Ieremias. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabatha eius. Hinc Sapiens. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius, quoties, & quanti iridebunt eum? Non irrilus Magnus Basilius est, sed admirationi habitus, nos ergo eum imitari conemur, omnibus abrenunciantes, vt Deo vacare, eo que frui possimus, &c.

Psal. 24.

Thren. 1.
Eccles. 20.

In Natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ

Quis putas puer iste erit? &c. Luca. 1.

Ambr.



LVSTVM est, ait Ambrosius, vt vocibus extollamus omnes hanc vocem, Baptistam, scilicet, nam hac voce nata muto patri vox restituitur, vt eam laudet, nullus ergo mutus esse debet in laudibus Ioānis. Sed quam ei laudem tribuemus? Sit illa prior, quam magnificat Bernardus quod nascens Mariæ manibus exceptus est, quæ vt tanti viri natiuitati interesset, mansit in domo Zachariæ mensibus tribus, adfuit ergo & prior nascentem Ioānem manibus excepit, & blanditijs deliniuit. Quod si ingrediens aulam regiam, videres reginam mundi tenentem puerum manibus, eique mirè blandientem, merito diceres, quis putas puer iste erit, quem sic regina magnificat? merito ingrediens Zachariæ domum, videnisque mundi Augustam, angelorum-

Bernard.

Simile.

Arumque reginam manibus Ioānem tenentem, eique blandientem, dicet, quis putas puer iste erit? Mater gratiæ quem in manibus teneat, nisi filium gratiæ? Et ita res habet, Ioannes enim sonat, in quo est gratia, vel gratia. De gratia verò quis loquatur sine gratia? accedamus ad gratiæ matrem, & ad eam, quæ audiuit, Aue gratia plena.

Res est consideratione digna, quod homo in montanis natus, enutritus inter feras in deserto, adeo pauper vestitu, & cibo, vt nec manducet, nec bibat, sed nec vestiatur, adhuc tantæ sit maiestatis, vt eum inspiciat vniuersum cælum, & terra, & de eo tractent, & non vulgaribus verbis, sed miris, ac excellentibus. Et primum beatissima trinitas de eo sermonem habet. Pater æternus cum filio loquens Malach. 3. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Filius vero Matth. 11. concionem longissimam habet ad populum de laudibus eius, quod de nullo hominum factū reperies, sed quos laudauit Christus vno verbo, aut altero laudauit, Spiritus sanctus, qui loquutus est per Prophetas, sæpe de hoc homine loquutus est: Esai. 40. Vox clamantis in deserto. Quem locum de se Ioannes ipse explicuit. Et Psalm. Vox Domini super aquas, vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Quem locum Basilius, & plurimi sancti de Ioanne intelligunt. Nullum verò singularem hominem prophetæ annunciant venturum nisi Ioannem. Verè homo hic summæ est magnitudinis, de quo vniuersa trinitas tā excelsè loquitur. Post beatissimam trinitatem spiritus cælestes de hoc homine plura dicunt, plura nuntiant, eorum primus Gabriel, qui Christi dixit conceptionem, huius annunciat conceptum, natiuitatē, vitam, & cibos, à quibus se debet abstinere, & nomen, quo compellendus erat, & hæc de cælestibus. Sed de ijs, qui terrā incolūt, quid dicemus? Omnes hūc hominē curāt, & reuerētur. Audiēs Maria illum conceptum, cum festinatione venit, vt eū visiter, Christus ad eum diuertit, vt illum sanctificet. Qui montana incolunt, eum mirantur, & dicūt. Quis putas puer iste erit? Omnes Hierosolymitæ veniunt ad eum in desertum, vt eum audiant, & ab eo baptizentur. Principes legationem ad eū mittūt, vt eū in Massā recipiāt. Deniq; omnes Christiani, omnes Iudei,

Malach. 3.

Mat. 11.

Esai. 40.

Psalm. 28.

Basilius.

Luc. 1.

Luca. 1.

Luca. 3.

Ioa. 1.

om

omnes Mauri eum reuerentur, & hodie festum diem agunt, & A
ideo hodierna dies extensione omnium est latissima earum,
quæ in mundo sunt, nam fideles, & infideles eam colunt. Si
ergo vniuersum cælum, & terra hunc hominem conspicit, ve-
neratur, ac celebrat, merito dubitari à nobis poterit *quis putas
puer iste erit?*

Nec vero solum in natiuitate omnibus est admirationi, sed
etiam in vita, qui enim nunc dicunt, quis putas puer iste erit?
Exodi. 16. postea dicunt, tu quis es? Exodi. 16. in deserto pluit Deus Is-
raeli suauissimum cibum, quem videntes Israelitæ dicunt. Man
hu; id est, quid est hoc? Sic in eo Iordanis deserto, in quo Ioã
nes natus, & educatus est, tâta descendit in Ioãnem gratiæ dul-
cedo, vt omnes dicant, quis hic erit? tu quis es? Quid ergo Ioã
nes est, nisi mundi admiratio, quid est hoc? prodigium sanctita-
tis, & si altius esset aliud nomen, quam sanctus, hoc ei meritò B
erat tribuendum.

Huic ergo dubio, & quæstioni, tu quis es? & quis putas
puer iste erit? Respondeat Angelus, respondeat Euangelista
Ioannes, respondeat tandem Christus Dominus, qui, vt par
est, de Ioanne loquitur, eiusque laus suprema est omnem per-
ficiens laudem,

Primò ergo Angelus respondeat, qui vt similis similem
agnosceret, Ioannes verò Angelus est puritate. De quo
Malac. 3. Malachias: 3. Ecce mitto Angelum meum. In carne enim
Angelicam duxit vitam, purissimam in castitate, abstin-
tissimam in cibo, vt de eo Christus dicat, venit Ioannes
neque manducans, neque bibens, quasi esset Angelus.
Cui addit Bernardus, planè neque vestiens: Sicut enim C
cibus eius cibus non erat, sic vestis, vestis non erat. Et
adeo purus in vita, vt de eo dicat Ecclesia. Ne leui saltem
maculare vitam fame posset, & nesciens labem niuei
pudoris. Simillimus ergo Angelo, sic ab eo prædicatur
Luca. 1. Omnia mire Bernardus ponderat. Apparet Gabriel,
idem qui Christum annunciauit, vt Ioannem annunciet, ap-
paret in templo, in sancta sanctorum, loco omnium summo,
hora incensi, quæ erat sanctissima, miram hæc omnia redolent
sanctitatem. Quod si Christus, non tam sancto loco annun-
ciatus

Malac. 3.

Mat. 11.

Bernar.

Luca. 1.

Bernar.

A ciatus videatur, in sanctiori tamen annuncius fuit, dignior
enim locus est continens Mariam, quam sancta sanctorum.
Sed adhuc circumstantiæ illæ ostendunt miram Ioannis sancti
tatem, & magnitudinem. Apparet vero Angelus ad dexteram
altaris, non enim infaustum nuntium portat sed felicissimum,
& filium dexteræ annunciat. Exaudita, ait, est deprecatio
tua, & vxor tua pariet tibi filium; & vocabis nomen eius
Ioannem quod sonat gratia. Noluit Deus, Ioannem quid-
piam habere de terra, & ipsum quoque nomen de cælo ei
affertur, & cum nomen debeat consonari rei, cælestem ho-
minem cæleste nomen decet. Sed mirum nomen est gra-
tia, quomodo enim homo, qui pura creatura est, gra-
tia nuncupari potest? an non satis ei esset si gratiosus dicere-
B tur, & non gratia? Certe sicut ignitum ferrum ignis dicitur,
licet ferrum sit, quia ita ab igne possidetur, vt natura
ferri abscondita sit, & sola ignis natura appareat, sic Ioannes
gratia dicitur, quia licet natura homo sit, tamen ita ei
gratia dominatur, vt aliud quam gratia in eo non appa-
reat. Alij sancti licet perfectissimi, aliquod naturæ sig-
num dederunt, aliquid ostenderunt fragile, aliquan-
do naturam leuabant, dicentes, arcum non posse esse
semper distentum, & ipsi etiam Apostoli homines appa-
rent, vel in eo quod dicunt, habentes alimenta, & qui-
bus tegamur, ijs contenti sumus, aliquas eorum nouimus
imperfectiones & lapsus. At in Ioanne nihil reperies
humanum, non cibum, non potum, non vestem, non
Clapsum, non humanum affectum, non indulgentiam, sit
ergo nomen ei gratia.

Sed est adhuc aliud huius nominis mysterium nobis expo-
nendum, dicitur gratia, quia est Christi præco, signum gra-
tiæ venientis, initio legis gratiæ, quia lex & prophetæ vsque
ad Ioannem. A diebus autem Ioannis Baptistæ regnum cæ-
lorum vim patitur. Si Christum inspicias, & omnia, quæ
eius sunt, omnia gratiam compellabis. Primum eius aduen-
tus pura gratia fuit, absque vilo merito, quia fuit ille ini-
tium omnis meriti, & tanta gratia fuit vnio illa hypostati-
ca, vt nullo modo potuerit cadere sub merito. Venit etiam

Simile.

Nazian. in
oration. cum
reuerteretur
ex agro.
1. Tim. 6.

Matt. 11.

Sanct.

P

plenus

Ephē. 2. plenus gratia, vt nobis gratiam conferret in iustis, quod si gratiam dare ante peccatum, gratia fuit, an non gratiæ multiplex erit, gratiam dare inimico? *Ephē. 2.* Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum peccatores essemus, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. Venit ergo Christus plenus gratia, vt daret nobis gratiam pro gratia. Fuerat vero tempus hoc gratiæ adeo mundo desideratum, tantis petitis clamoribus ac suspirijs, vt cælum ab eis fuerit penetratum, & aer incensus gemitibus. Hinc *Esaï. 62.* Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius. Videns ergo Zacharias Ioannem, qui erat initium huius temporis, & legis gratiæ, nuntius Christi, vocem extollit, & vt vulgo dicitur, appellida, gratia, gratia, hoc est nomen eius. Quemadmodum qui longissimam fecere nauigationem, summeq; desiderant in terram venire, cū ex fumo naus arbore vident, vel montium cacumina, vel arbores, clamant, terra, terra, vel infirmus diem spectans post longam noctem, videns luciferum, vel splendorem, clamat dies, dies, sic nunc videntes Ioannem signum certum gratiæ clamant, gratia, gratia, hoc ei sit nomen, quoniam ad eum ait pater, præibis ante faciem Domini, parare vias eius. Hoc vero ad litteram loquitur *Esaïas. 40.* Consolamini, consolamini popule meus, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Sed ò Propheta, quomodo hæc nosti aduenisse tempora? addit continuo signum certum huius, vox clamantis in deserto, &c. Cum hanc vocem mundus audierit, certo sciat aduenisse gratiam, Messiam præsentem esse; sit ergo ei nomen Ioannes, quod gratiam sonat.

Luc. 1.
Esaï. 40.

Sed alia addit Angelus. Sicut enim Astrologi solent iudicia in principum natali inquirere, ea petentes incerta ab stellis, ita Gabriel à cælo diuinitatis didicit, quæ nunc de Baptista loquatur, ait ergo, erit magnus coram Domino. Nomen hoc (magnus) ab antiquis tributum est aliquibus propter egregia facinora. Sic dictus est Alexander Magnus, Constantinus, & Pompeius Magnus. Hoc verò nomen tribuitur

Bap-

A Baptistæ, sed diuersa ratione, tunc quia iudicio cæli, non terræ magnus est appellatus, tum quia coram Domino magnus esse perhibetur, tum etiam tertio, quia non solum magnus, vt alij, dicitur, sed magnus antonomasticè, & per excellentiam super omnes magnos hic magnus dicitur.

Multi enim magni dicuntur in regno cælorum, sed inter hos excellit Baptista, tanquam omnium maximus, Augustinus sermo. de Ioanne Baptista. Præcellit cæteros, eminet vniuersis, antecedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne.

Et Beatus Ioannes Damascenus in sermone. de veneratione sanctorum, ordinem, quo sancti à nobis venerandi sunt, collocans ait. Primò colendum Deum, deinde Beatam Mariam. Tertio loco Ioannem Baptistam, deinde Apostolos.

B Cuius rei duplex est figura. Sicut enim Christus, & Maria præfigurati sunt, ita & Ioannes. Prima est *Genes. 24.* vbi procurator domus Abrahæ Eliezer, primus seruorum Abrahæ, ab eo vocatur, vt sponsam quærat Isaac, quam ad aquas inueniens, monilibus ornat. In hoc opus Ioannes venit primus seruorum Christi, vt pararet Domino plebem perfectam, & sponsam ornaret sponso tanto. Hic est amicus sponsi, non solum seruus, & præcipuus seruorum Dei, ornatque plebem baptismi suo in aquis Iordanis, sicut ergo Eliezer primus inter Abrahæ seruos, ita Ioannes inter Christi ministros. Secunda vero figura eiusdem est *Hester. 6.* Interrogat Assuerus, quid fiet viro, quem rex honorare desiderat? Et respondet Aman. Homo, quem rex honorare desiderat, debet indui vestibus regijs, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum. Et addit, primus de regijs principibus, & tyrannis teneat equum eius, & per plateas ciuitatis incedens clamet, & dicat, sic honorabitur, quem rex voluerit honorare. Homo à patre honorandus Christus Dominus est, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Sed qui eum præcurrens clamat, Ioannes est. Hic vero esse debet præcipuus sanctorum omnium, vt sit primus de regijs principibus, & tyrannis. Adijcit amplius Angelus, & replebitur Spiritu sancto, adhuc

Hester. 6.

Ioan. 5.

Bernard.
Aktor.

ex vtero matris suæ, Bernard. quod Apostolis concessum est Christo assumpto, cum Actor. 2. repleti sunt omnes Spiritu sancto, hoc Ioanni in vtero concessum est. Prius renatus est, quam natus, prius in cælo pedem fixit, quam in terra. Tantaque gratiæ abundantia ibi ei concessa est, tantus charitatis ardor, vt fructum temporaneum redderet continuò, non ferotinum, vt nos dare solemus. Sicut enim calor abundantia efficit, vt hæc terra citius fructû producat, quam illa, sic abundantia gratiæ naturam perficientis, & eius defectus suppletis, effecit, vt liberi arbitrij vsum receperit in vtero matris, & Christum agnouerit, & adorauerit præsentem in eoque exultauerit. Et sic continuo natum filium Zacharias alloquitur, cum ad eum inquit, & tu puer Propheta altissimi vocaberis, &c. Nec mirum ait Ambros. qui enim in vtero positus audiuit, & intellexit salutationem Mariæ, natus audit etiam vocem patris ad eum loquentis. Satis hæc dicta sint de Angelico testimonio. Iam ad Ioannis de Icanne testimonium veniamus.

Ambr.

Ioan. 1.

Ioannes. capitul. 1. cum verbi diuinitatem explicuisset, & fixis oculis fuisset contemplatus Deum, continuo Ioannem ibi proximè situm videt. Et cum oculi deberent caligare tanta visa luce, vt aliam videre non possent rem, nisi maximam, Ioannem videt. Et cum aquila illa grandis volasset super Cherubim, & super pennas ventorum vsque ad Dei verbum, descendens in terram in supremo montium cacumine quiescit in Ioanne. De quo mira ille perhibuit dicens. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Missus, inquit, à Deo, quia sicut duodecim fuerunt Apostoli Christi, & agni, & Spiritus sancti fuere Apostoli Paulus, & Barnabas, ita æterni patris Apostolus Ioannes est, qui ideo dicitur missus à Deo, nam Apostolus missus interpretatur. Sicut etiam missus à patre in testimonium dicitur Christus Dominus, & ego in hoc missus sum, & ad hoc veni in mundû, vt testimonium perhibeâ veritati. Nec missas solum, vt alij Apostoli, sed ita missus, vt ad hoc solum opus conditus fuerit à conceptione, & hoc opus exercuerit in matris vtero, illuminans matrem, modium, sub quo tunc latebat, & patrem continuo natus. Vnde Ioanes dici potest.

Ioan. 18.

A test natus' Apostolus, & vniuersalis mundi Apostolus, non vni prouinciæ destinatus sed vniuerso mundo, vt omnes, inquit, crederent per illum. Et missus, & promissus multo ante, sicut Christus Dominus. Hæc missio nulli alij fuit concessa, tot circumstantijs honorificata, nisi Ioanni.

Sed ad quid missus? vt testimonium perhiberet de lumine, Sed quis de luce testimonium perhibere potest, cum lux ipsa de se, & alijs testimonium perhibeat? quia omne, quod manifestatur lumen est. Respondetur, lux quidem in tenebris lucet, sed tenebræ tam non comprehenderunt, ideo ad lucem inaccessibilem oportuit mūdū duci per lucem mediam, & tēperatam, vt sic tenebræ venire possent ad lucem veram. Sicut qui è profundissimis tenebris prodiret, vt videret lucem solis, id non valeret, nisi prius assuefieret lucernæ lumini, ideo hic erat lucerna ardens, & lucens, cui assuefacti mortalium oculi solem videre potuerunt.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Ecclesi. 20.

Ioan. 1.

Simile.

Simile.

Erat Deus in mundo cum hominibus conuersatus per triginta annos, erat in mundo mysterium tantum, misericordiæ pondus immensum nec agnoscebatur, vt illud clamet, & demonstret, Ioannes venit, vt mundo ostendat Redemptorem, vt inter ipsum Redemptorem, & mūdum ipse mediaret. Vide, quantum debeat mūdus Ioāni, nihil enim venisse profuisset si agnitus non esset, sapientia inuisa, & thesaurus absconditus, quæ utilitas in vtrisque? Missus ergo Christus est vt redimat, Ioannes vt ostendat redemptionem, vt ea vtamur, Christus in redemptionem, Ioannes in fidem. Sicut ait Ioannes Euangelista, vt omnes crederent per illum. Proximus Christo Ioannes ad officium redemptionis. Vniuersus ergo mundus fidem Baptistæ debet, debet & animæ salutem, gratiam & bona omnia, magnum planè debitum. Habes in agro tuo absconditum thesaurum quē tamen ignoras, si aliquis tibi illum ostēdit, ei te debere thesaurum profiteris, & meritò. Erat quidem Christus in mūdno thesaurus ille absconditus, quem qui inuenit, vendit omnia vt illum possideat: dedit quidem nobis illum pater sed etiam Ioānes dedit nobis illum, dat, dum ostendit thesaurum absconditum, quem nullus inueniret si ille non ostendisset. Et quemadmodum si nunc vniuersus mundus peste laboraret

Sanct.



cui aliud non esset remedium præter herbam, quam ego solus noui, si ego hanc ostenderem herbam, qua omnes salutem consequerentur, mihi diceret mundus, tibi debeo vitam meam, quia licet herba eam contulerit, ego tamen eam, & eius vim ostendi. Laborabat mundus peccati peste, cui solus Christus occurrere potest, hunc ostendit Ioannes. Ideo ad eum pater ait, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Hanc verò medicinam digito ostendit dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Merito mundus vniuersus ei congratulatur, & ei festum diem cum lætitia agit, quia homo omnibus utilis, ac necessarius nascitur. Natus est tibi, filius gaudet domus tua, nascitur duci, lætantur eius domestici, & subditi, nascitur regi, lætatur vniuersum regnum, & quò natus maior est, & pluribus proficiuus, eo gaudium ad plures extenditur. Vide qualis, quantusque Ioannes sit, quem cum gaudio excepit vniuersus mundus, etiam pagani. Vt impleatur illud Angeli dictum, in Natiuitate eius multi gaudebunt.

Sed quando, vel quomodo dedit hoc illustre Christi testimonium? Erat Ioannes baptizans in Iordane, accedebant ad eum plurimi, vt baptizarentur, accedit Christus Dominus, vt se humiliet coram Ioanne, & eum quasi magistrum veneretur, & quasi patrem spiritualement ab eo baptismum suscipiendo, maxima planè, & inaudita dignitas creaturæ. Dubitat & merito Augustinus. Quis hic homo tantus est, quem sic magnificat Deus, vt velit pater Christo docente, & prædicante, ipsum docere, & prædicare, quasi in Christi æmulationem, & discipulos habere sicut Christus. Hic prædicat Christus, ibi Ioannes. Hic docet, & baptizat Christus, ibi Ioannes. Ait enim Ioannes cap. 3. Venit Iesus, & discipuli eius in Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon, nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Ecce cum Christus baptizat, Ioannes baptizat, cum Christus discipulos, scholam habet Ioannes similiter. Mira omnino res. Si enim

Luc. I.
Ioan. I.

Luc. I.

Aug.

A enim nunc in hanc ciuitatem veniret Paulus Apostolus, vt prædicatoris munere fungeretur, quis tunc eodem die, ac hora prædicaret? An non stupendum, Deum in mundum descendisse, vt doceret eum, & eodem tempore alium è regione esse à Deo constitutum doctorem? Sed vt hoc tibi facile fiat, audi maius quod mireris, Deus ipse venit, vt Ioannem audiat, quasi præceptorem, vt ab eo baptizetur, quasi à patre, an non hoc mirum? Verè magnus coram Domino Ioannes, cui se Christus humiliat, & quasi subdit, ò vere Deus magne sic magnificans, & exaltans tuos, vt incredibili fungantur celsitudine, cum quo Seraphinorum simile quid vnquam Christus fecit? Tunc ergo voluit pater filium suum humiliatum exaltare, eum manifestare mundo, & de eo testimonium perhibere. De B siderabat mundus nosse, quis esset Messias, Ioannes enim dixerat, se non esse, sed alium, qui eorum erat medius. Cum ergo vellet pater filium suum mundo manifestum facere, voce de cælo de eo testimonium perhibuit, dicens, hic est filius meus dilectus, Spiritus etiam sanctus de eo testimonium perhibuit, descendens in columbæ specie, & manens super eum.

Sed cum vellet pater, vt tres de Christo darent testimonium in terra, sicut in cælo, nec filius tunc de se testimonium daret, adiungit Ioannem, qui de Christo testimonium perhibeat vice filij, simul cum patre, & Spiritu sancto, & Christo tribuat authoritatem, & honorem, & quasi esset persona diuina suffragium suum cum personarum diuinarum suffragio iungit, dicens. Hic est, de quo dicebam vobis, hic est filius Dei. Tam verò fuit hoc testimonium efficax, vt continuo plures Christum sequerentur, quam Ioannem. Quod eius discipuli indigne ferentes, dixerunt, magister, cui tu testimonium perhibuisti, nunc baptizat, & plures eum sequuntur. Ad quos Ioannes, nunc gaudium meum impletum est, illum oportet crescere, me autem minui. Ego paranympus sum, ille sponsus, qui sponsam habet, ego amicus sponsi, illum, non me sequatur sponsa. In hoc ego veni, vt id præstarem, faceremque, mundum Christum agnoscere, & sequi. En eximium Ioannis testimonium.

Simile.

Ioan. I.

Luc. 1.

Sed & aliud audi non inferius. Venit Ioannes, vt homines A
disponeret ad Christi legem. Vnde Angelus, ipse præibit ante
illum in spiritu, & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfe
ctam. Et Zacharias, Præibis ante Dominum parare vias eius.
Venit vt desertum mundi coleret, vt aptus esset Euangelij se
mini, vt disponeret exemplo suo homines carnales ad Euan
gelicam vitam, ne eam perhorrescerent auditam, dum eã prius
vidissent in Ioanne executioni mandatam. Quid ergo est Ioã
nes? Euangelicus homo: norma Euangelij, Euãgelij exemplar.
Considera in eo ardentissimam in Deum, & proximos charita
tem, zelum, eximium, purissimam castitatem, altissimam pau
pertatem, omnium, quæ sunt in mundo, despectum, asperri
mam pœnitentiam, purissimam vitã. En ad viuum expressum B
Euangelium. Viderant hoc homines in Ioanne, & sic recepe
runt facilius Christi doctrinam. Est ergo Ioannes totius mun
di exemplar, totius Euangelij norma, omnis perfectionis sum
ma. Hoc verò, conspiciere licet in eius vita. Infantulus adhuc
desertum petijt, & non abiicit vestimenta, quæ nondum ha
bebat, sed pannos pueriles, induitur asperri mo cilicio, pilis ca
melorum, non manducat, neque bibit. Eo tempore, quo so
lent alij nãnijs occupari, hic cælestem, & angelicam vitam ag
greditur, vt vtrum Angelus humanus vel homo angelicus di
cendus sit, ignoremus. Impleuit illud Tobia. 1. Cum irent
omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboan fecerat rex Israel, hic
solus fugiebat consortia omnium, & ascendeat in templum
in Hierusalem, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. O pue
rum mirabilem, qui iam superas supremos eremitas, inde in
choans, vbi alij desinere solent. O puer, ipsis etiam Angelis ad
mirandus? Theodorus Studitus ferm. huius festi, ait. Quis du
bitet Angelicos spiritus sæpe ad hoc spectaculum descendisse
vt viderent hoc sanctitatis prodigium, perfectionis môstrum?
Et veluti si incuria diceretur, in paruo oppidulo velle agrestes
homines torneamenta exercere regia, & similia, quæ nobilium
sunt exercitia, prodirent è curia omnes in hoc spectaculum
admirantes, quod infimi agricolæ tale quid agere nossent. Sic
absque dubio cum in cælesti curia auditum est, aduenisse in
terram puerum paruulum, qui vili ex terra genitus cum esset,
vitam

Tobia. 1.

Theodo.

Simile.

A vitam inchoaret. Angelicam, ac cælestem, mirati in hoc specta
culum prodierunt sæpe. Sicut enim illa exercere torneamenta
nobiles viros, mirum non est, est tamen, quod infimi agricolæ
ea exercent. Sic Angelos vitam ducere à carne, & terrenis alie
nam, mirum non est, est tamen, valde mirandum, quod ho
mo, quod puer, quod infans hoc aggrediatur, & perficiat. Me
morie proditum est tanquam egregium facinus, quod Iacob
quadragesimum annum agens transijt Iordanem in baculo, &
in deserto dormiens vidit Dei visiones. Sed Ioannes noster in
fantulus desertum ingreditur, & viginti septem annis in eo cõ
moratus cælestia vidit. Similiter celebratur facinus illud
Ioseph, qui palliũ in manu dominæ relinquens fugit, cũ viginti
quatuor esset annorũ. At noster Ioãnes non pallium reliquit,
B quod non gerebat, sed pueriles pannos, & fugit in solitudinẽ.
Dauid cum eum Saul insequeretur ait, quis dabit mihi pennas
sicut columbæ, & volabo, & requiescã. Ecce elongaui fugiẽs,
& mãsi in solitudine. Sed ecce puerum assummentem columbæ
alas, ieiunium, & orationem, quibus leuat se super se. Elias Ie
zabelem fugiens, in monte Deum videt in sibilo, Moyses gre
gẽ minans ad interiora deserti, Deum videt in rubo, sed Deũ
Ioannes videt in humanitate corporaliter habitantem, id est,
verè, & realiter, nõ in figura. Sed ò puer sanctissime, quæ admi
sisti peccata, vt tam asperam ducas vitam? Iam clamat vox no
stra exemplo, quod postea prædicaturus est verbo. Pœniten
tiam agite. Onimium delicati homines, qui plurima peccata ad
mittentes, pœnitentiam non curatis. Vsq; quod paruuli diligi
tis infantiam? videte infantem omnia terrena despicientem,
crucem ferentem, se mortificantem. Sapientia foris prædicat
in plateis dat vocem suam, Vox sapientiæ Ioannes est, qui iam
elamat exemplo pili camelorum carpunt pretiosas vestes, Iu
culta superfluos, & delicatos cibos &c. Hæc Ioannis miracu
la eximia, & verè stupenda, dum vniuersa vita eius miracu
lum est, atq; adeò alijs miraculis non eguit. Duo Apostolis da
ta testimonia sunt, vt Christum annuncient, vitæ sanctas, &
opera mira. Sed Ioanni vñũ, vita mira, & in hac sola recepit,
quod Apostoli in duobus illis receperunt, cum illi annuncia
rent Christum, postquam se ille mundo offenderat, Ioannes

Gene. 28.

Gene. 39.

Psalm. 54.

3. Reg. 10.
Exod. 3.

Luc. 3.

Prover. 1.

Prov. 31.

Matt. 7.
Matt. 25.

vero prius. Maxima fidelis miracula eximia virtutes sunt. De quibus Prouerborum. 31. laudent eam in portis opera eius in portis, id est, in iudicio, quia in portis exerceri solebant iudicia. Sed quæ opera nos in iudicio commendabunt? Non utique miracula, multi enim se de ijs volentibus commendare, audient à Christo, discedite à me operarij iniquitatis, illa opera Dei potius sunt quam nostra. At opera virtutis verè tunc hominem commendant, vt Christus ait, esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Et hæc sunt opera eius, animæ, scilicet, à Dei gratia adiutæ, in miraculis solum instrumentum Dei homo est, in virtute agens præcipuum, licet adiuuante Dei gratia. In his ergo Ioannem imitemur, &c.

In festo Apostolorum Petri, & Pauli.

Tues Petrus, & super hanc petram, &c.
Matth. 16.

Num. 12.



Numerorum 12. narrantibus exploratoribus, vidisse se in terra promissa Gigantes, quibus comparati Israelitæ locustæ videbantur, fleuit omnino populus, & animo defecerunt, aduersariorum enim fortitudo eam ab illis abstulit. Si vero cognouissent, eisdem Gigantes pro ipsis pugnatuos, sine dubio animum resumerent. Ecclesiæ officium est, cælum explorare & ad nos nuncia inde deferre, inter quæ vnum est, sanctos ibi esse prægrandes, quibus nos comparati locustæ sumus inter quos ostendit hodie nobis principes Petrum, & Paulum. Non est nobis hæc causa luctus, sed gaudij, pro nobis enim militat, non contra nos, pro nobis orant iugiter. Cuius rei promissionem tenemus certissimam beatissimi Petri Apostoli 2. can. c.

1. Pet. 1.

1. Iu-

A 1. Iustum arbitror, quam diu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione, certus. Quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Ad hoc vero illos maximè inclinât, quod vident Dei cor in nos versum, & in bonum nostrum paratissimum. Sic videns Ioab, quod cor regis versum esset ad Absalom, cõtrauit per sapientem mulierem eius reconciliationem cum rege. Sed quæ est hæc sapiens mulier, nisi Maria sapientissima, fortissima, gigasque maxima, terribilis, vt castrorum acies ordinata, sed pro nobis non contra nos, ad eam ergo accedamus, &c.

B 1. Celebramus hodie festum duorum hominum, qui præcipui fuerunt inter omnes mundi homines. Duorum mineralium, è quibus prodijt omnis Ecclesiæ thesaurus. Duorum luminarium cæli. Luminare maius Petrus est, lucens diei, circumcissioni, scilicet, vbi lux cæli. Luminare minus Paulus lucens tenebris gentium, quasi doctor earum. Qui operatus est Petro, in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes. Duorum astrorum borealium, siue polorum cæli, super quos vniuersa voluitur machina Ecclesiastica. Duo sunt lapides pretiosi selecti ex duodecim lapidibus pretiosioribus mundi, qui proinde sine pretio sunt. Vidit Ioannes Apoc. 21. fundamenta Hierusalem descendentes de cælo, & in eis nomina Apostolorum, & ait. Fundamentum primum Iaspis, secundum Saphyrus, &c. Communi omnium doctorum sententia Petrus Iaspide significatur, quia primus, ac fortissimus lapis est. Et ideo murus illius ciuitatis firmissimus ex Iaspide erat, Saphyrus verò Paulus est, Petro proximus, ita sanctissimus. Andreas Episcopus Cæsareæ, & Aretas in eum locum Apocalypsis. Saphyrus enim cærulei coloris est, sicut cæli fereni, & aureis punctis coloriget. Ita Plinius libr. 37. capit. 9. & Isidorus libro. 1. Plinius. etymologiarum, cap. 2. Et ideo Exod. 24. dicitur. Et viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyrini, & quasi cælum, cum serenum est, cumque color

Apoc. 21.

Andreas.
Aretas.Isidorus.
Exod. 24.

Thren. 4.

color ipse sit per se gratissimus, multo sit pulchrior aureis illis punctis, quibus collucet. Et ideo dicitur Thren. 4. Saphyros pulchriores. In hac gemma Paulus significatur, qui portat imaginem cælestis, qui etiam ait, nostra autem conuersatio in cælis est. Aurea verò puncta insignem charitatis eius pulchritudinem indicant, eius enim dilectio in Christum, & proximos enituit maximè. Sicut verò, Saphyrus scalpi non potest, ita animus Pauli inuictus fuit, ipso dicente, quis nos separabit à charitate Christi? Cú vero in Exodo opus Saphyrinú ad Dei pedes esse perhibetur, iustos ad Dei pedes positos ostendit, sed Paulus præcipuè ibi est qui Christo sibi apparente, in terram ad eius pedes cecidit. Petrum vocat Dionys. summam Theologorum summitatem, Paulum abyssum Sapietiæ. Hi sunt duo oliuæ, & duo candelabra lucentia in conspectu Domini. Hi sunt duo filij olei apud Zachari. Ambo enim peccatorum veniam adepti, nobis pleni misericordiæ oleo relictí sunt. Et sicut in veste summi sacerdotis fimbria erat præcipua, in qua mala granata, & campanulæ, ita in veste Christi, qui electi sunt fimbria Petrus, & Paulus sunt, Petrus granatum est coróna insignitum, quia vicarius Christi, Paulus campana resonans prædicationis. Cum verò horum natale celebramus, etiam Ecclesiæ colimus natalem, hi enim parètes nostri extiterunt, hi fundauerunt Ecclesiam sanguine suo, eorumque gloriosam mortem hodie recolimus, quæ fuit Ecclesiæ initium, ac fundamentum.

Dionys.
Apoc. 11
Apoc. 21.
Zacha. 4.
Exod. 39.

Qua in re illud nobis maximè considerandum est, qua ratione, quo ordine imperium suum Christus voluerit in terra stabilire, & Ecclesiam fundare Christianam. Profundissimum hoc est, & mirabile secretum, etenim ordine omnino diuerso ab humana prudentia, & ab usu omnium aliorum regnorum, quæ in terra stabilita, atque firmata sunt, id fecit, successus verò fuit scelicissimus, quod omnium mirabilium est maximè mirabile, vt Cyrillus, ait super Ioan. c. 11.

Cyril.

Videamus primum quo ordine, qua via regna omnia non di stabilita sunt. Assyriorum primum imperium, secundum Persarum, & Medorum, tertium Græcorum, quartum Romanorum, & denique omnia alia regna terrarum. Hispanorum, Gallo-

A Gallorum, Germanorum, &c. Sine dubio, vt historiæ tradunt vniuersæ, & ex scriptura diuina partim colligitur, hæc omnia regna armis, vi, potentia, effusione sanguinis inimicorum fundata sunt.

Non solum autem regna terræ, quæ vi, & iniuria hominum erecta sunt, hoc ordine sunt stabilita, sed etiam regnum à Deo constitutum in Israel eodem ordine ac via fundatum est. Processit enim Israel ex Aegypto Deo duce, & exercitus magistro Angelo eum ducente, & castra ordinante, ac mansiones. Et primum Pharaone submerso mare transeunt, deinde Amorrhæi iugulati sunt à Moysè. Iosue quinquenos reges occidebat, & gladius eius deuorabat carnes, adeoque Deo grata erat huius ducis sui fortitudo, vt solem sisteret in medio cursu, vt opus perageret. Deinde in locum illius alij iudices successerunt ei similes de quibus gesta enarrare non sufficimus. De eis Paul. Hebr. 11. Deficiet me tempus enarratem de Geleon, Barac, Sanson, Iephthè, Dauid, Samuel, & prophetis. Obturauerunt ora leonum, effugauerunt aciem gladij, castra verterunt exterorum. En ordinem, & modum, quo Deus regnum suum antiquum fundauit, firmavit, & extendit.

Post omnia regna ista venit in mundum regnum aliud, de quo Daniel. 2. dicitur. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum, secundum quod vidisti, quod de mōte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum. Hoc regnum Ecclesia Christi est, de quo dicitur, *edificabo Ecclesiam meam.* Est regnum æternum, quia vt hodie Christus promittit: portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Hanc vero fundat lapis abscissus sine manibus, scilicet, Christus, ait Hieronymus, absque viri opere conceptus, & contriuit alia omnia regna suum statuens, firmansque in æternum. Hoc quidem non adeo mirum est, quoniam ab alijs regnis alia contrita sunt. Est vero maximè mirandum, quo ordine illud perfecit. Alio enim genere belli, diuerso per omnia illud confecit, alia eius militaris disciplina. Sed quæ ista?

Heb. 11.

Daniel.

Hieronym.

Primum

Primum omnium ille passus est multa, fudit proprium sanguinem, non inimicorum, pro inimicis orauit, eis bene fecit, pauper abiectusque in hoc mundo fuit, quibus factis docuit disciplinam aliam militarem, fortiorem, & gloriosiore, quam fuerint reliquæ, quæ consistit in patientia, tolerantiaque ad mortem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. Et hac via, & ratione stabiliiuit Christus regnum suum æternum, quod tale esse non poterat si vi, & armis vt priora imperia fuisset constitutum, quia vero patientia, & mansuetudine, ac morte stabilitum est, ideo æternum est, vt late & optime Cyprianus ostendit in tractatu de vanitate idolorum, & Augustinus illudens vanam Astrologorum opinionem dicetium religionem Christianam solum duraturam esse per 365 annos.

Heb. 2.

Cyprianus.
Aug. lib. 18
de ciuit. c.
54. & 55.

Eodem vero pacto quo dux vicit, & puguauit, milites eius erant pugnaturi. Attende nunc diuersitatem exercituum, & pugnae militum huius regni, & aliorum regnorum. Vt stabiliarentur reliqua regna, electi sunt milites nobiles, potentes, sapientes secundum carnem, fortes, & sanguinem inimicorum facile fundentes. At vt Ecclesie, regnum fundetur, elegit Christus paucos Apostolos, & hos rudes, ignobiles, non potentes non sapientes secundum carnem, sed quæ stulta sunt huius mundi, elegit Deus, & ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ non sunt, quid stultius excogitari potest? Hos vero, quos milites suos facit, sic instituit, vt nudi sint, sine pera, sine calceamento, sine baculo, sine armis etiam, quibus se defendere possint.

Roma. 12.

Psal. 43.

Iud. 5.

Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ, sine vlla seculari potentia, & qui se tradant morti quotidie, æstimati sicut oves occisionis. Et tandem huius belli modus est, mori victores, sanguinem profundere. An non mira hæc pugnae ars? Certe vt dicitur Iud. 5. Nouas bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit, clypeus & hasta si apparuerunt, in quadraginta millibus Israel? quasi dicat, nouum genus pugnae nunc Dominus adinuenit, cum inermes milites suos esse vult, sine clypeo, & hasta. Quis intueretur Petrum pauperem Romam ingredientem, Paulum vincum eam intrantem, & ab eis quæreret, quo nunc properatis omnes milites si dicerent, vt Romanam

A manam arcem deiciamus, & eius imperium, & aquilas euertentes, crucis erigamus vexillum. An non eos fatuos dices, aut dementatos? Sed audi merito eos illud potuisse dicere, de quibus Esaias. 26. incuruabit habitantes in excelsis, ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram, conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. Hoc enim impletum est dum ad Petri, & Pauli pedes sublimis Roma prostrata fuit.

Esai. 26.

Sed dubitas, quis hic modus militandi? quæ hæc fortitudo pati, mori, deijci, nihili duci? sanguinem fundere? an non hæc aduersa sunt fortitudini? Imo fortitudo summa hæc est, licet enim fortitudinis actus sit, cum recta ratio postulat, inimicum aggredi, eum vincere, ac occidere, tamen præcipuus fortitudinis actus, & supremus est, mala pro virtute tolerare vsque ad mortem. Quod Arist. 3. Ethic. tradit dicens, ex eo qui dem maxime fortes dicuntur, quod tristitia pro virtute tolerare norunt. Et Zenonis Stoicorum principis eadem fuit sententia. Et Plato summam dixit fortitudinem mortem non timere, non vero hostes vincere, & occidere. Et huius rei ratio est manifesta, quia ibi maior est fortitudo, vbi periculum maius est, & sic summa est fortitudo, pati vsque ad mortem, & cum difficilius, multo sit, & acerbius, mortem oppetere, quàm alium occidere, qui mortem oppetit, fortior est sine dubio. Hinc Sapiens.

Aristo.

Zeno.
Plato.

Prou. 16.

Tit. Livi.

Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Cuius rei præclarum exemplum Titus Livius memoriæ prodidit. Camillus dux strenuus, & Mutius Scæuola ex equestri ordine diuersis temporibus idem beneficium patriæ suæ contulerunt, eam liberantes ab inimicis, à quibus vallata erat. Camillus Gallos à Roma expulit, iam in Capitolium ascendentes, quos postea bello superauit. Scæuola vero ingressus exercitum regis Persennæ, vt eum occideret, quia istum errauit, manum igni apposuit coram rege, & donec in cinerem redigeretur, constanter eam tenuit, quo Rex perterritus à ciuitate recessit, ijs conditionibus, quibus Romani uoluerunt. Quis horum fortiori animo fuerit à multis dubitatum est, sed à Romanis iudicatum est, Scæuolam superasse animo Camillum, quia solus perfecit, quod Camillus multo cum exercitu

citu, & quia tolerantia vsus est, qua manum igni absumi permisit. Quis obsecro fortior, Nero, qui occidit, an Petrus, & Paulus, qui occisi sunt? Herodes, an Iacobus? Apostoli omnes an tyranni? Valentinus an Laurentius? Maxentius an Catherina? Aspasia an Agnes? Respondet Cyprian. in duodecim capitibus exhortationis, absque vlllo dubio martyres fortiores extitisse, qui orbem tandem superauerunt, & mortem oppetuerunt. Si ergo in alijs regnis nobis ostensi fuerint viri fortes, in Ecclesia fortissimos ostendemus. Iactet ergo Roma suos Cæsares, Fabios, Metellos, Scipiones. Iactet Græcia Alexandrum, & omnes strenuos duces, ostendent illi quidem multum sanguinem hostium ab eis fufum, at nos ostendemus Christum nostrum patris fortitudinem, intinctam habentem vestem sanguine proprio fuso, cui dicitur quare, rubrum est vestimentum tuum? Ostendemus Apostolos, & martyres fortissimos in bello factos sanguine proprio fuso.

Quod vt manifestius fiat, sciendum est, attributum fortitudinis, quod Deo tribuimus, cum dicimus Deus fortis, nõ esse attributum potentia, qua inimicos destruere valet, nullo resistente, hoc enim ad vires omnipotentia Dei pertinet. Sed quod nobis præstat fortitudo moralis virtus, id Deus habet ex perfectione sua infinita, qua sic est firmus, & stabilis in re, & bono, vt nullo aduersante diuelli ab eo posset, potiusque sustineret omnia mala, si in eum irruere possent (quod tamen non possunt) quam à bonitate, & veritate deflecteret. Hæc firma, & inuicta omnino stabilitas propriè dicitur fortitudo Dei, vires autem, quas in punitione malorum ostendit, potentia potius, quam fortitudo dici debent, & sic cum Deus ipse per semet ipsum decreuit, pro bonitate, & veritate sua respondere, vt se fortem ostenderet, pati decreuit. Vnde Psaltes patientiam fortitudinali adiunxit, dicens: Deus iudex iustus fortis, & patiens & ideo non alios occidit, sed se ipsum morti tradidit eligens hoc tanquam honorificentissimum patri, & gloriosissimum sibi. Quo perspicies, quanta sit fortitudo in patientia, cū maiorem ostenderit fortitudinem Deus vna passionis hora, quã in omnibus supplicijs peccatoribus inflictis per quinque millia

A millia annorũ. Hanc ergo cogita tibi summã fortitudinẽ, pati libenter, hic est inuictus animus fortis, & cõstans, qui pati multa mala nouit pro iustitia tuenda.

O gloriosissimi principes Ecclesie! ò illustrissimi duces! o veri Christi imitatores! quot carceres sanctificastis, quot catenas honorastis, quot labores tolerastis, quis commemorans vestra facinora non stupeat? quis audiens vias longissimas, nauigationis, pericula, verbera, vigiliis, ieiunia, non hæreat? Fortes in bello facti nunc coronis æternis donamini. Vis tu cum Apostolis coronari? Dices volo. Decerta ergo, labora sicut bonus miles Christi Iesu. Sed quis bonus miles Christi? certe qui pati nouit sicut Christus. Si tibi corona placet, non displiceat

ipsam elaborare coronam. Dulce est corona frui, sed laboriosum elaborare, in hoc enim fumus scintilla, ictus mallei est. Vis coronam? labora, & elabora eam. Sed ais, vbi nũc Nero est? nulli deest suus Nero; est tibi infirmitas? est tibi pauperies? est tibi difficile ingenium comparis? Ecce tuus Nero. Hæc libenter sustine, patienter tolera, & corona donaberis. Hæc est Ecclesie fortitudo conspicua, hæc & tua.

Sed quia in euangelio de Petro agitur, de eo aliquid dicemus. Examinatur ille in fide, quem dicunt homines esse filium hominis, & quia potior discipulis inuenitur promittitur ei Ecclesie fundamentum futurum, & clauis regni cælorum ei promittuntur. Postea vero Ioãnis vltimo examinatus de charitate, & in ea potior inuentus, vtrũque recipit. Hodie examinatur in fide Christi, quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hic, & in patria hæc dicitur vita æterna, hic quidem, quia sine hac cognitione nulli salus æterna cõtingit, nec continget vnquam, semper enim hæc cognitio necessaria fuit ad salutem, at iam explicita omnibus est præcepta. Cum enim nulli contingat salus nisi per Christum, nec enim est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, vt Petrus ait, voluit pater, vt eum omnes agnoscant, per quem illis salus prouenit, omnes ei genu flectant, & gratias agant de bono tanto. Et iure, ac merito, si enim Genes. 41. voluit Pharaos, vt ab omnibus agnosceretur Ioseph, & ei genu flecterent, quod eis prouiderit in necessitate corporis, quid mirum, si ve-

Sanct. Q lit

Cypria.

Esai. 3.

Psal. 7.

Simile.

Ioan. 17.

Act. 4.

lit pater, eum à nobis reuereri, perque infinita bona nobis contin-
gunt & aeterna salus? Et certe si plene nosset, ac viue, quis Chrs
Dominus est, multa ad te bona promanarent. Sicut enim qui
perfectè nosset virtutes omnium lapidum, herbarum, & reli-
quorum, quæ in natura sunt, præfataneum haberet remediũ
in omni infirmitate, & necessitate. Sic qui benè Christum nos-
set, qui omnem virtutem continet; in omnibus auxilia maxi-
ma haberet, tum spiritualibus, tum etiam temporalibus. Ideo
Sapiens ait, nosse enim te consummata iustitia est, & scire iustitiã
& virtutem tuam radix est immortalitatis. Sũma miseria nostra
hæc est, quod nobis pater Christum donauerit, nec eum ag-
noscamus. Sicut enim cum donatur alicui lapis pretiosus, mul-
tis abundans virtutibus, si illum agnoscit, gaudet; quia eum
possidet, eoque vtitur in remedium sæpe, si non agnoscit, nec
gaudet, nec eo vtitur, sic per omnia se habet agnoscens, vel
non agnoscens Christum. Agnoscit, ne Christum, qui de mo-
rum correctione diffidit, ac si ei saluator non esset? Agnoscit
ne Christum, qui ad eum suscipiendum non accedit? Cognos-
cit Christum qui ad eum in omni necessitate non venit? Ag-
noscit ne Christum, qui eum facile offendit? Non vtiq̃. Qui
dicit se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax
est. Sic non agnoscebant Christum qui dicunt, eum esse Ioan-
nem, Eliam, &c. Post crucis opprobria, quæ pro nobis pertulit,
hoc etiam pro nobis perferre voluit Christus, vt nos deuinci-
ret sibi, iudicijs hominum, & dictis eorum exponi, tam à vero
deuiantibus, singularis enim, nec parua crux ista est. Vos autem
quem me esse dicitis? Rem tantam inquiris Domine à vilibus pis-
catoribus? vix Angeli ad hoc respondere poterunt. Adhuc
tamen Petro reuelauit pater, audiamus ergo, quid Christus sit
quando id nosse adeo est nobis necessarium, vt diximus. Tu es
Christus filius Dei viui. En Petrum à quo doctrina nobis pro-
cedit. En Paulum lac nobis paruulis propinãtem. Ambo enim
de Christo Domino hæc docent. De quibus loquitur Can. 4.
Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli. Hæc vbera
sponsa quidam dicunt duo esse testamenta, quibus lactamur,
sed Gre. dicit, esse prædicatores circũcisionis, & præputij. Ideo
Petro, & Paulo recte cõueniunt, & ideo Paulus ait, creditũ est mi-
hi

Simile.

Sap. 15.

1. Ioa. n. 12.

Cant. 4.

Gregorius.

A hi Euangeliũ præputij sicut Petro circũcisionis. Qui operatus
est Petro in Apostolatu circũcisionis, operatus mihi intergẽ
tes. Gemelli sunt, quia æquales fide, gratia, dilectione, vita, ac
morte, vt Leo, Aug. & Maximus aiunt. Et quo modo in vita dile-
xerunt se, ita & in morte nõ sunt separati. Cũ princeps lacte nu-
triendus est, atteditur maximè, quale lac ei suggeratur, vt opti-
mũ sit, quo ille proficiat. Nos vero Dei filij sumus, ideo talia no-
bis dāt vbera, tale lac. Ecce illud Esa. 49. Erunt reges nutritij tui &
mãmilla regũ lactaberis. En nobis datur mãmilla regũ, doctrina
Apostolorũ, qui principes sunt super omnẽ terrã. Sed quale lac
inde suggere possumus? Optimũ profecto, de quo eodẽ capite
dicitur. Quã pulchræ sunt mãmę tuę soror mea, pulchriora sũt
vbera tua vino. Per vinũ sciẽtiã naturalẽ, per lac fidem, quã ab
Apostolis didicimus, accipe. Vinũ vides, dũ bibis, lac suggeris
nõ visum. Excedit ergo lac nostrũ omnes sciẽtiãs naturales.
Lac perpetuo sugimus ab ijs vberibus, à Paulo perpetuo do-
ctrinã haurim⁹, à Petro similiter ab eius epistolis, & à Cathedra
Apostolica ipse etiã ait, quasi modo geniti infantes lac concu-
piscite. Et Paulus loquitur, quasi si nutrix foueat filios suos, ita
desiderãtes vos cupide volebamus, tradere vobis nõ solũ Euã-
geliũ Dei, sed etiã animas nostras. Et ab Apostolica sede perpe-
tuo accipimus lac doctrinę ac morũ. En lac omnẽ sciẽtiã exce-
des. Tu es Christus filius Dei viui, tu es Petrus & super hæc petrã,
Dixerat Petrus, quis Christus sit. Nũc vicissim Christus osten-
dit, quis sit Petrus. Quasi dicat, cũ me dixisti Christũ, petrã dixi-
sti, de Chro enim Isai. loquitur. Ecce ego mittã in fundamẽto
Sion lapidẽ probatũ, angularẽ, quia fundamẽtũ aliud nemo
potest ponere præter id, quod positũ est, quod est Christus Ie-
sus, tu ergo mecũ eris petra fundamẽti, licet enim ego sim pri-
ma petra, tu eris secũda, quæ etiã dicitur fundamẽtũ. Iuxta illud
sternã per ordinẽ lapides tuos. Sic etiã Ioa. vidit Apostolorũ no-
mina in fundamẽtis Hierusalẽ. Sed ò Dñe hanc facis petrã fun-
damẽti, quę adeo est infirma, vt ad puellę vocẽ deficiat? Respõ-
detur. Vere fuit Petrus firmissima petra Ecclesię, & firma facta
est, humilitate, quã occasione negationis acquisiuit. Cũ altissi-
mũ edificiu construeretis, nimis de primis fundamẽtũ. Altissi-
ma Dei domus cõstruenda erat, in cælũ vsq; euehẽda, fundamẽ-
tum

Gala. 2.

Leo.

Aug.

Maximus.

Esa. 49.

Can. 4.

1. Thef. 2.

Esa. 28.

2. Cor. 3.

Apoc. 21.

Simile.

Q 2

tum Petrus, erat maximè ergo humiliandus fuit, vt firmiter posita stare, & fratres etiam confirmaret, & compati omnibus nosset. Sicut de eo Clemens ait, cum omni peccatore ad eum accedente stabat. Et tandem sicut edificator regulam, plumbum que manu tenet vna, & altera malleum, & vt rectum procedat edificium, cum primum petram collocat, adhibita regula, & plumbum, videt an recta sit, & si non recta sit, vel qui alias supergreditur, vel deficit, malleo coaptat, vt bene sit, alijsque conueniat. Sic cum Petro factum est. Excedebat, cum ait, etiam omnes scandalizati fuerint, sed non ego, oportuit eum deprimi, ac humiliari, deficiebat ab alijs, cum diceret, exi a me Domine, quoniam homo peccator sum. Et cum dicit, tu scis Domine, illum Christus coaptat dicens, noli timere, ex hoc iam eris homines captiens, & cum ait pasce oues meas. En iam rectus manet, firmissimaque petra, super quam optimè fundari potest Ecclesie edificium ac confurgere.

Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Firmiter fundata est Ecclesia. Audi eam dicentem Cantic. 8. Ego murus, & vbera mea turris. Qui vbera dicit, infirmitatem videtur dicere: at non ita est quia hæc vbera Ecclesie turris sunt, turris alijs eminet edificijs. Inde vt è specula inimici videri possunt, ad eam confugiunt omnes, vt tuti sint ab hostibus. Ita eminet doctrina Apostolica super omnem doctrinam, solus pater eam Petro reuelauit, firmissima est contra quam portæ inferi non preualebunt, turris nobis firmissima, ad quam accedendum in omni incursum inimicorum tamquam ad turrim, Ambr. 5. hexam. c. 9. & Basil. in hexameron hom. 7. memoriae prodiderunt, esse Herinaceum marinum equum, qui cum insurgere tempestatem videt, ne fluctibus extra mare pellatur, adhæret alicui firmissimæ petre, quam manibus pedibusque firmiter tenet. Docet vero nos, in omni tentatione, & tribulatione Christo adhærere firmissimæ petre. De quo Psal. Petra refugium herinacei, Christum in tentatione, & tribulatione, considera ne obruaris, similiter etiam in omni Ecclesie turbatione adhæretu petre Petro, Ecclesie Romanæ sententiæ, hæc firma petra, ne pereas, de qua Psal. petra refugium herinacis, sic enim equus ille marinus dicitur. Sed cum ait, portæ inferi &c. ostendit vniuersam potentiam inferi in Christi Ecclesia armata, quoniam vniuersæ vires Babylonis, cuius princeps demò est, in Ierusalem erant

exerc-

A exercenda, quia huius princeps Christus. Si non impugnaretur Ecclesia, fortitudinem suam non ostenderet, sed impugnata, & non expugnata eam ostendit, & dicit, sæpe expugnauerunt me in iuuentute mea &c. Etenim non potuerunt mihi. Hac ratione Ecclesia terra dicitur, & de ea intelligit August. illud Psal. 103. Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Et Dominus ad Iob. c. 38. Vbi eras, quando apponebam fundamenta terræ, super quo bases illius solidate sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius? Quæ verba Gregori. l. 28. c. 16. de Ecclesia explicat, & per fundamenta Apostolos, per lapidem angularem Christum, dicit, designari. Hæc Ecclesie firmitatem decantat Psal. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Non sic fundata Ecclatani, non sic Babylon, nec Ninive, nec Susa, omnes perierunt, non enim super firmam petram edificate erant. At Ecclesia super firmam petram edificata stat in æternum, & licet veniant flumina, & venti, adhuc tamè domus stat. Mat. 7. An non flumina irruerunt in hæc domum, cum persecutiones tyrannorum eam vexarunt? maximè decem præcipui imperatores, sed quid potuerunt contra eam Nero, Domitianus, Diocletianus, Iulianus, & reliqui? nihil, quia Deus fundauit eam in æternum, sed & hæresum venti quo impetu in eam irruerunt? Arrius, Sabellius, Pelagius, Luther, & alia huiusce modi humani generis monstra, sed illa stat adhuc, quoniam super firmam petram edificata est, super Christum, & Petrum. Lauda ergo Ierusalem Dominum, lauda Deum tuam Sion, quoniam confortauit seras portarum tuarum, & bene dixit filijs tuis. Laudate ergo filij Ecclesie Deum, & benedicite eum, quoniam in perpetua ciuitate vos collocauit. Dicite cum Psalte, Benedictus Dominus, quoniam misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Psal. 30. Hinc tu collige, vt domus tua stet, non super arenam, sed super Christum petram firmam edificandam esse. Noli super rebus huius mundi edificare, quæ facile tollet aura leuis, infirmitas, parua, sed super Christum edifica optima opera, aurum, argentum, lapides pretiosos, hæc enim in æternum manebunt, quia super Christum, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos edificamini in ha-

Psal. 128.

Aug.

Psal. 103.

Iob. 38.

Grego.

Psal. 47.

Mat. 7.

Psal. 147.

Psal. 30.

Ephes. 2.

bitaculū Dei in Spiritu sancto Ephes. 2.

A

Sed dubitari potest, quomodo non praualebunt portę inferi in Ecclesiam, cum hodie videamus magna ex parte praua luisse? Sinamus nunc Asiam, Africāque à Mauris occupatam, sed & Europam magna ex parte hęresis occupauit, quomodo ergo portę inferi non praualebunt? Sine dubio non praualebunt. Ideo Hier. 31. Ecce dies veniūt, dicit Dominus, & edificabitur ciuitas Domino, sanctum Domini non polluetur, & non destruetur ultra in perpetuum. Et Angelus ad Mariā, Regni eius non erit finis. Durabit enim hęc ecclesiastica Hierarchia, vsque ad mundi finē. Sed aliquando Ecclesia plenior est, aliquādo minus plena. Quod signatur, cum dicitur pulchra vt luna. Hieronymus in illud Abacuch. 3. Sol & luna steterūt in habitaculo suo, per lunā Ecclesiā significari dicit quia iusta

Hier. 31.

Luc. 1.

Cant. 4.
Hierony.
Abac. 3.

prospera & aduersa crescit atq; decrescit. Obscuratur hac parte luna, illa clarescit, obscuratur Germania, & Anglia, clarescit Iapon, & China. Et sicut luna deficit, nō solis defectu, sed quia ipsa nō respicit omnino ex opposito solē, sic obscuratur aliqua natio catholica errorū tenebris, nō propter Christū, cuius vocatio, & dona sine pœnitētia sūt, sed propter hominū instabilē cōditionē, & propter eorū peccata eos Deus dereliquit Osee. 2. Iudicate matrem vestram, iudicate eā, iam non sum vir eius. Auferat fornicationes suas, & adulteria sua de medio vberum suorū, ne forte spoliem eā nudam, & statuam secundū diē natiuitatis suę, & ponā eā quasi solitudinē, & statuā eā quasi terrā inuiam, & filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationis sunt. Gaude ergo, quoniam Ecclesia perpetuo durabit,

B

Rom. 12.
Osee. 2.

tunc verò, quia luna est, ne in te deficiat. Vide bonitatem Dei in te, si permanseris in bonitate alioquin, & tu excideris.

Rom. 11.

Genes. 3.

Tibi dabo clauēs regni cęlorum. Iam nō erit Seraphim cum gladio ad paradisi portam, sed tu clauiger eris. Ostendit Dominus his verbis miram hominū dignitatē, quod possint peccata dimittere, quod folius Dei erat. Ostendit simul aduenisse iam mundo gratię tempus, abundantiaq; diuinę miserationis, quā do hominibus clauēs gratię dantur. Solet enim pater familias anno sterili, quo frumenti, & vini abundantia nulla suppetit, clauēs, tum frumenti, tum vini apud se retinere, & seruare nec alicui seruatorū cōcedere, ne facile panis, vinūq; distrahatur. Cū verò

C

Simile.

clauēs cęlorum cōcedere, ne facile panis, vinūq; distrahatur. Cū verò

copia

A copia multa fructuū est, facile clauēs cōcedit seruis suis, vt quantum illis placuerit, insumant. Tempore legis naturę, & scriptę clauēs regni cęlorum nulli sunt traditę, imo nec clauēs gratię, nō enim sacerdotes antiqui gratiam conferebāt, sed neque sacramenta illa, quę vacua, egenaq; erant elementa, solus Deus has habebat clauēs, ille solus gratiam conferebat, nec illud cuiuspiam hominum cōcedebat. At in lege gratię dum copia mentis excedit, hominibus clauēs dat, tum gratię, tum glorię.

Tibi inquit, dabo clauēs regni cęlorum, vt illic introducas eū qui dignus est. Has vero clauēs primum Petro, & eius successoribus concedit, à quo omnis ecclesiastica potestas, & iurisdictio dimanat. Ex quo facile celligitur, qualis, quantumque Petrus sit: nam & ethnici principes suos omni ornatos virtute petebant in gradu heroico. Vide quali ornandus gratia, & virtute est, qui princeps Ecclesię, qui princeps Apostolorum, vicarius Christi, vicedeus in terra futurus est. Difficile vllus sanctorū cū Petro cōferri poterit, in eo enim sanctitas, & munus, ac autoritas paria sunt, & qui eū reueretur, vt principē in munere, etiā in gratia superiorē agnoscat, oportet. Est enim Ioseph cętrā quovndecim stellę, & manipuli procidunt. Primum enim locum in congregatione Apostolorū obtinet. Huius præcipuē est interpretari diuinā reuelationē. Huic præcipuā hęreditatē pater tradidit quā tulit de manu Amorrhęi in gladio, & arcu, ipsi enim & successorib; Ecclesiā cōmēdauit ob fidei & cōfessionis meritū.

Genes. 39!

C Qua in re Dei mira in homines bonitas apparet, cui satis nō fuit, hominem diuinis muneribus, & gloria ditare, nisi etiā eos dignos tātis bonis efficeret, & cū sola bonitate sua eos prædestinauerit in gloriam, voluit, vt ad eā meritis peruenirent, seq; dignos dicere possent tanta corona. Ideo voluit, vt Abraham filiū immolaret, vt dignus Dei proauus haberetur, & quod ille sola gratia mūdo cōferebat, vt, scilicet, carnem humanā assumeret, quasi ex merito Abrahę promitteret, cum tamē res tāta incarnatio sit, vt sub merito cadere non possit, nisi sub merito, quod vulgo dicitur de cōgruo, quod meritū in rigore nō est. Ideo etiā cū laudatur Maria, qui eū in vtero portauit, ille eam potius laudat, quia meruit Dei verbo audito mater Dei esse. Ita nunc Petro digno tribuit dignitatem, quam ei ab æterno

Luc. 11.

Q 4

prępa

præparauerat sola bonitate, sed eum dignum illa fecit.

Petrus vero fidelis ei omnino fuit, & confessus illum est, dilexit super omnes Apostolos, & crucifixus pro eo fuit. Et ideo merito sibi usurpare potest illud Psalmi. *Credidi, propter quod loquutus sum, ego autem humiliatus sum nimis, ego dixi, in excessu meo omnis homo mēdax. Quid retribuam Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi? calicem salutaris accipiam. Credidi, ait Deo, scilicet, & ideo loquutus sum, id est, confessus sum fidem meam, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hinc Paulus, & nos credimus, propter quod & loquimur. Credidit Petrus & ideo loquutus est bonam confessionem. Tu es Christus. Solus is, qui fidem habet, loqui probe nouit, reliqui enim infideles barbære loquuntur, turpia, & vana docēt, qui vero credit, loqui potest cum Petro. Rursum in mentis excessu Petrus ait, omnis homo mēdax, qui, scilicet, sola humana de Christo docet, vt hi, qui eum dicunt Eliam, aut Baptistam. Quia vero credidit, & loquutus est Petrus, licet à Christo exaltatus sit, tamen nimis humiliatus fuit à persecutore Nerone, scilicet. Sed ille memor diuinorum beneficiorum nouit, nulla re, sic se gratum exhibere posse Deo, ac si calicem passionis bibat, ideoque ait. Quid retribuam Domino &c. calicem salutaris accipiam. Hic calix passio est, amara quidem potio, sed salutaris. Calicem verò Christi bibit, dum crucifixus est, sed summa humilitate, humiliavit se nimis nolens crucifigi sicut Christus, sed capite in terram verso. Quia enim Christo credidit, humiliatus coram eo nimis est, & sic in gloria supra modum exaltatus. Oremus eum, vt*

memor sit promissionis suæ, quam initio concionis diximus, intercedatq; pro nobis &c.

(. . .)

Festa

Festa Iulij.

In festo Visitationis Beate Mariæ Virginis.

Thema. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione. Lucæ. i.

B



IRARI profecto possumus Mariam exurgentem, euntemque in montana, vt inuiseret Elisabeth. Mirabilis profecto Maria in omnibus, sed in hac visitatione mirabilior apparet, præcipue si attendamus tempus, in quo facta fuit. Cum enim Angelus discessisset à Maria, cū Christum Dñm cōcepit, cum Dei mater effecta, & omnium creaturarum regina constituta est, tunc exurgens Maria, abiit in montana. Visu venire solet, vt cum quispiam euectus est ad altissimam dignitatem fedeat, in domo que sua maneat, tunc etiam vniuersi ad eum veniunt, vt ei congratulentur, obsequiaque offerant, & præsentent. Euecta fuerat Maria, & exaltata ad infinitam dignitatem, cum Dei mater facta fuit. Et tunc vniuersi Angeli Dei descenderunt de cælo, vt regem suum, qui in vtero Mariæ erat, venerarentur. Ita enim Paulus ait. Cum introduceret primogenitum in orbem terræ, dixit, & adorent eum omnes Angeli Dei. Cui verò dubium esse potest, simul etiam tunc agnouisse reginam suam, eamque adoratam ab eis fuisse, ac gratulatos ei esse. Sicut cum Iudith factum scriptura testatur, cum ait. Vniuersi, autem adorantes dixerunt ad eam, benedixit re Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilū redegit inimicos nostros. Si ergo vniuersi Angeli ad Mariam venerunt, vt eam venerarentur, multo potius vniuersi homines, vt id ipsū præstaret, ad eam venire debuerunt.

Q 5

runt,

Heb. i.

Iudith. 13.

Esa. 49.

runt, magis enim Maria ad homines pertinet, quā ad Angelos; **A** plusquam illis præstat. Et hoc futurum Esaias dixisse videtur, cū ait. Ecce isti de lōge veniēt, & ecce illi ab aquilone, & mari. Et inferius subiungit, vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.

Si verò dicas, tanta ne dignitas, ac celsitudo matris Dei est? Certe tanta, vt omnis dignitas creaturæ, si ei conferatur, nihil sit, reputatur enim idem esse cum filio, & huius ratio est, quoniam filius recipit à matre corpus, qua ratione summa inter matrem & filium vnio est, dum eadem pars, quæ prius fuerat Mariæ, postea est Christi Domini corpus, subsistitque verbi subsistentia. Deinde accipit filius à matre animam, non quia mater illam producat, à solo enim Deo creatur, sed quia medijs dispositionibus illam corpori vnit. Sicut mihi diceretur ab **B** edinem dedisse, qui eam per se subsistentem mihi faceret inherere. Et deniq; recipit filius à matre vniuersa, quæ cōsequitur ad esse humanum. Qua ratione adeo vnū est mater cū filio, vt dum est in eius vtero, vnum censeantur, sicut arbor & fructus in eo manens, & ideo vnus tunc Angelus custos vtriusque est. **C** Cum verò natus est, filius, reputatur pars matris, vt Aristoteles ait, eumque mater diligit, sicut totum partem suam. Hæc vero singulari ratione in Maria verum habent super omnes reliquas matres, quia cum Christus vt homo est, patrem nō habeat, mater eius veluti pater, & mater censetur. Dijs, & parētibus æqualem gratiā reddi nō posse. Aristoteles ait. Quasi ex æquo ponit ille, quod Deo, & quod parentibus debetur. Quod si ille nosset primum omnium parentem filiū esse Mariæ, diceret, ei redditam parem gratiam. Ecce dignitas Mariæ quanta fuit. Merito ergo inquirendum nobis est. Cum Maria ab omnibus visitanda fuit, qua ratione illa visitet Elisabeth?

Non vna rei huius causa est, sed plures. Prior sit, Mariæ munus, ac officium, quo non Dei solum mater effecta est, sed etiam hominum, & illius immensa in filios charitas. Sciendum enim est, quod cum Maria Christi mater creata est, mater etiā viuiferorum viuentium à Deo est cōstituta. Omnes iusti membra sunt Christi, & fratres eius, & ideo sicut filij Dei omnes sunt adoptione, ita & filij Mariæ. Mirabilis pfecto mulier & mira-

A & mirabilis illius vterus, cuius filij vniuersi prædestinati sunt.

Qua ratione dicitur in canticis, venter tuus aceruus tritici, **Cant. 7.** vallatus lilijs. Vnicum frumenti granum reipsa in eius vtero fuit Christus Dominus, sed aceruus dicitur tritici, vt ait **Amb. lib. de insti. virg. c. 14.** brosius, quia simul cum illo grano vniuersi sunt iusti, qui grana tritici dicuntur, sicut peccatores paleæ, quia omnes in illo priori grano sunt virtute, sicut in capite, & radice omnium iustorum. Sicut ergo Christus Dominus factus à Deo **Matt. 3.** pater futuri sæculi, caputque, ac rex hominum, omnium curam suscipit tanquam pater, & omnibus bona curat. Et quem admodum Ioseph fratrum curam suscepit, vt eos aleret. Ita Christus omnes cognouit homines, pro omnibus orauit, & sanguinem fudit, & necessaria saluti prouidit. Sic Maria, ex **B.** quo Dei mater effecta est, vniuersi curam suscepit tanquam omnium mater, tanquam membra enim filij sui homines curat, tanquam hæreditatem filij, & illius domum. Felix profectò hominum fors, quibus Christus pater, & Maria mater est, tanquam aquila super pullos suos, tanquam pastor super gregem suum. Gregem patris pascebat Rachel, & eius causa Iacob amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & ad aqua uit gregem. Gregem Dei Maria pascit, ac propter ipsam Christus Dominus gratiæ aquam fidelibus tribuit per sæpe.

Hoc igitur nouum munus, ac officium Mariæ eam compellit, vt exeat. Sicut enim gallina maximè est domesticum, ac mansuetum animal, si verò mater pullorum sit, statim exit, **Gen. 29.** circuit, ducens, & reducens pullos, ac si dux esset, quærit, & præstat eis cibum, pro eisque pugnat, quasi legna esset. Ita Maria hucusque collegerat se, & intra templum, & parentum tecta sola versabatur. Sed iam nunc mater tantorum filiorum effecta, procedit in publicum, abiit in montana cum festinatione, vt pullis suis cibum deferat, defertq; fructum pulcherrimum ventris sui, & hunc fructum defert in ramo, in vtero, scilicet, suo, vbi cum flore fructus est, illa enim virga est de radice Iesse, & Christus fructus ventris. Procedit nunc diuina sapientia, & ipsius mater ad irrigandum hæreditatem suam. Sic ipsa ait. Ego sicut aquæ ductus exiui de paradiso, dixi, **Eccl. 24.** gabo hortum meū plantationū, & inebriabo partus mei fructū. Cum ergo illa tāquā mater probè nosset statū filiorū, & ea præcipue,

Arist.

Arist.

Simila.

cipue, quæ in domo Zachariæ erant, & ad Ioannem pertinebant, procedit tanquam illius mater ad illum suscitandû à peccato, ad eum diuina gratia viuificandum, vt muneri suo satisfaceret.

Lucæ. 1.

Secunda huius visitationis causa fuit summa Mariæ humilitas, quæ maxima fuit, antequam Dei mater esset. Vnde ipsa ait, quia respexit humilitatē ancillæ suæ. Sed nūc postquā in Dei matrē assumpta est, est maior maxima, omnēque modum excedit. Præclare notat D. Bonauent. Dixerat Maria, ecce ancilla Domini. Sed optimam se ancillam statim præbuit, cum supra modum se humiliavit, visitans Elisabet. Ancilla fuit Agar sed mala ancilla, quia concepisse se videns, despexit dominam suā, vt in Genesi dicitur. At optima ancilla Maria, quia concepisse se videns, & Deum concepisse, non solum dominam suam nō

Bonauent. in sepu. B. virginis.

Gen. 16.

despexit, sed seruam magnificet, & visitauit, Mirabilis prorsus humilitas tanta in celsitudine tanta. Et hoc forte est mirabile illud, quod Sapiens significare voluit, cum ait. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, mirum quidem videtur, quod mare recipiat immensas fluuiorum aquas, & tamen non redundet, nec intumescat, vt terram absorbeat. Sed huic mirabili facilem possumus adinuenire rationem, quam ex eodem Sapiente colligimus, quia vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Si ergo plurimas aquas recipit, plurimas etiam dat, & ideo mirum non est, quod non redundet. Illud planè miraculum esset, si mare inueniretur, quod plurimas aquas recipiens, & in se retinens, nec eas effundens, non redundaret, nec intumesceret. Hoc ergo mare Maria est, quod in

Eccles. 24.

numeras gratiarum aquas continebat, priusquam mater Dei efficeretur, cum vero eius vterum Christus intrauit immensas iterum recepit, prius gratia plena erat, deinde Spiritus sanctus superuenit in eam, vt supereffluens fieret, & flumen illud, quod ait, ego quasi trames aquæ immensæ, & tantis fluminibus receptis, ac retentis, non intumescit Maria, non eleuatur, sed deprimitur, sed humiliatur magis. Et quemadmodum arbor fructu abundans ramos deiecit, ita Maria onusta diuino illo fructu ventris sui magis, magisque se humiliat. Cuius humilitatis figura, & exemplum præcessit olim in regina

Esther

A Esther, de qua scriptum est, postquam regina esset, quicquid Mardocheus præcipiebat, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quando eam paruulam nutrebat. Mirabilis plane Esther modestia, ac humilitas fuit, quam regia dignitas nō fecit, vt ambularet in magnis, & in mirabilibus super se. Sed maior certè Mariæ humilitas, quæ non regia dignitate, sed diuina exaltata, effecta Dei mater humillima nihilominus est. Difficilis plane castitas inter delicias, & humilitas inter honores, vt Chrysostomus ait. Sed hoc difficile Maria præstat, & ea in re nulla ei valet creatura conferri, etiam si omnes illæ simul sint, quia earum vniuersæ dignitates dignitati matris Dei conferri nullo modo possunt. Et ideo maximū Mariæ miraculum est, quod in sublimi omnium statu humilis inueniatur.

Esther.

Chryso.

B Qua in re nobis exemplo est, vt illud impleamus, quod Sapiens monet, cum ait. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram altissimo. Exaggerat, & merito Chrysostomus humilitatem trium puerorum, qui cum in medio ignis essent, nec eos flamma laederet, se deiciunt, & peccatores confitentur, & cum opera exhibeāt iustorum, loquuntur tanquam peccatores, & peccata confitentur sua, dicentes, nobis confusio faciei, quia peccauimus tibi. Quando plura Maria recipit, plus se deiecit. Cum ergo videris, multa tibi à Deo donari, tunc humilia te in omnibus, agnosce te ipsum, & securè Dei dona percipies. Sed ais, quomodo in tāta dignitate humilia potuit de se sentire. Humilis corde fuit, qui ait, discite à me, quia

Eccles. 3.

Chryso. bonz. 3. de spiritu sancto.

Dani. 3.

C mitis sum, & humilis corde, & nihilominus dignitatem suā infinitam, & gratiam nouerat. Ita Maria dignitatem nouerat suā, & gratias eximias à Deo sibi concessas, & ideo dixit, fecit mihi magna, qui potens est, sed bona vniuersa, quæ videbat in se, nouerat, non esse à se, sed à Deo, nouerat nihil suum, & ideo omnia bona Deo, non sibi tribuebat, & ideo Deum, non se magnificabat. Vnde hodie dixit, magnificat anima mea Dominum. Hinc etiam Paulus enumerat maxima bona, quæ Deus in eo posuerat, non ea sibi usurpans, sed quasi de alio loqueretur. Sicut lignum mirè abrefactum opere artificis loqueretur de his, quæ à manu accepit artificis, si loqui nosset vniuersa artificis, non sibi tribuens. Licet enim homo aliquid operetur, cū

Mat. 11.

Luc. 10.

2. Cor. 11.

Simile.

Deo

Deo cooperat gloriã tamẽ Deo referre debet multis de causis, A de quibus plura diximus in secundo tomo concionum, dominica decima post pentecosten. Charitas ergo, & humilitas Mariæ effecerunt, vt cum ab omnibus inuisenda esset, illa uisitaret Elisabeth.

Exurgens ergo Maria abiit in montana. Cum surgit Maria, vniuersa etiam curia cælestis cum ea surgit. Vulgo iactari solet, vbi rex est, ibi curia est, vbi ergo Angelorum rex, & regina erãt, ibi etiam vniuersa est cælestis curia. Verè sicut vidit Iacob Angelos, & ait, castra Dei sunt hæc, ita prope Mariã castra Dei erant. Accidit aliquando, regem iter agere, & in diuerticulo quiescere, videas tunc pauperem domum illam principibus stipatam, & regijs ministris circũuallatam, vt aulam potius dicas, quam itineris diuerticulum. Audi Mariam loquentem, qui crea B uit me, requieuit in tabernaculo meo, cum ergo in illa quiescere voluerit rex regum, & Dominus dominantium, quid mirum, si stipata, ac circumuallata sit vndique Angelorum choris?

Surgit verò, ac procedit, nec ab intima contemplatione recedit, quocunq; enim abierit, extra templum esse non potest ipsa enim templum Dei viuus est, in quo Dei imago, non picta, sed vera, in qua plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, in qua Christus Dominus est, non sub alienis speciebus, sed secundum propriam formam. Quando ergo ò Domine orare volueris, non ad aliud quam ad te ipsam faciem conuerte, in te enim est, qui orandus est, & cum Angeli orant, in te conuertunt facies suas, quia in te ille est, in quem desiderant Angeli prospice C re. Sic etiam Ioannes fecit, qui in vtero matris consistens, cum faciẽ ad matris scapulas haberet conuersam, vt ad te conuerteret faciem, & ad Iesum, qui in vtero tuo erat, conuertit faciem ad vterum matris, & inde Iesum adorauit exultans. Si ergo reliqui dum orant ad te vultus conuertunt suos, tu ipsa à sacrario discedere nõ potes, quia tu sacellum es, & sancta sanctorum. Maximum profecto argumentum sanctitatis eximia Mariæ est, videre Christũ Dñm per menses nouẽ in eius vtero, qui corporaliter eius cordi adhærebat. Ibi enim vir erat perfectus, & ideo Ierem. ait, foemina circumdabit virum, plenus sapientia erat,

A erat, & ratione plenissime utebatur, quid ergo tunc tẽporis vir ille, puerque agebat? Certè innumera bona cordi illi tribuebat, seipsũ in illo imprimebat, cor sibi agglutinabat, & quasi domesticus fur cor sibi rapiebat, viscera animãq; cor inflammabat, vt accensus ignis esset, & adipe, ac pinguedine deuotionis implebat. Vindictam tunc dulcissimã sumebat de corde illo, quod ipsum vulnerauerat. Vnde ille aiebat, vulnerasti cor meũ foror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Nũc ille eam vulnerat, & vicissim sagittas amoris quisq; in aliũ dirigit. Vt ardentissimum Didonis in Aeneam amorem Virgilius describeret, ait, continere ipsam in sinu suo, ac fouere Cupidinem, qui eam amore flagrantem efficiebat. Sed signum illud nunc in Maria plenissime veritati redditum est. Continebat enim illa, non in vlnis, sed in vtero infinitũ amoris ignem, Deum scilicet, quis vero potest abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? ò foelix, & beatissima Maria, quanta mira in te posuit cælestis artifex. Si tactu suo pretiosi lapilli bona multa efficere solent, quanta efficeret in te lapis ille omnium lapillorum vim continens?

Sed quo Maria abiit? *in Montana.* Quo pacto viam agit? *in festinatione.* Expendenda sunt hæc singula. Primũ in montana Maria concedit, non solum corporali gressu, sed magis spiritali: semper enim in altissimis habitauit, & maxima aggressa est, ac sublimia perfecit. An non in altissimis posuit nidũ suũ, C quæ firmiter statuit, ac impleuit, vt nec in minimo Deo displiceret? An nõ in mõtana cõscendit, quæ in omnibus Dei gloriã dũtaxat quesiuit? Quæ Deũ ò cælis in terrã venire fecit? Quæ virgo illibata permanfit? Quæ omnium hominum curã suscepit? Quæ omnibus miseris succurrere statuit? Certè altissima hæc omnia fuerunt, & in ea cõscendit Maria, quia magnanima cũ esset, nihil nisi impossibile cogitabat. Videas ex auib⁹ quasdam humiles, ac viles, quæ terræ vermiculos venantur in cibũ, videas vero alias generosas, quæ aues alias capiunt, quæ ardeas alte volantes insequuntur, cũ tamen vniuersæ aues ex eadẽ aqua formatæ sint. Ita cũ vniuersi homines ex eodem prodierint limo, quidam humi reptant, vilia cogitant, abiecta venantur, & ea quæ mundi huius sunt solum quærunt, & ijs contenti sunt,

Cant. 4.

Prov. 6.

Simile.

Gen. 32.

Simile.
Prov. 8.

1. Pet. 1.

Ierem. 31.

funt, quibus & bestia fruuntur cibo, scilicet, & potu, ac deli A
 cijs. Quidam uero caelestes sunt, quorum conuersatio in caelis
 est, qui ea, quae in terra sunt cõtemnentes, caelestia suspirant, &
 quærunt, ad perfectionis culmen pertingere curant, hi mon-
 tana conscendunt cum Maria. Reliqui uerò dicunt cum Lot,
 non possum in montem ascendere, ne fortè apprehendat me
 malum. Monebant eum Angeli, ut in montem ascenderet, di-
 cebant enim, ne stes in omni circum regione, sed in monte sal-
 uum te fac. Angeli aiunt, in monte salutem esse, & securitatem,
 ille uerò timet, ne in monte eum apprehendat malum. Qui te
 monet, ut alta petas, Angelus tibi est, trepidatio uerò tua, ac ti-
 mor hac in re pusillanimitatis est. Multi alta petere nõ audent,
 timent, ne eos ascendentes malum apprehendat, putant eam
 desolatam uiam esse, ac iniucundam, quodq; eis salus corporis B
 non aderit, si pœnitentiæ uiam ingrediantur. De his Sapiens
 ait. Dicit piger, leo est in uia, cum tamen securitas in monte
 sit, & ideo Angeli ad Lot dicunt, in monte saluum te fac. Et
 Raab exploratoribus ait: ad montana conscendite, ne fortè oc-
 currant uobis reuertentes. In inferioribus discrimina, ac peri-
 cula multa sunt, in alto securitas. Vnde Psaltes, altissimum po-
 suisti refugium tuum, non accedet ad te malum. Via ergo in-
 altum nobis tenenda est, caelestia appetenda, & caduca abij-
 cienda.

Sed iam festinationem Mariæ attendamus. *Cum festinatio-
 ne.* Ait Lucas. Sed quomodo prægnaus festinare potest? Impe-
 dimento non est Christus in utero existens, imo illa festinare
 facit, quia ille est de quo Paulus ait, qui portat omnia uerbo vir
 tutis suæ. Est etiam ille, de quo Esaias: uoca nomen eius acce-
 lera, spolia detrahare, festina prædari. Veniens enim in mun-
 dum Christus Dominus accelerauit, ut spolia detraheret
 dæmoni, festinauit, ut animas prædaretur, & ideo nunc,
 ut Baptistam suum sibi usurperet, festinat, ac festinantem ma-
 trem efficit. Sicut ergo uela nauem non impediunt, sed festi-
 nare faciunt, & pennæ colubam iuuant, nõ detinent, ita Chri-
 stus Mariam festinantem facit, non tardam. Ideo in hodierna episto-
 la ex Canticis illud lectum est. Surge, prope amica mea, en spõs
 præceptum, in epistola propositum, uis obediētiam uidere? Atten-
 de

Gen. 19.

Prou. 26.

Iosue. 2.

Psal. 90.

Heb. 1.

Esa. 8.

A de Euangelij uerba. *Exurgens Maria, abiit in montana cum festi-
 natione.*

Nec uero in sola Maria hanc reperies festinationem. Sed
 ubicumque Deus est, festinatio est. Vis hoc oculis tuis subijce?
 Attende domum & omnes uidebis festinantes, cum Deus in
 eam intrauit, dicitur enim. Cucurrit Abraham in occursum
 eorum de ostio tabernaculi sui, & festinauit Abraham in taber-
 naculum ad Saram, dixitque ei, accelera, tria fata similia con-
 misce. Ipse uero ad armentum cucurrit, & tulit vitulum tener-
 rimum, deditque puero, qui festinauit & coxit illum. En om-
 nes festinantes. Hinc Sapiens, Currens non habebis offendicu-
 lum. Hinc Hieremias, uenite, & nolite stare, recordamini procul
 Domini, & Hierusalē ascēdat super eor uestrum, Hinc Sapiēs,
 festina tēpus & memento finis, quali dicat, si finis memor fue-
 ris, cito festinabis. Sicut enim paruo tempore plurimam uiam
 agit, qui festinat, & multo tempore eam non perficit, qui lento
 gradu incedit, ita in uia spiritus qui feruenter uiam arripit, qui-
 que festinat, una hora superabit illum, qui tota die laborauit.
 Hinc cucurrit Chusi, ut nunciaret uictoriam nauidi, & merce-
 dem boni nunciij lucraretur, sed Achimaas cucurrit per uia cõ-
 pendij, & transiit Chusi. Ita multi tardius incipiētes prius per-
 ueniunt ad metam, quia cum festinatione rem agunt. Licet uero
 hac festinatio omnium esse debeat, præcipue tamen conue-
 nit Christo Domino, & Mariæ matri eius, ille quidem exulta-
 uit ut Gigas ad currendam uiam, à summo caelo egressio eius.
 Maria etiam summa festinatione uiam Dei peregit. Sicut enim
 in corporum motibus ille, qui primus, & reliquorum mensura
 est, velocissimus esse debet, ita motus Mariæ summa celeritate
 præditus fuit. Hinc est, quod sicut primum mobile plus spacij
 pertransit una die, quam velocissimus cursor mille annis, prop-
 ter summam illius uelocitatem, ita Maria una die plus meriti si-
 bi acquisiuit, quam sanctissimus uir multis annis, quia summa
 gratia eam impellebat, & nulla in ipsa resistentia fuit motui spi-
 rituali, sed ex toto gratiæ, & auxiliij conatu operabatur. Quod
 etiam in Angelis uidere licet, qui uno instanti maximam gra-
 tiam, & gloriam consecuti sunt, quia ex toto conatu nature, &
 maxima cum gratia operati sunt.

Sanct.

R

Nos

Gen. 18.

Prou. 4.

Ihere. 51.

Eccle. 36.

2. Reg. 18.

Psal. 18.

Simile.

Nos verò festinare oportet multis de causis. Primo quia **16** **A** gum nobis restat iter, & ideo festinatione opus est. Sicut cum viator, multam viam confecturus, videt, breue ipsi tempus concessum, ad illam peragenda. Audi quid Angelus Eliæ dicat, id ipsum enim nobis omnibus loquitur. Surge, comede, grandis enim tibi restat via. Viam agimus in cælum, illud verò longe est. Sic enim dicere solémus, cum longam distantia significare volumus, sicut distant cæli à terra. Hæc vero distantia sumitur à diuersitate maxima, quæ est inter præsentem, & futuram vitam, vt Diuus Thomas ait. Ibi enim requies, hic labor, ibi securitas, hic pericula ibi pax, hic turbatio. Cumque viam perficere, tanti referat, oportet, tardos non esse, & negligentes, ne forte illuc non perueniamus. Hinc Paulus, postquam ostendit propalatam viam sanctorum, & ianuas cali apertas, ait caueamus, ne similes eis simus, qui educti ex Aegypto non peruenierunt in terram promissam, quibus iuratum in ira mea, si introibunt in requiem meam. Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in regnum eius, existimetur, aliquid in nobis deesse. Sed quo pacto illud efugiemus periculum? Audi Paulum id ostendentem. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Festinandum ergo nobis est.

Secundo verò festinare nos oportet, quia ductor noster festinare nos vult. Nescit tarda molimina. Spiritus sancti gratia, ait Ambrosius. Certe festinus ille est, quem Deus gratia sua tangit, & vrget, quemadmodum festinante nauis procedit, cum ventus vehemens eam impellit. Hinc Esaias. Timebunt, qui ab occidente, nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit, & venerit Sion redemptor. Si spiritus Domini irruit in te, festinare te faciet, & ducet te quasi si ducereris à flumine violento. Hinc Psalter. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Tertio festinare oportet, quia Dei minister festinus esse debet, non tardus. Hinc Sapiens, Vidisti hominem velocem in operibus suis, hic coram regibus ministrabit. Memoria proditum est, philo-

A philosophum quendam à rege vocatum, & philosophus in summa arce erat, rex vero in inferiori parte, vt verò ostenderet ille qua celeritate regi parendum esset, se ex fenestra præcipitem dedit, & licet id stultum fuerit, nos tamen docet, qua celeritate Dei obsequio instare debemus. Hinc cum Sunamitis ad Eliseum ire vellet, seruo ait, mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo. Nulla ergo facienda nobis mora est. Currebatis bene, quis vos impediuit? ait Paulus ad Galatas. Sic ergo currite, vt comprehendatis. Sed hominis vercordia multa fingit, ne festinare cogatur, ait enim, multum superesse temporis, vt bona opera præstare possit, & in futurum ea differt. Sed te rogo, vnde nosti, quod tibi crastina dies præsto erit? Memorare diuitis illius, qui multos annos animæ suæ promittebat, dicens, anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius erunt. Sed concede tibi, quod crastina tibi dies erit, rogo vero te, vnde nosti, te à Deo in crastino vocandum? Ille cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat, cur te non indurandum times? An non sic Pharaoh induratus? An non & Dauid per plures menses in peccato perstitit, nec vocatus est? filius enim ei natus erat, cum eum Samuel corripuit. Rem tantam, quanta est æterna salus, discrimini tanto committere vis? Hodie ergo si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sed festinate, vt eum consequamini.

C Sed quid Maria visitans Elisabet faciat, videamus. *Exultauit in gaudio infans in utero meo.* Mirus profecto vocis Mariæ effectus, quæ ipsos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudunt, imo eum sua salutatione sanctificauit. Cui nunc similem Ioannem esse dicemus? Certe similis acui nauticæ est, & acui horologii, quæ non quiescit, donec sidus boreale, quod vulgo polus dicitur, respiciat. Ita Ioannes non quiescit, donec Christum respiciat, ab eoque respiciatur, tunc stetit acus ista. Hanc vero miram sanctificationem operatur Christus salutationem Mariæ, vt instrumento. Sicut enim halitus corporis corrupti inficit, ita Mariæ halitus viuificat, quia à pectore Deo pleno procedebat. Sicut etiam illius conspectus castas suggererat cogitationes. Salutaris dictus fuit Christus Domi-

4. Reg. 4.

Ad Gala. 3

Luc. 12.

Rom. 9.

2. Reg. 12.

Psal. 94.

Simile.

nus, & saluator, non solum, quoniam nos saluos fecit, sed quia **A**
 uniuersa, quæ illius erant, salutaria erant, salua cæcum illumina-
 uit, fimbria uelamenti eam sanauit, quæ sanguinis fluxum
 patiebatur, & sic de reliquis. Ad hunc modum se Maria habet,
 uniuersa, quæ illius sunt, salutaria sunt, nobisque proficua. Mi-
 rabilis plane arbor illa fuit, cuius folia ad sanitatem gentium
 erant. Sed mirabilior Maria, cuius uerba salutem animæ conse-
 rebant ut Ioanni accidit, uerba uero folia esse dicuntur. Mira-
 bilis plane res est animæ sanctificatio, & quæ magnificanda
 est, ut præcipue colligi potest ex illis Christi Domini uerbis,
 pater, quos dedisti mihi. An non melius diceres, quos ego re-
 demi, quos emi proprio sanguine, quos acquisiui? non sic ait, **B**
 sed quos dedisti mihi, quos dono donasti, licet enim iustus
 emerit ex iustitia, & rigore iustitiæ, sic tamen eos magnificat,
 ut eos dono datos æstimet, licet sanguine redemerit. Sicut ac-
 cidit Iacob, qui caro pretio emerat Rachelem, sed gratis ei da-
 tam arbitratur, & plures anni uidebantur ei dies pauci, præ-
 amoris magnitudine. Magna profecto res animæ sanctificatio,
 quam Christus tanti ducit. Hanc uero, & copiosissimam Ma-
 riæ uerbis, & salutatione perficit. Qualis obsecro Maria in se
 ipsa est, cuius uox in alijs tanta operatur. Dicamus ergo ei. So-
 net uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis, uox effi-
 cax, uox uirtutis. Accedamus ad eam imitatione chari-
 tatis, humilitatis, feruoris, ac festinationis, ut
 eius uocem audire mereamur, &

illius effectus expe-
 riri, &c.

In

A In Triumpho Sanctæ Crucis:

*Thema. In patientia uestra possidebitis ani-
 mas uestras. Luc. 21.*



B Elebri die in Hispania memoriam agimus triū-
 phi sanctæ crucis, cum ea apparuit in aere Al-
 fonso Castellæ Regi pugnanti cum Mauris in
 loco, quem Nauas Tolosæ uocant. Eam etiam
 crucem alij plures uiderunt. Eo uero in prælio
 ducenta millia Maurorum occissa memorantur, cum ex no-
 stris uiginti quinque solum fuerint desiderati. Id uero crux præ-
 stitit, & Beata Maria, nam ad præsentiam imaginis beatæ Dei
 genitricis, quæ in vexillis regijs depicta erat, ingens Maurorum
 multitudo corruit. Est enim Maria dux bellorum nostrorum,
 sicut crux vexillum. Vnde in omnibus bellis nostris, tū exte-
 rioribus tum interioribus merito Mariæ dicemus, quod Ba-
 rac Deborah prophetissæ dixit, suadenti in pugnam ire, si uenis
 mecum, uadam. Si nolueris uenire mecum, non pergam. **Que** *Iud. 4.*
C dixit ad eum, Ibo quidem tecum, & ita uictoria parta est. Id no-
 bis continget, si Maria nobiscum uenerit, eam ergo ore-
 mus, &c.

Belli facilliter confecti memoriam recolimus, & in Euan-
 gelio bellorum Christus dux meminit. Et nobis bellum sem-
 per imminet, cum militia sit uita hominis super terram, ut Iob *Iob. 7.*
 ait. In omnibus uero hisce bellis vexillum crux est. Inter cru-
 cis nomina insigne illud est, quo vexillum nuncupatur. De ea
 canit Ecclesia, vexilla regis prodeunt. Et Christus Dominus *Matt. 24.*
 ait, tunc apparebit signum filij hominis in cælo, Diuus Laurentius
 Iustinianus de triumphali Christi agone capite. 17. ait. Dux *Laurent.
 Iustini.*
 in prælio vexillo utitur, ut eius milites agnoscat, quo in omni
 aduerso euentu fugere debeant, & ut non dispergantur mili-

Sancti.

R 3

tes,

tes, sed propius ad vexillum accedentes, vnum exercitum A
conficiant, & vt animo non deficient milites, est enim vexil-
lum quasi exhortatio ducis, & tuitionis remedium. Ita Chri-
stus dux noster pugnam initurus cum hostibus, signum leua-
re voluit, quod toto belli tempore, vsque ad finem, scilicet,
mundi voluit esse conspicuum, illud vero crux est, qua debel-
lauit aereas potestates. Et ideo tanti ducis signum dæmones
pauent, & eius vi à corporibus pelluntur. In eo etiam sancti
sanitates perferunt. In eo omnia benedicuntur in Eccle-
sia, & in omnibus sacramentalibus est frequentissimum.
Hoc signum est nobis turris David ædificata cum propug-
naculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura for-
tium? Hæc est arborilla magna Danielis, tam alta, vt cæ- B
lum tangat, cui Deus innixus est vt scæ, sub ea quiescunt
omnia animantia terræ, cuius fructus nimius, quia copia
sa apud eum redemptio. In reliquis signis, aliqua, vt dif-
cernantur, pinguntur imagines, in hac vero Dei viua ima-
go fuit. De hoc vexillo Elaias ait. Leuabit Dominus sig-
num in nationibus, & congregabit profugos de Israel, &
dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ. Quia vt
vniuersus mundus militet sub eo, signum hoc eleuatum
est. Ex quo vero signum hoc eleuatum est, cæperunt
homines strenue pugnare aduersus aereas potestates, & ad
cælum per viam rapiendum fidelium mentes sunt accen-
sæ.

Dani. 4.

Esai. 11.

Matt. 24.

Hoc vero signum, quod in terra eleuatum est, in iudicio C
eleuandum est in cælo, vt Christus ait. Sicut enim deuicta ci-
uitate, in summa eius, arce, vexillum victoris collocatur in vi-
ctoriæ signum, ita cum Christus, & illi, qui ei militauerunt, or-
bem vicerint, cælum per vim intrauerint, in huius victoriæ sig-
num victoris signum in cælo apponitur. Et sicut clauis ia-
nuæ apponitur, vt aperiatur, ita crux clauis cæli ei apponi-
tur, vt omnibus electis pateat. Tuac honos cruci restitue-
tur, quam mundus scandalum, & stultitiam duxit. Tunc
iusti, qui sub cruce militauerunt, gaudebunt, inimici vero
crucis plangent. Sicut cum in arce ciuitatis signum, & ve-
xillum victoris apparet, latantur illius milites, aduersarij vero

.B. 1160

trifan-

A tristantur. Væ illis, de quibus Paulus. Multi ambulat, quos *Phillip. 3.*
sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos cru-
cis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus vëter est,
qui terrena sapiunt. Hi crucis inimici videbunt tunc crucem
victricem, & plangent super se.

Nec vero crux est solum vexillum militantium, sed &
trophæum, & arcus triumphalis, ac marmorea columna,
quam Christus in terra, & in cælo in æternum erigit in vi-
ctoriæ memoriam æternam. Aliqui fuerunt insignes duces, *Simile.*
qui debellatis multis hostibus, & expugnatis regnis remo-
tissimis, in sui memoriam trophæa erexere in his regnis,
quæ debellauerunt. Id fecit Hercules in Hispania, ex-
truens columnas, quæ vsque in hanc diem Herculis dicun-
tur, quasi illis significans, & dicens, si nosse vultis Herculis
B fortitudinem, ac miram audaciam, scitote, vsque ad hos
fines ipsum peruenisse victorem omnium. Id ipsum in o-
riente Alexander fecit, relinquens columnas in extremis
orientis finibus, quibus significauit, eo vsque ipsum perue-
nisse vniuerso mundo deuicto. Et de his trophæis in scri-
ptura sacramentio habetur. Deuicto namque Amalec ere-
xit sibi Saul fornitem triumphalem. Ad eum ergo mo-
dum veniens è cælo Christus Dominus in terram, debellans
que aereas potestates, eiecit principem huius mundi foras, *I. Reg. 15.*
& corda etiam lapidea hominum superans, crexit in tantæ
victoriæ recordationem arcum, siue columnam, hæc vero
C Crux est, cui est titulus, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.
Quasi dicat. Si vultis ò mortales nosse, quo vsque diuinus
procefferit amor in vos, quo vsque vos dilexerit, & quod in fi-
nem dilexerit, adeo vt ultra progredi non posset, scitote, eo
eius peruenisse dilectionem, vt in cruce pro vobis pende-
ret.

Si nosse vultis, quo diuina sapientia, potentia, ac
bonitas peruenerit, scitote, quia vsque ad Crucem,
hinc, quod progrediretur ulterius, non habuit, non plus ul-
tra est. Quod vulgo dici solet, hasta alli pudo llegar, id
in cruce verum habet, illuc enim peruenire potuit diui-
nus amor, & si progredi vellet, non inueniret quo. Quid

R. 4

enim

enim amplius pro homine efficere potuit, quam vitam dare? Voluit vero, & merito, ut crux, quæ in mundo trophæum, & columna fuit, ostendens, quo diuina bonitas progressa sit, in cælo, sit etiam trophæum eius in perpetuum, & columna, quæ oculis beatorum semper subijciatur, ut diuinam sapientiam, ac bonitatem videant. Multa quidem læta, ac iucunda corporeis oculis proponuntur in cælo, sed non eos sic lunæ, solis, ac stellarum aspectus recreabit, ut conspectus crucis: hæc illis letitia immensa erit, & ideo perpetuo canent, redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo. Cum insignis victoria aduersus Philistæos parta esset, erexit Samuel lapidem in titulum, quæ appellauit lapidem adiutorij, dicens, hucusque auxiliatus est nobis Dominus, lapis certe ille crucis figura est, expendum vero verbum illud, hucusque auxiliatus est nobis Dominus, quia vsque ad crucem auxiliatus est nobis Deus.

Hac ergo ratione vexillum Christianorum crux est, sicut Romanorum Labarum. Hæc crux, ut refert Nicephorus apparuit Constantino eunti in pugnam aduersus Maxentium, & Angeli ei dixere, in hoc signo vince, & ideo in omnibus suis vexillis eam depingi iussit, & tanquam Labarum secum tulit. Et postea in manibus statuarum, quas ei senatus erexit, crucem poni iussit, tribuens cruci victoriam. Idem ei accidit, cum contra Maximinum pugnavit, tunc verò res memoria digna accidit, præcepit enim Maximinus militibus suis, ut vniversa tela projicerent in crucem, quæ portabatur in Labaro Constantini. Qui ergo Labarum portabat, ethnicus erat, vidensque innumera tela, Labarum reliquit, & crucem, sed telis confossus statim interiit. Adfuit ibi tunc miles fidelis, filius martyris, qui abiectis armis, quibus ab ictibus hostium se protegere poterat crucem ab altero depositam accepit, & nullum sustinuit vulnus, crux enim vniversa tela collegit in se. Et tertio cum Bizanzius in eum rebellaret, & ipse paucos haberet milites, quia exercitum aduersus Persas miserat, in summo positus discrimine, oculos in cælum leuauit, vidit vero ex stellis literas compositas, dicentes, inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me, tunc orauit, & crucem vidit, & iuxta eam titulum

lum

alum dicentem, in hoc signo vices, & prælio commisso, victor euasit. Sæpissime crux ista in bellis apparuit, & nunc demum in victoria, quam celebri festo hodie recolimus. Refert idem Nicephorus, Regem Persiæ misisse ad imperatorem Mauricium Turcas, quos in bello ceperat, qui tunc idololatræ erant, deserebant tamē in frontibus crucis signum, ferro ignito impressum, cuius rei causam rogati, dixerunt, in regno suo pestem grafsatam fuisse, qua vniversi peribant misere, cumque nullum, eis esset remedium, quidam fideles eos monuerunt, ut signum crucis in frontibus ponerent, & sic à peste liberati sunt, in cuius rei memoriam, quia cruci vitam debebant, eam fronti infixerunt.

Sed quoniam crucem nunc diximus salutarem, ac viuificam esse (sic enim eam appellat Ecclesia) silentio prætereundum non est, quod Marsilius Ficinus memoriæ prodidit in libro de vita cælitus comparanda, Magos veteres dixisse, crucis signum viuificum, ac salutare hominibus esse. Huic vero rei consonat, quod Eusebius, & Nicephorus referunt, inter hieroglyphica Aegyptiorum vnum fuisse crucem, qua significabant salutem, & vitam venturam. Dicebantque non amplius duratura idola esse, nisi vsque ad tempus, quo crux in mundo eleuaretur. Ex quo, ut ad mores nostros descendamus, colligendum nobis est, signum in nobis diuinum esse crucem, ac tribulationem, quo signati salutem, ac vitam sperare possumus. Solent duces, cum diripienda ciuitas est, ac vastanda, in aliqua domo ponere vexillum paruum, quo imposito significant domum illam diripiendam non esse, sed omnino seruandam. Sicut olim funiculus coccineus signum fuit in domo Raab, ne deprædaretur. Ita quos Deus incolumes seruari vult ab æterna damnatione, cruce signare solet, ac tribulatione. Sic etiam exteriori cruce vndique signatur, qui aqua baptismi abluitur, in signum salutis æteræ. Si ergo tibi tribulatio est, crucis signum, quod est Christi vexillum, in te positum agnosce, quod tibi æternæ salutis hieroglyphicum, & liberationis signum est. Non ergo cruce visa terreri nos decet, sed lætari. Hæc vero in Euangelio nobis proposito latius ostenduntur in quo cælestis magister ait.

R. 5

Cum

Nice. li. 18.
cap. 20.

Marfil.

Euseb. ii. 11.
cap. 29.
Nice. li. 12.
cap. 26.Simile.
Iosue. 10.

Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terri. Mirum profecto animū, eximiam magnanimitatem in suis exigit Christus, cur enim non terreantur, cum praelia, & seditiones exoriantur? Certe similis Christi discipulus esse debet margaritis, in quibus illud valde mirandum est, quod cum in mari gignantur, ei tamen dissimiles valde sunt, mare obscurū est, ac terribile, illę vero albę, ac visu delectabiles, vt cælum potius quā mare referant. Et huius diuersitatis ratio est, quia licet in mari gignantur, sed cælesti rore producuntur. Ita cum fidelis vir cælestē rorem desuper acceperit, impleta in eo benedictione illa, det tibi Dñs de rore cęli, cęlestis esse debet, animoq; cęlesti præditus, & licet in hoc sæculo genitus sit, ei tamē conformari nō debet, sed cęlo. Vnde Paulus. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in spiritu mentis vestre. Nolite ergo terri, etiam si bella, & seditiones insurgant, sed potius dicite cū Psal. te. Propterea nō timebimus cum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sed quid est propterea? Certe, quia præmiserat, Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerūt nos nimis. Et huius magnanimitatis, & intrepidi animi in omnibus malis illa ratio potissima est, quia nihil mali accidere iusto potest, si modo iustitiā cōseruet quicquid euenerit, bonum ei est, nō est ergo, q̄ timeat, timor enim est de malo imminēti. Quod si illi nullū malū imminet, quid obsecro timeat? Eximiū profecto hoc est virtutis priuilegiū, vt nullū malū eō intrare possit, vbi illa est, & vniuersa, quæ mala apparent, si locū, in quo virtus est, ingrediatur, bona sūt, quod signū est eximię bonitatis virtutis. Hinc Esai. ait. Dicite iusto, quoniam bene, quicquid acciderit iusto, bonum ei est. Si diuitias ei dederis, efficies eū Abrahamū. Si abstuleris, efficies eum Iob. Si regnū dederis, efficies eū, David, quia diligentibus Deū omnia cooperatur in bonum, vt Paulus ait. Nihil ergo mali illi relinquitur. Hinc Psal. Altissimum posuisti refugiū tuū, nō accedit ad te malū, qui enim Deū habet refugiū, nō est quod malū timeat, quia statim in bonū ei cedit. Si accedat infirmitas, patiēter tolerat, & ei bona est. Si & ipsa mors, nō solum bona efficitur, sed pretiosa, quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Quid dico mala pænę, ipsa etiā peccata

Gene. 27.

Rom. 12.

Psal. 45.

Esai. 3.

Rom. 8.
Psal. 90.

Psal. 115.

A cata in bonum conuertit iustus, dum ex eis occasiōem pænitetię, & humiliatis sumit, vt Augustinus ait, quid ergo mirum, si ex malis pænę bonum educat, qui ex culpa id nouit educere? Adijcit Dominus.

Surget gens contragentem, &c. Describit mala quę præcesserunt euerisionem Hierusalem. Addit vero. *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus, & persequentur, &c.* Hęc vniuersa ostendit liber Actuum Apostolorum. Simul ostendit, quod vniuersa illa mala non procedent ex crudelitate Dei ferientis, sed demerito Hierusalem patientis, quasi dicat, prius turbantur corda Hierosolymorum in malum, vt vos persequantur, & postea ultio diuina in eos desæuiet, qua intereant.

Continget autem vobis in testimonium. Id est, vniuersa hæc persecutio erit vobis signum, ac testimonium, quod vere discipuli mei estis. Plura in scriptura legimus de testimonijs. In Genes. Abraham ait Abimelec, septem agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium, quoniā ego fodi puteū istū. Et cū reconciliati essent Iacob & Labā, ait Labā, veni ergo, vt ineamus fœdus, vt sit testimonium inter me, & te, tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum, dixitque fratribus suis, afferte lapides, qui congregantes, fecerunt tumulum, comederuntque super eum, quem vocauit Labā tumulum testis, & Iacob aceruū testimonij. Dixitque Labā, tumulus iste erit testis inter me, & inter te hodie. Arca etiam testimonij dicta fuit, quia in ea posita fuit lex, quę testimonium erat Dei in homines, & ideo tabulę legis dictę sunt tabulę testimonij. Testimonium ergo est signum pacti inter duos, qui pactū injerunt. Qui ergo Christo Dño adheret, pactū cū eo pepigit, quo ipse Christo obediētiam promittit, Christus vero vitam æternam. Is ergo iure dicitur habere testimonium Iesu, qui signa habet pacti, quod cum Iesu iniit. Ita qui fidem habet, qui baptismum suscepit, qui iuste viuit, testimonium habet Iesu. Hinc Angelus ad Ioannem ait. Conferuus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu, Deum adorata, testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ, id est, quicunque habent spiritum prophetiæ, habent in se testimonium Iesu, quoniam prophetia nunc non datur nisi credenti-

Gene. 21.

Gene. 31.

Exo. 25.

Exo. 31.

32.

Apo. 19.

dentibus in Iesum, vt de eo testimonium reddant. Et licet plura sint testimonia Iesu, sed præcipuum est, seruare Dei legem, & ideo Ioannes ait, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Sed inter Christi testimonia illud præclarum est, cum alicui conceditur, non solum vt in Christum credat, sed etiam vt pro illo patiat. De quo Paulus ait. Vobis donatum est, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini, & hoc nunc significat Christus, cum suis ait, *continget autem vobis in testimonium.* Id est, excitabitur in vos maxima persecutio propter nomen meum. Hæc autem erit vobis testimonium Iesu, quo in vobis præclarum signum erit pacti, quod vobiscum iniui. Cum ergo passiones tolleraueritis, gaudete, quoniam testimonium meum in vobis est, in dñi estis veste mea, qua manifestum sit, ad domum meam vos pertinere, dedi vobis calicem meum bibendum, quo vos participes feci mensæ meæ. Sicut ergo diuersis signis, ac characteribus insignire solent pastores oues suas, vt discernantur, & mercatores pannos, vt agnoscatur, qui eos confecit. Ita Deus suos cruce signat, sicut contra demō delictijs. Cruce signauit Christum Iesum, eadem signat membra Christi, hic est Christi character, sicut bestię character delectatio est. Si ergo hoc in te videris signum, gaude, quoniam ad Christum pertines, contingit enim hoc tibi in testimonium. Ideo ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.

Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, &c. Solent, qui ad iudicia trahuntur, non solum præmeditari ea, quæ respondere debent, sed iuris peritos vocare, vt eorū causam tueantur, & pro illis respondeant. Sed non ita vobis agendum est, nolite præmeditari, quemadmodum respondeatis, aduocatū non vocetis, ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri, ego ero in corde vestro, qui sum verbum, & ideo verba ori vestro deesse non poterunt, non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, Spiritus vero sanctus paraclytus dicitur, sicut & Christus, quod significat aduocatus, qui ergo aduocatum habet verbum, & sapientiam patris, qui que diuinum

A uinum spiritum aduocatum suum agnoscit, ne timeat, quod à causa excidat. His verbis videtur Christus, à suis auferre lectionem, & studium scripturæ sacræ, non tamen id significat, sed anxietatem, ac sollicitudinem relinquendam docet, literis verò vacare diuinis pernecessarium est, quia omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, vt Paulus ait, Apostolus etiam scientiam dedit, qua sine longo studio, & præmeditatione respondere possent omni mundi sapientiæ, & eam cōfutare. Nos vero, qui parati esse debemus, ad reddendam rationē de ea, quæ in nobis est spes, vt Petrus ait, multo studio opus est, sed non anxia sollicitudine.

Trademini autem à parentibus, fratribus, cognatis, amicis, &c. Maximè profecto hominem torquet, cum videt, à sibi propinquis mala venire, natura enim tunc vim pati videtur, cum ab eo, à quo bona sperare debuimus, mala sustinemus. Hinc Iulius Cæsar cum inter interfectores Brutum videret, ait. Et tu quoque fili? Hinc Psaltes. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus? Vt vero nobis exemplo Christus esset, vt pateremur patienter mala, etiā cū à propinquis procederent, voluit à discipulo tradi in mortem, & à suis damnari, dicente Pilato, gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Adijcit vero quid maxime timendum. *Et eritis odio omnibus hominibus.* Quia omnium ritus tollebant, legem Mosaicam abrogabant, & dicebāt illud Paulus, si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit, vnuerſa tollebat idola. Nec illis sat erat, si Christus coleretur, nisi euacuarēt omnem principatum, & potestatem. Cultores etenim idolorū non curabāt, si idola alia colerēt, dummodo sua in honore haberēt, at Christi discipuli, non solum Christū coli curabāt, sed nullum aliū præter ipsum, ideo omnibus infensi erant. Deinde demones vnuerſos homines cōcitabāt cōtra Christi Apostolos, à quib⁹ videbāt animas hominū vinculis absolui. Et præterea, cū similitudo causa sit amoris, dissimilitudo causa est odij, erat vero maxima dissimilitudo inter Christi discipulos, & mūdū, ideo eos mūdus odio prosequabatur. Vnde Christus ait, Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, nunc verò quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo,

1. Tim. 3.

1. Pet. 3.

1. Tim. 3.

1. Pet. 3.

Psal. 54.

Ioan. 19.

Gala. 5.

Ioan. 15.

1. Cor. 6.

do, propterea odit vos mundus. Quæ vero conuentio lucis ad tenebras, Christi ad Belial?

1. Reg. 14.

Apera, ac dura sunt, quæ hucusque Christus nūciauit, sed aliquid dulcedinis in finem Euangelij referuauit. Non enim crux tota aspera est. Sed sicut summitas virgæ Ionathæ melle intincta est, ita crucis terminus dulcedo est, quæ in fine Euangelij exprimitur, cum Dominus ait. *Capillus de capite vestro non peribit.* Sicut etiam alibi dixerat, nam & capilli capitis vestri numerati sunt omnes. An non dulcissima verba ista sunt? an non ex mellifluo corde procedūt? Quæ enim vnquā fuit adeo amantissima filij mater, vt capillos filij numeraret, & ne vnum quidē amitti permiserit? Ne ergo timeatis vniuersos persecutores, B

Luc. 12.

ego vobis adero, ita vt nec capillus vester pereat, tantum abest vt in ijs, quæ maiora sunt, vobis deficiam, noui omnia, quæ ad vos pertinent, & ea curabo, vt propria, quia pro nomine meo patimini, & quicquid aduersum vos mundus fecerit, in me factum reputo. Capillus ergo non peribit, quia vt ipse ait, vulnerasti cor meum scror mea sponsa in vno oculo ram tuorum, & in vno crine colli tui. Si vnus capillus eum vulnerat, merito nō peribit. A deo enim nos diligit, vt vno capillo eum ducere, & vulnerare possimus, quia sic Deo placent iusti opera, vt minimum opus maneret se ipso, etiam calicem aquæ frigidæ æterna remuneratione donabit, & ad hoc gressus nostros dinumerat, vt nullus eorū sine mercede sit. Nunc ergo ait, capillus vester non peribit, quasi dicat, si adeo vestra curat, & in pretio habet, vt minima vestra magnificiat, etiam capillum, quo pacto magni ducet maxima, quæ ei offertis?

Apoc. 1.

Aug.

Ansel.

Ricar.

Sed est præterea annotandum, esse Christi capillos, & esse capillos nostros. De Christi capillis dicitur. Capilli eius erant cædidi sicut lana alba, & tanquā nix, in quem locū Augustinus Anselmus, & Ricardus per capillos Christi sanctos intelligi dicunt, qui Christo adherent. Quia sicut capilli non sunt de substantia capitis, vt caro, & os, vegetantur tamen virtute capitis, & pendent ab eo, ita sancti à Christo. Dicuntur verò albi vt lana, aut nix, propter vitæ candorem. Sed in canticis nigri dicuntur idem capilli, propter exteriores persecutiones, vel propter imperfectiones, quibus in hac vita sunt obnoxij. Sicut ait spōsa, no-

Cant. 5.

Cant. 1.

A sa, nolite me considerare quod fusca sum, & nigra sum, sed for mofa. Sed alio in loco dicitur, capilli tui sicut greges caprarū, quæ ascenderunt de mōre Galaad. Quia sancti, ait Gregorius, cōtemplatione similes sunt capreis, quarum acutus est visus. Sed potissimè martyribus hoc cōuenit, ait Gregorius, Galaad enim interpretatur aceruus testimonij, id verò martyribus cōuenit, qui plures fuerunt, vt aceruus dici possint, & testimoniū Christo dederunt, martyr enim testis est latine. De quibus alibi dicitur. Comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Similes purpuræ vocat propter sanguinem fustum. Hic verò attendendum est, capillos capitis in honore esse, dum capiti adherent, nihili autem esse si à capite separentur, ita homo magnus est si Christo adhereat. Ideo ait quidam, mihi adhere re Deo bonum est. Si verò à Christo separetur, nihili ducitur. B Ideo ad Hieremiam ait. Tonde capillum tuum, & proijce, & fume in directum planctum, quia proiecit Dominus, & dereliquit generationem furoris sui. Caue ergo, ne à Deo proijciaris.

Sed capillus noster cogitatio cordis est, quam Dominus non prætermittet absque mercede, quanto minus sanguinem pro eo fustum.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Impatiens animam perdit. Hinc Iob. Quid perdis animam tuā in fanore tuo? Patiens vero seruat. Ideo melior est patiens viro forti, quia se cohibet,

& ideo se possidet, &c.

In festo

Iob. 18.

Prov. 16.

In festo Beatæ Mariæ Magdalænæ.

Thema. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.



Cripit Beatus Timotheus ad Dionysiu Areopagitā, inuenisse se multos philosophos Athenis, qui de Dionysio conquerebantur, quia cōtra eorum dogmata prædicabat. Cui respondens Dionysius, ait, nunquam equidem contra hanc, vel illam sectam prædicauī, solummodo veritatem docui, qua stabilita, ac cognita, mēdacia vniuersa ruunt, nullo ea impugnante. Mira profecto veritatis vis. Sed hæc veritatis potentia contra falsitates omnes in amore Dei inuenitur contra vitia vniuersa. Si enim in hominis corde constitueris Dei amorem perfectum, statim, sicut coram arca Dagon cecidit, cadēt peccata, & vitia omnia, nec opus erit ea sigillatim impugnare, vniuersorum enim victoriam amor reportabit solus. Hoc verò quadam fabula significauerūt prisca philosophi, referente Palmireno ex Plutarcho. Contenderunt Aquilo, & Sol inter sese quis eorum prius posset nudare hominem, cæpit Aquilo vehementius insufflare, & palliū tollere, sed homo illud sibi magis coaptabat, vt frigori resisteret. Sol vero æstuate hominem sic fecit, vt vestibus nudatis se projiceret in aquam. En quid amoris vis in Magdalena fecerit, exiit omnia, quæ mundi sunt, & in lachrymarum fluuium se iniecit.

Dionys. in Epistola ad Timo.

Palmire. in libello Latino de regente.

Ambros.

Siquis vero sine Dei dilectione vitia impugnare velit, ei accidit, ait Ambrosius, quod poetæ de hydra narrant, cuius vnū caput cum præscinderet Hercules, septem oriebantur, nec eam vincere potuit, donec assumpto igne, eum applicabat abscisso capiti, & sic alia non prodibant. Sic sic qui sine diuina gratia, ac charitate passionem, ac vitia superare studet, vt olim

A olim philosophi, vitia non superabant, passionem non vincebant, imo denuo vitia exoriebantur, quia dilectione Dei non se ipsos mortificabant, sed passionibus, & vitijs, alia vitia expugnare volebant, quoniam vano honore, aut cupiditate impellente, vitia alia tollere, curabant, sicque vulnus vulnere curare volebant, quod impossibile est. Si ergo à radicibus vitia euellere vis, ait Ambrosius, charitatis ignem applica, quo vniuersæ passionem, ac vitia superantur. Ideo de dilectione spon-sus ait. Fortis est vt mors dilectio. Sicut enim mors omnia tollit, ac rapit ab homine, nihil ei relinquit ex his, quæ mundi sunt. Ita Dei dilectio animam mortificat, & à corpore, ac mundo alienat. Huius vero rei mirabile hodie nobis proponitur exemplum in Magdalena, quis enim alius, quam amor, à corde eius radicitus abstulit amorem sui, contemptum Dei vanum mundi honorem, delicias, quis eam extra se duxit, nisi amor? *Quoniam dilexit multum.* Amor enim extasim facit, & amantem extra se ducit, vt amato inhaerent.

Cant. 8.

Tanti vero precij dilectio Dei est, vt virtutes omnes superet sicut aurum metalla vniuersa. Ideo disserturus Paulus de charitate, postquam de alijs dixerat virtutibus, ait, adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Reliquæ virtutes sine charitate nihil sunt, à charitate vitam accipiunt, & precium. Similes literæ. O. quæ in rationibus, ac numeris poni solet, quæ sola nihil va-

1. Cor. 12.

Clet, addita vero numero multum. Ita virtutibus omnibus precium tribuit charitas, illa tanquā regina imperat reliquis virtutibus. Et ideo earum ope ei tribuit Paulus, dum ait. Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Et denique charitas summū est diuinorum donorum, multa, & preciosa nobis promissa donauit, sed pretiosissimum omnium charitas est, quæ ideo expetenda est super alia. Ideo Paulus super omnia autem hæc charitatem habere, quod est vinculum perfectionis. Et ratio manifesta huius est, quia quicquid à Deo acceperis, si charitatem non accepisti, Deum non habes, dilectione enim Deus passidetur à nobis, & dilectio possessio Dei est, dilectio Deum nostrum esse facit. Si sine charitate es, sine Deo es, qui vero manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt Ioannes ait. Quid ve-

Colos. 3.

1. Ioh. 4.

Sanct.

S

ro tibi

ro tibi prodest, omnia habere, si Deum non habes? Et charitas **A** est, propter quam homines Dij vocantur. Et ratio est, quia sicut punitur ut latro, qui latronem diligit, quia latro est, quia efficitur affectu latro, ita qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, quia propheta, & prædicator affectu est. Ita qui diligit Deum, dat Deo affectu suo vniuersa bona, quæ Deus habet, mercedem ergo Dei accipiet, quia efficitur Deus affectu, & ideo eius merces Deus est, diligenti enim Deum sola Dei possessio est plenum præmium, & quod Dei gloria est, ipsi gloria esse debet.

Ex dictis Magdalene dignitas & excellentia facile colligitur. Si prius nouerimus, in eo excellere sanctos, in quibus à Christo Domino laudati, & commendati sunt, cum enim omnium sit artifex, omnia plene nouit, non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Legimus ergo aliquos sanctorum à Christo commendatos. Laudauit Nathanaelis simplicitatem, dicens, hic uero Israelita, in quo dolus non est. Centurionis fidem, dum dixit, non inueni tantam fidem in Israel. In Chananea similiter fidem laudat, o mulier magna est fides tua. In Petro diuinorum cognitionem commendat, dicens, beatus est Simon bar Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. In Magdalena uero supremum omnium laudat, charitatem, scilicet, in hac ergo illa excelluit, cum de hac laudata à Christo sit. Nec id nobis reliquit coniecturis inuestigandum, manifestis enim uerbis illius excellentem charitatem ostendit, cum ait. *Dilexit multum*. Cum uero præcipuum Dei donum hoc sit, maxima censeri debet, quæ in hoc excelluit, meritoque ad eam dictum est, optimam partem elegit sibi Maria. Vere optimam, quæ dilectionem elegit, vere optimam, quæ Deum elegit, qui dilectione possidetur. Magnus plane est, qui quilibet excellit uirtute, sed maximus, qui in maxima uirtute excellit. Quia in re illud mirabile in Magdalena est, quod inde inceperit, quo peruenire solent præcipui sanctorum, cum uiam perfecerunt. Felliciter sancti uiam egerunt, cum in fine uitæ diligunt multum, sed inde Magdalena initium sumpsit, in maxima dilectione primum pedem posuit.

Matt. 10.

2. Cor. 10.

Ioan. 1.

Matt. 8.

Matt. 15.

Matt. 16.

Luc. 10.

Aposuit. De reliquis sanctis dicitur, cum consummauerit homo, tunc incipiet, de Magdalena uero asserere possumus, cum incipit, tunc consummat, quia initium illius consummata charitas est. Vere fundamenta eius in montibus sanctis altissima fuerunt. *Eccle. 18. 20*

Sed quoniam summam laudem eam dicimus esse, quæ dilectione colligitur, in ea solum nunc nobis immorandum est, ac ostendendum, in quibus hanc excellentem in Christum dilectionem Magdalena ostenderit, latere enim dilectio hæc nequit, sicut nec ingens ignis. Tria eximia dilectionis signa sunt. Primum, uniuersa relinquere amati causa. Secundum, dulcia cum dilecto colloquia. Tertium, difficilia aggredi amati gratia. Primum in Magdalena facile uidebimus, si Euangelicam consideremus historiam, & reliquam eius uitam, uia ierusaenica enim, & se ipsam reliquit, ut Christo frueretur dilecto, preciosas vestes, omnem mundi ornatum, delicias, & denique omnia. Accidit enim illi, quod accidere solet in domo, quæ igne absumitur, per fenestras enim proijciuntur vestes, uassa auri, & argenti, preciosa tapeta, & uniuersa, quæ in domo sunt. Ita in Magdalena succensus est diuinus ille ignis, de quo Hieremias, de caelo misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Ardet igne uniuersa domus, quid mirum si proijciantur vestes preciosæ, monilia, unguenta, & denique quicquid in domo est? Hoc uero efficiendum, cum Christus in mundum ueniret, multis retro sæculis prædixerat Esaias, cum ait. *Thren. 1.*

CEt erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum, & aures tuæ audient uerbum, post tergum monentis, hæc est uia, ambulante in ea, & non declinetis, nec ad dexteram, nec ad sinistram. Et contaminabis laminas sculptilium argentitui, & uestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea, sicut immunditiam mensruata, egredere, dices ei. Viderunt oculi Magdalene præceptorem Iesum, audiuit uocem eius. Beati eius oculi, & aures, ignis succensus est in ea, proijcit vestes preciosas, unguenta, laminas auri, & argenti, & omnibus ait, egredere. Aliqua quidem reliquit, ut Christo uictori offerret, sicut solet enim uictus ad uictoris pedes prostratus, arma, quibus in cum militauerat, ei offerre, quod se uictum testatur, *Esai. 30.*

Cant. 1.

testatur, & eius seruum esse. Ordinauit in me charitatem, vel ut alia habet litera, posuit in me vexillum charitatis, Magdalena dicere potest, & tanquam à Christo deuicta, vexillum Christi gestat in se, charitatem, scilicet, sicut in deuicta ciuitatis arce vexillum victoris erigitur, cum ergo se videt superatam à Christo, victori offert arma, quibus in eum militauerat prius, quæ enim arma illius erant, nisi vnguenta, capilli pulchritudo, hæc prius fuerant arma iniquitatis, quibus in Deum pugauerat, sed ea nunc Deo offert, seque ab eo deuictam, & seruum illius fatetur ad eius pedes procumbens. Ecce nunc omnia relinquit, vt amato inhaereat.

Ioa. 20.

Hoc ipsum etiam deinde præstitit, sequuta enim Christum Dominum est usque ad crucem, & discipulis fugientibus, illa ei adhaesit. In monumento eum quæsiuit, & cū Petrus & Iohannes abirent ad semetipsos, Maria stabat ad monumentum foris plorans, & cum Angelorum visionem videret, eos non curat, sed conuersa retrorsum est, eos derelinquens, Christo vero in cælum sublato, iterum vniuersa relinquit, & in vastam solitudinem se recepit, in qua veluti certa sagittis confixa fuit, quærens fontem aquæ viuæ, & cum plurimi ad eam Angeli venirent, aiebat eis, nunciate dilecto meo, quia amore langueo. O beatissima mulier, respondeat nouissima primis, quis te videret in deserto sole exultam, similem Ethiopissa, num tu illa pulchra es, quæ similis regulo facta inficiebas vniuersam Hierusalem oculis tuis? num tu mulier illa Babylonica vestita auro, & purpura, mater fornicationum? quo pacto nunc deturpata es? Nolite, (ait) me considerare, quod fulca sim, quia decolorauit me sol, non hic solum modo sol, qui oculis corporis cernitur, sed ille potius, qui sol iustitiæ dicitur, qui ignem suum in me posuit, & colauit me, vt auferret omnem scoriã, fide purificans cor meum. Certè omnia reliquisti pro amato, sed vt melius dicam, in meliora commutasti, reliquisti seruos, ancillas, amatores, recepisti innumeros Angelos, te circumstantes, reliquisti pulchritudinem corporis, & animæ decorem inuenisti, reliquisti monilia, & vestes, recepisti virtutes, ac dona cælestia. O felix mulier,

Cant. 1.

Apo. 17.

Cant. 1.

omalia

A omnia reliquisse videris, sed vere reliquisti nihil, & inuenisti omnia, quia quem diligebas inuenisti, in quo omnia sunt. Ille verè omnia relinquit, qui Deum relinquit, qui verò, quæ mundi sunt nihil se reliquisse putet.

Secundum dilectionis signum diximus esse, dulcia colloquia cum dilecto. Amor enim dilecti præsentiam quærit, & cum eo versatur, nihil illi molestum est, & verba ministrat amor amati, vt nunquã ei desit, quod loquatur, licet negotia nulla sint. Sicut enim ex visceribus aranea fila producit, ita & amas, quoniam, vt cælestis magister ait, ex abundantia cordis os loquitur. Hoc signum in Magdalena manifestum fuit, diuinus enim amor eam nunc trahit ad Christi pedes, & idem eam ita Christo copulauit, vt nullus eam separare ab eo possit, licet Phariseus obmurmuret, licet conqueratur Martha. Amor enim legibus non adstringitur, limitem nescit, amor sibi lex est, & licet rationi consentaneum videretur, vt soror adiuuaret, sed amor sui sollicitus est, quomodo crescat. Et licet iusta videretur causa Marthæ, sententia lata est pro Maria, & à causa iusta Martha cadit, quia contra amorem pugnare voluit, & cum aduocaretur Christus in iudicem, amor fecit, vt patronus, & aduocatus Mariæ esset. Reliquæ virtutes à prudentia, & iustitia pendent, à quibus diriguntur. Sed charitas regina cum sit omnium, nec prudentia, nec iustitia regitur, & quo magis excefferit limites charitas, eo perfectior est. A prudentia videbatur aliena, vt conuiuij tẽpore importuno intraret Maria & pedes Christi lachrimis tergeret, & quod libram vnguenti, nardi pyptici, ac preciosissimi effunderet in pedes, & caput. Sed cum illud ab amore proficisceretur, qui est super prudentiam, gratissimum Christo fuit. Hoc etiam signum amoris ostendit, cum semper Christum sequuta est, vt eum audiret, & cum in vastam se recepit solitudinem triginta annis, vt cum Christo conuersaretur, vt somnum illud dilectorum dormiret, quo à terrenis omnibus aliena sol Deo vacabat. Et hunc somnum obseruabat sponsum, dicens, adiuro vos filie Hierusalem, ne suscitetis, nec exignilare faciatis dilectam. Vt vero non spiritu solo dilecto frueretur, sed etiam corpore, septies in die ab Angelis portaba-

Luc. 6.

Cant. 2.

Sanct.

S 3

tur

tur in cælum, vt cælestis cælestibus fruere-
 tur. Sed opere pre-
 tium erit nosse, cum primum Magdalena ad Christum acces-
 sit, quæ ei verba dixit, quæ cum eo colloquia habuit, prudens
 illa atque disertata erat, fauus distillans labia eius fuerant, cum
 vanitati inferuiss, nunc ergo quid loquitur? Verbum nullum
 ore promit, hæc maxima Magdalena prudentia, hoc eximij
 signum amoris nunc est. Quando cordis anxietas verbis ex-
 primi valet, magna non est, nunc ergo summe diligens Chri-
 stum, vehementissimo dolore tacta est, & contritum omnino
 cor eius, & superinduta confusione non loquitur, nullis enim
 verbis eius dolor explicari poterat, ideo signis ostenditur. Cū
 verbis dolor explicatur, maximus non est, cum summus est, B
 signis, & singulibus exprimi solet. Qui probe Deum agnos-
 cit, & quantum sit peccati malum, quod admisit, coram Deo
 positus, non loquitur, sed illud præstat, quod Psalter ait, obmu-
 tui, & humiliatus sum, & dolor meus renouatus est, concaluit
 cor meum in tra me, & in meditatione mea exardescet ignis.
 Promiserat Deus per Ezechielem hæc aliquando cū suis actu-
 rum, vt verbum coram eo non loquerentur. Vnde ait. Et susci-
 tabo ego pactum meum tecum, & scies, quia ego Dominus, vt
 recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ
 confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ feci-
 sti, ait Dñs Deus. En id in Magdalena impletū, nō aperit os,
 verba non promit. Sed si ore nō loquitur, corde clamat, & la-
 chrymis. Loquitur ergo nunc dilecto, vt conueniens fuit, eam C
 loqui, cum primū ad Deum accessit post innumera peccata.

Sed tertiu amoris signū in Magdalena videamus, quod est,
 difficilia aggredi pro amato. Est amor quasi omnipotēs ad ne-
 gotia dilecti suscipienda, & cum sibi negligens sit, qui diligit, so-
 licitus est in his, quæ ad dilectum pertinent, sibi infirmus, & im-
 potens, dilecto fortis, & potens. In animantibus rationis ex-
 pertibus id facilius videre licebit, quæ cū rationis fræno, ac li-
 bertate non teneantur, amoris vim magis explicant. Imbecillis
 & infirma gallina, si videat miluum, inuadentem pullos suos,
 ei se opponit, ac si aquila esset, & equa mitis si lupum videat in-
 filium suum desquiere, cum eo pugnat, ac si leona esset, & vacca
 mansueta in taurū mutatur, vt vitulum tueatur suum. Magna
 prof-

Psal. 38.

Ezech. 16.

A profecto amoris vis est, cum sui obliuisci faciat, & infirmitatis
 suæ, vt dilecto accurrat, & omnia posse se credit, vt dilecto sub-
 ueniat. Sed obsecro, fuit ne efferum animal ita forte, vt Mag-
 dalena, cum Christi agebat causas? Dereliquerat pater filium
 in manus impiorum, & ideo à causis secundis auxilium acci-
 pere non valuit, qui à prima fuerat derelictus. Sed hora pas-
 sionis elapsa, licet vidisset crudelissimos Christi hostes, impa-
 tiens moræ præ amore, diem non expectat, sed cum adhuc te-
 nebræ essent, venit ad monumentum cum aromatibus. Non
 timet Scribas, & Phariseos, nō milites custodientes sepulchrū,
 non lapidem grandem, quo monumentum opertum erat, nō
 sigillum infringere. Sed obsecro Magdalena quibus viribus
 poteris prædam eripere à leonibus captam, & custoditam? ni-
 hil ei durum, aut difficile est, omnia potest, omnia sperat, om-
 nia credit se posse in eo, qui eam confortat. Deinde vero cum
 figuram hortulani Dominus suscipiens ei apparuit, ait ad eum
 Domine, si tu sustulisti illum, dicito mihi vbi posuisti eum, &
 ego eum tollam? Quæ verba enarrans Origenes in homilia de
 Magdalena ait. Rectè dicit, si tu sustulisti eum, cum ad ipsum
 loquitur, ille enim se à sepulchro sustulit, qui se ipsum suscita-
 uit propria virtute, alij non seipfos excitant, sed ab alio susci-
 tandi sunt, Christus verò à se suscitatus est. Sed & illa verba
 pensanda sunt, vbi posuisti eum? Audierat enim magistrum
 dicentem, cum suscitare voluit Lazarum, vbi posuistis eum? Iohan. 20.
 Orig.
 C familia verba illa vsurpat dulcissima illi verba magistri sunt.
 Sed qui sic diligit Christi sermonem, quantum diligit perso-
 nam eius? Sed excessum amoris attende, cum ait, ego eum
 tollam. Dic mihi ò mulier, si fuerit in domo Annæ, vel Caiaphæ
 quid facies? ego eum tollam. Si in domo Herodis, aut Pilati? ego
 eum tollam. Quasi vrsa nunc est rapto catulo Magdalena,
 omnia se posse credit, ò excessus amoris! vere dilexit mul-
 tum, ideo prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæte-
 ris.

Audi nunc Magdalenæ profectum. Initium eius fuit,
 dilexit multum, medium fuit, plus diligere quam omnes
 Apostoli tempore Resurrectionis, ideo Ecclesia, ait ip-
 si primum apparuisse, vt Apostola Apostolorum esset.

Deinde Apostolicum munus obiuit prædicans Marfilij A. Christum. Postea triginta annis contemplationi omnino dedita est, vt optimam partem eligeret, quo putas ignem charitatis in ea excreuisse? Certe, sicut febris, quæ prius sanguinem occupauit, deinde cum radicitur, carnem, & ossa sic occupat, vt hecica febris sit, quæ nulla vi naturæ pelli potest, cum confirmata fuerit, ita ignis dilectionis vsque ad Magdalena ossa penetrauit, vt iure vsurpare verba illa possit. De caelo misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Et cum nullam nouerimus ægritudinem corporis fuisse, quæ ei vitam ademerit, probabile est, hanc immensi amoris vim animam à corpore separasse. Accidit enim sæpe, vt vis amoris humani, & anxietas ab ipso procedens homines interemerit, & ideo mirandum non est, amorem diuini: in id aliquando efficere, præcipue cum supra modum excreuerit, vt in Magdalena. Nobis vero imitanda proponitur illius dilectio, & dilectionis signa, ac mirabilis pœnitentia. Primum ergo, diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos, ait Ioannes. Vis nosse quod ipse prior te dilexerit? Audi. Cum te de nihilo creauit, & innumera alia creare posset, illa non condidit, sed te, cum nihil fuisses, cum nihil meritis esses, solo amore te eduxit ex nihilo, prior ergo dilexit te. Deinde vero, cum ad nihilum redactus esses iterum per peccatum, & ad deterius nihil, cum melius tibi esset, si natus non fuisses, quam in peccato esse, iterum ex hoc nihilo te eduxit, vitam, & sanguinem effundens, an non prior te dilexit? Merito Ioannes ait. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, an non infiniti amoris signum hoc est, vitam pro inimico dedisse? An amorem non rependes tanto amori? Certe ardere amore deberemus, & impleri musto illo, quod in vtres veteres mittendum non est, imo lagunculas nouas dirumpit. Qua enim alia re compesari amor potest, nisi amore? Poteris vinum frumento, frumentum oleo, & vniuersa alia pecunia commutare, an amori solo amore poteris respondere, nulla alia digna commutatio est. Vnde sponsus ait, si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. In eadem, vt aiunt,

Thren. 1.

1. Ioan. 4.

Apoc. 4.

Cant. 8.

moneta.

A moneta amor persoluendus est. Tantæ dignitatis amor est, vt vilis, & abiectus non efficiatur, etiam si in infima persona sit. Sicut lux, quia supremum accidens inter corporalia est, etiam in re immunda constituta pura est, & munda. Nec satisfacies amori, qui in infimare est, nisi amorem rependas. Est tibi seruus Æthiops, qui te ex corde diligit, fidelis, & sollicitus in tui obsequio, & ais, diligo seruum hunc, sicut animam meam. Sic enim Sapiens faciendum monet. Est tibi seruus fidelis, sicut tibi sicut anima tua. Ecce amorem in vili seruo pretiosum. Quod si tibi dicam, in vili seruo dilectionem constituis? Dices, diligit me, fidelis mihi est, obsequitur mihi, quomodo eum non diligam? Quid mirum, cum & catellum te diligentem diligas? Sed o ingratisime omnium homo, diligis vilem seruum, & dicis, debere te illi dilectionem, quia te diligit, cum tamen pro te flagella, spinas, crucemque non sustinuerit, & Deum non diliges, qui infinito te amore dilexit, qui pro te sanguinem fudit? Despicias in Christo dilectionem, quam in seruo magnificas? Si pro te seruus fecisset, quæ Deus pro te fecit, efficeres te seruum serui tui, vt ei gratus esses, & cum Deus ea prestito rit, eius seruus esse non vis?

B Sed ais, Deum diligere volo, sed quomodo eum diligam? Dilige multum, vt Magdalena, infinitæ enim bonitati infinitus amor debetur, hunc cum persolvere non possis, dilige eum ex omnibus viribus tuis, fortis sit vt mors dilectio, mors animam separat à corpore, mors à nullo superatur, omnia superat, ita dilectio Dei omnia superat, & à nullo superatur. Ideo ait Paulus, quis nos separabit à charitate Christi? Omnia relinquere facit pro amato, tu ergo si Deo placere vis, illud Pauli perficere cura, abijcientes omne pondus, & circumstantis nos peccatum, curramus ad propositum nobis certamen, omnia ergo abijcienda à nobis sunt, quæ Dei dilectioni aduersantur. Secundo charitas conuictum, & colloquia cum Deo querit, si enim amicus tibi est intime dilectus, non opus est admonitionibus, vt cum eo colloquaris, amicitia Dei, & animæ gratia ornata maxima est, amor enim Dei infinitus est, amor animæ super omnia, quomodo ergo colloquia dulcia inter se non miscantur? Certè quia refrixit multorum charitas, & ideo orationi non

Eccl. 7.

Rom. 8.

Hebr. 12.

S. 5,

incum-

Pfal. 33.
Sap. 8.

incumbunt, gustate ergo, & videte, quoniam suavis est Dominus. Et Sapiens ait, non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tædium conuictus illius. Eximium quidem Dei donum, & misericordia fuit in homines, cum eos in amicos recipere voluit, tunc verò facultatē concessit, vt eum sæpe alloqueremur vt amicum, amicitia enim hæc lex est, vt cum amico colloqui liceat. Hoc vero ingens hominis priuilegium est, per simileque illi, quo reges aliquos nobiles honorare solent, vt sint clauicularij eorū, qui ita regibus familiares sunt, vt eis nuaquam prohibeatur ingressus ad regem, quod summi honoris loco censetur, & magnum regis beneficium, quantæ ergo dignitatis iudicandum est, in autoris amicitiam, & familiaritatem admitti?

Et tandem nobis proponitur Magdalena in exemplar pœnitentiæ, & asperitatis vitæ, vt sic difficilia Dei causa aggrediamur. Admiranda profecto asperitas vitæ tanta in Magdalena, vt per triginta annos in deserto moraretur, cum audisset à Christo, remittuntur tibi peccata tua, cum delicata, & tenera esset. Vere rectam lineam eam dicere possumus, de qua Mathematici aiunt, extrema eius maxime distare, initia enim vitæ illius amor sui, deliciae, vestes pretiosæ, vnguenta, lauta mensa fuerat, sed extrema omnino diuersa, amor Dei, contèptus sui, asperrima vitæ ratio. Sicut ergo fuit prius exemplum peccatorū, ita postea relicta est in exemplar pœnitentium. Nos quidem miseri onerati peccatis sumus, fortes, ac sapientes ad faciendū malum, bene autem facere nescimus, infirmiq; sumus, vt peccata pœnitentia deleamus. Animi fortitudo nobis potius deest, quam corporis, & plura possumus, quā nos posse putamus, sed amor proprius nos decipit, & fortes nos credimus, ad mala perpetranda, imbecilles ad bona. Fidimus vero de diuina misericordia vanè, si dignos pœnitentiæ fructus non facimus. Si cut enim recte sperat agricola terræ fructus, cum bene seminauit, sin minus vane eos expectabit, ita quæ seminauerit homo, hæc & meret, vt Paulus ait. Hinc Psaltes, Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanas fallas. An nō insania fallas est, triticum sperare, cum spinas seminaueris? Spera ergo in Domino, & fac bonitatem, & pacem

Gala. 6.
Pfal. 39.
Pfal. 36.

ris in

Aris in diuitijs eius. Multi dicunt, Magdalena peccatrix fuit, & salutem cōsequuta est, ego similiter consequar, & ira quidem erit, si sicut eam sequutus es errantem, sequaris & pœnitentem, quod si secus feceris, secus accidet tibi. Dicit ager, ille ea egitudine laborauit, qua ego laboro, sicut ille saluti restitutus est, ego restituar, nec attendit miser, hæc dicens, quod alter plura adhibuit medicamina, ipse vero nullum adhibere vult. Si ergo sanari vis, Magdalenam imitare amantem, & pœnitentem, & tunc implebitur in te illud Esaiæ. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Spiritum iudicij vocat pœnitentiam, spiritum ardoris dilectionem Dei. Ex his salutaris cōficatur medicina, quibus peccata purgat ille, qui venit purgationem facere delictorum. Si vero potionem hanc amaram bibere nolueris, salutem non consequeris. Hinc Psaltes. Pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes, quo loco Hebrea sic habent, pro Aben saluos facies illos. Aben vero iniquitatem significat, ait ergo Psaltes, pro iniquitate saluos facies illos? quasi dicat, sperant, vel potius præsumunt, saluandos à te esse, cum iniqui sint, & velint in iniquitate perseuerare, nō ita erit, sed in ira populos cōfringes, quomodo tu sperabis saluus esse pro nihilo, cum nihil boni feceris, cum iniquitates cōmittas, cum vix eam æternam salutem sanctus speret? Si enim iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi pare-

Simile

Esai. 4.

Pfal. 59.

1. Pet. 4.

bant? pœnitentiam ergo age cum Magdalena, vt cum ea regnes in æternum, &c.

Concio

Concio Secunda, in festo Beatae Mariae Magda lenae.

Thema. Fides tuate saluam fecit, &c.

Luc. 7.



Etilis quae praecipua consideratione digna sunt, unum est, bellum perpetuum, ac iugis pugna inter diuinam bonitatem, & misericordiam ex altera parte, & hominis immensam malitiam ex altera. Haec inter se se pugnant, & contendunt. Arma diuinae bonitatis, & misericordiae sunt, immensa, & innumera beneficia, quae congerit super caput nostrum, quasi carbones ignis, ut nos superet, ac ad se trahat. Quae sunt sagittae illae acutae, de quibus Psaltes ait. Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis. Et iterum, sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatorijs, quia carbones ignis congerit, dum cibant inimicos, & eis benefacit. Hic etiam est ille gladius, de quo Psaltes ait. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Arma malitiae humanae peccata sunt, quibus in Deum pugnantius.

Libet nunc oculos mentis attollere, & bellum hoc instructum ex utraque parte inspicere, pugnatore validos, bellumque perpetuum, quod in alijs primum videamus, deinde in nobis ipsis. Pugnam istam inter Deum, & filios Israel describit apprimè Hieremias dicens. Propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt, ad iracundiam me prouocantes, ipsi, & reges eorum, principes eorum, & sacerdotes, & prophetae eorum, viri Iuda, & habitatores Hierusalem, & verterunt ad me tergum, & non facies, cum docerem eos diluculo, &

erudi-

A erudirem, & nollēt audire, ut acciperent disciplinam, & posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam, & edificauerunt excelsa Baal, quae sunt in valle filij Enon. Et nunc propter ista, haec dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis, quod tradatur in manus regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste. Ecce ego congregabo vos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furorē meo, & in ira mea, & reducam eos ad locū istum, & habitare eos faciam confidenter, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, & dabo eis cor vnum, & viam vnam, ut timeant me vniuersis diebus, & bene sit eis, & filijs eorum post eos, & feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere. Haec loquitur Deus per Hieremiam. In quibus verbis attendenda primū est multiplicatio verborum in peccatis describendis, quae multitudo peccatorum ostenditur, quae tanta erat, ut ipsi in se ipsos sententiam ferrent dicentes, tradetur ciuitas in manus regis Babylonis, Deus vero aliter se facturum dicit, promittit enim innumera bona, ac benefacere, & quod nunquam desinet eis benefacere, & quod aduersus arma peccatorum armis beneficiorum pugnabit, nec se permittet superari a malis eorum, sed potius vincet in bono malo. Mirabilis profecto Dei bonitas, stupendaque in nos eius misericordia.

Hanc etiam pugnam mirabiliter describit Habacuc, qui videns Deum iratum in Israel ait. Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis. Sed vnde hoc nosti o propheta? Hoc, ait, ut mihi sit certum, persuadent beneficia, quae olim praestitisti Israeli, cum ei propter peccata debuisti irasci. Etenim cum illi aduersum te pugnarent iniquitatibus suis, tu pro immensa tua bonitate beneficij decreuisti, & pro iniquitate eorum bona eis retribuisti, hoc significat propheta verbis illis. Etenim pro iniquitate. Ad hoc enim verbum referuntur vniuersa, quae praecedunt, & sequuntur per figuram Zeugmatis, quae plura coniunguntur vna aliqua sententia, aut verbo. Illo ergo verbo, pro iniquitate, coniungit propheta vniuersa, quae in isto cantico dicuntur, & in illis verbis misericordiae recordaberis, quasi dicat, in captiuitate hac babilonica tuam spero misericordiam assecuturum Israeli.

raeli, licet iram mereatur, quoniam hoc belligenere hucuf-
que vsus fuisti, dum innumera concessisti beneficia etiam ma-
ximis peccatoribus. Cū enim Israel in Aegypto idola colui-
set, vt dicit Ezechiel, cum contra Moyfen, & Aaron sepe mur-
murasset, cum in Deo nō crederet, nec speraret in salutarie;
tunc loco iræ, & vindictæ beneficia præstitisti, legem dedisti,
apparēs ei in Sina. Hoc mire describit Habacuc dicens, Deus,
ab austro veniet, & sanctus de monte Pharā, &c. Quia vt veni-
ret Deus in Sina processit tāquā sol de mōtibz Seir, & Pharā,
vt Delbora ait, & Moyfes in Deuter. Addit propheta. Cornua,
in manibus eius, stetit, & mēsus est terrā, &c. Quasi dicat. Pro
iniquitate postquā legē dedit, licet eā trāsgressi fuerint ipse cor-
nibus suis deleuit Chananeos, & Pherezcos, & dedit, & diuisit
eis terrā promissam. Et addit. Pro iniquitate vidi tētoria Ethio-
pię, turbabūtur pelles terrę Madiā, pergit alia beneficia enume-
rare, quæ eis Deus præstitit pro iniquitate, id est, loco supplicij,
quod pro iniquitate merebantur, destruxit, ait, Madiā diuisit,
Mare rubrum, & Iordanem, fecit solem stare, vt hostes supera-
rēt, quod significat, cū ait, vidi tētoria Aethiopię, turbabūtur
pelles terrę Madiā, quibus verbis describit victorias Othonie-
lis, & Gedeonis. Nunquid in fluminibus iratus es Dominus, vel
in mari indignatio tua? Quasi dicat. Cū diuisisti mare & Iordanē,
non eras iratus aquis, quę in te nō peccauerant, sed implet
promissa patribus, exercebas potētā tuā, idenudabas arcū tuū,
equosq; tuos, & quadrigas ascendebas, id est, omnibus belli in-
strumentis decertabas, vt impleres promissa, & hæc omnia pro
iniquitate. Hoc est enim ingenium tuū, vt cum homo peccat,
tu ei beneficias.

Ezec. 20.

Sed hoc mirabile bellum inter Dei bonitatem, & hominis
malitiam eleganter describit Ezechiel, cum ait. Hæc dicit Do-
minus Deus, in die, qua elegi Israel; & apparui eis in terra
Aegyp̄ti, & leuaui manum meā pro eis dicens, ego Dominus
Deus vester, in die illa, leuaui manum meam pro eis, vt educe-
rem eos de terra Aegyp̄ti in terrā fluentem lac, & mel, quę est
agregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, vnusquisque offen-
siones oculorum suorum abijciat, & in idolis Aegyp̄ti nolite
pollui, & irritauerunt me, nolueruntque me audire, nec ido-

A la Aegyp̄ti reliquerunt. Et dixi, vt effunderem indignatio-
nem meam super eos, & implerem indignationem meam su-
per eos in medio terræ Aegyp̄ti. Et feci propter nomen meū,
vt non violaretur coram gentibus, & eieci eos de terra Aegyp̄-
ti, & eduxi eos in desertum, & dedi eis iudicia mea, & præ-
cepta mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. Et irritaue-
runt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non am-
bulauerunt. Dixi ergo vt effunderem furorem meum super
eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter no-
men meum, ne violaretur coram gentibus, & pepercit
oculus meus super eos, vt non interficerem eos, nec con-
sumpsit eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in soli-
tudine, in præceptis patrum vestrorum nolite incedere,
B nec in idolis eorum polluiamini, ego Dominus Deus vester,
in præceptis meis ambulate, & exacerbauerunt me filij, in præ-
ceptis meis non ambulauerunt. Et cōminatus sum, vt effunde-
rem furorem meū super eos, auerti autem manum meam, & fei-
ci propter nomē meum. Iterum leuaui manum meam in soli-
tudine, vt dispergerem illos in nationibus, & ventilarem in ter-
ras, eo quod iudicia mea nō fecissent, & nō feci. Adhuc in hoc
blasphemauerūt me patres vestri, cū induxissem eos in terrā, su-
per quā leuaui manum meā, vt darē eis, viderūt omnē collē ex-
cellsum, & immolauerūt ibi victimas suas, certē in via patrū ve-
strorū vos polluiamini. Et ego respōdebo vobis Domus Israel?
Viuo ego, dicit Dominus, quia nō respōdebo vobis, neq; cogi-
tatio mētis vestra fiet dicentiū, erimus sicut gētes, & sicut cog-
nationes terrę, vt colam⁹ ligna, & lapides. Viuo ego, dicit Dñs,
quoniā in manu forti regnabo super vos, & educa vos de popu-
lis, & cōgregabo vos de terris, in quib⁹ dispersi estis, & vos do-
m⁹ Israel. Hęc dicit Dñs. Singuli post idola vestra ambulate, &
seruite eis, in mōte excelso Israel seruiet mihi omnis domus Is-
rael, ibi quæram primitias vestras, & in odorem suauitatis sus-
cipiā vos, & sanctificabor in vobis in oculis nationū, & scietis,
quā ego Dominus, cū induxero vos in terram Israel, & recō-
dabimini ibi viarum vestrarū, & omnium scelerum vestrorū,
quibus polluti estis, & displicebitis vobis in cōspectu vestro,
in omnibus malitijs vestris, quæ fecistis, & scietis, quia ego Do-
minus,

minus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neq; secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus. Hactenus Ezechiel. Offendit vero his verbis longam contentionem diuinæ bonitatis cum humana malitia, & tandem in electis superare diuinam bonitatem.

Hoc vero, quod in alijs factum audisti, in te ipso videre licet, si ob oculos proponas vitam tuam, quam compositam, & compactam videbis ex diuinis in te collatis misericordijs, & ex peccatis, & iniquitatibus tuis. Ex utero matris innumeras tibi Deus misericordias concessit, cum vero ad vsum rationis peruenisti, statim in Deum peccare cepisti, & inde vsque nunc innumera bona à Deo suscepisti, & innumera in eum peccata commisisti, & cum supplicia maxima meruisti, bona accepisti, expertus in te illud Esaiæ, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Phrasis hæc scripturæ est, significans, cum pœnas pro peccatis deberet luere, multa à Deo recepit beneficia. Hanc vero contentionem in vita Magdalenæ spectari licet, quæ peccatorum multitudine contendebat cum diuina bonitate, & beneficijs.

Sed quis tantæ contentionis, & pugnæ finis est? quis præualeat? quis victor euadit? In electis quidè diuina bonitas superat humanam malitiam, ac eam delet, vt patet in Magdalena, quod ex duplici fonte oritur, primo, ex parte diuinæ gratiæ, quæ electis præcipue comunicatur. De quibus proinde Psal. ait. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Sed quia peccata præuidebat filiorum subiungit. Si autè dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & madata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus scelera eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Sed quid est, quod tot iteratis verbis dicitur, quod paucis dici potuit? An non satis dictum erat, cum ait, si dereliquerint filij eius legem meam? quid opus fuit addere, & in iudicijs meis non ambulauerint, & cætera, quæ sequuntur? quater enim idè repetitur. Non delectatur spiritus diuinus inani bathologia, sed solet verbis facta, quæ narrat imitari, & vt animi

conten-

contentionem, ac feruore ob oculos penat, verba repetit. Sic de Baptista dicitur, & confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus, ter id ipsum repetit, vt intelligamus Baptistam non solum negasse, sed maxima asseueratione, & desiderio persuadendi, se non esse Christum. Sic etiã Daniel ait. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum, idest, magno animi feruore, omnibus modis, omnibus verbis. Ita regius Psaltes quater repetit peccata filiorum David, vt ostendat contentionem eorum, qui sapissime peccant, quasi dicat, etiam si peccauerint sæpe, eos erigam, bonitate, ac misericordia mea cum illorum peccatis certabo, non vincam à malo eorū, sed vincam in bono malū. Ideo quater repetit, quia in his electis non habet locum comminatio illa prophetica. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam cum: nam etiam super quatuor conuerteteos, si forte admiserint, vt patet in transgressione filiorum David quatuor repetit. Amos vero non de electis loquitur, sed de reprobis, quibus licet concedatur diuinum auxilium necessarium ad conuersionem, sed negatur excellens; & super abundas, & propterea ait, non conuertam eum. Pro cuius loci explicatione notandum est, numerum ternariū apud Hebræos multitudinem significare, quia primus numerus multitudinis est ternarius. Ideo Chryf. in Matthæū exponens illud, in farinæ satis tribus, ait. Tria hic fata pro multis posuit. Cōsuevit enim hoc numero pro multitudine vt scriptura. Tria ergo scelera Damasci multa scelera significat. Cum verò quartum additur super tertium, excessus maximus intelligitur. Sic ut cum dicitur, ò terq; quaterq; beati, idest sapissime beati. Vnde cum quatuor dicuntur Damasci scelera, intelligitur, excreuisse iam peccata vltra consuetū numerū, plurimaq; esse, vt non sit iam vindicta differenda, & sic intelligit Theodo. Non ergo cōuertit Deus impiū, qui terq; quaterque peccat, cōuertit verò electū, en diuersitate ex parte diuinæ gratiæ inter reprobū, & electū. Ex parte etiam liberi arbitrij hoc interest inter electum, & reprobū, quod electus eo vtitur in salutē, & propria voluntate vtitur diuino auxilio, & discedit ab iniquitate post plurima peccata, vt Magdalena. Reprobus vero induratur, vt Pharao.

Sanct.

T

Hoc



2. Tim. 2.

Hoc electi signum proponit Paulus simul cum priori, cum ait. A Sed firmum manet Dei fundamentum, habens signaculū hoc. Nouit Dominus, qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini.

Huius vero rei præclarū, ac illustre nobis hodie proponit. exēplū in Magdalena, cui post tria, & quatuor peccata adfuit diuina gratia, & illa libero suo arbitrio ei cooperata fuit, mitūq; peccatorib⁹ reliquit amoris, & poenitentiæ exēplū, vt nos Deo cedere nouerimus, & bellū, quod cū Deo gerimus, in pacē mutare.

Ecce ergo mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Quæ pri⁹ bellū contra Deū gesserat, nunc vulnerata diuina sagitta ad Chrī pedes prouoluitur. Vulnerata fuit gladio uerbi diuini, sagittis beneficiorū. Ad quosdā Christus ait; sermo meus non capit in uobis, id est, nō insidet mentibus uestris, nō eo proficitis, est quasi B
cibus, qui stomacho nō cōgruit. Aliquādo venator ferā sagitta vulnerat, & cor ei⁹ trāssigit, vel herba apta intincta sagitta erat, & tunc fera ad pedes illius statim cadit. Aliquando uerō nō in corde vulnerat, vel herba, qua intincta erat, nō adeo potēs est, & tunc fera fugit, & forte moritur in altis rupibus, ubi omnino deperditur, nec alicui in vsum est. Viu⁹ quidem est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, ideō vulnerat semper, Sermo, quem locutus sum uobis, ille uos iudicabit, ait cælestis magister. Licet enim incassum iactū videatur Dei uerbu, nunquā tamen vacuū reuertitur, aut inane. Si enim gladius Saul non est reuersus inanis, multo minus Dei uerbum, quod gladius Dei est. Vulnerauit quidē te, docuit te. Sed aliquando cor transfigit, vel herba potenti intinctum est, vt statim deiciat hominem, & mutet, cum, scilicet, gratia efficax adest. Tūc illud efficitur, quod Psaltes ait, Sagittas suas ardentibus effecit, id est, ardeutes effecit, vel rebus ardentibus, & ignitis intinxit, quibus vulneratus homo ad Dei pedes cadit, vt Magdalena. Sagittæ tuæ acutæ: populi sub te cadent. Alios uerō Dei uerbu vulnerat, sed non in corde, qui non statim uitam deserunt carnalem, qui sero sapiunt, & dicunt, ergo errauimus, & ueritatem agnoscunt diuini uerbi sine fructu, quorum mors inutilis est, & pessima. Ecce ergo mulier, quæ fera fuerat, uagans in montibus, & quasi filia onagri se liberam putabat, sagitta uero di-

uini

A uini uerbi transfixa est, quam potentissima intinctam herba ostendit anxietas illius, ac dolor, quo ad Christi accedit pedes.

Sed attende quid in Magdalena effecerit diuinum uerbu. Quidam enim molestē ferunt, si ueritatem audiāt, similes profundē dormientibus, quibus molestus est, qui fenestram aperit, vt excitentur. Sic molestē fert avarus, si ei dicas iniustos ipsius contractus, & inhonestus, si inhonestam, & turpē eius uitam proponas. Audiet luxuriosus, & displicebit ei, ait Sapiēs. Sic cū sponsus excitaret sponsam, vt ei aperiret, illa ait, nunc tunicam exui, nunc lectum ingressa sum, permitte me nūc dormire, surgam postquam dormiero. Ita quidam Deo respondent uocanti, sine me modo paulisper quiescere in mundo delectari, cōcupiscentijs seruire, postea Deo me tradā. Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucē & ideo fenestram claudere curāt, ne lux subintrēt. Nō sic Magdalena, sed Deo gratias agit, quia lucem ei dedit, & vt cognouit, quo loco lux esset, ad eam uenit, Dominus De⁹ aperuit mihi aurem, ego autem non cōtradico. Sic puer Samuel molestē nō tulit, quod in nocte uocaretur à Deo, sed ait, ecce ego, quia uocasti me. Sic Magdalena uocata adest Christo, ecce mulier uocata ait, ecce ego, quia uocasti me.

Sed cum dicitur. Ecce mulier aliquid insigne, & consideratione dignum ostenditur: particula enim, ecce, id significat, quid ergo noui nunc est, quid inauditum, quod attendamus? Certē quod mulier uirum quærat, eius domum circundet in eū irruat, ei blāditijs paret, ac delicias, lachrymas corā eo fundat, unguenta deferat. Attende rei huius nouitatem, quam prædixerat Ieremias. Vique quo delicias dissolueris filia uaga, quia nouum creauit Dominus super terram, fœmina circundabit uirum. Hæc uerba de beata uirgine accipi primum debent, quæ uero suo portauit uirum perfectum Christum Dominum, sed aptē, ac conuenienter ad animam referuntur, quæ Christum quærit, eiusque domum circuit, & inuentum blāditijs, ac delicias mulcet. Quasi dicat Deus. Vique quo anima peccatrix à me recedes? ego hanc nouitatem in terra ponam, efficaciamq; vt mulier me uirum quærat, domum circundet meam,

T 2

mihi

Ioan. 8.

Simile.

Ioan. 12.

2. Reg. 1.

Psalm. 7.

Psalm. 44.

Eccl. 27.

Cant. 5.

Esa. 50.

1. Reg. 3.

Ierem. 31.

mihi que adhæreat. Sicut enim commune, ac vulgare est, vt vir A mulierem quærat, eiusque domum circuat, ei blandiatur, nouum verò, quod è conuerso id fiat, ita nouum non est, sed antiquum, quod ego animam quæram, diligam, circuem. Sed nouum est, quod anima id cum Deo faciat. Hoc ergò nouum promisit Deus, facturum se super terram, cum ait, mulier circundabit virum. Hoc vero in Magdalena nunc impletum videmus, illa enim domum suam reliquit, & vt cognouit, in qua domo Christus esset, ad eam venit, illam circuit, pedes illius vngit, lachrymis lauat. Immen- sus Dei amor in animam ostenditur, cum per Esaiam ait, gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Quibus verbis innumeras Dei in animam blanditias explicat, similes his, quibus sponsus blanditur sponsæ. Sed hoc ve- tus, ac antiquum Deus dicit, nouum vero, quod mulier Deo blandiatur, & ideo tanquam nouum proponitur ab Euange- lista inspiciendum, cum ait, *Ecce mulier.*

Deinde mirabile aliud innuitur, cum ait, *Ecce mulier, qua- erat in ciuitate peccatrix.* An non mirum, quod in vili foemina ac peccatrice tantam Deus gratiam constituerit? An non mirum in parua, & infima terra omnem caelestem virtutem, & ordinem collocari? Simile huic illud Ezechielis est. Fili hominis sume tibi laterem, & describe in eo ciuitatem Ierusalém, an non impossi- bile videtur, in paruo latere, rudi, & inæquali materia rem tantam depingi? Sed hoc miraculum Deus nunc operatur, dum in peccatrice muliere omnem celi ordinem, ac virtutem collocat. Anno hæc mu- lier coruus fuerat, de quo in Genesi dicitur, egrediebatur, & non reuertebatur, quia corporibus putridis inhæserat? Quomodo ergo nunc columba fit, quæ reuersa est ad arcem? Mirabilis profe- ctio metamorphosis, cum ex coruo in columbam repente mu- tatur, è terra in cælum, è carne in spiritum. Sicut ergo eximij pictoris est, pulcherrimam imaginem pingere in tabula, vel linteo mundo, æquali, ac terfo, sed mirabile efficit, si in linteo immundo, & plurimis figuris obscurato pulcherrima depin- geretur imago. Ita mirabilius est in peccatrice foemina Chri- stum depingere, quam in Angelis, in Adamo, & iustis. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, *dis-*
tu,

Esa. 62.

Eze. 4.

Gen. 8.

Iob. 14.

A tu, qui solus es? Iob ait. Quis nisi Deus infinita sua potentia mundare potuit immundam Magdalenam, quis eam bonis re- plere caelestibus? Et ideo opus hoc non solum Dei opus dicitur, sed opus dexteræ eius, in dextera enim præcipua virtus esse solet. Hinc Psaltes. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Et Maria. Fecit potentiam in brachio suo. Opera digitorum Dei dicuntur cæli à Psalte, sed opus brachij, & dex- teræ peccatoris salus, quia licet Deo vtrunque sit æque facile, ex se tamen difficilior est peccatoris remedium, & eius perfe- cta salus.

Sed accedit hæc mulier. Vt cognouit, quia Iesus accubuit in domo Pharisæi. Non sine diuino numine res suas agebat Magda- lena, & opportunum elegit tempus, cum Iesus esset in conuiuio.

B Primo, quoniam licet à Pharisæo vocatus sit in conuiuium, sed dulcem, cibum, qui ei bene saperet, non apposuerat, illa verò hunc defert. Quis cibus tuus o Domine, quo libenter vesceris? Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Hæc est autem voluntas Dei sanctificatio vestra, cor ergo contritum, & humiliatum Deus non despicit, sed amat, sed libenter comedit, hunc ei dulcissimum cibum Magdalena apponit, ne in conuiuio fame conficiatur. Sicut Rebecca parauit cibos, sicut velle nouerat patrem illius, & sic be- nedictionem accepit Iacob. Deinde in conuiuio Magdalena ven- nit, quia Deo gaudium est, & conuiuio peccatori ignoscere non ignoscit Deus vt homo, qui molestè fert, cum veniam dat, sed cum gaudio, vt ostendit in parabola filij dissipatoris, facit enim conuiuium, & choros instruit, & ait, epulari autem, & gaude- re oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit. Qua in re summa Dei apparet misericordia. Maximum quidem ma- lum peccatum est, & maius omni poena, quia poena creaturam offendit, culpa verò Deum. Et cum infinitum sit malum pec- catum, quia in Deum est, alia parte nobiscum bene actum est, quod Deus sit offensus peccato, & non creatura. Tot enim, ac adeo grauiora peccata sunt, vt offensa essent creaturæ, nulla crea- turæ patientia satis esset, vt illa sustineret, sed statim ultio in pec- catores desequiret. Cum vero peccatum in Deum sit, qui infi- nite patiens, & misericors est, non cito irascitur, sed sustinet

Psal. 97.

Luc. 1.

Psal. 8.

Ioan. 4.

I Thes. 4.

Psal. 50.

Gen. 27.

Luc. 15.

Sanct.

I 3

in

Sapi. II.

in multa patientia vasa iræ apta in interitum, & miseretur omnium, quia omnia potest, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcit illis, & leui pœnitentia, ac facili ingentia donat crimina, & festiuis gaudijs, & conuiujs peccatorem excipit. Ideo hoc tempore Magdalena accessit, & ideo se inuitari Christus voluit, quia in Magdalena conuersione gaudium, & lætitiã, & conuiuium parat.

Sed nunc intueri libet mirabiles Magdalena oculos, qui sunt tanquam piscinæ in Efebon, lachrymis pleni, capillos pulcherrimos, manus vnguentis plenas, cor amore seraphico, in his enim videbimus diuinæ misericordiæ insigne, & eiusdem vexillum erectum in Magdalena, quæ quasi ciuitas est à diuina misericordia expugnata. Simul etiam intuebimur Magdalena cooperationem ad salutem animæ suæ. *Lachrymis capite rigare pedes eius, capillis capitis sui tergebat &c.* En lachrymas, quæ aquæ sunt, in quibus corui loti in columbas mutantur, quæ pernici volatu, ac velocissimo feruntur. Initio mundi dixit Deus, producant aquæ volatile super terram. Nunc id ipsum impletum videmus in Magdalena. Volauit hodie tanquam aquila grandis, non super nubes solum, non super cælos duntaxat, non super Angelos, & Archangelos tantum, inter seraphinos nidum collocauit. Ex vniuersis enim ordinibus An-

D. Tho. 1. p. 1. q. 63. ar. 7. Angelorum ruinę restaurandę sint ex hominibus, qui vt lapides viui in cælestem Ierusalem ducuntur, cui dubium esse poterit. Magdalenam inter supremos esse Seraphinos? Si plus ardebat ceteris, & ideo prima meretur gaudia, cur non primas se

des ascendit? Non tepescet Seraphinorum regio Magdalena confortio, cum ea dilexerit multum, sicut & illi. En volatile in genium, & altissimè volans Magdalena est. Sed quis nam hoc volatile produxit? Certè aquæ cælestes. Quando auis aquis immerfa est, à volatu retardari solet, at verò anima lachrymis immerfa altissime volat, quia aquę istæ è cælo ortum habent, & ideo in cælum ducunt, quia vnde exeunt flumina reuertuntur. De his aquis illud meritò accipi potest, quod Psaltes ait, aquę, quę super cælos sunt, laudent nomen domini. Cæli quidem iusti sunt, qui innocentiam seruauerunt, vt Abel, Noe,

Abraham,

A. Abraham, & Isaac, qui in Deum grauiter non peccauerunt, & adeo peregrinam impressionem non susceperunt tanquam, cæli. Sed super cælos istos aquæ sunt, dum Magdalena, & Petrus, lachrymis, & pœnitentia excefferunt eos, ac superauerunt illos, qui non peccauerunt, & lacrymæ veræ pœnitentiæ fecerunt, vt cælos excederēt. An nõ id in diluuiio illo maximo quasi in figura ostensum nobis est? Scriptum est. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataraçtæ cæli apertæ sunt, & venit diluuium, quod omnem perdidit carnem, exaltauit verò in sublimes montes Armeniæ arcam, in qua iusti erant. Intuere nunc diluuium aliud mirabilius in Magdalena, tunc terra, & cælum aquam dedere immensam, nunc in Magdalena aquæ plurimæ lachrymarum sunt, quæ procedunt ex eius oculis, vt à terra, & ex diuinâ gratia, & auxilio, vt è cælo. Vtrinque enim lachrymæ veræ pœnitentiæ procedere debent. In his vero lachrymis, & diluuiio omnis caro consumpta est, omne peccatū deletum, omnis carnalis concupiscentia mortificata, spiritus vero in sublime elatus est tanquam arca, cælosque penetrauit. Si enim diluuium quadragintâ dierum arcam super montes Armeniæ constituit, quo non euehet Magdalenam diluuium lachrymarum, quod durauit per multos annos?

Sed iam capillos Magdalena contemplemur. Capillis tergebat pedes Christi, capillis illaqueabat Christum, vel potius se ipsam ligabat cum Christo, capillis suis, vt ab eo diceretur in sublimem Ierusalem. Sicut olim cum Ezechiele factum est, dicente ipso. Et emissa similitudo manus apprehedit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram, & cælum. Nunc verò Christus magni consilij Angelus eleuat Magdalenam in cincinno capitis eius. Illa pedibus Christi capillos applicat, ille vero manu sua è capillis eam apprehendens in cælum leuat. Simili arte in sublimem arcam miles ascendit, vt eam expugnet, cum aditus alia parte non patet, si quispiam scalam demittat è superiori loco, quam ligat altissimæ petra, ascendit per eam miles, & arcem capit. Altissima profecto arx cæli est, & infimo in loco Magdalena iacebat, sed in supremo lapide arcis, in Christo Domino scalam capillorum ligat, & per

T 4

auream

Genes. 1.

D. Tho. 1. p. 1. q. 63. ar. 7.

Psal. 146.

Gene. 8.

Ezec. 8.

Simile.

Lucæ. 21.
Matth. 19.

auream illam scalam in cæli arcem ascendit, & per vim capiti A
Mirabiles profecto capilli, qui scalâ cæli facti sunt, per quâ An-
geli ad eam descendunt, & illa ascendit in cælum. Si omni iu-
sto dictum est, capillus de capite vestro non peribit, & capil-
li capitis vestri numerati sunt omnes, iure optimo de Magdale-
næ capillis id pronunciarî potest, qui ad Christi pedes san-
ctificati sunt. Cum verò capillis cogitatio significetur ho-
minis, Magdalenam imitari possumus, si cogitatione, &
meditatione pia nos Christo ligauerimus, vt ad cælestia ab eo
ducamur.

Manibus vero vnguenta defert, quibus Christi pedes vngat. Multa illi erant pretiosa monilia, nec aliquod eorum defert, sed duntaxat pretiosum vnguentum. Aspexit enim vniuersam suam vitam, & pessimum peccatorum odorẽ sensit, quem B
Christo Domino molestissimum fore putauit, & ideo alabastrum vnguenti defert, nouit enim, Deum bono odore delectari, ideo namque phialas in templo esse voluit plenas odoramentorum. Licet vero vniuersa peccata feteant, præcipue tamen carnis, quæ proinde sterçus dicuntur. Hinc Ioel. Cõputruerunt vt iumenta in stercore suo. Et Sapiens. Mulier fornicaria quasi sterçus in via. Sed iam bonus odor Christo facta Magdalena est, & repleta est domus Ecclesiæ ex odore vnguenti illius, & exempli pœnitentiæ.

Ioel.
Eccles. 4.

Vidimus in Diua Magdalena diuinam misericordiam, ac bonitatem superantem illius malitiam, ac penitus delentem, subiicientemque sibi Magdalenam, quod in omni electo si-
militer fit. Restat nunc videndum, in reprobis quis superet quem, diuina bonitas hominis malitiam, an malitia hominis Dei bonitatem? Et videtur quidem diuinam bonitatem à malitia hominis superari: non enim superatur malitia non vincitur in certamine. Diuinam verò bonitatem superari, impossibile est, quid ergo dicemus? Superaret certe hominis malitiam, nisi hæc duritia sua obstaret, quia verò Deus fecit hominem liberum, & reliquit eum in manu consilij sui, cum omnino subijci. Deo non vult, relinquitur à Deo, & certamen dissoluitur nullo superante. Sed ingens profecto malitia illa est, quæ à Dei bonitate non superatur in certamine. Ingēs duritia, quæ

A quæ tot beneficijs resistit, ingens pernicacia, quæ tot vocacionibus non obedit, impia fortitudo arcis, quæ tot machinis, & tormentis non cedit. Oremus ergo Deum, vt rebelles nostras ad se compellat voluntates, non quidem vi facta, sed diuina gratia, qua nos cum Magdalena post se trahat, &c.

In festo Sancti Iacobi Apostoli, Patroni Hispaniarum.

B

Thema. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Matthæi. 20.



C

DEST nobis festum patroni nostri Cui Hispaniarum fidem acceptam fert Augustinus Aug. sermone cuiusdam martyris, & quem solum inter Apostolos certum est in Hispaniam venisse, & in ea Christi fidem prædicasse. Licet enim de Paulo, & Petro id alij qui asserant, non tamen est adeo certum vt de B. Iacobo. Hispaniam etiam sacro suo corpore voluit honorare, vt viuens, & moriens noster esset. Mortuus fuit prima die Aprilis, eadem die, qua Christus Dominus. Fuit ergo eius mors anniuersarium mortis Christi. Sed celebris ei dies hodie agitur, quia hodie in Hispaniam corpus eius deuenit. Fuit illius martyrium celebre multis de causis, tum quia fuit primus Apostolorum, qui martyrium sustinuit, tum, quia omnes Apostoli ei morienti astiterunt, nondum enim dispersi fuerant per vniuersum mundum. Tum præcipue,

T 5 cipue,

cipue quia adfuit ei^s martyrio beatissima virgo Maria for-
 tris Iacobi, & cū adesset virgo hæc, reginaq; pulcherrima, quis no-
 bilis vir corā ea min^o fortiter agere posset? Maximè verò patron^o
 nobilitatis, & dec^o illi^o Iacob^o. Imo tā mirabilè ostēdit fortitudi-
 nē, ac animi constantiam, vt eam miratus is, qui eū ad tribunal
 adduxerat, se in Christū credere professus est, & cū veniā à Iaco-
 bo peteret ei respōdit, pax tibi sit. Et simul cū eo martyr effe-
 ctus est. Vt nos similiter accendamus, ad calicem Christi bibē-
 dū cū patrono nostro grātia opus est, quā, per Mariā petamus.

Ex vniuerso mundo duodecim elegit Christus Dominus
 in socios vt essent cum eo, & mitteret eos per vniuersum mun-
 dum, qui principes Ecclesiæ extiteret, qui duces exercitus do-
 minici, qui primi Ecclesiæ parentes, & primogeniti Christi, &
 quos primo loco voluit esse in Ecclesia, tum militāte, tum triū-
 phante.

Sed inter hos duodecim tres elegit, quos præcipuo loco su-
 per alios esse voluit in quos maiora dilectionis signa ostendit
 & sibi singulariter in socios adiunxit, quos transfigurationi ad-
 esse voluit, & tristitiæ suæ in horto, & suscitationi filiæ Archify-
 nagogi, & alijs multis, vt par est credi. Hi fuerunt Petrus, Iaco-
 bus noster, & Ioannes frater eius. Et ideo nobis præcipuo loco
 habendi hi sunt, ad quos reliqui Apostoli non peruenerunt.

2. Reg. 23. Cum in 2. Regum ponitur cathalogus fortium, qui militaue-
 runt Dauidi regi, tres præcipui primum numerantur, deinde
 alij recensentur, sed semper scriptura de eis addit. Veruntamē
 ad tres primos non peruenit. Fortissimi profecto milites sunt

Heb. 11.

in Christi exercitu, de quibus Paulus, fortes facti sunt in bello,
 sed tres præcipui fuerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes. Et licet
 alij fortissimi, & robustissimi sint, sed ad hos tres nullus per-
 uenit. Hi præcipuo loco habiti sunt à Christo Domino, & ano-
 bis eodem in loco habendi, duodecim apostolos elegit, soli Pe-
 tro, Iacobo, & Ioanni, nomina singulariter noua indidit, eo
 quod illos ex duodecim singulariter sibi delegerat, quorū ope-
 ra ad euangelium prædicandum præcipue erat vsurus, vnde
 eos præ alijs familiares habuit, sicut etiam inter nobiles pue-
 ros, quos Nabuedonosor elegit, nomina imposta sunt noua
 Danieli, Ananiæ, Misaeli, & Azariæ quia regi cariores, &

Dani.

ci

A ei coniunctiores esse oportebat.

En Iacobum nostrum principem inter principes. Eum ve-
 ro appellauit Christus Dominus, & Ioannem fratrem, Boaner-
 ges, id est filij tonitruui, vt Marcus explicat. Est verò Hebræa
 phrasis significans, eos tonitruum mundo futuros fuisse, sicut
 filius perditionis, filius perditus, & filius iniquitatis iniquus
 dicitur. Hoc ergo nomine Boanerges nūcupati sunt Iacobus
 & Ioānes: quia similis tonitruo mūdo futuri erant: qua ratione
 Ioānes tonitruū fuerit, præter ei^m mirā predicationē ostēdit Euā-
 geliū eius, in quo veluti de cælo intonās, omnesq; sua voce per-
 cellēs hæreticos inclamat, dicēs. In principio erat verbū. Iacob^o
 verò noster tonitruū dicit, eo quod diuina dogmata mundo in-
 tonuerit velut tonitruū quoddam de cælo auditum. Id ab eo
 B factū, argumento est, quod eū Herodes ante omnes alios neci
 dedit eo gratificaturus Iudæis, indubiè quod Petru præ alijs
 Apostolis infestior Iudæis esset Euangelij prædicatione.

Singulari etiam ratione Iacobus noster tonitruum appella-
 tur, quia primus Apostolorum martyr extitit. Tonitruū enim
 fit ab igne in nube incluso, illam dirumpente, & tunc apparet
 lumen, quod intus latebat. Ita lumen fidei, & charitatis in Iaco-
 bo inclusum apparuit in morte, qua eius corpus disruptū fuit.
 Sicut enim quondam, vt Madianitæ superarentur, electi sunt
 trecenti viri, qui cū Gedeone essent, quibus dedit tubas in ma-
 nibus, lagenasq; vacuas, & lampades in medio lagenarum, & di-
 xit eis, quod me videritis facere, hoc facite. Fregerunt lagenas,
 apparuerunt lampades, & tubis personauerūt, & castra Madiā
 C turbata sunt, & superata. Mirū profecto certaminis genus, quo
 in figura nobis ostēdit Deus, qua ratione, & arte ab eo supe-
 randus mundus esset. Thesaurus, fidei, & charitatis in vasis fi-
 etilibus erat absconditus, tanquam lāpas in lagena. Apparuit ve-
 ro lumen illud, lāpas illa, cū confractæ lagenæ sunt, dum corpo-
 ra morti tradiderunt propter Deū, & tunc tuba personantes, &
 sanguinem fundentes mūdo admirationi, & stupori fuere, &
 conturbati sunt omnes, qui videbāt eos, & timuit omnis ho-
 mo, & annunciauerunt opera Dei, & quasi tonitruum mūdo
 fuere, fragore maximo edito, & luce prius inclusa appa-
 rente, & tunc alluxerunt fulguracius orbi terræ, vidit, & com-
 mota

Mar. 3.

Iud. 7.

Psal. 63.

Isai. 96.
Psal. 135.
Hiero.
mota est terra. Et impletum est illud *Psal.* educens nubes ab A extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Vbi Hieronymus ait. Fulgura in pluuiam facta sunt, dum prædicatione Apostolorum terra irrigata fuit. Quia ergo Iacobus primus Apostolorum hoc martyrij tonitruum mundo erat daturus, merito tonitruum à Christo dicitur.

Simile.

Sed ecce in die solenni B. Iacobi, proponitur nobis eius & fratris ambitio. Quomodo in viris tantis ambitio reperiri potuit, Respondeo. Homines erant, & ideo nihil humani ab eis alienum fuit. Similitudine hoc perspicuum fiet, vt non miretis, quando in iustis videris defectum aliquem. Cum in hac arbore inferere vis germen alterius arboris, ramos huius præscindis, & in summitate trunci ponis alterius arboris germen, procedunt inde rami sursum, qui sunt de natura inserti germinis, & B fructum illius reddunt. Sed quoniam truncus inferior relictus est, qui de natura est prioris arboris, ramos aliquos in inferiori sui parte producit, qui ei natiui sunt. Rami ergo arboris sursum ascendentes insiti sunt, qui verò deorsum sunt, naturales arboris rami sunt. Ita planè nobis accidit. Homines sumus, & natura filij iræ, filij primi Adæ, de terra terreni. Inferitur in nobis diuinum verbum, iuxta illud Iacobi. Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras, omnia opera nostra, quæ ab hoc verbo, & à gratia, & virtutibus procedunt, cælestia sunt, & diuina. Quia tamen in nobis relictus est truncus prioris Adæ quia homines sumus aliquos producimus ramos nobis natiuos qui affectus humani sunt, quibus nos homines esse declaramus. Et hoc in Apostolis etiam accidit, præcipuè ante spiritus diuini C aduentum, & plenitudinem.

Psal. 95.

Sed petitionem Iacobi, & Ioannis, per matrem factam attendamus, dic vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. Duplex quidem regnum Christi est, alterum, quo Dominus regnauit à ligno, vt *Psal.* ait. Vbi crux thronus, spinea corona ei diadema fuit, & titulus regis ei inscriptus Iesus Nazarenus, rex Iudæorum. Alterum regnum eius in celo est, vbi ad dexteram patris sedet cum beatis. De quibus superius multa diximus in festo S. Ioannis ante portam Latinam. Nunc ergo discipuli petunt dexteram, & sinistram in regno

no

A nõ opulento Christi, vel in cælesti, vel in terreno, si eum regnatorum credebant in terra, Christus verò promittit eis calicem, & dexteram, ac sinistram in regno priori, in tribulatione scilicet, vt inde mereantur assequi dexteram & sinistram in cælesti regno, qua vero nihil illi cogitabant de crucis, & tribulationis regno, audiunt.

Nescitis quid petatis. Sed contra esse videtur, quod illi petunt, sedere ad dexteram, & sinistram, hoc verò est requies opulenta, hanc verò promittit Deus in lege gratiæ, non ergo incogruè petunt. An non *Esaias* ait. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta? Ecce quod discipuli petunt, quomodo ergo nesciunt, quid petunt? Et *Oseas* ait. Adhuc federe te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et hac de re gloriabatur sponsa dicens. Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi. Sub vmbra Christi sedere voluit, qui ad dexteram, & sinistram eius petunt sedere. Respondeo, multa bona hominibus promissa esse, quæ tempore Messie danda erant, hæc vero erant bona gloriæ, & beatæ patriæ, quam nobis Messias tribuit. Et præterea multa bona spiritalia in hoc sæculo, ex quibus pax, & gaudium procedit, quod est centuplum illud, quod nunc promittitur. Iudæi modo huic affecti expectabant Messiam bonis caducis, ac perituris abundantem, vt *Salomon*, & horum bonorum copiam sperabant à Messia. Sed regnum Christi non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Discipuli ergo temporalia petunt, & ideo nesciunt, quid petunt. Quis hominibus hæc suadebit veritatem, nescire quæ petunt, cum temporalia petunt? Desiderat iuuenis substantiam multam, domum amplam, cateruam famulorum, vestes pretiosas, nomen magnum in terra, desiderat puella, pulchram in omnium oculis haberi, ab omnibus spectari. O homines nescitis quid petatis, filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Similes estis pueris fabricantibus domunculas luteas, & nihili, quæ statim decidunt, illi verò multa cura his incumbunt. Vtique quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient? An non tibi venenum terra est, quid ea esuris? Videt mater filiam terram comedentem, terram esurientem,

Esai. 32.

Osee. 12.

Cant. 2.

2. Tim. 3.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

Simile.

Prou. 1.

Simile.

tem,

rem, & lachrymatur atque, cito morietur filia mea, terram enim A
comedit. Quid putas tibi terrena omnia esse, nisi quod terra
corpori est? quod si concupiscētias tuas sequeris, venenum co-
medis. Quæris alienam substantiam? venenum quæris: quæris
mulierem, ut concupiscas eam? venenum quæris: quæris vindi-
ctam? venenum quæris, nescitis, quid petatis.

Sed ais, in lege gratiæ promissa est requies opulenta, gau-
dium, & lætitia, ubi ergo hæc sunt? Respondeo, in cruce Chri-
sti, in eius calice, in vita studiosa, in vita aspera. Sed qua ratione,
ais, id esse potest? Certè ita est, & ideo regnum Dei dicitur the-
saurus absconditus, quid magis absconditum quàm vita sub mor-
te? gloria sub tribulatione? honor sub ignominia? gaudium sub
asperitate? Sed certe ita est, sicut enim est venenū absconditū sub
vase aureo Babylonicæ mulieris, ita in vasis fictilibus est the- B
saurus absconditus. Attendite ergo bona legis gratiæ ubi sint,
discite, ubi sit sapientia, ubi virtus, ubi longiturnitas vitæ, & pax,
in Chri calice, in cruce, in abnegatione sui, sub vita amara pœ-
nitentiæ est christiana dulcedo. Attende thesaurum abscondi-
tum in Christo, cui propheta ait. Verè tu es Deus absconditus,
regnum illius absconditum in cruce est, ibi abscondita fortitu-
do eius, corona regni spinea, thronus crux, ita absconditus est
eius thesaurus: quam magna multitudo dulcedinis tuę domi-
ne, quàm abscondisti timentibus te! Dulcedo abscondita est in ca-
lice Christi, & cum hunc discipulis donat, eis dat quæ petunt,
sed non quomodo petunt. Sitiunt illi, petunt potum, sed petūt
calicem mulieris Babylonicæ, quod aureum est, sed vene- C
no plenum, dat eis Christus calicem suum, non aureum,
sed luteum, at nectare diuino plenum. Bibite ergo amici,
& inebriamini charissimi. Petunt illi potum, quem si
daret, eis vitam adimeret, dat ille potum, qui vitam tri-
buat, & sitim extinguit, calix meus inebrians quam præ-
clarus est! Non ergo eis thesaurum negat, sed potius ubi
sit, ostendit, in calice ergo Christi nos eum quæramus, ibi abs-
conditus est.

Præterea, nescitis quid petatis. Sed ego audeo dicere sciūt, quid
petunt. Sed cū veritas dicat, nesciunt, quid petunt, quomodo
dici potest, sciunt, quid petunt? Certè sciunt, & non sciūt, sed
quo-

A quomodo id fieri potest? Audi Phræneticus homo aliquando
cordate loquitur, & putant, qui eum audiunt, nō eum infirma
ri, & ideo medicamina non adhibent. Sed aliquando insanias lo-
quitur, & tunc infirmitatem ostendit, & nesciens quid dicat, di-
cit quod ei expedit, ut sanitas eius quærat, & medicina ei ad-
hibeatur. Erant hi discipuli phrænetici ambitione, biberant de
calice illo mulieris Babylonicæ, & insanierant superbientes.
Non se agnoscebant, nec superbiam suam videbant, ideoq; me-
dicinā non quærebant, quia infirmitatē suā nesciebant. Nunc
ergo permittit Christus Dñs, ut insane loquantur, ut petant
quod nesciunt, ut ab eo curentur, & sanentur, & illi infirmita-
tem agnoscant, & humilitatis medicinam sumant, & sic nunc
sciunt, quid petunt, quia aperiunt occultam egritudinem. Sed
B quoties nobis simile quid accidit, est homo sibi ipsi incogni-
tus, & dicit, quia diues sum, & nullius egeo, cum sit pauper, mi-
ser, ac miserabilis, cæcus, & nudus. Latet in mēte egritudo super-
biæ, ambitionis, impatientiæ, immortificationis & quia id nō
agnoscit homo, sibi non medet. Permittit verò Deus, ut in op-
ere exteat, quod intus latebat in mente, ut se agnoscat,
ut medicinam adhibeat. Sic Petro contigit, nimium sibi fiden-
ti, negavit, agnouit infirmitatem suam, & sanatus est.
Idem accidit nunc Iacobo & Ioanni. Et ita diligentibus Rom. 8.
Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, ut Aug. Aug.
ait, quia ex eis sui cognitionem colligunt, & sanitatem. Et tūc
merito dicunt cū Psal. Bonū mihi, quia humiliasti me. Cū ergo Pal. 118.
peccata tua videris, ex illis prauas tuas affectiones, & inclinatio-
nes agnosce, ut illis medearis.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? En porrigit il-
lis potū calicis sui, aduersus venenum, quod biberāt è calice Ba-
bylonico, ut illud euomant, quod mortiferum est. Sicut enim
pomū putridum interius ex arbore facile decidit nullo decer-
pente, ita superbus, & arrogans intus putridus decidet facile, sic è
cælo cecidit Lucifer cum suis, quia inuenta est iniquitas super-
biæ in eo. Ut ergo venenum hoc emouant, adest Christi calix.
Dicunt ei possumus. Agnouerunt infirmitatem suam, & amarū
poculum, & purgatiuum accipere non recusant. Sed virili-
ter respondent, possumus, & viriliter perfecerunt, & opere
imple-

Mat. 13.

Esai. 45.

Psal. 30.

Apoc. 17.

Psal. 22.

impleuerunt, quam verbis dixerunt. Attende Iacobum nostrum quomodo impleuerit, quæ promisit. Christo in cælum sublato, prædicauit in Hierusalem, & cum inde expelleretur, in Hispanias venit, longissimo itinere suscepto. Ei acceptam referamus fidem nostram, & recuperationem Hispaniæ à Mauris, quæ ipso duce effecta est. Durior quidem Hispania fuit, nec facile fides Christi suscepit. Sed similis petra fuit, quæ difficile figuram recipit, sed diu retinet. Sic Hispania, quam difficile suscepit fidem, diu retinuit, nec vnquam deseruit. Qua ratione aliqui de Hispania intelligunt illud Esaiæ. Laudate habitatores petrae, de vertice montium clamabunt, ponent Domino gloriam & laudem eius in insulis nuntiabunt. Hi habitatores petrae, vel ecclesiam, quæ petra est, habitantes, vel agrestes homines, & barbari, qui montana incolunt, accipi possunt, vel Hispani qui terram petrosam & montibus plenam incolunt. Quod si, vt communiter doctores accipiunt, per petram Ecclesiam, vel montana accipias, præcipue tamen de Hispania propheta loquitur, cùm ea sola plus in hoc opere perfecit, quam reliquæ omnes. Quæ enim natio vnquam tot regna, & prouincias incognitas inuenit, vt Hispania? quæ gens vexillum crucis, & Christi gloriam nunciauit in insulis, & remotissimis regionibus, vt Hispania? Hæc in Insulas, hæc in Indiam Orientis, & Occidentis fidem deduxit, hæc in remotissimos Iaponios, & Sinas penetravit, & gloriam Christo inter illos posuit, Et anno proxime elapso millesimo quingentesimo octuagesimo quinto legati venerunt tres principes in Ecclesiam vsque Romanam, vt obedientiâ vicario Christi darent. Venerunt verò ex Iapone insula maxima, & remotissima, quæ ab Hispania distat per sex mille leucas, & summa gratulatione, atque lætitia Gregorius decimus tertius pontifex maximus illos suscepit, & Sixtus quintus humanissimè tractauit, & pluribus affecit muneribus. Venerunt vero hi legati nomine regum, & prouinciarum. Hoc vero opus Hispania, & Hispani pares perfecerunt, è Societate Iesu, qui in Insula Iaponia Christi fidem prædicantes principes, reges, prouincias, & regna Christi fidei subiugarunt. Et nunc in Sinarum latissimè regnum ingressi, idem opus peragunt. Est vero apud Iaponios, & alios Indos tatus nostræ religionis ardo, & tanta vitæ sanctitas, vt nobis

Anobis timendum sit, ne nobis derelictis, illo transmigret Christus Dominus, solet diues, & præpotens vir, qui domum incolit veterem, & ruinofam, nouam ædificare, vt in eam se cõferat, derelicta priore. Dereliquit Dominus veterem synagogam, & in nouam transmigravit Ecclesiã. Ab hac Ecclesia recedet nunquam. At ab hac gente, & prouincia recedere nouit. Sumus nos domus eius nunc, cum eius fidem tenemus, sed domus planè vetusta, & quæ ruinam minatur, videmus Deum nouam in Indis condere domum, non nouam Ecclesiã, sed nouam gentem in Ecclesiam suam coaptat. Cauemus, ne à nobis discedat, & illic habitationem suam colløcet. Et nobis dicatur, quod olim synagogæ dictum est ab Esaiã. Derelinquetur filia Sio, sicut vni braculam in vinea, & sicut tugarium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Timendum etiam nobis est, ne patronus noster Iacobus fiat nobis aduersarius, si rebelles fuerimus luminis, quod ab ipso suscepimus. An non de Moyse iudeorum patrono Christus Dominus dixit, est Moyses, qui accusat vos, in quo vos speratis? Qui enim obsequentiis patronus est, rebellibus sit aduersarius. Cauemus simile crimen, ne in simile incidamus iudicium. Sicut enim si fluminis impedimenta possas, ne hac via præterfluat, aliam viam inuenies, quæ fluat, impediri enim eius cursus nequaquam valet. Ita cum diuinæ misericordiæ in te fluenti obicem ponis, alium queret, in quem dona sua effundat. Rejicis tu Deum, alius suscipit. Abiecit Iudæa Christum, transmigravit in gentes, reieimus nos illum, properat in Indos.

C. Calicem quidem meum bibentis &c. Calix dicitur certa fors bonorum, vel malorum, quæ à Deo cuique est ordinata, metaphora sumpta à veterum ritu, qui in conuiujs præponebant virum, qui cuique dabat certam vini partem, quam exhauriret. Hunc verò virum sustulit à conuiuio Assuerus. Aliquando verò accipitur in bonam partem, vt significet bona, quæ in hac vita vel in futura à Deo iustis destinata sunt. Hinc Psaltes, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Et iterum & calix meus inebrians, quam præclarus est. Quia verò iustis, & peccatoribus sua mala à Deo destinata sunt, hæc etiam dicuntur calix. Vnde ad agnam, eodem bibere poculo, id est, iisdem affici

Sanct.

V

malis

Esai. 42.

Esai. 1.

Ioan. 5.

Simile.

Esth. 1.

Psal. 15.

Psal. 22.

Eze. 23.

malis: Hinc Ezechiel, in via sororis tuæ ambulasti, dabo calicem eius in manu tua. Quasi dicat eius subibis flagella, cuius imitata es flagitia. Nunc ergo cum ait, calicem meum bibetis, significat, sicut ego passurus sum, & vos patiemini, sicut multa mala in terra, ego sustinebo, ita & vos sustinebitis.

In his vero verbis aliqua notanda sunt. Primum illud sit, In genium malorum esse, tribulationes, quæ à Deo eis proueniunt non à Deo sibi venire credunt, vel attendunt, sed ab his, qui potius Dei virga sunt, sic Pharaon à Deo flagellatus, vocat maleficos, qui familia perficiant, quia non credebatur flagella illa à Deo venire, etiam si magi ei dicant, digitus Dei est hic. Sic & Philistini qui manifestè à Deo percussi sunt, quia arcem ceperant, aiunt, si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bersames ipse fecit nobis malum hoc. græde, sin autem minime, sciemus, quia nequaquam manus eius tetigit nos: sed casu accidit. Sic tibi sæpe accidit, adest tibi tribulatio, infirmitas, persecutio, & casu tibi accidisse putas, vel ab inimico tuo hæc venire mala, nec Deum cogitas, à quo malum pœnæ in nos proficiscitur. Iuxta illud prophetæ. Si est malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Hinc fit, vt tribulatione non proficias. Contra vero iustus, cum tribulatur, diuinam agnoscit manum ipsum flagellatorem. Hinc Christus Dominus Petro ait, calicem, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum? Hinc Iob, manus Domini tetigit me. Hinc Dauid, Dominus præcepit, vt maledicatur mihi, & quis ei potest dicere, cur ita facis? Hac ratione nunc Christus Dominus ait, calicem meum bibetis. Calicem suum dicit, quia ab ipso eis propinatur. Hinc etiã fit, vt iusti tribulatione proficiant, & humilietur sub potenti Dei manu, & vias suas corrigant flagellati.

Secundum ex his verbis Christi colligendum est, auidè arripere hunc calicem, cum enim sit Christi calix, non potest non esse nobis salutaris, Hinc Psalmi. ait, Calicem salutaris accipiam. Amara quidè apparet potio, sed salutaris est. Similis amaræ potioni, quam medicus propinat infirmo, vt eum sanet, eiq; medeatur, sic tribulatio, qua hic à Deo affligimur, purgat peccata, humiliat nos, docetq; quod homines sumus, quod caro infirma. Sic cum Alexandro diceretur, non eum hominis esse filium

sed

A sed Dei Iouis, scilicet Ammonij, vidit se esse Therapum, & ait, vult nushoc docet, me hominem esse, filium hominis, & mortale. Sicut ergo olim docuit Deus prophetam Balaam, & per asinam eum erudiuit, quæ ostendit viam illius prauam esse. Sic sæpe per carnem, quæ asina est, spiritum edocet. Quid nam febris, quid dolor, quid denique vniuersa carnis miseria est, nisi loquelia illius, qua nos edocet, peruersam viam spiritus esse, Deoq; contrariam? Quid nobis loquitur aliud, quam cinis es, puluis es? Sed attende, calicem iustus dari, qui breuis mensura est, quia momentaneum, & leue tribulationis nostre, immensum gloriæ pondus operatur in nobis, Calix minor mensura est, quia vt

B Psal. ait, potum dabis nobis in lachrymis in mensura, nec in mensura solum, sed in breuissima mensura. Veniet vero dies in qua audiamus, quod olim Iacob, non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, Iacob luctatorem significat Israel videtem Deum secundum multorum doctorum sententiam. Ita Iacobo patrono nostro accidit: fuit Iacob luctator, cum Christum sequutus est, cum audiuit, vos estis, qui permanistis mecum in tetationibus meis, cum Christi Euangeliu in Iudea prædicauit, cum in Hispanias venit, eum deniq; decollatus est. Sed in morte audiuit, Israel erit nomen tuum, videt, scilicet, Deum, ego disse no tibi regnum, vt edas, & bibas super mesam meam in regno meo. Fuisti ad Christi dexteram in regno tribulationis primu, eris ad dexteram eius in regno opulento, & magnifico, bibisti calicem passio-

C nis, bibes & calicem gloriæ, vbi Dominus pars hæreditatis, & calicis est, beata pars, præclarus calix verè inebrians, & implens omnino bono, &c.

Exo. 5.

1. Reg. 6.

Amos. 3.

Ioa. 18.

Iob. 19.

2. Reg. 16.

Psal. 115.

Num. 22.

Psal. 79.

Gen. 32.

Luc. 22.

Infesto Beatæ Annæ matris Mariæ virginis.

Thensa. Simile est regnum calorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

Matthæi 13.



M V. L. T. A. in laudem Beatæ Annæ dici possunt; sed omnium radix, ac origo fuit, quod mater Mariæ, & Christi Domini Aua fuerit vt ei iure dici possit, quod Iaeli Delbora in cantico suo. Benedicta inter mulieres Iael, & benedicatur in tabernaculo suo. In tabernaculo vero suo Iael benedicitur, quia in eo Sisaram interfecit. Verè benedicita inter mulieres Anna, & à nobis benedicenda in tabernaculo suo, Maria scilicet, quam illa in Dei tabernaculum extraxit. In eo tabernaculo occisus dæmon est, quia illa caput contriuit serpentis. Sicut ergo arbor ex fructu cognoscitur, & benedicitur, ita Annæ dignitatem ex Maria fructu illius cognoscemus. Benedicenda profecto arbor illa est, quæ fructum vitæ Mariam nobis protulit. In hac verò die propitia nobis Maria erit, vt de laudibus matris dicamus. Eam salutemus, Ave Maria.

Traditio est Ecclesiæ, à grauissimis accepta patribus, Ioa- chin, & Annam nobilissimos filios Dauid Mariæ fuisse pa- rentes. Ita tradit Hippolytus martyr discipulus Apostolorum, quem refert Nicephorus libro. 2. ecclesiasticæ historiæ. cap. 3. Et Epiphanius. 3. contra Coliridianos, hæresi. 79. Et Da- mascenus libro. 4. de fide orthodoxa capite. 15. & beatus Anatolius, in cantico de Mariæ natiuitate. Et Sergius Agio polita in homilia de eodem festo, Et Gregorius Cedrenus in compendio historiarum. Et Nicephorus libro. 1. capite. 7. & glorio.

Ind. 5.

Hippolytus.
Nicepho.
Epipha.
Damas.
Anatol.
Sergius.
Cedr. Nice.

Agloriosus Osiander in primum caput Matthæi, & multi alij. De vita verò, ac moribus Ioachin, & Annæ Augustinus li- bro. 33. contra Faustum Manicheum, capite. 9. & Epiphanius vbi supra, & hæresi 70. & Constantinopolitanus Patriarcha Ger- manus in sermone de Mariæ in templo oblatione, & Grego- rius Nifenus in Homilia de humana Christi generatione, & Hieronymus, asserunt, eos fuisse nobilissimos, ac sanctissi- mos, & per viginti annos prole caruisse, quia Anna erat steri- lis, & ideo à sacerdote despecti, orauerunt & ieiunauerunt, quadra- ginta diebus. Angelus verò eis apparens nunciavit Mariæ ortû. Hierony. asserit, in tres partes substantiâ ab eis diuisam, quarû vnâ templo, aliâ egenis præstabant, aliâ sibi seruabant. Sic ergo Annam salutare licet. Salue parens sanctissima, sacro- beata coniuge, sacratione filia, Nepote sacratissima. Et Rodul- phus Agricola ait. Conspicuos præstant alios bene facta paren- tum: Tu contra nata nobilitate nites.

Ex dictis ergo Annæ dignitatem, & sanctitatem pensemus. Tanquam ingens beneficium promisit Deus Abrahæ, & Daui- di progenitores Christi Domini esse, licet à lōge. Et hæc sunt illa maxima, quæ Nathan dixit ad Dauid, cum ait. Si hæc tibi parua videntur, adijciam tibi maiora. Enumerauerat tempora- lia Dei beneficia in Dauid, maiora verò alia silentio præterit. Sed quæ nam illa? Certè quod Christus ei promissus sit ex eius semine nasciturus. Sed cur hoc non enumerauit Nathan? Cer- tènè desperaret Dauid, obrutus tanto beneficio, cui ingratus extiterat, dum peccauit, immensum enim beneficium illud erat, & quod humanas vires longè superat, qua ratione Abra- ham, cum audiuit, ex Sara dabo tibi filium, cui benedicturus sum, cecidit in faciem suam, pronus in terram, non solum gra- tias acturus, sed quasi pondus beneficij tanti ferre non sustinēs, maximo sub onere deficit. Et hac ratione putat Hieronymus, fleuisse Ezechiam fletu magno, cum ei nunciata mors à Prophe- ta fuit, non propter mortem, sed propter promissionem Domi- ni ad Dauid, quam videbat in sua morte perituram. Eo enim tempore Ezechias filios non habebat, nam post mortem eius Manasses cum duodecim esset annorum, regnare cepit, ex quo perspicuum est, post tertium annum concessæ vitæ Manassen

Osiander.
August.
Germa.
Nise.
Hierony.

2. Reg. 12.

Gene. 17.

Esa. 38.
Hier. ibi.

esse generatum: ergo iste omnis est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nasciturum. Si ergo esse Christi parentem à longè res tanta est, ut cadat in faciem Abraham, cum ei promittitur, & maximum, quod Dauidi concessum fuit, id esset, & quia id in Ezechia non complebatur, fleuit fletu magno, quanta obsecro res erit parètem esse Christi adeo prope, ut auia est? Nec solum Anna auia Christi est, ut reliquæ mulieres nepotum suorum, sed multo magis, nepos enim tuus non adeo tuus dici potest, quia licet filius sit filie tuæ, sed non illius filius dumtaxat, quia alium habet parentem. At Christus filius Mariæ ut homo est sine patre, & ideo cum solius virginis filius sit, magis ad Annam pertinet, quam alij nepotes ad auias, & sic est illa quasi mater. Quo vero res propinquior est principio alicuius rei, eò illa magis participat, quo igni propinquior, eo calidior, quo soli, lucidior, quo Christo Domino, eo magis gratias, ac dona participat. Attendè nunc, quam sit propinqua Anna Christo Domino gratie fonti, sola Maria media est, & ideo gratia præcipue ornata. Maria arca est diuinorum sacramentorum, in qua Deus inhabitat, Anna sancta sanctorum est, in cuius utero Maria est. Si vero facta sanctorum, quod olim arcæ præparatum est, tanta fulsit gloria, atque diuitijs, quot gratijs ornatam putabis Annam, ut Mariæ locus conueniens esset? Solent auia nepotes suos nimium diligere, quia communicatio illa remota perfectionem arguit, dum agit in longinquum, & videt se auia magis æternitati mandari in nepotibus, & ideo eos præcipue diligit. An non Anna nepotem Christum summa prosequetur dilectione? Ille vero diligentes se diligit. Quod si forsitan Anna defuncta non est ante Christi ortum, desiderauit enim illa summo desiderio tantum videre nepotem, ut tunc dimitteretur, sicut & Simeon, quo gaudio ipsum complecteretur in sinu, foueret in gremio, quis dicendo cõsequi valeat?

Sed iam expendamus aliam ipsius dignitatem, quod Mariæ mater sit; qua ratione multas ei concessas gratias, manifestum est. Ut Deus Baptistam, & præcursorem suum omnibus commendaret, sanctissimos dedit parentes. Quales obsecro Mariæ parentes esse debuerunt? Sic efficienda à Deo esset mulier, quæ mater esset omnium electorum, tum

homi-

A hominum, tum etiam Angelorum, qui humana carne indueretur, quanta obsecro mater hæc esse deberet, ut digna mater tantorum filiorum esset? Si parum gratiæ quisque filiorum ei obtineret, maximus efficeretur gratiæ cumulus. Sed plus est, plus valet, plus obtinet Maria quam vniuersus cætus sanctorum, & quæ digna mater Mariæ futura est, dignior esse debet, quam quæ mater omnium electorum, & plus obtinuit Maria matri suæ, quam, omnes electi obtinerent matri omnium, Maria gratiæ est dispensatrix, & præcipue matri suæ deuincta est, quæ ergo pluribus obtinuit gratiã, & sanctitatem, cur eam, & maximam matri non obtineat? Sicut se habuit, ac gessit Christus cum Maria, implens præceptum de honoratione parentum, & ideo eam præcipue exaltans, sic se habuit Maria cum Anna matre, ut in omnibus Christum imitaretur. Sicut summa unio Christi cum Maria, ita summa unio Mariæ cum Anna. Sicut Maria dedit Christo esse humanum, & immensas ab eo recepit gratias, ita Maria accepit ab Anna esse humanum, ei vero contulit multa dona gratiæ, ea ipsi impetrando. Cùm infimus de plebe in regnum, aut maximam dignitatem assumitur, si iustus ille sit non obliuiscitur parètem, licet pauperes sint, sed quid dico parentum? imo nec aliorum, qui ad eum non adeo pertinet. Ita de regina Esther memoria proditum est, quã patruus Mardocheus nutrierat, cùm adhuc regina esset Esther, ita cuncta obseruabat, quæ ei Mardocheus præcipiebat, ac eo tempore solita erat, cùm eam nutriebat paruulam in domo sua. Eleuata fuit Maria in Dei matrem, & celi reginam, sed non obliuiscitur matris suæ, imo illi obediens eius iugem habebat in oratione memoriam, quid ergo ei non obtineat? Certè maxima gloria Annæ Maria est, filius sapiens gloria est patris, Christus ergo Mariæ gloria est; Annæ vero gloria Maria est, magna profecto gloria.

Sed sigillatim conceptionem, natalem, & conuersationem Mariæ expendamus, ex quibus Annæ gratiam colligemus. Et primum conceptionem. Nouimus, tantam sanctificationis gratiam Ioanni concessam, ut redundaret in matrem, quam Spiritu sancto repleuit, ut Beda ait in Lucam. Cur hoc ipsum non credamus in Mariæ sanctificatione effectum, cùm hæc fuerit cõpior illa? Fuit Maria gaudium vniuersi, expectatio mundi,

V 4 Aurora

Esther. 2.

Beda.

Aurora confurgens, stella maris irradians, cur magna bona in matre sibi propinquissima non efficeret? Non solum aromata odorem spargunt, sed etiam panni, vel theca in qua sunt. Fuit in Christo odor agri pleni cui benedixit Dominus, non ergo ille solum odorem spargit gratiae, sed & Maria, quae eum continuit.

Sed iam felicissimam horam illam contemplemur, in qua Maria nata est, & in mundo affulsit. Nata quidem filia Annae fuit. Sed nunquam ideo minus letata fuit, quia non filium, sed filiam peperit? Certè summò gaudio perfusa fuit, quod filiam pepererit, nec ullus esset filius, qui ei similem letitiam conferre posset. Et hanc Mariae natiuitatem respexisse videtur diuinus spiritus, cum per Sapientem dixit. Omnem masculum excipiet mulier, & est filia melior filio. Quo loco aliqui, ut Lyra, legunt, est filia melior filio. Ait ergo Sapiens, omnis mulier, cum parit, delectatur cum masculo edit, nec adeo gaudet, si foeminam pariat. Nihilominus tamen filia edita aliquando magis gaudendum est, quia est filia melior quam alia filia, est mulier super reliquas mulieres, vel est filia aliqua melior quam filius, quia multis viris potior est. Hac vero nulli ita conueniunt ut Mariae, quae melior est omni filia, quia licet multae filiae congregauerunt sibi diuitias, sed Maria supergressa est vniuersas, & potior est omni filio, qui pura creatura sit. Ut verò id manifestum sit, attendendum est, tres ob causas desiderari potius filium quam filiam à parentibus. Primo quoniam viri dignitates reipublicae obtinent, & loca suprema, ac munera praecipua, foeminae verò nota, sed earum fortuna est, si probe sint. Secundo, propter educationis diuersam rationem, foemina enim seruandae sunt, ac custodiendae maiori cura. Tertio quia ut in statu colloceatur foemina, multa opus est pecunia, vir vero multis alijs rationibus sibi prouidere potest. Hac autem omnia in Maria locum non habent, & ideo illa est filia melior omni filia, imo & filio. Primum enim, quod ad honores, ac dignitatem pertinet, tanta ei dignitas seruata est, ut infinita sit; tantus honor, ut ab omni creatura, imo & à Deo maximo in honore habeatur, tanquam regina omnibus praecipiet creaturis, imo & ipse Dei filius fuit subditus illi, per ipsius intercessionem omnia dona creaturis danda sunt, denique ipsa est domina

vniuer-

A vniuersorum. Deo dicitur, Dominus vniuersorum tu es, Mariæ suo in gradu dicitur, domina vniuersorum es. Id verò olim in figura praecessit in Sara, quae prius Sarai dicebatur, quod interpretatur domina mea, sed postquam ei promissus Isaac est, dicta est Sara, id est, Domina, nullo addito. Prius namque quam Maria filium haberet Deum, domina fuit huius, vel alterius, sed Dei mater effecta Domina vniuersorum est, nihil ergo est, cur Anna de filii ortu tristetur, cuius dignitas est immensa, nullum potuit edere filium purum hominem, qui ei similis esse posset. Secundum etiam in Maria locum non habet, nec enim opus est parentibus nimia cura, ut Mariam seruent. Praecipua enim mulieris custodia virtutis studium est, & diuina gratia, hanc vero sic participauit, ut in illa fuerit confirmata, ut nec veniale peccatum admittere, aut imperfectionem posset, ut nec leuissimum appetitus motum in rationem sit passa, vel quia fomes ligatus, vel melius, quia penitus sublatus ab ea est. Super haec omnia & caelo data ei custodia illa est, de qua in canticis dicitur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Qui illam custodiam videret, diceret planè, castra Dei sunt haec. Eam vidit Dionysius Areopagita Angelis circumseptam. Cum haec ita se haberent non multa cura parentum opus erat, ut Mariam seruarent. Nihilominus tamen in templum puella ducitur, ut nos doceat occasiones fugere, cum infirmi simus, quas illa fortissima fugit. De qua re multa, & praecleara Chrysol. in homilia contra concubinos, ubi inter alia ait. Audi Iob fortissimum, qui omnes diaboli vicit incurfus, durior aere, & ferro. Ad omnia aduersa, qui dicit, non reprehendit me cor meum in tota vita mea. Adhuc tamen se custodit, & ait, pepigi foedus cum oculis meis, ut nec cogitarem de virgine, vidit enim, difficile esse, aspicerem, nec desiderare. At si paruus vobis videtur ad pugnam Iob, quamuis reuera nec stercore eius digni sumus, si te eo fortiozem putas, audi Paulum, qui totum circuit orbem, qui raptus est in tertium caelum, qui plus omnibus laborauit, qui dicere potuit, viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus, post tot certamina, post tot triumphos, & victorias, adhuc ait. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, quomodo tu absque castigatione audebis tibi securitatem promittere? Addere pos-

V 5 sumus

sumus his, quæ Chrysostomus dixit Mariam, quæ terribilis est, A
vt castrorū acies ordinata, quæ insuperabilis, & inuincibilis, in
templum se collegit, vt occasiones fugeret, quid nobis miseris
est faciendum?

Tertiū etiam in Maria locum non habet, dos enim à Deo ei
cōcessa est, parentes nō grauabit. Adamauit verbū diuinū Ma-
riā, eiq; despōsarivoluit, eāq; dotauit dote bona, tot enim ei gra-
tias cōtulit, vt eas explicare Seraphini nō valeant. Et quē admo-
dum Isaac futuræ sponsæ murenulas, & in aures misit, aliaque
monilia, ita verbum diuinum Mariæ misit dona quā plurima.
Et si ea, quæ à natura sunt, attendamus, vt in terra nuberet Ma-
ria, op^o ei nō esset dote. Erat enim de semine regio, omniū fœ-
minarū pulcherrima, ingenio, ac moribus ornatissima. Et ideo
in reliquis coniugijs dotatur fœmina, vt quod illi ex natura de- B
est, dote suppleatur, ac viro par sit, in Mariæ vero despōsatione
non ita actū est. Excedebat illa in immensum virū, & ideo spon-
sus Ioseph dotandus est, vt Mariæ coniugio sit dignus. Et ideo
Ioseph sanctissimus pluribus à Deo muneribus affectus est, vt
dignus coniugio tanto sit.

Iā verò tertiū, quod initio proposuimus, expēdamus, de con-
uersatione, scilicet, Mariæ cū Anna matre. Si aliqua fuit Marię
vel fuisset pēdissequa serua, sanctissima redderetur Mariæ con-
uersatione, quid obsecro de Anna matre credēdū? Ad suauem
Dei prouidētā pertinet, vt ea, quæ fieri cōueniēter possunt cō-
muni, vt ita dicam, cursu, ac via, ita fiant, & non miraculo. Mo-
dus verò cōmunis, quo bona educat filia est, si bonā habeat ma-
trē. Ita vulgari prouerbio dici solet, ex bona matre, bona proce- C
dit filia, licet enim aliquādo id ita nō sit, sed vt in plurimū mater
bona fructū profert bonū, multū enim recta educatio cōducit.
Vt ergo Maria instituat in omni perfectione, cōcessa ei Anna
est omni ornata perfectione. Sed qualis obsecro futura Anna
est, quæ mater, magistra, doctrixque Marię futura fuit, & exem-
plar denique Mariæ, in quod illa intuens, opera virtutū præsta-
ret? Certum est superatum esse à Maria exēplar ei propositum,
sed illud proculdubio excellentissimum esse debuit. Deinde
conuersatione Mariæ, in qua gratia supra modum abundauit,
indubium est, Annam maximos fecisse progressus.

Sed

A Sed illud filētio prætereundū nō est, ex quo maximas gratias
Annæ concessas, colligere possumus, quod Mariā in tēplo Deo
obtulerit tāquam munus præclarū. Vulgo iactari solet, dona nō
solum corda, sed etiā rupes frangere, tantū ergo donū, quantū
Maria est, quomodō diuinū cor nō tangat, vt maxima ei donet,
qui tā præclarū ei offert munus. Duo munera oblata Deo sunt
gratissima. Primū Christus dominus est, quē ei obtulit Maria
in tēplo. Secundū verò filio singulari quadā ratione oblatum,
Maria est, quā offert Anna, post primū munus, nullū huic æqua-
le est, nec est aliquod, quod huic cōferri valeat. Quid ergo mag-
nificentissimus Deus faciat? Nūquid Annā vacuā remittet? Cre-
di ne potest, quod Anna magnifica, ac diues fuerit in Deū offe-
rens rē tantā summe dilectam, Deus verò auarus in eā sit? An

B non ille diues est in omnes, qui inuocāt illū? Nihil in munere, Rom. 10.
quod Anna obtulit Deo, desiderari potest, omnia enim, quæ
præclarū reddunt munus, habet. Primū, conueniēs est Deo, cui
offertur. Cōuenit maximē Maria Deo, Vnde ait. Dilectus me^o
mihi, & ego illi. Et Angelus ad eā, inuenisti gratiam apud Deū. Cant.
Sicut olim Adam videns Euā sibi similem, ac conuenientē ait, Luc. 1.
hoc nūc o sex ossibus meis, & caro de carne mea, quasi dicat, Gen. 2.
nūc inueni, quod mihi cōueniebat, hæc mihi similis est, quæ est
ex carne mea. Ita Christus dominus visa Maria, quæ ei offertur,
ait, hoc conueniens mihi donum est, ex hac carnem assumam,
vt simus ambo vna caro. Deinde aptum hoc munus Deo
fuit, vt carnem indueret humanam. Tum verò Anna mu-
nus illud obtulit præcipua voluntate, maxima deuotione, ni-
hil ergo in munere desiderari potest, vt Deo sit gratissimum? C
Cum altera Anna offerret Deo Samuelem in templo, ait ei 1. Reg. 1.
Heli sacerdos, Reddat tibi dominus semen pro scēnore hoc,
quod commodasti Domino, & ita factum est, reddidit enim
ei Deus filios plures pro Samuele. Vnde illa cecinit. Do-
nec sterilis peperit plurimos. Multa ergo sine dubio dona
Annæ concessa sunt, cum Mariam obtulit. Solum modō
cogitauit Dauid, ædificare domum Domino, & ait Salomon. 3. Reg. 8.
Voluit Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini
Dei Israel, & ait dominus ad Dauid patrē meū. Quod cogita-
sti in corde tuo, ædificare domū nomini meo, benefecisti, hoc
ipsum

.2 Reg. 7.

ipsum mente pertractans. Et iterum Dominus ad Dauid, quia **A** voluit ei domum ædificare, ait. Fidelis erit domus tua, & regnū tuum vsq; in æternum ante faciem tuam. Domum ergo æternam ei promittit, quia voluit ædificare domū Domino. Sed Anna multò plus præstat Deo, ædificatam enim domum ei affert, cum Mariam obtulit, & domum non quale templum fuit, sed digniorem cælis, & Thronis, ac Seraphinis. Maxime ergo accipere dona debuit à Deo.

Sed quis nūc cogitatione assequi poterit, qua gloria, & gaudio prædita sit in cælo Anna, cum videat filiam suam ad dexteram Christi in eminentissimo loco super omnes cælos. De bonis enim Mariæ multum illa participat, quia mater est, Sicut enim immensa Mariæ gloria resultat ex Christi bonis, quia filius illius est, cuius bona mater quasi propria habet. Ita **B** de Mariæ gloria ad Annam magna pars pertinet, quia mater est. Quò gradu quisque diligit alterum, eo delectatur de eius bonis, & hac ratione beatus plus gaudet de Dei bonis, quam de suis, quia Deum plus se diligit. Cum ergo Anna summa dilectione Mariam prosequatur, de eius dignitate, ac bonis in immensum gaudet, quia bona sunt dilectissimæ filiæ. Ille gaudium hoc Annæ explicabit, qui Mariæ immensam dignitatem, & gloriam, ac honorem dicere valuerit. Id verò explicare quis poterit? Beatam illam dicunt omnes generationes, ex his verò immensis laudibus **C** Anna participat, quia mater est, quæ summe gaudet exaltatam videns filiam.

Sicut autem illa Mariam præcipuo amore diligit, naturali & supernaturali. Ita à Maria diligitur amore maximo naturali, & gratuito. Nec enim gratia naturam destruit, sed perficit, nec amorem tollit, sed auget. Maximi profecto ducendum est, quòd tanto amore à Maria diligatur. Sumum est bonum diligi à Deo, huic proximum est, diligi à Maria, quæ omnia Dei bona dispensat. Quibus obsecro oculis Christus respiciet Annam; quam tanta dilectione prosequitur Maria? Annæ dicere possumus, vt Mariæ iubeat, tanquam filiæ.

Sed quoniam tunc præcipuè sanctos laudamus, cum eos imitatur, videndum restat, in quibus Annā imitari debeamus.

Certe

A Certè in multis. Primo in maxima fide ac spe, cum viginti annis orauerit, vt proles ei concederetur, & licet se viderit sterile, & grandæuā, non considerauit corpus suū emortuum, sicut & Abrahā, & sic tandem obtinuit. Plurimi hominum pusillanimes sunt, ac modicæ fidē, parūq; sperantes, vel de salute æterna consequēda, vel de morum correctione, vel de spiritali profectu in spiritu. Hæc vero diffidentia multa mala in animæ operatione, sicut cōtra spes multa bona. Quoniā qui desperat, tristis primū efficitur, deinde ineptus operi exercendo. Iam in te ipso facile deprehendes, si cor tuū attenderis. Et in Cain manifestū **Gen. 4.** est, ad quē Dñs ait. Quare tristis es, & cur concidit vultus tuus? nōne si bene egeris recipies? Sicut spes gaudium, ita desperatio tristitiam ingenerat. Spe gaudentes, ait Paulus, desperatione **Rom. 12.** tristes. Et inde procedit, opera bona relinquere, ait enim, qui eiusmodi est. Inutilis est labor meus, derelictus à Deo sum, omnis operatio mea similis est ictibus mallei in ferro nō cadenti. **Prou. 29.** Hinc Sapiēs. Si desperaueris lapsus in die angustiar, imminuet fortitudo tua. Vt opera bona nō ommitteret, dixit De^{us} in Cain, nōne si bene egeris, recipies? Cū ergo verū sit illud Sapiētis. **Prou. 10.** Manus remissa egestatem operata est, manus autem laborantiū impinguabitur, fit consequens, vt is, qui minus quā debet, sperat, virtutis laborem relinquat, & in summā deueniat egestatē.

Sed quæ nā radix tāti mali est? Certè spei fundamētū est diuina bonitas, ei^{us} promissio ad nos facta Christi; merita. Ideo ipse **C** ait. Creditis in Deum, & in me credite, id est, sperate in meritis meis. Ita desperationis fundamentum est miseria nostra, ac defectus, cum enim sciamus, conatum nostrum ad salutē esse necessarium, eius defectū videntes desperamus. Inde etiā occasione desperandi sumimus, quod differri, & in longū protrahi diuinas promissiones cernimus. Oramus, nec exaudiri cernimus. Ita Diuæ Annæ contigit oranti per viginti annos. Hic profecto opus est magna fide, quali prædita Chananeæ fuit; & **1. Reg. 1.** Annæ Samuelis mater, cuius vultus non sunt amplius in diuersa mutati. Et Anna nostra, quæ per viginti sperauit annos. Hæc verò magna fides vniuersa, quæ petit, impetrat, vt in his patet. Hic Paulus. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatē Dei faciētes, **Heb. 10.** reportetis re promissionē. Et hac in re illi peccauerūt, de quib^{us}

Esaías

Esa. 28.

Esa. ait, expecta, reexpecta, modicum tibi modicum tibi. Quæ verba sunt increduli populi, qui auditis Dei promissionibus, quæ in longum deferebantur, lusum existimabant Dei verbum, & irridebant prophetas dicentes, expectate modicum eorum: verba usurpantes, expecta, reexpecta. Ad quos Esaias ait. Qui crediderit, non festinet. Et Paulus. Cupimus, vnum quemque vestrum eadem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem, vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hereditauerunt promissiones Abraham: namque promittens Deus, sic longanimiter ferens, adeptus est repromissiones. Distulit enim Deus, quod promiserat, & ille diu expectauit. Sic Iosepho, & Dauidi principatus promissus est, sed diu expectatus, nos ergo eorum efficiamur imitatores.

Velles quidem, cum oras, exaudiri statim, liberari à tentatione, succurri in necessitate, perfectionem acquirere, rem optatam obtinere. Sed dico tibi, expecta, reexpecta cum Anna, Angelis omnia statim data sunt, hominibus non item. Nonne agricola expectat patienter terræ fructum, cur tu non expectabis celestem? Si accedit in curiam nobilis vir, vt aliquod magnum beneficium à rege obtineat, an non audit, obsequere regi, pete beneficium, & expecta? Irridendus homo ille esset, si in momento putaret se accepturum, quod petit, quæ enim magna sunt, non facile acquiruntur.

Sed cur Deus in longum differt, quod statim potest concedere? Temporalia quidem differt, vt spiritualia præstes opera, & sic celestia acquiras, quæ potiora sunt, & deinde temporalia. & sic plus tibi concedit, quam petas. Ita cum Anna factum est. Spiritualia quidem non ita differt, quia statim aliquid præstat, si verò differt, ideo facit, vt illud merearis orans persueueranter, & vt illud magnificas. Quid enim putas spiritualia esse? ceteræ Margaritæ sunt, thesaurusque celestis, & ideo oportet, vt vniuersa, quæ habes, vendas, vt ea acquiras. Sed ais, multum à me exigitur. Attende quis nam hic thesaurus sit, & videbis, nihil esse, quod petitur. Thesaurus hic, margarita ista, non solum diuina gratia, & sapientia est, per quam Deus possidetur, sed ipse etiam Deus, qui à nobis per hæc acquiritur. Sed quot nobis diuitiæ in Christo sunt? dici non potest. Vnde Paulus, mihi omnia san-

Eph. 3.

A sanctorum minimo data est gratia hæc, euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi. Sed ais, thesaurus ille est in se, mihi verò quomodo thesaurus est? Certè quia factus est nobis à Deo iustitia, sanctificatio, & redemptio, ipse te gratum patri reddidit, ille pretium tribuit operibus nostris, vt dignæ sint cælesti regno, ipse est tanquam margarita, quæ annulum ornat, & preciosissimum reddit. Fœlix profecto diua Anna, cui necesse non fuit, agrum emere, in quo thesaurus inuentus est. Quia Maria ager Annæ fuit, quam emere non oportuit, quia filia eius est, in ea vero thesaurus Christus Dominus repertus est.

Imitanda etiam nobis Anna est in iugi oratione, in largæ elemosynarum largitione, in eo etiam, quod orationi elemosynas adiunxit, vt misericordiam præstans misericordiam obtineret, &c.

Festa Augusti. In festo Beati Petri ad Vincula.

Thema. Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia &c. Apposuit, vt apprehenderet & Petrum. Act. 12.



MIRABILIS plane diuinæ sapientiæ dispositio est in omnibus, præcipue vero in Ecclesiæ fundatione, & incremento, vbi multiformis illius sapientia innotescit, non hominibus solum, sed & principibus, & potestatibus in cælestibus. Vnde Paulus ait. Vt innotescat principibus, & potestatibus per Ecclesiâ multiformis sapientia dei secundum prædicationem seculorum, quæ facit in Christo Iesu, quod verbo Domini ait, non quidem didicisse Angelos beatos ab Aposto-

D. Tho.

Aposto-

Apostolis, quia inconueniens videtur, beatum à viatore discere, sed innotuit Angelis per Ecclesiæ successus, quos viderunt in Apostolis prædicatibus, diuina sapiëntia mirabilis in Ecclesiæ gubernatione, ac dispositione, quæ Angelis reuelata non fuerat ab initio, & ideo eam agnouerunt, cum effecta apparuit forinsecus. Sicut agnoscimus nos conceptum domus, qui in mente artificis latebat, in domo perfecta, quam exterius videmus. Sed quænam ista multiformis Dei sapientia est? quodnā hoc secretum in Deo absconditum. Certè mysterium hoc, & absconditum sacramentum est. Ecclesiæ fundatio per Christi crucē, Ecclesiæ persecutiones, Apostolorū catenas, & mortē.

Cur Domine voluisti Ecclesiam tuam, quæ nouella plantatio erat, persecutionibus maximis versari? Cum arbor recens plantata est, multa circum circa ponuntur, ne lædi facilè possit, cum enim non iecit altas radices, facilè vel vento, vel manu eradicatur, & perditur. Qua ergo ratione arbor Ecclesiæ initio tot persecutionibus exposita fuit? Hic certè latet secretū, hoc est mysterium, quo multiformis Dei sapientia apparet, & Angelis sanctis mirabilis fuit, dum hac arte Ecclesia non defecit, sed profecit, non est imminuta, sed creuit. Qua ratione dō summe Deus nunc pateris, vt dilectus Petrus vicarius tuus in carcerem mittatur, & catenis vinciat? Si videres, in regis Hispaniæ curia satellitem ea audacia esse, vt principem, regis filium & hæredem caperet, in carcerem mitteret, & catenis ligaret, idque rege inspectate, & vniuersa curia, nec vllus ei quidpiam mali diceret, an non id expauesceres: nedum mirareris? Illud verò præcipuè mirandum, si filio suo rex regni gubernationē tradidisset. Attende nunc Petrum Christi primogenitum, cui Ecclesiæ clausus tradidit Christus, quem nunc inferni satelles capit, & catenis vincit, nec quicquam Christus loquitur, an nō id mirandum?

Diuersum omnino iudicium Dei, & hominum, imo & sanctorum, & nostrum. Nos quidem viles putamus catenas esse, abiectionem duci mus pati, humiliari, deijci, gloriosum verò, diuitias, honorem, amplam domum possidere, in his gloriamur. Sed audis sanctorum iudicium. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, ait Paulus, De qua re multa, & præcla-

Ara Chrysofomus homilia 8. in epistolam Pauli ad Ephesios, enarras verba illa Pauli, obsecro ergo vos ego vincus in Dño. Vbi ait. Magna dignitas, & regno quouis, & consulatu longe maior vincum esse. Hoc etiā ad Philemonem comemorat dices, Paulus senior, nūc autem & vincus in Christo, vincū esse propter Christū, illustrius est, quā siue Apostolū, siue doctore siue Euangelistā esse. Siquis Christū diligit, is nouit, quid sit, quod dico. Siquis ardet amore Christi, eliget in vinculis esse pro Christo, quā cælos inhabitare. Sed & amplius addit Chrysofomus, ait enim, Maius est vincula sustinere pro Christo quā regiū diadema, & forsan illustrius, quā sedere ad dexterā eius, honesti⁹ quā sedere super duodecim thronos, maximūq; Dei in homines donū, quod ipse pro eis passus sit, & illi pro eo pateatur. Hinc ibat Apostoli gaudētes à cōspectu cōcilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Si mihi optio daretur, aut esse in cælo, aut in cathena cū Paulo, præligerē cathenam. Si aut cū Angelis standum fuisset sursum, aut cū Paulo vincō, carcerē vtique præoptassem. Nō ita Beatū Paulū dico, quod in paradysum raptus, atque quod in carcerem est cōiectus. Nō ita beatum estimo, quod verba audierit ineffabilia, atq; quod vincula sustinuit. Quod vero ille hoc pluris ducat, ostēdit, dum cōtestatur Ephesios, non dices, ego raptus in cælum, ego, qui audiui arcana verba, sed ego vincus in Dño. Et quādo gloriari voluit, & ceteris se cōferre Apostolis, quod primū in sui commedationē dicit, id est, quod passus fuerat, enūmerat enim primum persecutiones, & flagella, quæ sustinuit. Sed nouū loquēdi genus hoc est, nouū certe, sed illud sanctorum didicere à nouo homine Christo, qui gloriā suā dicit pro huiusmodi pati. Vnde ait, clarifica me tu pater, quid ais Dño ad flagella, & crucē properas, & hāc dices gloriā tua? Vt quæ ista pro dilectis patior. Si Christus maiore hāc reputat gloriā, quā sedere in patrio throno, quia miseros nos dilexit, cur nos nō reputemus beatos, si pro eo patiamur? Beatiores man⁹ Pauli ligatē quā dū Lustris claudū erexit, viperāq; excusit. Cathenā enim tūc, & vincula feuebatur vipera, & vniuersū pelagus quod ab sorbere ausus nō est socios Pauli, quia ibi vincit Paulus dicebat. Nō tāti estimo vniuersa sanctorū miracula, ac vincula. Prælige

Chrysof.
Ephe. 4.

Ad Philē.

Acto. 5.

Ioan. 17.

Simile.

Simile.

Rom. 5.

Matt. 5.

Acto. 16.

Ad. Phile.

re cathenā, quā mortuos suscitare. Sic enim ad discipulos Christi ait, Beati estis, nō quia mortuos suscitatis, sed cū maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, &c. Attēde vinculorū pro Chro potētia. Acto. 16. Cōmor^o est carcer vincō Paulo, solutaque sunt omniū vincula. Mirū est q̄ vincula soluat vincula. Sicut Chri mors mortē interemit. Vincula quidē vinciūt, & impotētē faciūt, at vincula pro Chro soluūt, & potētissimū reddūt. Vnde custos carceris ad pedes Pauli prōcidit, & credit, exiitq; ipse à vinculis infidelitatis, & peccati. Vide quomodo cathenę Pauli nō carcerē tātū, sed & celū aperiant, dū totā illam domū ad Deū conuertit. De quibus forsan postea ait, quos genui in vinculis meis, ò beatam cathenā, quæ non solū illustrem reddit vincitum, sed & filios genitos in ea illustriores reddit, quod in vinculis geniti essent. Habent aliquid amplius. in vinculis geniti præ cæteris, scilicet, vt ab ipso fidei exordio hoc sciant, gaudendum, & gloriandum in tribulationibus.

Simili, qua Paulus cathena, ligatus fuit Petr^o, imo & cathenis. Et si mihi quispiā dixisset, elige vtrū velis, vis esse Angelus Petri solues, an Petrus ligatus? Petrus utiq; maluisset esse. Hucusq; Chrysostrōmus. Cuius verba sic accipienda sunt, vt nō intelligas, excessit esse, pro Deo pati, quā eo in gloria frui, sed quā in celis cū Angelis versari, & in quocūq; throno sedere citra diuinā visionē, quę cū finis sit hominis excelsior est omni merito.

Sed merito inquires. Vnde tanta ista dignitas vinculorum pro Christo Domino, quam non solum Chrysostrōmus ostendit, sed & Ecclesia hac die, cum vinculis Petri festum diē agit, in fabris carceris cathenas gloriosas dicit, quia illis ligatus Petrus pro Christo est. Nec vero Ecclesia solum, sed & ipse Deus ea glorificauit, miracula earum contactu perficiens. Certē vinculorum pro Christo celsitudo tanta est, quia amor hominū in Deum eis præcipue ostenditur, & diuina gloria illis præcipue illustratur. dum tales ipsi ministri sunt, qui in vinculis enim glorificant. Vt autem hæc duo, quæ illustrißimas cathenas reddunt, explicemus, attendendum est. Amoris diu esse valde propria, & velle se ostendere, & manifestare, & dilectum glorificare. Vt vtrūque vero in vinculis pro amato ferendis, & in omni tribulatione perficit. Primum quidem

quidē, quia in bonis non cognoscetur amicus, vt Sapiēs ait, sed in aduersis pro eo sustinēdis. Præcipue dum cum Deo agimus cui bona nostra dare non possumus, restat, vt mala eius causa sustineamus. Ostendit ille in nos dilectionē suam, bona sua nobis cōmunicans, & mala pro nobis sustinens, tu illi cōferre bona non potes, quia bonorū nostrorū non eget, igitur mala pro eo sustine. Vnde si Deus misericordia sua mala nobis non dedisset, quæ pro eo pateremur, ex iustitia ea nos postulare deberemus, vt dilectionem in ipsum ostenderemus.

Secundum vero, quoniam Deo inde magna gloria resultat, quod serui ei fideles sint, qui etiam ab eo, & propter eum tribulati, ei nihilominus inseruiunt. Quo facto ostendūt, Deum adeo bonum esse, vt propter se ipsum, sine alia mercede, dignus sit omni obsequio. Cum gloriaretur hac de re Deus, diceretque ad Sathan, nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in vniuersa terra? ait Sathan. Nunquid Iob frustra timet Deum? nunquid nō tu vallasti domum eius per circuitum, & benedixisti omnibus operibus eius. Quasi diceret. Non tu dignus es, cui gratis obsequium præstetur, quod si Iob tibi inferuit, hoc efficit propter maximam, quam ei confers mercedem, non enim frustra, id est, absque præmio id efficit, quod si id experiri vis, tange cuncta, quæ possider, & recedet à te. Cito vero Iob ostendit facto, quam sit mendax dæmon, cum dixit, & præstitit facto dictum, etiam si occiderit me, sperabo in eū. Quia ergo tribulatio, quę Dei causa sustinetur, dilectionis signum est præcipuum, & in Dei gloriam cedit, maximum bonum est, Deique donum, & à nobis summo in honore habendum.

Nunc ergo ad dubia initio cōcionis proposita facile est respondere. Videt quidem Christus primogenitum Petrum capi, in carcerem mitti, & cathenis ligari, nec ei durum id est, imo vero iocūdum, & gratum spectaculum. Vidit etenim eum regia cathena ornatum, videt corona insignitum, videt in summo throno collocatum, & gloriā, ac honore circumdatum. Cum Paulus vincitum simili cathena esset, quidam erubescabant vincula eius, ea putantes vilia, ac infamia esse, quidam vero longe aliter philosophabantur, vincula enim honorabant, tunc,

Eccle. 12.

Iob. 13.

Iob. 13.

tuncque maximè Paulo adhærebant, cum ille vincetus pro Christo esset. Interquos Onesiphorus cum domo fuit sua. De quo Paulus. *Det misericordiam Dñs Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, & cathenam meam non erubuit. Multos vero ex Asia eum dereliquisse vincetum, superius commemorat. Qui ergo vincula, & cathenas inspicit humanis oculis, mirabitur, quod Petrus vincetus sit, qui vero illuminatis fidei oculis perspexerit, gloriosum Petrum dicet, cum cathenis ligatus est. Quod vero de Petri, & Pauli cathenis diximus, de Christo Dño, & eius cruce dicendum est. Quidam enim in Christi cruce scandalizati sunt, eam abiectam putantes, dicentesque: cum Michol, quam gloriosius fuit hodie rex dis cooperiens se, sicut vnus de sarris. At vero David ait, iudam, & vilionfiam, & tunc gloriosior apparebo. Crux enim gloriosa est Christo Dño, & cathena Petro, & Paulo. Miris verbis hoc expressit Petrus. Charissimi, nolite peregrinari in seruire, qui ad tentationem vobis sit, quasi noui aliquid vobis contingat. Sed comunicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Attendenda sunt verba singula, quæ mirè expendit D. Thomas. Nolite peregrinari, id est, nolite recedere à Christo, in seruire, id est, in persecutione, quæ vobis datur in tentationem, quasi id nouum quid sit, nouum enim non est, sed vetus, vt pij persecutiones patiatur, sed potius gaudete comunicantes Christi passionibus, id est, aliquid earum percipientes. Dicit vero Christi passionibus in plurali, quia tota illius vita passio fuit. Si opprobria sustinetis pro Christi nomine, beati eritis. Quoniam si patimini propter Deum, requiescet super vos illud, quod Deo honor, & gloria fuit, & quod virtus fuit Christi, & eius spiritus. Spiritus Christi fuit pati, virtus, & fortitudo Christi fuit passio, honor, & gloria Christi fuit Crux. Si ergo vos passio fueritis cum Christo, maxima gloria, & honore donamini, gaudendum ergo vobis est. Sicut ergo rex ornari vult filios suos, sed*

præ-

præcipue primogenitum. Ita volens fideles suos pati, præcipue Petrum pati voluit. Sicut enim pater cruce ipsum ornauerat, ita ille Petrum cathenis, & cruce ornare voluit, hæc enim sunt ornamenta cælestia, quibus curiæ cælesti mirabiles apparemus.

His etiam ornamentis ornari voluit sponsam suam Ecclesiam, vt ei similis esset, & ideo initio eam plus pati permisit, quia tunc vt sponsa amplius ornari debuit. Nec obstat, quod nouella sit plantatio, quia non ideo infirmior, imò tunc fortior Ecclesia extitit, tunc in charitate amplius firmata, & radicata fuit, & ideo melius persecutiones tolerare potuit. His ergo persecutionibus ornata Ecclesia est, vt dicat illud Esaiæ, *Esai. 61.* gaudeas gaudebo in Domino, & exultauit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumentis iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. In quæ verba Hieronymus ait. *Hiero.* Quotquot in Christo baptizati sumus, induimur Christo, & *1. Cor. 1.* habemus tunicam iustitiæ, cum ergo passionibus Christi comunicamus Christum induimus, ornaturque corona, & monilibus.

Ex quibus illud nobis colligendum est, tunc præcipue animas nostras ornari, Deoque placere, cum comunicamus Christi passionibus. Places quidè tibi, & mundi oculis, cum purpura, serico, auro, & gemis ornaris, cum honoribus, & muneribus decoraris. At vero Dei oculis tunc pulcherrimus appares, cum pateris, cum pauper, & nudus es, cum doloribus vrgeris, hæc vestis nuptialis, qua ornandus es. Hanc vestem elegit Christus, vt patri placeret, hæc omnes sancti, hæc hodie Petrus vincetus cathenis, qui nobis loquitur, quod Paulus. *Colos. 4.* Memores estote vinculorum meorum. Si aliqua pateris, memor esto cathenarum Petri, vinculorum Pauli. Et quæcum eis in mensa regni cælestis discumbere vis, hic comunica passionibus eorum, cathenæ istæ ferreæ videntur, sed aureæ sunt, quibus summus ornabatur sacerdos, de quibus multa in Exodo. *Exod. 28.*

Vt verò vinculorum Petri memores simus, eorum historiam recolamus, quam in epistola nobis Lucas proponit. Quæ sic ait.

Sanct.

X 3

Missit

Misit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia, &c. Phrasis scripturæ est manum mittere, & significat, opus aliquod incipere. Sic etiam Oseas de Hieroboan ait. Extendit manum suam cū illuloribus, id est, libenter facere cœpit, quod illulores faciebant. Sic etiam de forti muliere Salomon ait, manum suam misit ad fortia. Certè cum manus Domini manum nostram adiuuat, manum nostram ad fortia, mittimus. Ita de Ioanne dictum est, etenim manus Domini erat cum illo. Sicut cū manus Elisei super manus Ioas sunt, sagittæ in Syros missæ victoriam pariunt. Si vero manus nostra sola relinquatur, labitur, & in peccata decedit. Hinc Sapiens, Egestatem operata est manus remissa, manus autè fortium diuitias parat. Manus hominis, cum sola est, remissa est, ideo egestatem operatur, sra ergo Dei manum tibi concedi, quæ tuam adiuuet. Operi, manuū tuarum porriges dexteram, ait Iob. Ipse vero iterū ait, Deus non proijciet simplicem, nec porriget manū maligno. Malignus profecto Herodes erat, vt supplicium illius cito ostendit, cum eum percussit Angelus Domini, & cōsumptus à vermibus expirauit. Non ei porrexit manum suam Deus, ille ergo manus suas solas misit, ergo egestatem operatæ sunt, & peccatum.

Ita sane, quoniã vt Ecclesiam persequeretur, manus misit. Ab initio nanque ineuntis Ecclesiæ persecutiones sustinuit, Herodes vero minister erat draconis magni, & rufi, de quo in Apocalypsi, Ioannes meminit, qui mulierem persequēbatur, quæ sensu literali Ecclesiam designat. Ait enim Ioannes. Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum, & in vtero habens clamabat parturiēs, & cruciatur, vt pariat. Et ecce draco magnus, & rufus stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et persecutus est mulierem, quæ peperit masculum. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam, tanquam flumē, vt eam faceret trahi à flumine. Describit hoc loco Ioannes Ecclesiæ persecutionem, quæ tunc erat, & quæ futura erat tempore Antichristi. Dicit vero Ecclesiam amictam sole, & habentē lunam sub pedibus. Quia vt Gregorius ait, in sole illustratio veritatis, in lu-

na autem, quæ menstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporis accipitur. Sancta autem Ecclesia quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur. Quia vero cūcta temporalia despicit, lunam sub pedibus premit. Ideo vero dicitur in celo esse, quia conuersatio eius in cælis est. Hoc est Ecclesiæ institutum, hæc eius lex, & finis, vt in celo conuerfetur licet quidam ex ea terrena sapiant. Vel sol, quo Ecclesia induitur, Christus est, quo amicitur Ecclesia, vt Paulus ait. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, Christo enim Ecclesia adheret, ab eo protegitur, & inde luce bonorum operum fulget. Duodecim stellæ, quæ caput Ecclesiæ ornant, duodecim Apostoli sunt, quibus vt stellis nascens Ecclesia ornata fuit. Caput vero pro initio accipitur, quia primum membrum corporis est. Inter has vero stellas Lucifer Petrus fuit cæteris fulgentior, quia licet omnes Apostoli stellæ sint, sed stella differt à stella in claritate. Clamabat vero Ecclesia parturiēs, quia tāta erat persecutio tyrānorū, vt maximis laboribus, & doloribus filij gignerentur, & baptizarentur. Persecutionē vero describens ait. Ecce draco magnus rufus, diabolus, scilicet, rufus vero dicitur, qui color sanguineus est, propter nimium sanguinem fidelium fuissem. Draco etiam rex Herodes est, rufus sanguine Iacobi, hic stabat ante Ecclesiam, vt eius filios deuoraret. Sed & in ipsam Ecclesiam absorbandam fluium misit. Aqua persecutio est, vt ibi expositores aiunt, sed tanquam flumen aqua excreuit propter violentiam. Tyconius homilia decima ait. Misit post mulierem in aquam, id est, violentam persecutionem, sic enim & Psaltes ait. Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Cum iraceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Absorbuerat Herodes Iacobum, nunc in Petrum irruit. Apposuit, vt apprehenderet, & Petrum.

Ostendit vero causam, cur non eum statim occiderit. Quia erant dies azimorum. Pascha tunc celebrabatur, cum supplicij tempus non erat, & ideo sedecim militibus custodiendum tribuit in carcere vincitum duabus cathenis, vel viginti, quoniã quaternio dicebatur, qui super quatuor milites erat, vnde sedecim erant milites, & quatuor quaterniones, ita Glossa. Post

Pascha vero volebat eum producere populo, & eis illum tradere, vt occiderent. Sed quid in tanto capitis discrimine Ecclesia facit? *Oratio autem fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo.* En Ecclesie remedium in omni periculo, Laurentius Iustinianus. *Laurent.* ait. Videns Christus appropinquare sibi passionem orat, vt nos exemplo suo doceat, in tribulatione orationis querere refugium. Posset Christus sine oratione in passione firmiter stare, sed orat, vt nos doceat. Quid tu o homo agere debes? num validioribus quam Christus succinctus es armis? Nunquid tibi Christo fortior? & saluatore constantior? ille sine oratione preua pugnae noluit habere congressum, & tu in pericula irruere oratione non munitus? Ideo vulneraris, ac occideris, quia sine diuino adiutorio in tribulatione quis stetit? Audi fortem Dauid, quid fecerit. Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et iterum, tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui, o Domine libera animam meam. In bello bellorum omnium orauerat Iudas Machabeus, & victoriam reportauerat. Semel non orasse legitur, & victus, ac occisus est. Memento Moysen contra Amalec orasse, vt vinceret, Iosue aduersus Gabaon, Gedeon aduersus Moab, Iepte contra Amon, Sampson in ruina Philistij, Samuel e quid memorem? Ezechiam, Eliam, Iudith? & denique Esther regina pauens periculum confugit ad Dominum, in tuis ergo, & tuorum periculis ora. Quid vero oratio est, nisi eleuatio mentis in Deum qua se illi committit, sibi que auxilium postulat? Ab amico auxilium saepe postulas, & raro accipis, quia tibi auxiliari, saepe non valet, Deus vero semper potens est auxiliari, & ideo est diues in omnes, qui inuocant eum, id est, diuitias suas effundit, opem, ac auxilium in eum, qui ipsum inuocat. Cum homo ait tibi, non possum auxiliari, pauperem se dicit, dum se non posse fatetur. At Deus diues est omnibus inuocantibus eum, potes enim est, simul vero vult nobis adesse; nec ei deest potestas, nec vero voluntas. Ideo Iesus dicitur, quia ei proprium est adiuuare, & saluare. Attende fructum orationis Ecclesie pro Petro. Descendit Angelus, vt eum liberaret.

Sed non sine mysterio factum est, vt Angelus Petrum reperiret constrictum duabus cathenis. Licet enim Herodes sic

cum

A eum viserit ad custodiam, Deus vero, qui Petrum cathenis ornare voluit, altius mysterium intendebat. Vt ergo secretum duarum cathenarum ostendamus, attendenda sunt duae aliae cathenae mysticae, quae in veste erant summi sacerdotis, coniunganturque rationale cum superhumerali. De quibus sic in Exodo scriptum est. Facies in rationali cathenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo, & duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate. In rationali duodecim lapides preciosi erant, & in eis scripta nomina duodecim tribuum. Rationale dicebatur, quia ratione praeditum videbatur, fatidicum enim erat, quia in eo responsa de futuris dabantur. Vnde Iosephus ait. Quoties Deus sacrificijs placabatur, magnus fulgor ex vna gemmarum illarum prodibat. Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum. Per duodecim gemas, quas in pectore pontifex insutas esse gestat, in bello praenunciare Deus victoriam solebat. Nam priusquam exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facile innotesceret, adesse Deum, opemque, & auxilium suum inuocantibus esse allaturum. Quapropter Graeci, qui a nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari non possit, Essenam vocant, hoc est oraculum. Desijt tam Essen, quam sardonix fulgorem emittere annis ducentis, antequam haec commentaremur, irato Deo, propter legum suarum prauaricationem. Haec Iosephus. In rationali vero ponitur doctrina, & veritas. Huius vero rationalis tropologiam Gregorius exponens, ait. Hinc diuina voce praecipitur, vt in Aaron pectore rationalis iudicij vittis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxe possideant, sed ratio sola constingat, nec indiscrētum quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alij constitutus, ex grauitate vitae semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur, vt duodecim nomina patriarcharum describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre, est, antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum praecedentium in desinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione

X 5

con-

Laurent.
Iustinia. li.
de triūph.
Christi ago
ne. c. 6.

Psal. 119.
Psal. 114.

Roma. 10.

Exo. 28.

Ioseph. 3. de
antiq. 6. 9e

Greg. 2. pa.
pasto. c. 2. 67
li. 1. epif. 24

considerat, & cogitationes illicitas deprimit, ne extraordinis **A**
 limitem operis pedem tendat. Hæc Gregorius, Origenes, ait.
Orig. homi. In rationali esse doctrinam, & veritatem, vel, vt ille legit, ma-
6. in leuit. nifestationem, & veritatem. Non enim sufficit pontifici, habe-
 re sapientiam, & scire veritatē, nisi possit etiā, populo manife-
 stare, quæ nouit, ideo ergo imponitur rationali manifestatio,
 vt possit respondere omni poscentisse rationem de fide, & ve-
 ritate. Sed & ipse ordo rerum quam sanctus sit, & mirabilis, in-
 tuere. Non ante rationale, & postea humerale, quia non an-
 te sapientia, quam opera, sed prius opera haberi debent, & po-
 stea quærenda sapientia est. Denique propheta hunc eundem
 ordinem seruat, cum dicit, seminate vobis ad iustitiam, & me- **B**
 dite fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ. Hæc verba
 ex Osea sunt, secundum translationem Septuaginta. Beda ve-
Osea. 10. ro addit. Cathenulæ aureæ significant cōtinuationem charita-
Beda. c. 5. tis, quia sicut cathenula ex plurimis auri virgulis vna contexi-
 tur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur.
 Duæ sunt, quia & erga Deum charitas est, & erga proximum.
 Annuli aurei, è quibus pendent cathenulæ, significant iugem
 memoriam perpetuæ, & nunquam finiendæ charitatis in pa-
 tria cælesti. Duo vncini superhumerales eminentes aureis
 annulis, quibus inferebatur cathenæ, significant firmissimam
 intētionem Deo placendi, & iuuādi proximos, tam in prospe-
 ris, quam in aduersis rerum euentibus. Hæc Beda. **C**

In mysterio igitur duabus cathenis Petrus ligatus est, quia
 summus sacerdos cum sit, duabus in anima cathenis aureis li-
 gatus erat, duplici, scilicet charitatis actu, in Deū & proximū.
 Et licet vniuersis hæc præcipiatur charitas, sed amplior à præ-
 lato exigitur, & ideo, cathena dicitur, qua ligatus, & religatus
 est. Sed quia Petrus eam perfectissimam habuit, interrogatur
 à Domino ter, diligis me plus his? vt trinæ negationi trinus a-
 mor responderet. Et quoniam ternarius numerus est perfectio-
 nis, vt Aristoteles ait, & ideo ei tūc commissum est ouile Chri-
 sti tanquam digniori, & plusquam cæteri diligenti. Nunc à
 cathenis liberatur, non vt eas effugiat, sed vt immensis exple-
 tis laboribus in Romam tandem veniat, & cathena alia sub Ne-
 rone vinciretur, en cathenas tres Petri, respondentes trinæ a-
 moris

*Ioan. 21.**Aristo.*

A moris confessioni, quæ perfectissimam indicant charitatem.
 Ex Hierosolyma adduxit Eudoxia Augusta cathenam Petri,
 quam pontifici monstrauit. Ille verò ostendit aliam, qua
 sub Nerone victus fuit. Et factum est, vt ipsæ cathenæ
 inter se conuiderentur, vt vna fieret, quæ miraculis cla-
 ruit. Et hinc festum hoc vinculorum Petri institutum
 fuit, &c.

In festo dedicationis sanctæ Mariæ ad Niues.

B

*Thema. Beatus venter, qui te portauit, & vbera
 quæ suxisti. Luc. 11.*



Interalia, quæ de Antichristo, & eius membris
 memoriæ prodidit Ioannes, vnum illud est.
 Aperuit os suum in blasphemias ad Deum,
 blasphemare nomen eius, & tabernaculū eius,
 & eos, qui in cælis habitant. Perditissimus
 enim ille homo initio sanctitatem simulabit,
 postea vero incipiet blasphemare, id enim est, aperuit os suū.
 Loqui incipiet blasphemias. Sed quod est Dei tabernaculum,
 quod post Deum ab eo est præcipue blasphemandum? Metho-
 dius in hypopante Domini, & Athanasius in Euangelium de
 Deipara aiunt, Mariam hoc tabernaculum esse. Confirmant
 que hoc ex illo Psalmi, sanctificauit tabernaculum suum altis-
 simus. Hæc ergo Dei tabernaculum, & sanctos blasphemādos
 per Antichristum, & suos prædicit Ioannes. Cuius rei initia
 nunc in Angliæ, Germaniæque videmus, cum innumera dicantur
 blasphemias in Mariam, & sanctos. Quibus à nobis occurre-
 rendum est præcipua ueneratione, ac laudibus. Vt verò hodie

*Apoc. 13.**Method.
Athanas.**Psal. 45.*

die præstemus, gratia nobis opus est, quam Mariæ intercessio
ne petamus. **A**

Damasc.

Damascenus libr. 4. de fide orthodoxa, cap. 16. ait. Omnes
sancti à nobis honorandi sunt, vt Dei filij, quos Deus ipse ho-
norat. Hinc ipse ad Heli ait. Quicumque honorificauerit me
glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.
Et Christus Dominus ait. Siquis mihi ministrauerit, honorifi-
cabit eum pater meus, qui est in cælis. Hinc iusti discunt, præ-
cipuo in honore sanctos habere. Ideo Psaltes ait. Ad nihilum
deductus est in conspectu eius (iusti, scilicet, de quo ibi loqui-
tur) malignus, timentes autem Dominum glorificat. Licet ve-
ro vniuersi sancti nobis sint honorabiles, præcipue tamen Ma-
ria. Qua ratione cum triplex adorationis genus à sanctis tra-
datur, latría, dulia, & hyperdulia, hæc soli Mariæ tribuitur. Si-
cut enim Deus propria adoratione colitur latría, scilicet, tan-
quam omnium supremus. Ita Maria tanquam quæ vniuersos
sanctorum ordines inestimabiliter excedit, propria colitur ado-
ratione, quæ hyperdulia dicitur. Sanctorum enim reliquorum
plures sunt ordines, & aliqui eorum, vt Ioannes Baptista, &
Apostoli reliquos nimium excedunt. Nihilominus ille exces-
suantus non est, vt aliud eis adorationis genus tribuatur. At
vero Maria in immensum excedit sanctos omnes, vt pie creda-
tur, plus gratiæ, ac gloriæ ipsam possidere, quam vniuersus san-
ctorum cætus simul collectus. Et ideo propria adoratione co-
litur, quæ alteri non conceditur.

1. Reg. 2.

Ioan. 12.

Psal. 14.

Aliæ etiam rationes sunt, quibus Mariæ singularem debe-
mus reuerentiam, amorem, ac cultum. Et prior illa est, quod
illa singulari nos dilectione prosequitur tanquam mater, &
quod interest inter amorem matris in filium, & amorem alio-
rum propinquorum, hoc interest inter Mariæ dilectionem in
nos, & dilectionem omnium sanctorum. Illa mater est, & qua
si mater nos diligit, nostraque curat. Reliqui sancti propinqui
sunt, nostra quidem curantes, sed longe aliter, quam Maria.
Quoniam illa nos respicit vt membra filij sui, & ita nos tanquam
mater fouet. Et quia sicut Christus Mariæ simillimus fuit cor-
pore, ita Maria simillima fuit Christo animo. Et ideo sicut
Christi in nos dilectio supereminet omni scientiæ, ita & di-
lectio

A lectio Mariæ in nos omnem excedit modum. Quæ dilectio
temperauit in ea passionis Christi dolorem, dum vidit, homi-
nes sic redimi à dæmonis potestate. Secunda eiusdem singula-
ris venerationis ratio est, quia vniuersalis omnium hominum,
& omnium malorum aduocata est. Honoratur præcipue à no-
bis Christus, non solum, quia Deus est, sed etiam quoniam vni-
uersalis aduocatus est, per cuius merita, ac manus omne bonum
à nobis est suscipiendum. Hinc ipse ait. Pater, omne iudicium
dedit filio, vt omnes honorificent filium. Sicut honorificant
patrem. Sicut præcipuo honori habitus est Ieseph A Egyptijs,
quia frumentum, eis distribuit. De Christo Domino conue-
nientius, quam de Ioseph dici potuit, quod ei Pharao ait. Ego
sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquã manum.
B aut pedem in omni terra A Egypti, Christum profecto verba
hæc respiciebant, qui ait. Sine me nihil potestis facere. Simili
ergo ratione, suo ordine Maria nobis colenda est singulari ho-
nore, quia vniuersalis interpellatrix est, sine cuius intercessio-
ne nihil boni ad nos descendit à filio, quia vt Bernardus ait. *Bern.*
Decreuit Deus, nihil dare, nisi per Mariam.
Sed cum tanta Maria sit, pauca de ea Euangelistæ locuti
sunt. Primo quia ineffabilibus hic debetur honos, vt silentium
illis sit laus, ne cum pauca dicta sint, putentur omnia dicta. Si-
cut ergo considerauit regina Sabba domum Salomonis, & or-
dinem eius, amplitudinem, ac magnitudinem, & non habuit
vltra spiritum, sed animo defecit. Ita Euangelistæ hanc Dei
domum contemplantes ineffabilia in ea viderunt, & ideo defe-
cit eorum, spiritus, lingua, & calamus. Deinde, si pro dignitate
de Maria loquendum esset, occasionem noui fideles sumerent
colendi eam vt Deum. Et in primitiua Ecclesia error fuit quo-
rundam, qui adorabant Mariam tanquam Deum, & sacrificia
panis offerabant. Qui error cito euauit, vt Epiphanius ait. *Epipha.*
Hac vero de causa corpus Moyfi non apparuit, ne coleretur,
vt Deus à Iudeis, sicut serpens æneus adoratus fuit. Et ideo
etiam affirmant aliqui Angelorum creationem traditã à Moy-
se non fuisse, ne populo ad idololatriam propenso ansa dare-
tur eos adorandi.
Et de quibus vniuersa, quæ de Maria dici poterant, colligii
possunt.

Ioan. 5.

Gene. 14.

Ioan. 15.

Bern.

3. Reg. 10.

Epipha.

possunt ex illis verbis. *Beatus venter, qui te portauit.* Confidendum enim nobis est. Mariam perfectissimam fuisse Dei imaginē, ab ipso summa arte, ac singulari prouidentia depictā, vnde cum de ea audis, quod Dei mater sit, debes inde reliqua colligere, sicut ex vngue leonem. Sicut enim cum homo debita membrorum proportionē constat, si eius manū videas duntaxat, ex illa colligere poteris vniuersi corporis magnitudinē, propter proportionem, quam inter se membra seruare debet. Ita cum audis Mariam Dei esse matrem, inde reliqua colligere poteris. Summa enim proportionē vniuersa in ea posuit celestis artifex, & ideo reliqua dona huic dignitati commensuranda erant. Atque adeo vniuersas Mariæ laudes vnico verbo col legit hodie mulier de turba, dicens. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti.*

Eccles. 3.

Hic vero attendendum nobis est illud Sapientis. Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Sed qua in re hæc magna potētia apparet? Quod ab humili honoratur, quod infirma mūdi elegit, vt cōfundat fortia. Nunc efficit vt mulier de turba eum confiteatur, & honoret, cum eum blasphemabant pharisæi, & scribæ dicentes, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Superbia intumuerat facies eorum, & ideo videre non poterant. Sicut sibi quondam contigisse fatetur Augustinus in confessionibus. Facies mea inflata erat, & non poteram videre. Sicut enim nimia inflatio faciei visum impedit, ita superbia hominem excæcat. Nunc ergo impletū videmus, quod ille ait. Ego in iudicium veni in mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Ecce pharisæi videntes cecutiunt, & parua, ac de infima plebe muliercula videt, & Christum, & eius matrem confitetur. Dicunt aliqui, hanc fuisse beatam Marcellam, quæ Marthæ ministrabat. *Loquente ergo Iesu ad turbas.* Illuminata à Deo fuit, dignitatem loquētis agnouit, & pulso omni timore, maximo affectu, vt indicat, cum vocem extollit, parata mortem oppetere pro Christo, eum laudat, & ipsius matrem verbis miris, vt omnes ab ea discere possimus, quomodo Christum, & ipsius matrem laudare debeamus. Nec mirum quod nos ab ea discamus, cū vniuersa Ecclesia ab ea didicerit, & verbis illius filium, & matrem laudet,

A laudet, eum ait, Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium, & beata vbera, quæ lactauerunt Christum, Dominum. O Beata mulier, quæ laudare capisti Mariam, implens, quod apia futurum prædixerat. Ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Laudauit quidem Gabriel Mariam, sed in penetralibus. Laudauerat Elisabet, sed in propria domo, vbi nullū timere poterat. Tu vero perfecta in charitate, foras misso timore, coram omnibus, etiam coram inimicis, ac hostibus acerrimis Christum, & Mariam laudas, cum maximo vitæ discriminē. Et quod postea Apostoli, & Martyres præstiterunt laudantes Christum, & eius matrem coram inimicis tu nunc præstas, & ducem te eis præbes, atque magistrā. Mulier, videbaris infirma. Sed certe virago es, & typum geris Ecclesiæ, quæ à te edocta publice Christum, & Mariam confitetur. Tu capita hæresum amputas, quoniam eam dicens matrem, Christum verum hominem ostendis, & beatam nuncupans, filium Deum dicis. De Maria vero omnia dixisti, cū Dei matrem eam appellasti.

Sed in hac laude illud attendendum est, non dixisse Mariam beatam, quia a Deo accepit, sed quia Deo dedit; beatus ait, venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Beata quidem Maria est propter dona quæ à Deo accepit. Sed nūc hæc beatitudo vel tacetur, vel innuitur solum. Commendatur vero, quia Deo dedit quia ille plane beatissimus est, qui Deo plura, & maiora dat, & licet magnum sit, à Deo dona accipere, sed maius est, illi dare. Vnde Paulus, meminisse vero oportet verbi Domini Iesu, quia beatus est magis dare, quam accipere. Hinc est, quod pati pro Deo, & omnia eius causa relinquere, præfertur multis alijs pijs operibus, quia in his Deo damus, in alijs vero potius recipimus. Et hic est legitimus sensus illorum verborum Pauli, pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Dixerat Paulus in ueritas Dei reuelationes, & plura, quæ à Deo receperat, & statim ait, pro huiusmodi gloriabor, id est, supra vestri, hæc dixi quæ hæc magni beneficii, quæ à Deo accepit, quibus maxima apparent diuine reuelationes, ac miracula. Pro me vero, qui nihil gloriabor, quod in summo habendum sit, præter non gloriabor, nisi

Simile.

Aug.

Ioan. 9.

Luc. 1.

A. 8

Acto. 20.

2. Cor. 12.

1. 18. 1. 10. 1. 9. 1.

nisi in passionibus meis. Hoc vero statim manifestius explicat, dicens. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Hæc enim maxima sunt, quia in illis homo Deo dat, quod dare potest. Solet pauper Domino suo parua dare munuscula, & multa recipit, ita nos cum Deo habemus. Parua ei dare possumus, sed si hæc libenti animo tradamus, maxima suscipiemus. Centuplum in hac vita, & in futura vitam æternam. Si ergo passionis tibi materia suppetit, libenter pro Deo patere, sic enim ei dedisti, quod beatissimum est, & ab eo magna suscipies. Et ideo Beatissima Maria est, quia plus omnibus Deo dedit, & ideo plurima recepit. Sicut Regina Saba plura dedit Salomoni, plurima vero ab eo recepit. Sed hoc inter est inter ea, quæ reliqui iusti Deo dant, & ea, quæ Maria ei dedit. Quod iusti aliqua Deo dicuntur dare, non quia ipse in se ea suscipiat, sed quia eius conspectui apparent dona, quibus tamen Deus non utitur, quia bonorum nostrorum non eget. At vero licet Maria plurima huiusmodi dederit, sicut reliqui iusti, sed aliqua etiam dedit, quæ Deus in se suscepit. Qui enim bonorum nostrorum non eget, egit humanitate, ut opus redemptionis perficeret. Hanc vero a Maria accepit, & sibi in unitatem suppositi copulavit. Beatus ergo venter, qui te portavit, egit lacte, paruoque lacte pastus est, per quem nec ales esurit, & hoc suscepit a Maria, beata ergo vbera, quæ suscipisti.

Sed illud valde mirandum est, quod cum Christus fuerit maximè filius Mariæ, nec ullus fuerit filiorum, qui ita matris suæ filius esset, ac Christus, nec qui sic matrem dilexerit, ac honorauerit, ac subdit ei fuerit, ut verè dici possit filius matris, ut vulgo dici solet. Qua ratione nunc non fra videtur matris honori consuluisse, nec respondisse, confirmasseque mulieris laudem. Dicere enim potuit. Præclare dixisti o mulier, beata mater mea est, & beatior, quam quisquis excogitare valeat. Non ita ait, sed potius illud negare videtur, cum dicit. *Quamvis beati, qui audiam verbum Dei, et custodiunt illud.* Profunda profe-
 eto aqua, verba ex ore viæ, Christi, scilicet, & cum negare videatur, concedit, ac simul nos inquit. Cum ergo ait. *Quamvis*

3. Reg. 10.

Prouer. 18.

A & c. Significat. Beata quidem mater mea est, quia me genuit, sed aliud in ea est excellentius, quod tu nescis, & ideo ego illud dicam, ex quo præcipue laudanda est, & illud est, quod me concepit mente priusquam ventre. Quod si ventre solo concepisset, non mente, beata non esset. Ex quo plane manifestum fit, nullum illa stre genus, nec ullam aliam humanam rem hominem beatum reddere, nisi virtutem, ac cognitionem spiritua-
B lem, quæ cum Christo contrahitur fide, ac charitate. Si enim cognatio a deo propinqua, qualis est matris in filium, beatam non redderet Mariam, nisi adesset spiritualis cognatio, multo minus reliqua omnia præstarent. Et ut hanc veritatem mentibus nostris imprimeret celestis magister, quoties cognatio carnis ei proponebatur, spiritualemente cognitionem commendat. Sic enim cum ei dictum fuit. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Maximum profecto est, Dei verbum seruare, sic enim cognati efficiuntur Christi, & a deo propinqua cognitione, ut simus fratres, & matres eius. Et beatiore ipsa matre Christi, si illa solo ventre, & non mente filium concepisset. Sed nullus fuit, nec erit ita beatus, ut Maria. Quæ sicut carnis cognitione proximior fuit Christo, ita spirituali ei maximè vnita fuit. Nihil propinquius secundum carnem Christo, quam mater, nihil secundum spiritum, & ideo beatissima merito prædicatur.

Accipit Christus a matre humanitatem, illum in vtero paui-
C & postea lacte, & labore manuum nutriuit. Caro ergo illa, qua redempti sumus, Mariæ caro est, quia eam illa Christo dedit, ac nutriuit, & ipsa eam nobis donat, dicens. Venite comedite panem meum, bibite vinum, quod miscui vobis. Merito patre suam dicit, quem in vtero suo coxit, vinum vero mixtum dicit, quia cum Deus solum erat, vinum erat purum, sed nunc homo factus, vinum est mixtum aqua, quod facile potari potest. Prius tremebant homines, & pauebant ad conspectum, & verba illius, sed homo factus etiam pueri ad eum accedunt, eos ille complectitur, & prohibentes accedere pueros ad se, carpit. **Panis etiam Deus est fortissimus, & quem infirmi stomachi**

Sanct.

Y

sustinere

Matt. 12.

Prou. 9.

Affinere non poterant. Sed sicut nutrix panem in lac vertit, & infanti nutrit, ita Maria lac teum nobis dedit Deum, puerum benignumque. Beata ergo vbera, quæ luxisti. An non grati erimus beneficio, ac dono tanto? Mittit tibi amicus cibaria optima, & ei gratus es, & ingratus eris Mariæ, quæ panem, cæli dedit tibi? Cur non clamemus, ac vociferemur cum hac muliere, beatus venter, qui te portauit? Certe quia Christi dulcedinem non gustamus, eius dona non participamus, & bona, quæ in illo nobis sunt parata, nescimus. Ideo grati Mariæ non sumus, ideo ei non obsequimur, eam non laudamus, ideo cor nostrum non liquefit eius nomine audito. Sed hæc beata mulier agnouit Christum, & ipsius bona, & ideo clamat, beatus venter, qui te portauit. Qui verò fide mortua Christum credit, licet eum redemptorem appellet, tamè eius redemptione non fruitur, & licet Christus obtinuerit remissionem peccati, gratiam, adoptionem filiorum, æternamque gloriam, tamè peccator vinculis peccatorum constrictus tenetur, & bonis, quæ ei Christus parauit, non utitur, & ideo sic se habent, ac si Christus in mundum non venisset, & ideo Mariam non laudat, non veneratur, sicut nec Christum. Qui verò redemptionis fructum experitur in se, qui bona innumera percipit, qui liberum se à peccati seruitute agnoscit, clamat: Beatus venter, qui te portauit. Sicut si nunc quispiam peste irremediabili laborans, cum proximus iam morti esset, arborem inueniret, ex qua fructum colligeret, quo integræ valetudini restitueretur, diceret, ac etiam clamaret, benedicta hæc arbor sit, & benedictus fructus eius. Ita profecto ei accidit, qui peccati peste laborabat, qui inueniens fructum Christum, ex arbore Mariæ collectum, quo peccatum superauit, quid agat nisi clamare cum Elisabeth. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, & cum hac muliere. *Beatus venter qui te portauit.* An non sic benedicebant Iudæi Iudith dicentes, benedicta tu à Domino, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Et non recedet laus tua ab ore hominum. *Siræ capiti,* ð homo, salutem per fructum vteri Mariæ, non recedit laus eius ab ore tuo, in occulto, & in manifesto, in cubiculo, & in Ecclesia. Sed his singulæ affectione tradidi ego me ipsam Beata Maria.

Simile.

Luc. 1.

Iudit. 13. & 15.

An. Audite ergo eam ad te dicentem. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Quid est, transite ad me? Transite ad factionem meam. Relinquitte carnis ac mundi factionem, adimplemini Christo, hæc enim generatio Mariæ est. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Nunc ergo filij audite me, beati, qui custodiunt vias meas. Hæc vera deuotio cum Maria est. Sicut enim illa grata Deo fuit, quia audiuit, & custodiuit Dei verbum, ita ipsi grati nos erimus.

Grati Mariæ fuisse duos nobilissimos Romani, qui prole à Deo non suscepta Mariam tanquam filiam omnium bonorum hæredem instituire decreuerunt, orantes ipsam, ut ostenderet, qua in re vellet eorum diuitias in sumi. Quibus illa reuelauit, ut Ecclesiam nomini eius ædificarent eo in loco, qui niue opertus appareret, cum summi calores in vrbe essent. Quod & factum est.

Sed qua ratione signum dedit niuis Mariæ? primo, ut castitas, & puritas Mariæ ostendatur, quæ alba est vt nix. Est enim illa mirabilis ille thronus eburneus Salomonis, vestitus auro purissimo, cum ipse albus esset, vt nix, & simile opus visum non est in vniuersis regnis terræ. De quo alibi multa. Secundo, signum Mariæ nix est, vt effectum ostendat intercessionis suæ. Sua enim oratione nobis obtinet refrigerium contra concupiscentiæ calorem, qui nos exurit. Potest illa cum Deo, quæ nunquam vult, obtinet vniuersa, quia mater est. Nobis etiã multa bona desiderat, quia mater est. Dulcissimum enim cor matris in filios esse solet, cor verò Mariæ in nos plusquam maternum est, nec oblita illa est, vniuersos fideles ex datos in filios à Christo in cruce pèdente, cum dixit, Mulier ecce filius tuus, quod de discipulo dixit, quia in quantum discipulus eam matrem accepit. Quo innuitur omnem Christi discipulum Mariæ filium esse. Ait Iosab ad mulierem Thecuitem. Lugere te simula, & ingredi ad regem, vt reconcilies Abfalon. Nan necesse est Mariæ, simulare lucum, licet enim passionem amiserit, cum in cælum assumpta est, sed non compassionem. Orat vero Thecuitis pro filio, qui filium alterum occiderat. Ita Maria pro homine, qui Christum peccatis suis crucifixit. Semel, aut iterum Moyses, Deum

Eccle. 24. 3

3. Reg. 10.

104. 19.

2. Reg. 14.

Exo. 31. iratum tenuit, ne in ultionem procederet, & dicens Deo, **D**imitte me, ut irascatur furor meus in eos, se opposuit pro populo. Sed Maria sapientissime id agit. Nobis vero intercessionem suam gratiam obtinet, ut peccati inquam excutiamus, ut calorem concupiscentiae superemus; iuuat enim illa maxime homines, ut casti sint; & concupiscentiam, & calorem noxium, quasi nix cohibet. Loquitur Dominus ad Iob. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ preparauit Deus in tempus hostis, in diem pugnae, & belli. Certè multorum naturalium effectuum causam traditam ab ipsis philosophis, putat cum tamen eam exactam non tradiderint. Sed eas ad diuinam potentiam referre debeamus, quæ illos operatur infinita sua sapientia. De ventis plura philosophi tradunt, quo pacto generentur. Sed David melius inquit, Qui producit ventos de thesauris suis. Sic etiam de niue, grandine, tonitruis, & fulguribus dicendum est, quarum rerum exactam causam reddere non possumus, licet aliqui putent eas se reddere, quasi in illos ingressi essent thesauros. Sed mira illa omnino sunt, & thesauri Deo reconditi. Paratos vero dicit in die belli, & contra hostes, qui illis sæpe hostes debellauit populi sui, & perterrefecit inimicos. **1. Reg. 12.** vt patet **1. Reg. 12.** & **Exo. 9.** & in **Psal. 104.** & **Iosue. 10.** **Esaiæ. 30.** Niuem diximus Mariam esse, in qua thesauri Dei sunt nobis parati in diem pugnae, & belli. Si uoueris, o homo, decerta re cum hostibus, thesauri tibi necessarii sunt. In tempora enim belli thesauri feruantur à regibus, propter inimicos belli sumptus. Hos uero thesauros in Maria reperies, si ad eam supplex accesseris, illa ætium refrigerabit passionum, tanquam nix, illa tecum procedet in pugnam, ut Delbora cum Barac. Dixit enim Barac, Si ueneris mecum ibo in pugnam, si nolueris uenire mecum, non pergam.

Alia etiam de causa nix signum Mariæ est, quoniam illa sicut calorem noxium de cordibus tollit, ita etiam calorem uiuificum, & conuenientem fouet, & nutrit. Id etiam nix in terra facit. Et hic est sensus illius, quod dicitur in Psalmo. Qui dat niuem sicut lanam, sicut bulam sicut cinerem spargit. Quid est niuem, sicut lanam? Certè similis nix est lanæ in candore. Similis etiam in copia, qua terram opperit uniuersam, sicut

Acuti ana pecus. Sed præcipue in hoc similis est nix lanæ, quia sicut lana operit animal, ac conseruat calorem natium, quo animal uiuit, ita cum terra euaporaret calorem uiuificum, quo semina fructum producant, nix eam operiens per antiparisthalim efficit, ut calor ille in uisceribus terræ recondat, utque in ea conseruetur, quo medio semina terræ mandata uberius crescunt. Nix etiam melius, quam aqua terram irrigat, ac foecundat, ut fructum proferat suum, & ideo per Esaiam Dominus ait. Quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti. Sic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet **B** quaecunque uolui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Nix ergo inebriat, & infundit terram, & germinare eam facit. Ita ergo Maria nix est. Sicut enim illa conseruabat omnia uerba Christi conserens in corde suo, ita in nobis sua oratione conseruat charitatis calorem uiuificum, quo germina virtutum crescunt, & nos irrigat pluuia illa uoluntaria, quam segregauit Deus hereditati suæ, ne simus quasi terra absque aqua, quæ nullum potest proferre uirtutis germen. Hinc Zacharias propheta ait. Petite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues. Pluuia serotina, est, quæ tempore Maij cadit, illud uero dicitur tempus serotinum, quia illa pluuia fruges ad maturitatem perducunt. Sicut pluuia temporanea, seu matutina est, quæ Mense cadit Octobri, cum semen in terra iacitur. Hortatur ergo propheta homines, ut à Deo petant doctrinam euangelicam, & gratiam Euangelij, quæ est serotina, sicut doctrina ueteris testamenti erat temporanea, Hieronymus in 28. caput Iob & Cyrillus in Zachariam aiunt, pluuiam temporaneam, & serotinam esse uetus & nouum testamentum. Recte uero Euangelium serotina pluuia dicitur, quia fructus ad maturitatem perueniunt, quia nihil ad perfectum adduxit lex, ut Paulus ait. Sed cum pluuiam hanc homines peterent, dat Deus niuem, & serotina dicitur Euangelium, quod sua doctrina, ac gratia hominum concupiscentiam refrigerat. Et

Prou. 25.

ideo de eius prædicatoribus dicitur: Sicut frigus nix in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum. Cum ergo homo pluuiam peteret, Dominus niuem dedit, quæ melior est pluuiam, quia potens est, abundantius facere, quam petimus, aut intelligimus, & non solum doctrinam dedit, sed doctrinam refrigerantem calorem noxiū. Et cum à Deo mundus peteret pluuiam cælestem, Nix primum descendit Maria, quæ pluuiam istam attulit mundo. Si ergo, o homo, optas, concupiscentias superare, ardorem libidinis, frænare, appone niuem, Mariam, scilicet: si germina virtutum producere, si terram cordis ad id irrigare, Mariam aduoca, illa nix est, illa nubes pluens iustum, & iustitias, &c.

In festo Trásfigurationis Iesu Christi Dñi nostri.

Thema. Trásfiguratus est ante eos, &c. Matti. 17.



Cum Dominus elegisset Ezechielem in specularem domus Israel, in quo munere labores plurimos perpessus erat, ne in eis deficeret, gloriam suam illi ostendere voluit. Ait ipse. Facta est super me manus Domini, & dixit ad me, surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum, & ecce ibi gloria Domini stabat. Huius gloriæ contemplatio efficit, ut labores sustineri possint. Hinc Paulus, Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero gloriam. Quia ergo Apostoli multa passi erant, eadem hodie gloria illis ostenditur. Quam si nos fide, & gaudio multo, minus oculis contempserimus, in labores perferendos accendebimur. Sed ut recte habere gloriam possimus, ut campum egredi debemus, & in idem hodie Christus nos dicit in Thabor montem. Non enim

A in Aegypto gloria Domini videtur. Et sit etiã super Ezechielem manus Domini, ut hæc super nos fiat, Maria oremus, &c.

Prima Dei operatio, æterna, abiq; principio, & ante omnia secula fuit, efformare se, & ut ita dicã se figurare, sui expressam figuram producere. Hæc operatio ad intra est, quæ sicut in infinito similem sibi produxit. Cum pictor imaginem aliquam pingit, solummodo exteriora, quæ in re sunt, effigiat, & se ipsum perfecte depingere nõ valet, nec enim se inuenerit directe, sed pater æternus se perfectissime cõtemples, penicillo diuini sui intellectus se perfectissime effigauit, omne sua substantia in filiũ trãsumens, atq; ad eũ sui perfectissimã figurã produxit, qui filius est. Hinc Pau. Qui cũ sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. *Heb. 1.* Figura ita perfecta, ut dixerit, Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Cum vero audis Angelum, & hominẽ imaginem Dei esse, nõli cogitare sic imaginẽ esse, ac filius est, ideo facti dicuntur ad imaginẽ, & similitudinẽ Dei, qui ex nihilo effecti, & imperfecta imago sunt, illud enim tẽdemiam significat. At filius ex substantia patris procedens, substantialis perfectissimæque Dei figura est. *Ioan. 14.*

B ut hæc patris figura spiritualis, & inuisibilis mundo fieret manifesta, super induta est figura alia visibili, ac corporea. Et hoc est illud. Pau. Qui cũ in forma Dei esset, in prima, scilicet, figura, in qua nõ rapinã arbitratõ est, esse se æqualẽ Deo, ex inaniuit semetipsum, formã serui accipiẽs, en secũdã figurã. Unde trãfiguratio est trãsitus ab hac secũdã figura in primã, quia qui secũdã figurã assumẽs ex inaniuit se, nunc diuinã gloriã ostẽdens, Deũ, & Dei filium, & patris splendorẽ se esse, manifestat. Et ideo patet, hic est filius meõ dilectus, qui ante filius solũ hominis apparebat. Sicut ergo olim rex Israel mutauit habitũ suũ, & ingressus est bellũ, ut dicitur 3. Reg. Ita Christõ Dñs mũdũ veniẽs in bellũ, mutauit habitum suum, nõ illũ amittẽs, sed occultã. Nũc vero vestibus induitur regijs, ac diuinis. Cito vero eas deponit, & in figurã serui mutatur. Sicut enim Dauid indutus est armis Regijs Saulis, tẽtauit vero si illis indutus incedere posset, ac preliari, nec poterat, ideo rursum pastoris vilẽ vestẽ resumpsit, quia incedit libere, pugnat, & Goliath superauit. Sicut nũc Christus Dñs induit arma regia vestes diuinas, tentãsq; an his viã salutis nostrẽ incedere posset, hostesq; deijcere, vidit id

nequaquam fieri posse, quia cum doloribus, morte, sanguinis effusione opus, illud peragendum esset, non gloria vestibus, sed pannosis, & humanis perficiendum erat.

Vt quid ergo ais, hodie gloria, & decoré induit? De passione sua, & de cruce à nobis feréda sermoné habuerat cū discipulis, sed sermo hic eorū stomacho nō bene insidebat, crucé horrebāt, nūc ergo gloria ostēsa, quę termin⁹ crucis, & fruct⁹ est facillē reddit passioné. Et quę modō auro tegit, amara, & purgatiua, esca, quę vulgo dicitur, pildora. Ita nūc auro glorię passio, cruxq; operitur. Id vero est qd iustis animū, vitēsq; adiicit. Hinc Sapiēs, cogitat⁹ sentati in omni tēpore vel metu nō deprauiabit. Sicut paleę in excelsis & cęmēta sine impēsa posita cōtra faciē B. vēti nō permanebūt, sic contimidū cogitatione stulti cōtra impetū timoris nō resister. Timor iste, ac pusillanimitas maximū est impedimētū, ne cęli viā tenēas. Hinc Sapiēs ait. Dicit piger, leo est in via. Et leęna in itinerib⁹. Sicut ostiū verti in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Hic vero timor precipue foras mittit glorię cōsiderationē, ideo eā hodie Chr̄s ostēdit, vt labores nō formidēt discipuli, quib⁹ tāta acquirēt beatitudo. Hinc optat, oratq; Paul⁹, vt diuitias glorię Dñi agnoscam⁹, sic enim omnis labor facilis apparebit, at ille. Nō cello, gratias agēs pro vobis, memoriā vestri faciēs in orationib⁹ meis, vt Deus Dñi nostri Iesu Chr̄i patē glorię det vobis Spiritū sapiētiz, & reuelationē, in agnitionē ei⁹, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes vocationis ei⁹ & quę diuitię glorię hereditatis ei⁹ in sanctis. Cū operari in aliquod opus cōducit duo cōsiderat, laborē, & mercedē, si videt mercedē laborē superare, libētē operi incēbit. Vocamur omnes in op⁹, & laborē, hodie vero ostēdit mercedis magnitudo immēsu excedēs laborē, vt cū nō fugiam⁹. Dixerat Chr̄s passionē suā, & Petr⁹ ad illū, abit⁹ ante Dñe nō erit tibi hoc. Et Chr̄s, vade post me sathana; & tunc cōuocatis omnib⁹ discipulis, eis cęli viā ostēdit, dicens, nō ipso dūtāxat passurū, sed & eos omnes. Siquis ait, vult venire post me, abneget semetipsū, tollat crucē suā, sed quia dicere poterāt discipuli, difficile eis, iniūgi opus, addit Christus Dñs operis mercedē. Fili⁹ enim hominis vēturus est in gloria patris sui, & tūc reddet vni cuiq; secundū opera sua, sed quia dicere poterāt, quid nā illud est quod Chr̄s reddet, addit, sunt quidā de hic stāub⁹, qui nō

Simile. Ecclē. 22.

Prou. 26.

Ephē. 1.

Simile.

Matt. 16.

gusta-

A gustabūt mortē, donec videāt filiū hominis veniētē in regno suo. Quibus verbis Leo Papa, Aug. Chryl. & alij, dicūt, promissū se, ostēsurū se in trāsfiguratione gloriā, quā promiserat, & hoc hodie prestat, ostēsa solūmodo gloriā corporis, quę minimum beatitudinis est, hęc vero tāta est, vt omnē laborē superet, omnē etiā cogitatū. Attēde quāta gloriā corporis tui erit in cęlo. Nō ea fruebat Petr⁹, sed illā in Chr̄i corpore intuebat, & ita mētē ei⁹ repleuit, vt dicat, bonū est nos hic esse, nihil aliud capere poterat, nihil ampli⁹ disiderabat. Quid obsecro diceret, si ipse gloriā illā corporis possideret? Tūc vero plenū se diceret. Hoc vero in nobis aliquādo efficiēdū est, cū vt Pau. ait, reformabit corpus humilitatis nōstrę, cōfiguratū corpori claritatis suę. Si tibi nūc edūobus vnū eligēdū proponeret vel omni mūdi frui delectationē pdiē vnū, vel eo die cū beatissima virgine cōuersari, & aspectu frui illius gloriosissimi corporis, sine dubio hoc preeligeres. Si ergo tātū est bonū frui aspectu gloriosi corporis, quātū erit corp⁹ habere gloriosū? Et inde etiā quāta sit animę gloriā colligi potest, cū enim corporis gloriā redūdās sit ab animę gloriā, quāta illa erit, à qua tāta redūdāt. Gutta est corporis gloriā, animę vero gloriā fōs, si adeo gutta latiat, quid fōs efficiet, cū illū ore gustaueris, ac hauseris? quomā apud te est fōs vitę, Psal. ait. Hęc verō rē quāta sit, ex eo cōiectari licebit, si omnis delectatio, quā vniuersitas creaturarū diuersis hominib⁹ dedit ab initio mūdi vsq; in finē, nūc in vnū cōueniret, & vni daret homini simul, maxima profecto illa foret, quonā diuitię honores, & voluptates plurimas, maximasq; cōtulerūt delectationes seorsū. Sūptę, quid facerēt, si in vnū cōuenirēt, sed hęc oīa quid nā sūt, si cū delectatione, quę à Deo clarē viso proficiscit, cōferat plane qd interest inter Deū & creaturas, illū dīatere sit inter delectationē, quā De⁹ efficere potest, & eā quā creaturę ille mare est, iste guttę, iste infinit⁹, iste suis limitib⁹ cōcluditur, verē delectationes in dextera tua vsq; in finē. Sapor cibi, naturę tamen est, at creatoris dulcedō, & suauitas, immensa sit, est nēcessē, vt Deo conueniens sit.

Leo. Aug. Chrysol.

Philip. 3.

Psal. 35.

B delectationē pdiē vnū, vel eo die cū beatissima virgine cōuersari, & aspectu frui illius gloriosissimi corporis, sine dubio hoc preeligeres. Si ergo tātū est bonū frui aspectu gloriosi corporis, quātū erit corp⁹ habere gloriosū? Et inde etiā quāta sit animę gloriā colligi potest, cū enim corporis gloriā redūdās sit ab animę gloriā, quāta illa erit, à qua tāta redūdāt. Gutta est corporis gloriā, animę vero gloriā fōs, si adeo gutta latiat, quid fōs efficiet, cū illū ore gustaueris, ac hauseris? quomā apud te est fōs vitę, Psal. ait. Hęc verō rē quāta sit, ex eo cōiectari licebit, si omnis delectatio, quā vniuersitas creaturarū diuersis hominib⁹ dedit ab initio mūdi vsq; in finē, nūc in vnū cōueniret, & vni daret homini simul, maxima profecto illa foret, quonā diuitię honores, & voluptates plurimas, maximasq; cōtulerūt delectationes seorsū. Sūptę, quid facerēt, si in vnū cōuenirēt, sed hęc oīa quid nā sūt, si cū delectatione, quę à Deo clarē viso proficiscit, cōferat plane qd interest inter Deū & creaturas, illū dīatere sit inter delectationē, quā De⁹ efficere potest, & eā quā creaturę ille mare est, iste guttę, iste infinit⁹, iste suis limitib⁹ cōcluditur, verē delectationes in dextera tua vsq; in finē. Sapor cibi, naturę tamen est, at creatoris dulcedō, & suauitas, immensa sit, est nēcessē, vt Deo conueniens sit.

C Loc⁹ vero, in quo gloriā suā manifestat, eā aliquomodo exprimit. Assūpsit Iesus Petrū, & c. Et duxit eos in montē excelsum seorsū. Turris vlt fortissima sit, collitui solet in eminentiori loco, & qui

Loc⁹ vero, in quo gloriā suā manifestat, eā aliquomodo exprimit. Assūpsit Iesus Petrū, & c. Et duxit eos in montē excelsum seorsū. Turris vlt fortissima sit, collitui solet in eminentiori loco, & qui

prope locū aliū eminētem nō habeat, ex quo possit expugnari. A
Terrena oīa in infimo loco sūt, & cęlestia vero in eminētissimo &
deinde terrena quę alta apparēt, circū circa multa alia habēt, ex
quib⁹ expugnātur quot curis regnū cor affligitur, & omniū prin-
cipū: diuitem, ac superbōrū? Merito Iob ait, ecce gigantes ge-
munt sub aquis, & qui habitant cū eis. At in cęlo eo in loco bo-
na omnia sunt, vbi à nullo expugnari valeant, ideo monte ex-
celso, & seorsum posito significantur, nulla ibi afflictio, metor
nullus, aut quippiā aliud quod felicē illā patriam valeat cōtri-
stare, atque adeo per vicos eius semper Alleluia cantatur, ibi
enim omne bonum est, & longē omne malum.

Psal. 83.

Psal. 23.

Inardescit cōtinuo animus his auditis, & ait cū Psal. cōcupiscit
& deficit anima mea in atria Dñi. Sed interrogas cū Psal. Quis as-
cēdet in mōtē Dñi? aut quis stabit in loco sancto ei? Respōdet
Psal. innocēs manib⁹, & mūdo corde, qui nō accepit, in vano ani-
mā suam. Certē Ioānes cū Christo Dño hunc ascēdit mōtē, qui
gratia interpretatur, & Iacob⁹, qui luctator dicitur. Peccator er-
go exclusus ab hac ciuitate est. Nō vtiq; quoniā & Petr⁹ qui ne-
gauit, in hūc mōtē à Christo Dño ducitur. Peccatores ergo in-
gredi in eā possunt. Gloriosum, ac preclarū hominibus nunciū
hoc est. De quo Psal. ait. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas Dei, me-
mor ero Raab, & Babylonis scientiū me. Ecce alienigenę & Ty-
rus, & populus Aethiopū hi fuerūt illic. Fœlix faustūq; nunciū
quod peccatori aditus nō pręcluditur in illā ciuitatē. Sed ais
ergo in peccato maneamus. Nō ita philosophandū tibi est, sed ē
cōuerso, nec enim peccator, qui in peccato est, in eā admittitur
sed qui pœnitentiā egit, & peccatū relinquit. Nō Petr⁹ negans in
hanc intrat ciuitatem, sed Petrus flens, non Dauid adulter, sed
pœnitēs. Non Magdalena lasciuies, sed quę dilexit multū, quia
nihil coinquinatū intrabit in eam, aut abominationē faciens,
foris canēs, & venefici, & omnis qui facit iniquitatem, vt Ioan-
nes ait. Si ergo peccato inquinasti vestimenta tua, ea ablūe, illi
enim solum in hanc ciuitatem admittuntur, qui lauerunt, & de-
albauerunt vestimenta sua in sanguine agni.

Apo. 21.

Apo. 7.

Assumpsit ergo Iesus Petrū, Iacobū, & Ioānē fratres eius, & du-
xit eos in mōtē. Omnes gētēs aliquid diuinū in mōtibus esse cre-
derūt, & ideo in illis tēpla edificabāt. Et Christus etiā Dñs se-
pe in mōtes suos ducit, q̄ cū nō faceret, propter corporeū locū
aliquod

aliquod nobis in ea re mysteriū inruit, & illud est, spiritualia in
nobis curāda, relictis his, quę caduca, & infima sunt. Sicut in or-
be istosunt mōtes, & sunt cęlestia, sicut in homine, qui minor
mūdus dicitur, est spiritus, est & corpus. Qua parte homo spiri-
tū habet, illustis est, altior omni re mūdi, Angelorū frater; Dei
genus summus, vt Paulus ait. Hęc pars in nobis mōs merito de-
citur. Qua vero parte corpus habet, infimus est, brutis similis,
pulis, & cinis. Cū ergo homo caduca, & terrena tractat, descē-
dit, quia infima curat, & spirituale animā ac diuinā in peritura,
ac caduca deprimit: Hinc patet, illos omniū esse abiectissimos,
ac villissimos, qui curā carnis faciūt in desiderijs suis. Cōtra vero
qui his relictis spiritualia, & cęlestia tractat, in mōtē cōscendit
excelsum, quoniā etiā super id quod natura spiritualis valet, as-
cēdit, Seneca epistola. 124. ait. Id tibi peragendū esse, cū virtuti
incūbis, quod ille pręstat, qui mōtē cōscendit, cū vero circa ea,
quę corporis sunt, occuparis, illud quod pręstat, qui ē mōte def-
cēdit. Cū ascēdis, in mōtē vniuersum corpus in anteriora pro-
ijcis, cū descendis, illud detines, cū ascendis calcaria equō adhi-
bes, frēno tunc nō vtēris, vt equū detineas, cū descendis, cōtras
facis, frēno enim equū tenes, ne forte corruat, teq; precipitem
det. Si ergo cū ea, quę virtutis sunt, pręstas, vniuersam adhibe
fortitudinē, omnē pone conatum vt dicere possis cū Psal. For-
titudinem meā ad te custodiā, tunc calcaria adhibenda sunt, vt
curras. Cum vero ijs, quę corporis sunt, intendis, frēno tibi vtē-
dum est, & aliquid minus sumendum est, quā appetas. Hinc Sa-
piens: quā sufficiens est viro erudito vinū exiguū, & in dormiē-
do non laborabit ab illo, & non sentiet dolorem. Vinū delecta-
tiones huius vitę significat, iuxta illud Sapiētis. Ne intuearis vi-
nū, quādo flauescit. Hoc vero moderate sumēdum est, exiguū,
ait Sapiens. Vtere modico vino, ait Paul. Sicut enim manū vis-
nū efficit grauem somnū, & infirmitates alias, sic nimia corpo-
ris delectatio, ac voluptas, animę profundū somnū cōciliat, &
eā infirmitatē facit. Vinū, ait Sapiens, in iocunditatem creatum
est, nō in ebrietatē. In ea, quę corporis sunt, moderate accipie-
da sunt. Hinc Prophetā. Quomodo vinum potantē decipit, sic
erit vir superbus, & nō decorabitur. Bibit homo nimiuū vinū cū
dulcedine, sed ab ipso factus deridetur. Huiusmodi est homo il-
le, qui tēporalibus ac caducis inhiat, nō decorabitur, imo de ho-
nesta-

Iob. 26.

Apo. 17.

Seneca.

Simile.

Psal. 83.

Eccles. 31.

Prouer. 23.

1. Tim. 5.

Habac. 1.

dum cū hominibus cōuersatur, nunc vero in mōte illa reuelat.

In hac vero transfiguratione Christi aliqua sunt nobis cōfideranda. Primū nos passiones volumus vitare, eas frēgimus, & in gloriā sine passione transire vellemus, Christus cōtra gloriā impeditum ponit, ne in corpus descendat, vt pati possit adeo audius passionis est, vt miraculū efficiat, impediēs gloriē trāsītū in corpus, vt passiones sustineat, Iosue. 3. vt trāsire posset Israel in terrā promissam, aquæ Iordanis in superiori parte fluminis coaceruātur, ac detinentur, quę vero inferius erant, defluerūt, vt sicco vestigio Israel trāseat. Sic factus est nobis Christus via in cęlū; vt q; in illud trāeamus, cōtinuit in superiori anime portione immēsas illas glorię aquas, de quibus scriptū est, tōte te voluptatis tuę potabis eos. Defluxere verō inferiores aque, quoniā omne abiicit mūdū delectationē, & sic passus est ipse, & eius passio, atq; ariditas nobis effecta via est in terrā vitę æternę. Hinc nobis discendū est, nō fugere sed quęrere passiones, non vitare sed occurrere tribulationib;. Cōsolationes vero, quę de terra sunt, fugere, ac detrectare, vt dicamus cum Psal. renuit cōsolari anima mēa, in his scilicet, quę in terra sunt.

Secundum nobis his colligendū est, rātę glorię spe accendi, vt caduca, ac peritura relinquamus, & cęlestia speremus. Nec enim seminādo dispergeret semē agricola, nisi multiplicādū in messe oculata fide percepisset. Ostēditur nobis hodie vberim cętesim, & millesimus fructus eorū, quę in Dei obsequiū seminam. Quis iā terrena nō relinquat, cū tāta ei promittatur gloria? Hinc est, vt nobiscū nunc illud efficiatur quod quōdā tū filiis Israel, quibus in via lassatis adducit botrus ille mirus inter duos viros, vt tanta fertilitate, ac abundātia terrę promisse, in itineris labores, & belli discrimina animum resumerent, ita nunc nobis si penitētię labore, ac ieiunijs lassamur, botrus hic Cypri dilectus Christus Dñs proponitur inter duos viros, Moysem & Eliam, vt videas labores nōs minimos esse, si tanta mercede munerandi sunt, cū enim difficile tibi iniungitur opus, si summa promittatur merces, leuē apparet. Expoliādā ac diripiendā proponitur vobis opulentissimā dux, vt militum animos accēdat in pugna. Considera nunc, quanta sit illa ciuitas, quę tibi expugnanda traditur, quanta, quę promittitur merces. Hinc Paul. enumerat

Iosue. 3.

Psal. 35.

Psal. 76.

Simile.

Numc. 13.

Cant. 1.

Heb. 11.

his egregijs sanctorū factis, ait, aspiciēbant enim in remuneratione m. Merito nobis Paulus loquitur. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriā, quę reuelabunt in nobis. Et iterum, propter quod non deficimus, sed licet is, qui foris est, homo noster corrumpatur, tamen is, qui intus est renouatur die in diem. Id enim, quod in presenti est, mox tancū, & leuē tribulationis nostrę, supra modū in sublimitate eternum glorię pōdus operatur in nobis. Aliquando hoc immensum pōdus glorię nobis donandū erit. Ambulauit arca per desertū cilicij, & pellibus vilibus operta, sed reposita eadē in templo Salomonis inter Cherubim & Seraphim est, reiecit pellibus illis, ex quibus tentorium conficiebatur. Sic Christo contigit, qui humili, sordida, abiecta que veste vsus fuit in hoc mūdo, sed in cęlo gloriosā vestis ei concessa à patre est, quam hodie induit, vt corpus suūm pręparet in passionem. Hoc manifestis verbis Zacharias ostendit, dicens. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & ait Angelus. Auferte vestimenta sordida ab eo, & dicit ad eum, ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs, & dixit, ponite cidarim mundam super caput eius. Id vero ipsum nobis contingeret, cum reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę, nunc cilicij induimur pellibus, vt Adāa Deo vestitus est, nūc veste sordida vtimur, in fimo, in miseroque corpore, sed vestem hanc deponemus, & veste gloriosa induēdi sumus. Hac spe roboreremur, hac vna fiducia firmeremur, vt sancti simus. Hoc nos Ioānes monet. Semus, quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est, & omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Vbe etiam hac vna spe in corde hominis reposita est, facile sanctificat se, & ab omnibus, quę mundi sunt, abstinet. Sicut vocatus in regem facile alia munera abiecit despiciē. Tertio vero aduertendū illud est, quod Lucas ait. Et facta est vna ex parte speciei, vultus eius altera. Opans Christus trāsfiguratus est, vt nōs doceat, oratione trāsfigurandos. Oratio à sanctis definitur, ascensus mentis ad Deū, quā à terrenis egrediens, in cęlestibus conuersatur, & quę cōterea anima transfiguratur. At di. Paulū hanc explicat transfigurationem. Nos autem reuelat

Roma. 8.

2. Cor. 4. 2.

Exod. 35.

Zacha. 3.

1. Ioan. 3.

2. Cor. 3. 1.

facie gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transf
 formamur à claritate in claritatem, tanquã à Domini spiritu.
 Speculamur, ait diuinã gloriã, & sic trãformamur in imaginẽ
 Dei, Dij facti. Sicut enim cũ speculũ tibi proponis, resultat in
 speculo tui similitudo, alter tu. Sic cũ te Deo obijcis in oratio
 ne, tu quidẽ Deũ conspicis, ac cõtẽplaris, proponisq; te Deo vt
 speculũ, resultatq; inte diuina similitudo, qua De^o diceris, cũq;
 homo Dei imago dicatur, tũ ppter naturã, tũ ppter gratiã, ma
 ximẽ tamẽ ait D. Th. i. p. q. de imagine, diuina in nobis efficit si
 militudo, cũ eũ cõtẽplamur. Illabitur, tũc De^o animã, fitq; Dei
 habitaculũ. Et quẽadmodũ cũ rex domũ aliquã, eã habitaturus
 ingreditur, ornatur domus regio cultu, ac supellectili, sic ani
 ma quã Deus ingreditur, vt inhabitet eã ornatur in oratione di
 uinis muneribus, ac donis, splendetq; in ea omnis virtutum or
 natus. Iustus omnes virtutes possidet, sed dum nõ orat, nec eõ
 siderat, eas habet, ac habet præcipuã fœmina gẽmas, & monilia
 ac ornãmẽta in thecis reclusa. Dum vero orat, virtutes omnes
 habet ad eum modum, quo monilia, & ornamenta habet regi
 na, cum ijs se ornat, eisq; splendet. Dici ei tũc potest, omnis la
 pis pretiosus ornãmẽtum tuũ, omnis enim virtus in orãte splẽ
 det, ibi splendorem fides mittit, spes, & charitas. Impleturquẽ
 illud Esa. impleuit splendoribus animã tuã, & eris quasi hortus
 irriguus. Quẽ verba de orante, Propheta pronũciat, qui splen
 doribus virtutũ plenus est, & similis hortõ irriguõ, in quo om
 nis pulcher splendet flos. Oratione omnis virtus, vt ita dicam,
 actuatur, ac viuificatur. Hinc Psal. Ego dixi in abundãtia meã,
 nõ mouebor in eternũ Dñi, in voluntate tua præstitisti deco
 ri meõ virtutẽ, decor noster à virtutibus procedit sed huic de
 cori virtus tribuitur in oratione. fit enim anima quasi nubes,
 quã superius dixim^{us} cũ opponitur soli omni pulchritudine ac
 luce induta, ita vt poti^{us} cœlestis, quã terrena videatur. Hinc etiã
 est, qd anime pulchritudo similis ab spõso prædicat pulchritudi
 ni Lunẽ, pulchra, inquit, vt luna. Sicut enim omnis luna pul
 chritudo ex eõ pendet, vt se obijciat soli, ab eõq; lumen reci
 piat, ita omnis anime pulchritudo ex eõ pẽdet, vt se sciat in ora
 tione corã Deo proponere, ab eõq; lumẽ mutuari, in eõq; im
 pleatur illud Psal. Accedite ad Deum & illuminamini, & facies
 vestræ non confundetur. Si ergo trãfigurari, si illuminari vis,
 ad Deum.

A ad Deum accede pia meditatione, orationeque assidua.

Sed obijcies mihi, ego diu orauĩ, choro astiti, septiesque in
 die laudes Deo dixi, nec tamen hac oratione profeci, nec illu
 stratus sum cœlesti lumine, nec transfiguratus. Hoc certẽ ideo
 fuit, quia solo orasti ore, non corde, non spiritu verba illa Pau
 li superius citata, in eandem imaginem transformamur. Am
 brosius legit, in eandem imaginem reformamur, quia oratio, in
 quit ille, est reformatio hominis interioris. Sunt enim (vt phi
 losophi aiũt) actiones transeũtes, quæ in exteriorem transeunt
 materiam, illamque perficiunt, vt elaborare lapidem, domum
 ædificare. Sunt verò actiones immanentes, quæ interius in ho
 mine manent, atque ad eõ interiorem perficiunt hominem, &
 huiusmodi oratio est, quæ actio est immanens, atque ad eõ in
 teriorem hominem perficere debet, si vt decet fiat. Est ergo tri
 plex orationis genus, est oratio mala. De qua scriptum est. Et
 oratio eius fiat in peccatum, quando sic oras, vt magis pecces
 quam proficias quia sine reuerentia, & attentione oras, est ora
 tio imperfecta, quando spiritus parum attendit orationi, & ideo
 parum proficit. Est oratio perfecta, qua interior homo reform
 matur, ac transfiguratur. De qua Paulus ait. Nam si orem lin
 gua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, quid
 ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente, Psallam spiritu, psallam
 & mente. Quasi dicat, vt ibi D. Tho. exponit. Si spiritu meo
 mouente me in oratione, vel etiam Spiritu sancto, orem lin
 gua solum, non intelligens, quæ oro, tunc mens mea sine fru
 ctu est, quia licet adsit meritum, non tamen deuotio, & refor
 matio mentis. Quid ergo faciendum, vt oratio non solum me
 ritoria sit, sed etiam mentem reformet, & deuotionem augeat?

Certẽ orandum est lingua, & mente, psallendum ore, & cor
 de, tunc transfiguratur homo, reformatur interius. Attende
 ergo ijs, quæ oras corde pleno, totaque mentis intentione, &
 sic, magno cum fructu te orare videbis. Inter scelera Achaz su
 premum proponitur à diuina scriptura illud. Direptis itaque
 Achaz omnibus vasis domus Domini, atque contractis, clau
 sit ianuas templi Dei, vt nullus oraret. Supremum illud fuit ma
 lum, ideo totis viribus curauit Pharaõ impedire iter filiorum
 Israel in desertum, ne Domino sacrificarent, & solum conce
 debat

Sanct. Z

Ambr.

Psal. 108

1. Cor. 14

D. Tho.

debat ut in Aegypto sacrificarent, in tumultu scilicet non in deserto, ubi toto corde eis erat orandum, maxime enim demon curat orationem impedire, nec saltem ne ex toto corde ores, sed in Aegypti medio inter mundi occupationes, ac curas.

Oranti vero Christo, ac transfigurato, apparent Moyses, & Elias cum eo loquentes. Quid vero loquantur Lucas ait, *Dicebant, ait, excessum eius. &c.* Operæ pretium est videre, quid tanti viri in tam præcipuis comitijs loquuti sint. Adfuit ibi è celo Trinitas, ex terra Christi humanitas, ex veteri, & nouo testamento principes viri, ut dici possit, illud Psalt. Principes populi congregati sunt cum Deo Abraham, tantaque hæc solennitas fuit, ut ad eam, reliqui Apostoli non fuerint inuitati. Quid ergo in tam celebri senatu actum est? certe de Christi morte, ac hominum redemptione. Cum rex terræ comitia celebrat, & principes viros ad illa vocat, de regis utilitate tractari solet primum, de redditibus suis amplificandis, de noua exigenda pecunia, de inde aliqua tractantur de communi utilitate. At rex hic celestis multo aliter se habet, solum enim de nostra agit utilitate, de passione sua, quæ redemptio nostra est, de resurrectione vero, quæ illius erat commodum, nec verbum agit. Optimi procuratores Moyses & Elias, qui regni attendentes utilitatem, de Christi morte loquuntur, nunc vero non ita agi solet, sed quia procuratores sibi vtilia querunt, non quod regno vtile, sed quod principi placet, dicunt.

Dignius aliquid, aut maius tractari non poterat, quam Christi passio, non quidem Petri iudicio, sed Dei, qui nihil putauit sublimius quam propter patris obedientiam & hominum redemptionem pati. Quod si Angeli hominibus inuidere possent, hoc solum inuiderent, quod pro Deo pati possunt, quod illi non possunt, nihil enim in terra sublimius, quam pro Deo pati: quod præclare ostendit Deus ipse, verus rerum ponderator, cum pro mundi redemptione Christi mortem voluerit, quasi rem omnium gratissimam, & adeo gratam, ut illi plus placuerit, quam displicerint omnia mundi peccata. Christo vero gratissimum hoc colloquium est propter passionis fructum, cum excipitur in Ierusalem cum ramis, lacrymatur ob illius excidium, hodie vero exultat passione sua memorata ob nostram redemptionem, quod perfecte charitatis est.

Sed

A Sed cur excessus dicitur passio Christi? Infirmatur quispiam, inquiris, quæ de causa infirmatus sit, & audis, excessus. Excessum fecit Adam, cum fructum gustauit vetitum, & ideo nocuum, malum vero & infirmitas Christo adest, ex illo proueniens excessu. Omnia peccata nostra excessus sunt, Christo vero adherent extrinseca imputatione, & propter illa patitur ille. Excessus Adam iam patet, sed quis excessus Christi est? Certè amoris propter nimiam charitatem suam, quæ dilexit nos Deus, Paulus ait, nimia charitas excessus est. Mensura nulla est huic dilectioni, ideo excedere omnia dicitur. Appone mēsuras omnes, & videbis cunctas excedi. Audi ipsum dicentem. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Sed quid est, sic. Num ut mater unicum diligit filium, quem turpem, deformem & infirmum diligit? ò diuina bonitas nos dilexisti miseros, de perditos, sed & hæc matris mensura parua est, maior est diuina dilectio, excedit manifestè ut ille ait, per Esa. 49. Et si illa oblita fuerit, ego tui non obliuiscar, in manibus meis scripsi te. Quomodo ergo nos diligitur num ut pater? exigua hæc mensura est, plus nos diligit quam pater. Et ideo ait. Nolite vocare vobis patrem super terram, vnus est enim pater vester, qui in cælis est. Quomodo ergo nos diligitur num ut vir uxorem? Excedit nimium diuinus amor unde ait per Ieremiam. Vulgo dicitur, si dimiserit vir uxorem suam &c. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me. Quomodo ergo nos diligitur num ut amicus amicum, de quo ait, est alter ego. Excedit diuinus amor, ille enim alter est, at diuinus amor effecit, ut idē suppositum sit Deus & homo. Vere amor Dei omnia excedit, ideo excessus dicitur.

C Nec inueniēs Ioānes mensuram amoris, ait, sic Deus, nihil nominat, cui comparat, quia nihil illi conferri potest. Diligamus ergo quæ, qui prior in nostri dilectione ne excessit.

Z. 2. Concio

Ephes. 2.

Io. 3.

Esa. 49.

Mat. 23.

Ier. 3.

Psal. 46.

Simile.

Luc. 19.

Concio Prima in festo Beati Laurentij Martyris.

Thema. Nisi granum frumenti cadens &c.

Ioan. 12.



VGVSTINVS in cōcionibus, quas de Martyribus ad populum habuit, utitur sæpe metaphōra belli, vocans martyrium pugnam, & conflictum. Hanc vero similitudinem ex Paulo vsurpat, qui etiam ea sæpe utitur, ut statim dicemus.

Cum vero omnis homo naturaliter scire desideret, ut Philosophus ait, ea præcipuè nobis placent, & curiosè indagamus, quæ ad bella pertinet eaque dulciter audimus. Nunc ergo vobis proponam inclytâ pugnam, bellum acre, in quo dimicatu est fortiter à beato Laurentio. Intueamur illius pugnam, in qua belli, quod à nobis geritur, speciem videbimus, ut discamus nos pugnare cum hostibus, eosque superare, ut coronam consequamur, quam Laurentius est affectus, sed gratia ad hoc nobis necessaria est, quam Maria obtinebit.

Diximus, Martyrium pugnam esse, atque certamen forte ut ergo ostendamus, hodiernum certamen, à beato Laurentio initum fortissimum, & admirandum fuisse, aduertendum est, quinque esse, quæ certamen aliquod mirabile reddere solent. Primum, dignitas, & excellentia pugnantium, ac eorum fortitudo qualis fuit pugna inter Hectorem, & Achilem, & nunc ea esset quæ inter duos terræ principes gereretur, qui fortissimi, atque robustissimi essent. Secundum, causa maxima, cuius ratione in pugnam descendunt, ut si super orbis imperio pugnaretur. Tertium, arma inclyta pugnantium, & fortissima, quæ à pugnantibus geruntur in certamine. Quartum, celebris conuentus hominum

A minum, qui ut certamen videant, conuenerunt, ut is esset, in quo vnuerſi terræ principes adessent. Quintum denique, terminus, ac finis pugne, ac certaminis. Hæc omnia in Euangelio mirè ostēsa nobis, videbimus, & eorum praxis in martyrio beati Laurentij apparet, & ideo eius martyrium illustrissimum fuit, & insigne inter omnia martyria. Et idcirco merito Beatus Laurentius Hispanus natione omnium Hispanorum fortissimus, ac robustissimus dici debet, & decus, ac ornamentum patriæ nostræ.

Primum, quod diximus, certamē inclytum reddere, est dignitas, & fortitudo pugnantium. Hæc vero quanta sit in Christi militibus, præcipuè in Laurentio, ostendunt verba, quæ initio Euangelij nobis proposita sunt, *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*. Hoc certè granum Christus Dominus primum est, qui caput est martyrum, qui ea fortitudine præditus fuit, ut innumera tormenta sit passus, & similis effectus grano frumenti, quod in terra absconditur, & moritur, ut fructu reddat, & atteritur, & in minutissimū puluere redditur ut panis fiat. Cui similes sunt inclyti martyres, quorum ea fuit fortitudo, ut nulla timerent tormenta, qui attriti sunt, mortui sunt, ut panis Christi essent. Sic aiebat Ignatius. Frumētū Christi sum, de tibus bestiarum molar, ut panis Christo efficiar. Augustinus, ostendens certantium fortitudinem, ait. In conflictu martyrij martyres nullis generibus tormentorum cedunt, persecutores nullis miraculis conuertuntur, illi immensa patientia, hi summa crudelitate. Ut ergo rectè martyrum tormenta explicentur merito grano frumenti similes dicuntur, licet enim omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutiones patiantur: sed longè diuersę sunt martyrum persecutiones ab alijs. Martyr enim granum frumenti est, quod mortuum est, quod in area tritatur, quod conteritur omnino, reliquorum verò persecutiones, ac labores. multo inferiores sunt. Quibus Paulus loquitur, nondum vsque ad sanguinem restitistis, peccato repugnantes. De vtrisque Esaias mire loquitur cum ait, Non enim in seris tritabitur Gith, nec rota plauſtri super Cyminum, circuibit, sed in virga excutietur Gith, & Cyminum in baculo, panis autem comminuetur, verum non in perpetuum tritaturans tritabit

Sanct.

Z 3

rabit

Aug.

Arist.

Ignatius.
Aug. serm.
S. Vicentij.

Esa. 28

rabit illum, neq; vexabit eum rota plaustrī. Quibus verbis ostēdit propheta diuersas iustorum tribulationes in diuersis terrarū feminibus, Gith enim; & Cyminum non trituranur sicut triticum, sed virga excutiuntur leui ictu, non sic frumentum, quod panem propheta dicit, sed in ferris, & plastro trituranur. Ita ex iustis quidam similes sunt Cymino, & Anetho, qui leui tanguntur virga, & tribulatione, quidam verò vt grana frumenti rotaplaustrī, & ferris trituranur, quia pōdus graue tribulationū subeūt, vt martyres, qui secti sunt mortui sūt pro Christo. Ostēdit tamen martyrum tribulationem, & si grauem, diuturnam tamen non fore, & ideo ait, veruntamen non in perpetuum trituranur trituranabit illum, quasi dicat, cito finietur tribulatio, non dabit in æternum fluctuationem iusto, vt Psaltes ait. Ad punctum derelicti sunt, sed breui cum vitæ eorum tribulatio finem accipiet. Vidimus martyrum fortitudinem, similem grano frumenti, qui certamen subeunt forte. Vidimus tyrannorum impiam crudelitatem, qui nullo sanguine, & tormentis fatiantur. Id vero præcipue in Laurentij martyrio apparet, in quo summa eius fortitudo, & Decij impietas enituit, atque adeo ex priori causa, fortitudine, scilicet, pugnantium, grande, ac fortissimum certamen hodiernum erit.

Sed vt hodierni certaminis magnitudinem, vt par est, perpendamus, attendendum est. Non solos Laurentium, & Decium in hanc descendere pugnam. Sed cum eis Christum, & Luciferum, qui in suis militibus pugnant. In martyribus enim patitur, & pugnat Christus dux, in tyrannis decertat dæmon ipsorum caput. Doctrina hæc ab Augustino in sermonibus martyrum sæpe traditur. Et manifeste ex diuina scriptura colligitur. Ad Saulū Christus ait, Saule Saule quid me persequeris? Et ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris: manifeste ergo in suis persecutionem Christus patitur. Hinc etiam Paulus ait. An experimentum queritis, eius, qui in me loquitur Christus? Quo loco Chrysostomus legit, an experimentum queritis præliantis in me Christi. Virtus animi martyrum, & verba confessionis eorum à Christo, & illius spiritu sunt, ipso dicente, non estis vos, qui

A qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Mira verba fortitudinis Laurentij, quibus tyrannum prouocabat, mira audacia, non à Laurentio, sed à Christo, & eius spiritu procedebant, Vnde Psaltes ait. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus, Dei quidem præcipue illa fortitudo est, qui eam suis tribuit, quod vero tyrannis dæmon sit, qui præcipue decertat aduersus martyres, manifeste Paulus ostendit, cum ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cælestibus, propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, Quasi dicat, cum ab hominibus persecutiones patimini, nolite putare, contra vos illos præcipue decertare, dæmon enim est, qui in eorum cordibus positus in vos pugnat. Si enim homo solus esset, quo pacto tanta ad bonum resistentia? quomodo pernicacia tanta? quomodo tot adinventiones tormentorum ab homine excogitari possent? aliena à corde humano est crudelitas tanta. Quod non in tyrannis solū verū habet, sed & in alijs sæpe. Cor nāq;, quod omni custodia homo custodire debuit, dæmoni tradit, præbens ei cōsensum sui clauē, in greditur illud dæmon tāquā fortis armatus in atrium suū, custoditq; sibi ipsi illud, curans, nequid boni in illud ingrediatur, & vt innumera peccata committat, & tanquam mancipio peccatorum ipso vtitur in malum. Diuus Thomas ostendit, caput in membris quorum dæmonem esse, qui eos tanquam caput, membra in malum mouet, & ipsa opera id testantur. Videbis enim hominem, qui ad ea, quæ mundi sunt, hominem se præstat, in his vero, quæ Dei sunt, homo non est, quia à dæmone impeditur. Si enim ad bellum procedit, fortiter se gerit, si fidem suam adstringit, stat promissis, si amici eum obsecrant, cedit eorum voluntati, & vinci se patitur, si proximi calamitatem, videt, compatitur. En hominem in his, quæ humana sunt. In his verò, quæ ad salutem animæ pertinent, homo non est, bona facere nescit, in pugna cum dæmone, & carne infirmus est, statim se inimicis subdit, fidem Deo, & vi carnis illius, confessario, scilicet, sæpe adstringit, nec eam feruat.

Psal. 67

Eph. 6

D. Th. 3. p.

q. 8. ar. 7.

2. 13. 4.

Psal. 54.

Aug.

Acto. 9.

1. Cor. 13.

Chrys.

Mat. 10

Dei obsecrationibus nequaquam cedit, nec misereri no-
uit animæ suæ. Imo vero, vt peccata perpetret, innumera adinue-
nit, & viriliter agit, & difficilia aggreditur, quæ solus demon
videtur posse adinuenire, & aggredi, nec mirum, à demone
enim mouetur, quem imitatur dæmō: ergo in peccatore ope-
ratur, & ideo Christus Dominus ad Petrum ait, vade post me
Sathana, quia humano affectu ductus, Christi passionem impe-
dire voluit, dæmonem dicit, quia ab eo motus fuit, vt id dice-
ret. Quomodo non Sathan dicendus est tyrānus martyres per-
sequens? inhonestus virgines tentans, iracundus prouocans
rixas? In hodiernum ergo certamē veniunt dux Christi Laure-
tius, dux demōnis Decius, & in eis Christus, & Lucifer, mirabi-
le profecto expectandum est certamen, cum certantes validi,
& pugnatōres fortissimi in arenam descendant.

Sed iam secundum videamus, quæ, scilicet, sit causa tāti cer-
taminis, quid quisque eorum assequi conetur. Certē maximū,
ac summum quid. Quod sequentibus verbis Euangelium ex-
plicat, cum ait, *ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, mul-
tum fructum affert.* Tyrannus exigit à martyre, vt viuat, neget
Christum, martyr verò ait, moriar, ne Christum negem. Tyrā-
nus suadet, vt cæli fructu maximo relicto, terrenum accipiat,
ac seruet. Martyr verò æternam vitam consequi vult, & omnia
arbitratur vt stercora, vt Christum lucrificiat. Hæc ergo causā
certaminis est, Christum confiteri, aut negare vitam æternam
lucrarī, aut perdere. Nulla causa huic æqualis in vllō alio certami-
ne fuit, aut esse potest, contenditur enim super Christi ho-
nōre, & cælesti regno. Hinc Paulus. Et illi quidē vt corruptibi-
lē coronā accipiāt, nos autē incorruptā. Et hæc causa fuit, quæ
fecit, vt viriliter se martyres gererent in certamine, quia pro
Christi decertabant honore, & pro æterna vita acquirenda. Ho-
mines quidem erant nobis similes, nec eorum caro ænea erat,
cruciabantur ignē, verberibus, & tormētis, sed cum in eis positi
suspiciebant Christū, cuius causa ista patiebantur, & æternā co-
ronā, eos expectantem, nihili ducebant vniuersa tormenta, su-
perabantque carnis infirmitatem, ac timores, & vltro se in tor-
menta dabāt. Naturali quidem affectu vitam diligebant, & ea
nem volebāt, sed cū Christus amittendus esset, vt vita conser-
uare,

tuaretur, eam libenter profundeabant. Eisque accidebat, quod
mercatori accidere solet, qui ex Indis venit onerata nauī mer-
cibus, ac diuitijs, si enim tempestas oriatur subito, quæ dis-
crimen vitæ afferat, nec vllum superfit remedium, præterquam
nauim exonerare, dicuntque nauē merces in mare proijce, ne
omnes pereamus, pugnant tunc in eius corde amor diuitiarū,
& amor vitæ, & vtrique conseruare vellet, sed cum id fieri ne-
queat, vincit id, quod maius est, & amor vitæ efficit, vt non so-
lū mercēs proijci in mare ab alijs patiat, sed & ipse eas proijcit.
Ita certē martyri accidebat, Homo erat, & humano affectu no-
lumus expoliari, sed superuestiri, vt Paulus ait, nollet quidem
vitam, ac opes profundere, sed oborta tyranni persecutione vi-
det, ipsam mittendam vitam, aut Christum, opes terræ aut cæle-
stem gloriā, tunc id, quod maius est, superat, & vniuersa tem-
poralia exponit, vt cælestia acquirat. Et hoc est, quod Paulus
significat, cum ait. Omnis disciplina in præsentī quidem vide-
tur, non esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum paca-
tissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod re-
missis manū, & soluta genū erigite, & gressus rectos facite pe-
dibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem fane-
tur. Quasi dicat. Omnis tribulatio pro Christo suscipienda nunc
mæroris causa est, sed postea multum, & æternum fructum affe-
ret. Ideo milites Christi manus erigite, quas mortis me-
tus remiserat; genū erigite ne coram idolis curuentur, ne
à recta fidei via declinetis, ne in æternum pereatis. Fide-
litas verò ista martyrum ad Christum Dominum illi maxime
debita est. Cū enim ipse in horto Gethsemani cogitaret mor-
tis suę tormenta, cepit pauere sicut homo mortem; sed videns
eam necessariam esse ad hominum salutem, processit ad inimi-
cos, & in eorum manus se tradidit; & nihil ei omnia videban-
tur præ amoris magnitudine. Et cum in columna ligatus flagel-
laretur, & cruci affigeretur, & intrarent aquæ tormētōrum vs-
que ad animam eius, recordatus salutis nostræ, quæ sic ageba-
tur, sibi dulcescebat, ac barque, nihil hoc est, dū homo Dei gra-
tia restituitur. Simili ergo ratione martyr in tormentis passi-
tus, ac dolens, gaudio perfunditur, cū recordatur, hæc Chri-
sti causa se pati. Hinc mouet Paulus. Deponentes omnē pondus,

Simile.

1. Cor. 5.

Heb. 12.

Heb. 12.

dus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad
 propositum nobis certamē, aspicientes in autorem fidei, & cō
 summatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē
 confusione contempta, atque in dextera Dei sedet. Gaudium
 quod sibi Christus proposuit, ut crucem sustineret non fuit so
 lum corporis sui suscitati gloria, sed gratia, & gloria corporis
 sui mystici. Nos ergo, ait Paulus, simili ratione ducti, curramus
 ad martyria, & tribulationes, Christi enim causa patimur, &
 pro æterna decertamus corona. Si ergo certamen martyrij illu
 stre est propter certantium dignitatem, & fortitudinem, illu
 strissimum etiam est propter causam, qua suscipitur, quæ Chri
 stus est, & vita æterna.

Sed iam tertium videamus, quibus, scilicet, armis in bellum
 procedat tum martyres, tum tyranni, & quæ egregia facinora
 ab eis præstentur; Hoc Chrs Dñs docet ijs verbis, quæ in Eua
 gelio sequuntur. *Qui amat animam suam perdet eam, qui odit animam
 suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Arma pug
 nantium mirè describit Augustinus. Martyr arma defert, spiri
 tualia, quibus anima protegatur. Vnde Paulus. Arma mili
 tiz nostræ non carnalia, sed potentia à Deo. Corpus verò
 illius inermis est. Vnde Paulus, non vos defendentes cha
 rissimi, sed date locum ire. Contra verò tyrannus armis cor
 pus induit, animam inermem relinquit. Hinc illud procedit
 ut quisq; vulnera patiat ea in parte, quæ inermis est, liber vero,
 & sanus in ea, quæ armis induta. Armis induta anima martyris
 sana, liberaq; à certamine procedit in gloriã, corpus inerte plu
 ra patitur vulnera, sanguinē, & vitam fundit. Contra tyrannus,
 quia sine armis spiritualibus processit in pugnam, in anima iner
 mi plura vulnera patitur, dum innumera peccata admittit, & vi
 tam animæ amittit, corpus verò eius integrum, ac sanum relin
 quitur, quia armis indutum erat. Sed hæc diuersitas, quod
 anima spiritualis, & æterna est, corpus vero temporale, &
 ideo animæ sanitas, quæ martyri relinquitur, æterna est,
 contra verò animæ vulnera, quæ in tyrannis sunt, in æteri
 num durabunt, cum eorum supplicio in inferno. At ve
 ro corporis vulnera, quæ martyres susceperunt, breui fer
 uorem acceperunt cum vita ipsa, & gloriosa corpora in resur
 rectione

A rectione accipiet. Corporis vero sanitas, quæ tyrannis
 relicta est, cum vita finem cito accipit. Hæc vniuersa
 Christus Dominus ostendit, cum ait. *Qui amat animam
 suam, perdet eam.* Quasi dicat, qui corpus induit ar
 mis, & illud seruire vult, ne pereat, nec illud exponit
 pro me, cum oportet, perdet illud in æternum, licet ad
 breue tempus seruet, qui verò corpus prederit, ut ani
 mam seruet, accipiet vitam æternam. Mirabile profe
 cto armorum genus vtrumque, quo in bellum procedi
 tur.

Sed rursus arma militum Christi contemlemur, quibus
 eos Christus induit, præclara enim sunt, & consideratione
 digna, aptissimaque ad hanc pugnam. Arma enim, quæ mili
 tem protegere bene debent, talia futura sunt, quæ aduersarij
 armis resistent. Audi ergo aduersariorum arma, ut colli
 gas, quam præclaris armis suos induat Christus. Quæ mi
 rè expendit Augustinus dicens: Duplicem aciem mundus pro
 ducit contra milites Christi blanditur, ut decipiat, terret,
 ut frangat. En duo mundi arma, multa bona temporalia pro
 mittit Christi militibus, si eum relinquant, honores, diuitias,
 voluptates. Simul etiam alio armorum genere vitur, terrore,
 scilicet, & minis tormentorum, ut eos frangat. Contra duo
 ista armorum genera, suos Christus induit duplici armatura
 fide, scilicet, bonorum æternorum, qua facile præsentia con
 temnant, & patientia, qua mala, & mortem libenter susti
 neant. Hoc duplex armorum genus ostendit Paulus, cum ait.
 C Vobis datum est, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut
 pro illo patiamini. Et iterum, imitatores eorum, qui fide, &
 patientia promissiones hereditauerunt. Libet vero, intueri, quo
 modo sancti his armis vsi fuerint, Attende regium athle
 tam dicentem. Renuit, consolari anima mea, omnem
 terræ consolationem abieci, quia memor fui Dei per fidem,
 scilicet, in quo delectatus sum. Attende, quid de magno Moy
 se Paulus dicat. Fide magis eligens affligi cum populo Dei, quam
 temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias
 æstimans improperium Christi thesauro Aegyptiorum.

Fide

Aug. in ho
 mi. de mar
 tyrio.
 2. Cor. 10.
 Rom. 12.

Aug. ser. de
 marty.

Philip. 2.

Heb. 6.

Psal. 76.

Heb. 11.

Fide ergo protexit se ab omni voluptate, honore, ac diuitijs tēporalibus. Accedit nunc dæmon, vt iustum expugnet, & aduersus illum pugnat armis delectationum, dicens, en delicias, pretiosa indumenta, suaues cibos, delectare nunc, gaude, & epulare. Quibus armis se proteget iustus? Fide profectò, quæ docet, plorabit, & flebit vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra conuertetur in gaudiū. Et iterū vā, qui ridetis, quoniā flebitis. Et iterū qui amat animā suā perdet eā. O præclarū armorū genus aduersus omnē tentationē, merito Ioannes ait. Hæc est victoria, quæ vincit mūdū, fides nostra. Et Paulus, sumētes scūtū fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Aduersus terrores, ac minas tormentorum suos Christus induit patientia in aduersis, vt nihil paueant. Hinc cælestis dux, ait. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quasi dicat. B Curat dæmon, animas possidere vestras, & hac de causa tyrannos mouet, vt vos persequantur, vt terroribus victi, ei cedatis, & animas vestras amittatis, vos verò patientia securieritis, & animas vestras possidebitis. Hæc est armatura Dei, qua induendi sumus, vt securi simus in bello. Arma hæc Christus conficit, his suos induit, non sunt ergo arma ita fortia, non scuta fusilia, non arma incantationibus confecta, quæ his valeant comparari. Hinc August. ait, de martyribus, qui his armis induti egregia facta præstiterunt. Putares, quod duraret flamma, non viret, non tam martyrem cruciabant plurima tormenta, quam tyrannum vastabat insania, infligere vulnus curabat martyri, & eum plus armabat, se vero percutiebat. C

Nunc autem videnda restant insignia, egregiaque facinora, quæ his armis circumdatus Laurētius præstitit in pugna. In carcerem coniectus est, sed ibi plurimos sanauit infirmos, & cæcis visum restituit. Quo ostendit, animam ipsius liberam esse, licet corpus vincitū teneretur. Iudici sistitur, & forti animo cum esset, nihil coram impiissimo tyranno timet, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Tunc iudex omne genus tormentorum ante se afferri præcepit, vt illorum terrore victus Dijs sacrificaret. Cæditur primum scorpionibus, & Laurētius ait, has epulas ego semper optaui. Tu quidem o tyranne, amaras misisti in olā colochyntidas, vt me dolore afficeres, sed farinā ego immis-

A immiscui diuini amoris, qua in dulces epulas mutatae sunt, & Christi mei memoriam, qui granum frumenti attritum est, & in farinam versum, quo amara in dulcia mutantur miscui myrrham cum aromatibus meis, sicut sponsa fecit myrrham enim dolorum miscui consideratione cælestium, qua factum est, vt mihi dulce saperet. Deinde flagellis dure ceditur. Sed Laurentius ait. Agnosce miser, quia non sentio tormenta tua, nō mala reputabat, sed bona, licet enim malorum speciem haberent, sed non veritatem. Tunc laminæ ardentes lateri illius admotæ sunt. Sed quemadmodum solis calor maturos reddit terræ fructus, & acres, ac acidi cum sint in dulces mutat, ita diuinus amor dulcorauit acria hæc tormenta, & dulcia reddidit: nec mirum, potens enim est ipsam mortē in dulcedinē mutare. Deinde in catacastas traditus est, quod genus est tormenti, in quo funiculis ligatum corpus distenditur, vt dispartum, ossa à nervis, nervi à carne separentur. Tunc Laurentius orauit, Domine Iesu suscipe spiritum meum. Et vox de cælo ad eum facta est, adhuc multa tibi debentur certamina. Sed cum ei debita dicantur, merito inquirendum est, qua ratione ei debeantur. Certè maiori charitati, & fortitudini plures debentur persecutiones, maiori fidei, & patientiæ plures sustinendi dolores, vt charitas, fides, fortitudo, ac patientia manifesta fiant, & lumen in abscondito non sit, sed super cædelabrum, vt omnibus luceat. Et ideo quemadmodum in diluuiò factum est, vt crescentibus, & inundantibus aquis, arca Noe sursum eleuaretur, & tandem quiesceret super montes Armeniæ, ita confessio eius super cælum, & terram, quo enim plura tormenta, eò plus exaltatus Laurētius fuit.

Demum in craticula ponitur, vt igne torreatur, & affletur, vt Deo sit gratissimus cibus. Rupertus Abbas libro octauo de diuinis officijs, capite decimo ait, Laurentius vnus, & bene notus, de magnis illis piscibus piscis magnus, idemque assus cuius assatura suauiter in tota flagrat Ecclesia, in illo igne quæ bene manducauerat, & biberat, ait Augustinus, tanquam illa esca saginatus, & illo calice ebrius, tormēta non sensit. Ideo de magnis illis piscibus, quos Petrus traxit ad terram, conueniēter hic electus est, qui Christo assaretur, & maxime fortis sequitur fixum,

4. Reg. 4.

Cant. 4.

1. Ioa. 4.

Ruper.

1. Ioa. 4.

tum, accepit oraculum, peruenit ad triumphum, vt dicit Augustinus. Fortiter verò Laurentij martirium clamat ad omnes, vt eum imitemur. Vnde idem Rupertus libro. 4. de diuinis officijs, capite sexto ait. Sicut in primæ ætatis Ecclesia protomartyris Abel sanguis iustus clamat de terra, sic in Romanâ Ecclesia preciosa mors beati Laurétij nouo, & inaudito genere passionis clamauit in cælum, & audita est per mundum vniuersum. Quem clamorem suum ipse sanctus martyr iam præuidens, dicebat Hippolyto. Magis in absconditis, in interiore homine absconde Christum, & postmodum, cum clamauero, audi, & veni. Nos ergo tanto audito clamore eamus cum illo, & moriamur pro Christo. Aliquid patiamur pro eo, cum videamus, tanta Laurentium passum.

Sed percurrendum nobis non est in hac Laurentij craticula, imo diutius immorandum in ea. In qua fuit quasi thus redolens in diebus ætatis. Obtulit enim Deo gratissimū sacrificiū, & holocaustum, cum totus in igne arserit. Et huius diuini sacrificij olim figura præcesserat, cum in Leuitico dictum est. Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æqua simila oleo conspergetur, quam offerens Domino, trades in manibus sacerdotis, qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino. Iure optimo asserere possumus, beatum Laurentium obtulisse sacrificiū craticulæ, dum in craticula affatus fuit. Oleo ergo conspergatur. Sicut oleum ignem plus ardere facit, ita deuotio Dei auget amorem, oleo ergo feruoris conspergatur, quo plus ille affari desideret, quam tyrannus affare. Oleo, & vnctione fieri solet, vt quod affatur, igne non comburatur, & hoc feruore factū est, vt cum in igne esset, anima illius non periret. Et ideo in eo impletum est illud Esaiæ, cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te. Cum enim ignis corpus crucians desideratus à Laurentio fuerit non potuit animā lædere, quæ non læditur nisi ab eo, quod ei aduersum est. Dignus verò fuit Laurentius hoc oleo, & illud meritum fuerat, cum misericordia maxima in pauperes usus fuit. Viro etenim misericordiam hoc auxilium postulauerat regius Psaltes, cum ait, Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vider-

A uersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Merito craticula lectum doloris dicitur, in quo recubuit beatus Laurétius, sed in hoc lectulo doloris Dominus opem tulit illi & oleum misericordiæ in eum effudit, quia ille disperfit, deditque pauperibus, & vniuersum hunc doloris lectum versat, & circuit Christus, vt eum consoletur, ei adsit, illique opem ferat. Sed in eo sacrificio craticulæ, quod olim offerebatur, notandum est. Sacrificium illud fuisse panem confectum ex simila, quæ flos farinæ dicitur, & optimum illius, ac purissimum est, hic panis oleo vngebatur, & sacerdoti tradebatur, qui eius partem capiebat, & super altari comburebat. Vere fuit simila beatus Laurentius, granum frumenti contritū, martyres enim vniuersi in cælo quasi simila sunt, quia nihil maius martyrio sancti putauerunt. Inter hos simila Laurentij eminet, positus in craticula hic panis fuit, vnctus vero fuit oleo, sed quoniam oleo? Illo certe de quo Psaltes ait. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ confortibus tuis. Super omnes martyres hoc oleo exultationis, & lætitiæ vnctus Laurentius est. Sicut oleo pugiles olim vngebantur, ita oleo vnctus est pugil noster, oleum supernatat cæteris liquoribus, & charitas virtutibus. En oleum, quo vnctus in craticula Laurentius fuit, vt hilari vultu, & serena fronte vniuersa pateretur tormenta, quia hilarem datorem diligit Deus. Sed profecto mirum valde est, hilarem hominem esse, dum in tormentis, & igne est. Sed huic dubio facile occurritur, si attendas, quod cum duo agentia contraria agunt in vnum subiectum, quod fortius est, & potentius superabit, & subiectum ad se trahet, etiam si contrarium agens renitatur. Id nunc in Laurentio videre licet. Tyrannus contendit tormentis adhibitis Laurentium contristare, Deus vero oleum consolationis in eum effundit, quid tandem fiet, nisi illud Pauli, super abundo gaudio in omni tribulatione nostra, quia potentior Deus est tyranno. Si omnis creatura voluerit, & curauerit, hominem consolari, Deus vero eum contristare voluerit, contristabitur, vincente, ac superante Deo, qui fortior est. Ita contra fit, vt is gaudio abundet, cui Deus oleum exultationis dederit, licet vniuersa in eum desæuiat creatura.

Vidimus

Rupertus.

Eccle. 50.

Leui. 2.

Esa. 43.

Psal. 40.

Psal. 44.

2. Cor. 2.

2. Cor. 7.

Vidimus iam celebre, & illustrissimum certamen Laurentij ex tribus causis, fortitudine, scilicet, pugnantium, causa pugnae armis, & egregijs fortitudinis actibus. Quartam iam explicemus, & quintam. Quarta erat celebris conuentus principum, qui vt certamen inspicerent, venerunt. Quinam fuere, qui certamini martyrum, praecipue Laurentij affiterunt? Certe vniuersa curia caelestis, & Romana etiam, quae tunc terrae curia erat. Audi, quid Paulus dicat ad eos, qui pro Christo aliqua perpessi fuerant. Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuitis passionum, & in altero quidem, opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti. Ecce quo modo Paulus certamen vocat martyrum passionem. Addit vero, cum illi pateretur opprobria, & tribulationes, spectaculum factus esse. Non dicit, quibus hoc spectaculum propositum sit, quia omnibus caelestibus, & terrenis. Sicut alibi dicit. Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Mirus profecto conuentus principum hic est, qui Christi milites intuetur certantes. Idem vero nos intuetur, cum milites Dei sumus, & pro illius gloria certamus, vel tribulationem fortiter sustinentes, vel tentationi repugnantes, & ideo laborare, & decertare debemus vt strenui milites, quos Deus, & vniuersa caelestis curia pugnantes in stadio intuetur. Si enim inter duo regna bellum gereretur durissimum, & tandem paciscerentur, vt duo nobiles, & praecipui viri eligerentur, qui in arenam descenderent, & inter se pugnarent, & qui ex eis vinceret, non solum sibi aduersarium subiugaret, sed etiam vniuersum regnum illius, vt olim in praelio Dauidis cum Goliath factum est, conuenirent tunc principes vtriusque regni, vt suos athletas decertantes viderent. Et conspectus regis, ac principum efficeret, vt quisque eorum fortiter ageret. Nunc ergo o homo, cum in bellum aduersus daemones venis, non solum pro tua gloria, sed pro Dei gloria certas spectate vniuersa caelestis curia, cuius causam agis, labora ergo vt bonus miles Christi Iesu, strenue pugna, fortiter age. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes, qui speratis in Domino.

Quintum denique, quod illustre reddit certamen est, finis ac terminus illius. Hic vero in fine Euangelij proponitur, cum Christus

A Christus ait. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit, & si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in caelis est.* En terminum certaminis martyrum, esse in gloria, in qua Christus est ab instanti conceptionis, & honorificari in caelesti regno a patre caelesti, ac decorari aurea regni corona, & aureola martyrij, qua insignis reddatur & omnibus honori habeatur. De hoc caelesti honore proxima sequenti concione sermonem habebimus.

Concio secunda, in festo beati Laurentij martyris.

B *Thema. Qui mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in caelis. Ioan. 12.*



C **D**IE M festum hodie agimus vniuersi fideles, sed praecipue Hispani Hispano fortissimo, ac illustrissimo, qui Hispaniae decus est, & ornamentum, & qui fortitudine, ac fide vniuersos Hispaniae duces, ac principes longe superauit. Adeo, vt de eo sanctus Maximus pronunciet, puritate innocentis vitae, fortissimaeque mortis triumpho Apostolico se confortio copulauit. Nec immerito eum Apostolorum supparem praedicamus, cuius & castitas animi Leviticum ministerium dedit, & plenitudo fidei martyrij contulit dignitatem. Eius martyrium celeberrimum, ac dignissimum fuit, De quo proinde clarissimi sancti conciones ad populos habuere. Leo magnus, Ambrosius, & Maximus ad Italos, & Leo ait, quam clarificata est Ierosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio. Augustinus ad Africam populos, Gregorius Nazianzenus, & Chrysostomus ad Graecos. Mirantur omnes sancti inuictum illius animum, Sancti. A a num,

Maximus.
in serm.

AVC
in serm.

Heb. 10.

1. Cor. 4.

Simile.

1. Reg. 17.

2. Tim. 2.
Psal. 30.

num, ac robur, Ambrosius & Augustinus, illum confert tribus pueris, qui in fornacem missi sunt, & aura caelesti recreati. Et ait, vniuersam curiam caelestem tanto spectaculo adfuisse. Emit quidem caeleste regnum, non vili, sed caro pretio, si ea solum, quæ oculis cernitur, consideremus. Vt verò eum imitemur, & ignem, si opus est, sustineamus, ac dicamus cum Plalte: tranſiimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, opus nobis est gratia, quam Maria obtinebit, si eam adierimus humili corde.

Psal. 67.

Virtuti honorem deberi, omnibus manifestum est, est enim virtus diuinum quid, & ideo procidit coram ea vniuersus mundus, tanquam coram re diuina, virtus namque hominem quodammodo in Deum mutat, & propter eam dicitur mortalibus, ego dixi, Diſ estis, & filij excelsi omnes. Nihilominus tamen, mirum valde est, quod Christus dominus nunc ait. *Honorificabit eum pater meus, qui est in caelis.* Licet enim naturali lumine appareat, virtuti honorem deberi non tamen assecuti sunt philosophi (qui diuinam erga homines prouidentiam agnouerunt) homines propter illam à Deo in magno honore, ac pretio haberi. Excedit enim naturalem rationem, quod Deus infinitæ maiestatis vilissimum figmentum magnificat. Vnde Iob diuino illustratus lumine hoc admirans ait. *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?* Sicut mirum esset, si rex maximus vilissimum puerum, & vt vulgo dicitur, terræ filium, magnificaret, ac honoraret, & eum in triumphalem curram eleuaret. Nunc ergo caelesti magistro docente agnoscimus, non solum virtutem ab hominibus honorari habendam, & studiosum virum honorandum, sed & à Deo ipso, *honorificabit eum pater meus.* Sicut olim etià dixerat, quicumque honorauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnit me, erunt ignobiles.

Psal. 81.

Iob. 7.

I. Reg. 2.

Licet vero omni viro studioso hic honos debeatur, præcipua tamen ratione martyribus, & inter martyres Laurentio tanquam illustrissimo martyrum. Cuius rei prior ratio ex diuo Thoma est. Quia martyrium inter omnes actus virtuosos maxime demonstrat perfectionem charitatis, quia

A tanto magis ostenditur aliquis, aliquam rem amare, quanto pro ea rem magis amatam contemnit, & rem magis odiosam eligit. Manifestum est autem, quod inter omnia alia bona præsentis vitæ, maxime amat homo ipsam vitam, & è contrario maxime odit mortem, præcipue cum doloribus corporalium tormentorum, quorum metu etiam bruta animalia à maximis voluptatibus abstrahuntur, vt Augustinus dicit in libro 83. questionum. Et secundum hoc patet, quod martyrii inter ceteros actus humanos est perfectior, quasi maximæ charitatis signum secundum illud Ioannis. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hæc diuus Thomas vbi supra. Hinc Augustinus ait, sancti patres nihil maius voluerunt esse martyrio. Et Theodoretus ait. Hinc est, quod cum multi viri fuerint in mundo celebres, tum victorijs clari, tum regia potestate, nulli eorum nunc honores tribuitur, nullius gloriosum est sepulchrum, nisi martyrum. Vbi enim nunc sepulchrum Alexandri, Iulij, Augusti, aut Pompeij? Memoria verò martyrum durat, & eorū nomina imponuntur fidelibus, & eorū sunt sepulchra gloriosa, quæ ab omnibus inuisuntur, & eorū ossa venerationi habentur. Impletumque est illud Psalmi. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ad illos enim homines accedunt in necessitatibus, & periculis, vt eruantur, & postea redeunt gratias acturi, & figuras cere impressas eis apponunt in beneficii memoriam. Hæc Theodoretus. Vt intelligas, veneratione sanctorum, & reliquiarum antiquissimam in Ecclesia fuisse. Recte ergo colligimus, si virtuti honos debetur, ergo summæ virtuti summus, est verò martyrium præcipuus charitatis actus, ei ergo summus deferendus est honor.

Vidimus, honorabile esse martyrium propter charitatem imperantem. Nunc idem videamus propter fortitudinem elicentem. Fortes enim præcipuo in honore habui in mundo sunt. Licet enim, qui sapientiæ operam dant, & alijs virtutibus ornati sunt, honorentur, præcipue tamen fortes. Et viri, qui vulgo dicuntur famosi, fortes fuere, & quos scriptura vocat viros famosos, gigantes fuere, scientes bellum. Et in omni republica viri fortes præcipuos honores obringerunt, &

Aug. 1. 36.

Ioan. 15.

August. Theod. lib. 1. de mart.

Psal. 138.

Gen. 6. Bar. 3. Et in omni republica viri fortes præcipuos honores obringerunt, &

maxima præmia, in Olimpo, in Romana republica, triumphis, A
 ouationibus, & coronis. Et nunc nobilibus honos deferitur
 propter fortitudinem patrum, & auorum. Et omnis regnorum
 historia de hac re præcipue agit, de fortitudine, scilicet, regum,
 ducum, & militum. Nec solum humanæ historiæ, sed & diuinæ
 enumerant egregia facta regum, ducum, & fortium, quorum
 nomina æternitati mandarunt. Vnde in Regum historia dicitur.
 Hæc nomina fortium David, & ubi eos in catalogum refer-
 fert, & eorum facta. Id ipsum Paulus ad Hebræos facit. Aliquid
 sine dubio magnum in fortitudine later, cuius ratione tantus
 ei honor tribuitur. Sed quid illud est? Ambrosius ait. Nunc de
 fortitudine tractemus, quæ est excelsior cæteris. Sed qua ratio-
 ne excelsior, & honorabilior? Certè multis. Prima fit, quia cum
 virtus versetur circa difficile, fortitudo versatur circa difficilli- B
 mum, quia circa mortem, que est omnium terribilissima. Vn-
 de Aristoteles ait. Præcipue versari fortitudinem, circa mortem,
 animum enim hominis confirmat, ne mortis timore bonum
 deserat. Secunda fit, quia cum dignior sit homo rebus suis, re-
 liquæ virtutes versantur circa res hominis, fortitudo autem cir-
 ca propriam personam, quam periculo exponit, & ideo maxi-
 me laudabilis. Tertia ex Aristotele, qui ait, iusti, & fortes maxi-
 me amantur, quia vtilis maxime sunt, reipublicæ in bello, & in
 pace. Fortitudo ergo habet utilitatem vniuersalem, ad tuendam
 reipublicam, ideoque præcipuo honore eam homines profe-
 quantur. C

2. Reg. 23.
 Heb. 11.
 Ambr. li. 1.
 de off. c. 35.
 Ari. 3. ethi.
 c. 6. & 9.
 Arist. 1.
 Rhet. c. 9.
 Cypri. li. 2.
 epistol. 6.

Si ergo fortitudo honore digna est, martyrium honorabile
 est maxime, quia præcipuus actus fortitudinis est. Cum enim
 fortitudinis sit animum confirmare in bono virtutis, ne eam de-
 serat propter periculum mortis, in reliquis bellis, & certami-
 nis mors certa non est, imo putat fortis, se illaturum alijs mor-
 tem, & licet vitam periculo exponat, non tamen credit, eam
 amittendam. At martyr vitam manifeste profundit. Et confir-
 mare animum vsque ad vitæ profusionem manifestam, maxi-
 mum est opus fortitudinis, & ideo maxime commendabile, ac
 laude dignum. Vnde Cyprianus, o beati martyres quibus vos
 laudibus prædicem? o milites fortissimi, robur corporis vestri
 quo præconio vocis explicem? Vidit admirans presentiam
 titudo

A titudo cæleste certamen, & in prælio stetit seruos Christi vo-
 ce libera mente incorrupta, virtute diuina. Præcipuo ergo ho-
 nore martyres honorandi sunt, quia difficillimum subiere cer-
 tamen, in quo vitam exposuere. Et Ecclesiæ Dei vtilissimi fue-
 runt dum sanguine suo eam plantauerunt, ac tutati sunt, meri-
 to ergo de martyre dicitur. *Honorificabit eum pater meus, qui
 in caelis est.*

Sed quoniam martyrium vnum illustrius est altero, si pugna
 sit acrior, ac difficilior, & diuersæ olim coronæ tribuebantur
 pro diuersitate certaminis, ac fortitudinis, manifestum est, in-
 ter martyres primum locum tenere Laurentium, & ideo præ-
 cipue honorandum. Sicut Ecclesia facit, ei tribuens vigiliam
 & dies octo festiuos. Hoc vero vt manifestum faciamus. No-
 tandum est. Duo in martyrio interesse, charitatem imperantem
 & fortitudinem elicientem, quo ergo maior fuerit in martyre
 charitas, animi promptitudo, ac feruor, & maiora passus fuerit
 tormenta, eo illustrior est, & honorabilior. Omnes quidem
 martyres pro Deo passi sunt, quia martyrem non tam facit pœ-
 na, quam causa vt Augustinus ait. Vnde cælestis magister ait.
 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Omnes
 imitati sunt Iosephum, qui pallium reliquit, ne fidem amitte-
 ret, ita illi carnem, & vitam, ne fidem Deo debitam relinque-
 rent. Sed quidam eorum promptiori animo, maiori alacritate
 potiori charitate, & pluribus perpessis tormentis, & illustri-
 res habendi sunt.

Hæc vero duo in Laurentio contemlemur, maxima enim
 sunt, & quæ illustrissimum illius martyrium reddiderunt.
 Et primo charitatem, ac animi promptitudinem, à qua præci-
 pue martyrii valorem mutuat. Attendamus ergo charitatis fer-
 uorem, ac desiderium, quo ardebat, cum diceret. Quo progre-
 deris sine filio pater? quo sacerdos sancte sine ministro prope-
 ras? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueue-
 ras, quid ergo in me displicuit paternitati tuæ. Attende flamas
 ignitas charitatis scintillas proferentes verborum. Sed non mi-
 nus attendenda sunt verba Sixti papæ eum consolantis, ac
 dicentis. Noli merere filio ego te desero, neque derelinqu-
 maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Nos quasi se-

Aug.
 Mat. 5.
 Gen. 39.

Ambro.

nes leuioris pugnae cursum accipimus, te vero quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus, post triduum me sequeris. Quae verba enarrans Aug. ait. O consolatio. Non ait, noli mæreere fili, desinet persecutio, & saluus eris. Sed noli mæreere, quo ego præcedo, tu sequeris, nec consecutio tua differtur, triduum medium erit, & mecum eris. Accipit oraculum, vicit diabolus, peruenit ad triumphum. Mirabile profecto genus consolationis, quod soli charitati præcipue, ac maximæ dari potuit, plura tormenta patieris, maiora te certamina manent. Quis nunc accederet ad tribulatum hominem, ac diceret, vt eum consolatione leuaret, noli dolere, quoniam post triduum maiores te manent tribulationes. Diceret ille plane, non hæc consolatio est, sed desolatio, consolator onerosus mihi es, & ita plane res habet, si magna charitate præditus non es, sola enim perfecta charitas eam recipit consolationem, si hanc non habes, spiritum Laurentij non habes. Et ideo orat Ecclesia. Excita Domine in Ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius leuita seruiuit, vt eodem nos repleti, studeamus amare, quod amauit. Sed quid amauit Laurentius? Deum, dolores, passiones tormenta pro Deo. Hic spiritus Laurentij fuit. Vnde in medio tormentorum dixit. Gratias tibi ago Domine, quia sic ianuas tuas ingredi merui, nõ solum gratias agit, quod in cælum recipitur, sed quia per innumera tormenta, per cruciatus, per ignem, quia sic expendendum illud sic est. Sed videamus, an hoc sic Laurentij respondeat, conueniatque cum sic Christi Domini. Conuenit certè, nec enim vir tantus à Domino suo dissimilis esse debuit. Audi sic Domini. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, Audi simile sic Laurentij, gratias tibi ago Domine, quia sic ianuas tuas ingredi merui. Simile profecto vtrumque sic est. Sed non sic impij, nõ sic, sed tanquã puluis, quem proijcit ventus à facie terre. Nõ enim per passiones, & dolores, sed per delicias, & voluptates ingredi præsumunt in regnum. Iusti verò per multas tribulationes, quas Dei donum esse putant. Sicut qui ait, vobis datum est, non solum, vt in eum credatis, sed etiam, vt pro illo patiamini. Et ideo gratias Deo referunt pro suscepta tribulatione, quasi pro suscepto

A cepto beneficio. Cum enim dilectionem suam in Deum ostendere velint, hæc vero in tribulationum perpeffione manifesta fiat, tribulationes, ac dolores desiderant, estque illis consolatio quod multa certamina tribulationum eos expectent.

Vidimus immensam Laurentij charitatem, alacritatè, ac animi feruorem, quo passus est. Eandem vero dilectionem in pluribus alijs ostendit, in larga elemosynarum largitione, in inuictò illo animo, dicente, assatum est iam, versa, & manduca. Fortitudinem vero animi quis verbis exprimere valeat? Tormenta, quæ passus est, quis enarrando consequi poterit? Omne genus tormentorum passus est, carceres, flagella, laminas ardentes, catasstas, scorpiones, ignem denique, quo consummatus, atque perfectus fuit. Quædã enim igne consumuntur, vt paleæ, & stipulæ.

B Hinc Sapiens. Quasi stipula collecta synagoga peccantium, & consumatio eorum flama ignis. Alia igne perficiuntur, vt aurum, & lapis calore solutus in æs vertitur, vt Iob ait. En Laurentium, qui ignis calore solutus in æs versus est, quod præclarum sonum dedit, cum ait, versa, & manduca. En aurum, quod in igne rutilat, ac purius redditur. Qui sibi vsurpare potest illud Psalmi. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Sed obijcies forsã, qua ratione Deus non eripuit militem suum à tantis tormentis? Certè vt maiorem conferret misericordiam, maiusque donum, non enim magna misericordia Dei in nos est, cum nos à tribulatione eripit, sed illa verè magna est, cum nos pro illo vsque ad mortem pati permittit. Velles quidem tu

C Deum, qui semper te à tribulatione eriperet, quia perfectus charitate non es. Et otiosus tibi Deus apparet, nihilque agere videtur, cum te non eripit. Ais ad Deum, accelera, vt eruas me. Ille vero non accelerat, pedes non mouet, otiosus tibi videtur, & aliqua ratione ita est. Quia proprium magnanimi est, esse aliquando otiosum, vt Aristoteles ait; quia cum magnis operibus intendere velit, cum hæc non occurrunt, otiosus est. Ita Deus magnanimus maximam volens concedere tibi misericordiam, minimam, quam petis nõ tribuit non te eripit sæpe, quia minor hæc misericordia est. Illa vero magna, quam commendat Paulus verbis superius dictis. Vobis donatum est, non solum, vt in eum credatis, sed etiam

A a 4 vt

Eccles. 21.

Iob. 28.

Psal. 16.

Psal. 30.

Arist.


Philip. 1.

Aug. tract.
27. in Ioa.

Luc. 24.

Psal. 1.

Philip. 1.



vt pro illo patiamini. Illustrissimum ergo virtutis opus martyrium est, & inter martyres illustrissimus Laurentius est, qui maxima charitate maxima tormenta passus est.

Sed nunc merito interrogabis, qua arte poteris particeps esse tantæ rei, qualis martyrium est, quomodò martyr esse aliquomodò poteris, qui in tràquillo Ecclesiæ tempore natus es. Respondet Augustinus. Nemo dicat fratres, quòd temporibus suis martyrum certamina esse nõ possint, iracundiam enim mitigare, libidinem fugare, iustitiam custodire, cupiditatem contemnere, pars magna est matyrij. Et Gregorius ait. Sine ferro martyres esse possumus, iniurias enim tolerare, inimicum diligere, secretum martyrium est. Quodamodò ergo martyrium est, & quadam ratione dicendus ille martyr est, qui id præstat: quod in hodierno euangelio cælestis magister docet, *Qui odit B animam suam in hoc mundo &c.* Qui, scilicet, cupiditatibus resistit, qui mortificat membra sua, quæ sunt super terram, qui crucem tollit, qui tribulationem sustinet. Huius rei ratio ex duo Augustino est. Quia in martyrio duo sunt, quæ martyr præstat. Primum, pati vsque ad mortem. Secundum, Dei dilectio, cuius ratione patitur, & hoc in martyrio præcipuum est, quia martyrem non tam facit pœna, quam causa. Cum ergo quispiam libenter tribulationes sustinet, iniurias tolerat, cupiditatibus resistit, duo præstat. Primum, patitur, licet non vsq; ad mortem, tamen vsq; ad magnam passionem, at dolorem. Secundum, id propter Deum facit, & in eo præcipue Dei dilectio ostenditur, quodamodò ergo martyr est, martyrijque C partem magnam habet, & gratissimum Deo offert sacrificium. Sicut dixerunt Satrapæ ad Achis: Quomodo hic poterit placare Dominum suum, nisi in capitibus nostris, cum eisimus inimici. Dei inimicus homo vetus est, qui ergo hunc mortificat, & crucifigit, Deum placat, eique gratissimus est. Sicut etiam alibi ad David dicitur. Non indiget rex sponsalibus, sed tantum centum præputijs Philistinorum, vt fiat ultio de inimicis regis, hoc Deus exigit ab eo, cui gratiam suam donat, vt præputia prauorũ affectuum amputet, vt fiat ultio de inimico Dei, vtere homine, quem vt ipse crucifigeret, crucifigi voluit, vt destrueret corpus peccati, vt iam non seruiamus peccato.

Hoc

A Hoc ergo est, quod sæpius in Euangelio inculcatur, quod iteratis verbis nobis proponitur, vt homo sibi ipsi vim inferat, resistatque prauis affectibus, nec illis se duci permittat. Hoc vocat Christus iam abnegationem sui dicens, fundamentum esse vitæ spiritualis, qui vult venire post me, abneget semetipsum. Iterum vero vocat violētiam, quam sibi homo infert, cum ait, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: Paulus mortificationem vocat, cum ait. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et iterum vocat crucifixionem, cū ait, qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs suis. Iterum dicit repugnantiam, & inobediētiam appetitui, nõ ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendũ concupiscentijs. Nunc vero Christus vocat odiũ B animæ suæ. Mille modis nobis proponitur hæc sententia, quia valde nobis necessaria est. A deo vt ad hoc gratia nobis concessa fuerit, dicente Paulo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum, Data olim fuit homini originalis iustitia, quæ plenissimè appetitum rationi subdebat, nunc cõcessa nobis gratia est, qua possumus appetitui resistere, si velimus nobis vim inferre. Et hoc est discrimen inter iustos, & iniquos, quod iusti appetitui resistunt, iniqui secus. Vtrique enim rebellionem carnis patiuntur, sed illi eam odiunt, hi verò amant. Sicut ergo vita piscis in eo agnoscitur, si contra ictum fluij conetur, & natet, mortuus vero piscis agnoscitur, cum ab ictu fluij ducitur. Ita vita gratiæ agnoscitur, idum homo carni resistit, qui vero ab ea ducitur, mortuus est. Hinc dicitur: C Torrens Cyson traxit cadauera mortuorum.

Hoc ergo est, quod nos Christus nunc monet, cum ait, *qui odit animam suam, &c.* Sed mire expendit Chrysostomus, non dixisse Christum, qui non patet animæ suæ, qui carni non obtemperat, qui ei non assentitur, hoc enim satis videtur esse. Addit verò maximum, cum ait, qui odit animam suam, quasi, non satis sit, carni non obtemperare, sed illam odisse, ne cesset. Quia quemadmodum quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur, ita & anima, si quid præter Dei voluntatem nobis imperat, acriter reiicienda est, odienda, nec villo modo ferenda est.

A a 5 Sit

Luc. 6.
Mat. 16.
Mat. 11.
Rom. 8.

Gala. 5.

Rom. 6.

Rom. 6.

Simile.

Iosue. 5.

Chryf. hom.
66. in Ioan.

August. lib.
de honesta.
mulier. &
serm. 60. ad
fratres in
Eremo.
Gre. ho. 35.

August. in
Psal. 34.

1. Reg. 29.

1. Reg. 18.

Simile.

Sit nobis hac in re exemplum, quod castæ virgini accidera se-
let, quæ si impudicas literas recipiat, quas sibi serua nequam de-
fert, non solum eis non delectatur, sed rumpit, sed discerpit,
& seruam verberibus percutit, ne similia ad se deferat nuncia.
si qua vero virgo eas acciperet literas eisque delectaretur, eas
perlegeret, licet diceret, nolle se, quippiã mali agere, facile ma-
lum perpetraturam, diceremus. Cum caro blanditur, cum ani-
mæ suggerit prauas cogitationes, vt abstracta, & illecta malo cõ-
sentiat, an non serua accedit nuncia inhonestæ, literas impu-
dicas deferens? Si tu blande carnem excipis, si nihil illi mali fa-
cis, aut dicis, si cogitationibus prauis delectaris, licet non mo-
rose, an non signum das propinqui in peccatum casus? Quid er-
go factu opus est? Certè odi carnem tuam, eã auersare, iniquo
animo sustine cogitationes prauas, corpus tuum, in seruitutẽ
redige, ne similia tibi deferat nuncia, & dic, ego faciam, vt po-
tius cibum cogites, quam delicias. Sicut Hilarion dixit, referen-
te Hieronymo in eius vita. Nostra hac tempestate vir fuit mihi
valde notus, qui carnales cogitationes sic excipiebat. Dicebat
corpori suo, caue, ne talia cogites, quod si ter admonitum non
parebat, durissimis se flagellis verberabat, donec vires deficeret
sicque factum est, vt dum carni suæ diceret, caue, tremere, &
omnem repelleret cogitationem turpem. Primum ergo ca-
ro, & eius cupiditas nobis superãda est, illa enim est, quæ nos re-
liquis inimicis tradit diripiendos, illa armamentum est, quo re-
liqui inimici nos superant, quæ si nos non deceperit, nihil ma-
li ab alijs inimicis in nos veniet. Sicut sine Dalida nihil mali in-
ferre potuerunt Philistei Sampsoni, illa eum ligauit, illa hosti-
bus tradidit. Ita caro nos ligat, nosque dæmonibus diripendos
concedit, odienda ergo, & reijcienda est.

Sed quoniam difficilis hæc pugna in carnem est, quia eã di-
ligimus, proponitur nobis exemplar Christus Dominus, qui se
dicit frumenti granum, quod nisi mortuum fuerit, solum ma-
net, si vero mortuum fuerit, multum fructũ affert, & omnibus
nobis loquitur, qui mihi ministrat, me sequatur, vt illuc perue-
niat, quo ego sum, & gloriam, & honorem Dei assequatur.

Nunc ergo granum istud contemplemur, quod ait. *Nisi granũ
frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ manet, &c.*

Dixe-

A Dixerat prius, venit hora, vt clarificetur filius hominis, expli-
cat continuo, qualiter facienda sit hæc clarificatio, per mortẽ
nempe, quia sicut tritici granum in terra seminatum non mul-
tiplicatur, nisi moriatur, ita verbum Dei cadens in terram, ho-
mo factus, nisi per mortem non multiplicabitur, mortuus ve-
ro multum fructum dedit, iuxta illud Esaiæ, si posuerit pro pec-
cato animam suam, videbit semen longeuum. Optime notat
Origenes, Iudæos existimasse, morte Christi se effecturos, vt
nomen eius de terra deleteretur, at contra euenit, sic enim clari-
ficatus, & multiplicatus est. Illi aiunt, venite mitta-
mus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuen-
tium, & nomen eius non memoretur amplius. At contra Chri-
stus ait, si mortuum fuerit, multum fructum afferet. Sicut ergo
potuit Deus alia via frumentum multiplicare voluit tamen, &
ordinauit, vt seminatione, & morte grani id fieret. Ita potuit
alia via homines redimere, ordinauit tamen, vt morte filij sui id
efficeretur, & ideo hac via factũ est. Qua in re attendit præclare
Chrysostomus, diuersitatem regni Christi ab alijs regnis, & re-
gibus. Alij enim reges in vita sua soli non sunt, sed plurima eos
ministorum turba circundat, tunc eorum splendet gloria,
tunc eis statua eriguntur; tunc leges eorum seruantur. In
morte vero soli relinquuntur, & perit memoria eorum
cum sonitu, tunc eorum abrogari leges solent, euerti statua,

B Ceo gloria eius. Contra vero Christus rex, in vita solus est, in
morte tamen clarificatus est, & multum fructum attulit. Tunc
ei statua, & imagines eriguntur, tunc eius leges promulgan-
tur, & seruantur, tunc generationem eius quis enarrabit?
tunc Angelis, & sanctis comitatus regreditur cum dua-
bus turmis, velut alter Iacob. In hac vero regni Christi, & mun-
di diuersitate ostenditur diuersitas iusti, & peccatoris. Peccato-
ris enim regnum de hoc mundo est, hic floret, hic clarifica-
tur, hic comitatus incedit, famulis stipatus, gloria ornatus, at
in morte ab omnibus derelinquitur, solus manet, nec descen-
dit cum eo gloria eius. Contra vero iustus in hac vita solus est
tanquam granum frumenti, dum viuit, in morte vero multum
fructũ affert. Et ideo Sapiens ait, In malitia sua expellet impius,
sperat

Esa. 53.

Orig. homil.
8. in Iere.

Sap. 2.

Chryf.

Psal. 48.

Prou. 14.

Hiero.

Iud. 16.

spert autem iustus in morte sua. Tunc enim fructum plurimum dabit, tunc solus non erit, tunc enim Angeli suscipiunt animam Lazari, & ducunt in sinum Abrahamæ, tunc opera eorum sequuntur illos, ut Ioannes ait, tunc laudant eum in portis opera eius, tunc gloria filia regis, quæ ab intus erat, apparet.

Sed iterum attendamus hoc granum frumenti, quod est diuina persona quæ tunc in terra seminata est, cum verbum caro factum est. Et mortuus est, ut nobis vitam donaret, nostram assumpsit mortem, ut suam donaret vitam, fecit è cælo terram, ut terram faceret cælum. Attende minimum illud granum, quod ait, vermis sum, & non homo, exterius quidem paruum, intus vero, & in virtute maximum, & infinitum, quia acerrimus magnus est tritici, quo mundi vniuersi fames ablata est, factus est cibus hominum, nec sumptus consumitur. Est enim frumentum illud immensum, quod olim seruauit Ioseph, ut Ægypto, & mundo cibus esset. Hoc granum portat vniuersa verbo virtutis sue. Cecidit in terram, ut nos erigeret, pauper factus est, ut nos ditaret, esuriit, ut nos satiaret, oportuit, ut moreretur, ut horrea Dei impleret. Ex huius grani morte omnis gratiæ, & gloriæ fructus collectus est. Sicut enim ex radice arboris indecora, & foeda procedunt omnes rami, flores, ac fructus. Ita ex Christo in cruce posito, cui non erat species, neque decor, sed ascendit sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, ut Esaias ait, omnis Ecclesiæ pulchritudo pullulauit. Ne ergo despicias radicem indecoram, ex ea enim omnis pulchritudo cælestis Ierusalem processit, nec illa solum, sed omnis gratia, omne donum cæleste, quod hominibus conceditur, fructus est grani huius emortui.

Sed mirum valde est, quod se dicat solum, si homines secum non habeat, ait enim, *ipsum solum manet*. Quomodo, Domine, solus eris, si mortuus non fueris? Certe quia homines salui non erunt. Sed licet homines tecum non habeas, cur solus eris; an non millia millium Angelorum ministrant tibi, & assistunt coram te non ergo solus es. Attende Christi sponsi in Ecclesia suam dilectionem præcipuam. Solum se dicit, si hominum Ecclesiam non habet, licet Angelos innumeros habeat. Sicut enim Adam solus dicitur fuisse, antequam Eua produceretur, licet

Luc. 16.
Apo. 14.
Pron. 31.

Psal. 21.

Gen. 41.

Esa. 53.

Gen. 2.

A licet innumera animantia ad eum adduxerit Deus. Unde ait, non est bonum, hominem esse solum. Ita sacramentum hoc magnum est, ego vero dico in Christo, & Ecclesia quia Christus Dominus solus dicitur donec ei adiungatur Ecclesia hominum. Vxor quidem solam se dicit, dum vir in domo non est, licet plures ei sint famuli. Ita & vir solus est, dum vxor absens est, licet plures adsint ministri. Ita Adam solus dicitur, cum Eua formata non est. Ita Christus solum se nominat, dum hominum Ecclesiam secum non habet, licet Angelos plures habeat. Potiori vero ratione anima solam se reputare, ac nuncupare debet, si absque Christo spòso sit. Unde Hieremias ait. Quomodo se det sola ciuitas plena populo. Sola dicitur, quia sine viro suo Deo. Licet ergo vniuersa, quæ mundi sunt, habeas; solum te dic, si Deum non habes, Christus Angelis stipatus solum se dicit, si te non habet, & tunc demonibus circumdatus solus non diceris, si absque Christo es? Audite verbum Domini, ait Hieremias. Nūquid solitudo factus sum Israel, aut terra ferotina, quare ergo dixit, recessimus, non veniemus ad te. Quasi dicat. Num solus est Israel, cum ego ei adsum? Num tunc non præclarè commitatus, cur ergo à me recedis?

B dic, si Deum non habes, Christus Angelis stipatus solum se dicit, si te non habet, & tunc demonibus circumdatus solus non diceris, si absque Christo es? Audite verbum Domini, ait Hieremias. Nūquid solitudo factus sum Israel, aut terra ferotina, quare ergo dixit, recessimus, non veniemus ad te. Quasi dicat. Num solus est Israel, cum ego ei adsum? Num tunc non præclarè commitatus, cur ergo à me recedis?

Sicut ergo Christus ut fructum det, mortuus est, ita homo mortificari debet, ut fructum referat. Et ideo subiungit Christus. *Qui amat animam suam, perdet eam, qui odit animam suam, in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ut ex-*

ergo eam custodiamus, hic moriamur; & sic moriamur, ut in hoc mundo, in vitam æternam custodiamus eam. Ut ex-

Cur ergo à me recedis? Sicut ergo Christus ut fructum det, mortuus est, ita homo mortificari debet, ut fructum referat. Et ideo subiungit Christus. *Qui amat animam suam, perdet eam, qui odit animam suam, in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ut ex-*

In Assump-

Ephes. 5.
Simile
Thre. 1.
Hier. 2.
In-
Assump

Concio Prima in Assumptione ne Beatæ Mariæ virginis.

*Thema. Maria optimam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea. Lucæ. 10.*



QVI in regis curia consanguineum habet regi charum, vel in regis domo matrē suā amantissimam, auxilium sibi certum in negotijs futurum sperat. Assumpta hodie in cæli aulam Maria est mater nostra, Auxilio ergo nobis erit. Ideo ad eam Ecclesia ait, monstra te esse matrem.

Simile.

Quod si mater in India versaretur, & ingentem auri, & argenti copiam haberet, filios vero pauperes in Hispania reliquisset, indubie eis mitteret pecunias multas. Cui dubium esse poterit, quod mater nostra Maria, quæ in cælesti regno diuitijs abundat, nostri memoriam habeat, ac dona mittat filijs. Vt sicut dicimus, omne datum optimum, & omne donū perfectū de sursum est, descendens à patre luminū, ita & à matre luminum descendere, dicere possumus. Cum in dubium vocaret Esther, ad regem ingredi, vt pro populo suo oraret, ad eam Mardocheus ait. Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? Venit hodie Maria in regnum, nouit verò illa, non solum sui causā in regnum venisse, vt regno fruatur, sed etiam vt negotia nostra per agat. Sicut enim filius eius ascendit in cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis, ita illa ascendit, vt aduocatam hominum ageret. Ad eam ergo accedamus, salutantes, Aue Maria.

Iaco. 1.

Ex festis diebus, qui sanctis dicati sunt, præcipuus hodiernus est, quia beatæ virgini dicatus, quæ sancta sanctorum est, & in ter illius festa hoc præcipuum est, quia reliquorum finis, & con

A & consummatio. Celebramus nunc gloriam, triumphum, & coronationem Mariæ. Hodie arca veri Noe vndis iactata diluuii, tandem requiescit super montes Armeniæ. Hodie reducitur arca à Philistiis in Bethsames, id est, domum solis, vitulis mugientibus, quia eam non sequuntur. Hodie arca, quæ huc usque in tabernaculis, & papilionibus habitauerat, reponitur in magnificentissimo Salomonis templo. Hodie Salomon confedere facit matrē ad dexteram suam, promittens ei exauditionem in omnibus rebus. Hodie Esther corona regni insignitur, quia super omnes placuit mulieres. Hodie Iudith regreditur Bethuliam, & summo excipitur gaudio, quia caput amputauit Holofernis. Hodie impletur illud Genesis. Laudauerunt Sarai principes apud Pharaonem, & sublata est mulier in domum Pharaonis. Hodie facta est pulchra vt luna plena, quæ prius eclipsum dolorum passa fuit, Hodie quæ plus omnibus se humiliauerat, exaltatur super omnes, vt tantum ascendat fons, quantum descenderat prius. Hodie fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit, & in lucem, solemque conuersus est. Hæc est regina Esther. Et tandem vt Damascenus ait. Hodie virgo quæ erat animatum cælum, nō in terram versa est, sed in cælestibus collocatur. Et quæ huc usque in omnibus optimā partem elegerat, in morte similiter facit. Quod in alijs optimam partem elegerit patet nam bonū est, post natiuitatem gratia sanctificari, melius in vtero, optimū in conceptione, hoc est, quod Maria elegit. Bonum est penitere, melius grauer non peccare, optimum nec venialiter delinquere, hoc Maria, elegit. Bonum est matrimonium, melior virginitas, optimum fœcunditas matrimonij cum virginitate, hoc elegit Maria. Nunc ergo in morte optimum elegit, cum præ amore filij mortua est, & die tertia suscitata æquā filius, & in cælum assumpta. Nec vero mirandum, Mariam in omnibus optimam partem elegisse, est enim illa cælestis Ierusalem, de qua Psaltes ait. Adipe frumenti satiat te. Alijs enim licet vici na cōcedatur, sed furfuribus admixta, Mariæ vero farinæ adeps sine vlio fursure.

Immensa verò gloria est, qua hodie ornat Maria, sicut summa fuit

Gen. 8.

1. Reg. 5.

3. Reg. 8.

3. Reg. 2.

Esther. 2.

Iudith. 13.

Gen. 12.

Esther. 11.

Psal. 147.

fuit illius gr̄atia ac m̄rita, quæ hominum captum omnino superant: Sed vt rei tantæ vestigium aliquod inuenire possimus. Notanda est doctrina Diui Thomæ. 1. p. q. 25. Quo loco interrogat, vtrum potuerit Deus meliores condere creaturas, quã condiderit. Et respondit, ad infinitam Dei potentiam pertinere, vt meliores, & perfectiores creaturas condere possit. Sicut enim potentia illius finis non est, ita nulla excogitari potest creatura, vt meliorem facere non possit. Si vero curiose inquiras, cur ergo meliora non condidit, cum potuerit. Respondeo in duos fines creaturas ab eo ordinatas, primum, vt hominis necessitati accederet. Secundo, vt hominis cor in Deum ducerent, propter primum eas bonas condidit, & valde bonas, sed secundum attendens, meliores facere noluit. Si enim nunc cor hominis in creaturis detinetur, eisq; nimium afficitur, quid obsecro, faceret, si multo essent præstantiores. Sed iterum interrogat diuus Thomas, licet in vniuersum loquendo meliores creaturas Deus condere potuerit, condidit ne aliquas ita præstantes, vt meliores facere non potuerit, nec habuerit quoutra progredetur ipsius infinita potentia? Respondet tria huiuscemodi à Deo condita esse, & illa sunt, gloriæ beatorum, Christus homo, Maria mater. Hæc enim adeo sunt magna, vt quo ulterius progrediantur, non habeant. Sed obijcis. Hoc dicto limitem posuisti diuinæ potentia. Respondeo, imo quia infinitus Deus est, & magnitudinis eius nõ est finis, ideo illa tria meliora esse non possunt. Si enim præstantiora esse possent, aliquid Deo præstantius inueniri, & excogitari posset, & quia Deo nihil excellentius esse potest, ideo illa tria excellentiora esse nõ queunt. Etenim melior possessio quã Deum possidere esse nõ quit, & hæc est beatorum gloria. Melior homo, quam Deus homo, esse non potest, quia suppositum est diuinum. Melior mater in ratione matris quam Maria esse nequit, quia melior filius cuiquam dari non potest quam Christus, dignitas verò matris à filij dignitate magnitudinem habet.

Quid ergo Maria est? Certe creatura, sed tanta, vt dignitatẽ habeat infinitam ab infinito filio. Sicut enim potior iudicatur & dignior mater principis, quam mater nobilis viri, & mater regis, quã mater principis, & Augusta imperatoris, vniuersi mundi

A mudi mater, quã mater regis, ita quã mater Dei est infinita pollet dignitate, quia infinitus ei filius est. Sicut ergo infinita dignitas patris æterni est, de qua ille infinite gloriatur, quod eius filius infinitus sit. Ita suo ordine, ac gradu infinita dignitas Mariæ est, quod eundem habeat communem cum patre filium. Sicut enim pater principium substantiale est filij, ita & Maria, licet secundum diuersam naturam, eiusdem tamen filij. Dubitant aliqui an Maria ad eò bona mater dici debeat, ac bonus est pater æternus. Et certè diuersa admodum generatio est, & diuersa natura, quam pater filio dedit ab ea, quam mater dedit, & à generatione, qua illa genuit, & hac in re excedit, æternus pater Mariam matrẽ. At verò si duntaxat filium ab vtroque genitum attendamus in nihilo pater excedit matrem, idem enim filius est ab vtroq; genitus, & hac ratione ad eò bona mater Maria est, ac æternus pater. Magna plane, & infinita dignitas, nõmen super omne nõmen, quod creaturę dari potuit, matris Dei nõmen. Hunc cum Mariæ typum in præclara quadam ciuitate ostendisset Deus Ezechiel, in omnium, quæ de ea scriptis sine, ait. Et nõmen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem. Quasi dicat, Multa erant perampla, ac magnifica in ciuitate illa, sed quod supremum in ea erat, quod illustrius, quod ei nõmen inclytum dabat, id erat Dominus ibidem, quod in ea Deus habitabat, quod Dei domicilium. Ita licet plura magnalia in Maria sint, sed supremum omnium est, quod mater sit Dei, quod Deum ventre, & mente conceperit.

C Ex quibus colligitur. Cõsiliium in ijsse diuinam sapientiam, ac tres diuinas personas cum Maria mater condenda fuit, & necessarium fuit singulare consiliium, vt ea conderetur. Nec solũ consiliium adhibitum fuit, verum, si sic loqui fas est, quasi dubia, anceps fuit diuina sapietia in Mariæ constructione. Quod verbum, quia durum est, mox explicabitur, vt nulla in Deo imperfectio sit. Vis hanc videre cõsultationem, ac vt ita dicamus, perplexitatem? Audi sponsum, qui diuina sapientia est loquentem, ac consultantem. Soror nostra parua, & vbera non habet. Quid faciemus! orori nostræ, in die, quando alloquenda est? Quasi dicat. Nunc Maria paruula est, filium non genuit, vbera non habet, & ideo nunc dubium non est, quid ei faciendũ sit. Sed cito veniet aureum illud tempus, quando alloquenda

Sanct. Bb est,

Ezechi. 48.

Cant. 8.

est, id est, quando ad eam mittendus est Angelus Gabriel, ut nūcium ei deferat maximum, quando Dei mater futura, quando vbera habebit, quid ergo ei faciem? in illū diē? quib? eā ornāmentis ornabimus? quib? bonis ditabim? En cōsultatē diuinā sapiētīā, & quasi hærētē, ac dubitatē nō quia dubitet, sed quia hoc loquendi modo mysteriū maximū innuat. Sed quæ nā causa dubitationis, & cōsiliij est? Duplex certē. Prima quia in Maria diuersa admodū, & inter se pugnātia cōstitutēda erāt, & ideo cōsultatione opus fuit. Sicut enī cū lis tibi est, & multa scripta sūt à tabellione, & plura aduersa, & inter se cōtraria, & anfractibus, ac duobus plena, cōsiliū adhibes plurimum iuris cōsultorū, vt absconditā veritatē eruāt in lucē, & inter se pugnātia cōciliēt. Ita omnino De? noster agere solet. Et ideo cū vniuersa cōdidit, in quib? cōtrarietas nulla erat, nihil aliud dixit, nisi producat terrā herbā vi-rētē, & producat aq̄ reptilē animę viuētis. Sed cū ad hominis creationē deuenit, cōsultatione singulari vsus est, dicēs, faciam? hominē &c. Et quā d? causa in hac re cōsultationē adhibuit? Certē quia in homine plura inter se aduersa cōstituiere voluit, animā spirituale, in carne mortali appetitū rationalē, & brutū. Simili d? causa cū Maria cōdēda fuit, cōsultatio est adhibita, quia plura sibi inuicē cōtraria in ea iūgēda fuerūt, qualia sūt, virgo & mater, filia & parēs, genitrix creatoris, filia Adæ sine eius macula. Res profecto digna consilio est, quo pacto hæc conuenire possint.

Secūda verō eiusdē cōsultationis, & quasi hæsitationis ratio fuit, quia cū dignitas infinita Mariæ collata sit, dum Dei mater effecta est, De? vero pro muneris dignitate gratiā, ac dona cōferat, iuxta illud Pauli, qui idoneos nos fecit ministros noui testamēti, merito cōsultat, ac quasi dubitat, quid faciemus sorori nostræ in die, quādo alloquēda est? Dignitati enim infinite cōuenire videt gratia infinita, & dona immēsa, hæc verō pura creatura nō capit, quid ergo faciem? ei? Similē cōsultationē in Chri humanitate, & ei collatis donis videre facile est, si illa verba attēdas quæ Assuerus dixit ad Amā in huius rei figurā. Quid fiet homini, quē rex honorare desiderat? Meritō dubitādū hoc est ac cōsultādū, quæ erūt dona, quæ in humanitate ea collocāda sūt, quā Deus sibi in vnitatē suppositi assūpsit. Ita de Maria cōsiliū agit, quid faciemus mulieri, quā De? honorare decreuit, cuius filius tutur? est ei subdit? Certē si vniuersa humana sapiētia ad hoc cōsiliū

A cōsiliū accederet, diceret, nescire se hac in resolutionē inuenire. Si enim nūc omnib? nobis proponeretur, scitote, quod De? homo fieri vult, matrē verō quærit tāto Deo dignam, vos ergo nūc eā fabricate, & dicite, quibus donis ornāda est tāti Dei mater. Certē cū plura dicerem?, tādē dicere oporteret, omnia ista parua sunt, quæ excogitare valemus, diuina sapiētia domū sibi ædificet, matrem sibi cōstruat, nulla enim humana sapiētia est, quæ rem tantam attingere possit. Sic enim de tēplo Dei, quod Mariæ figura fuit, sapientia Salomonis pronunciauit, quis præualebit, vt ædificet domum nomini Dei nostri? & ideo domus ista, quam ædificauit digna non est tanto nomine, vt Dei domus dicatur: sed tantum vt in ea adoleatur incensum Domino. Sed quid mirum humanam sapientiam hac in re superari, cum diuina sapientia consilium ineat, & quasi dubitet, quo modo fabricanda sit, quibus diuitijs ornanda?

Sed ais, hæsitatione ne in hac re diuina sapientia? Nequaquā: hæsitatione enim ignorantis est. Sed quemadmodum ad alia mysteria significanda humanis affectibus Deum duci sæpe dicitur. Ita nūc dubitasse significatur, consultasse, ac inquisisse, vt per hæc ostendat, immensa dona illa esse, immensam gratiā, ac gloriā, quæ Mariæ collata sunt, & quæ hominum intellectum superant. Vnde Anselmus libro de excellentia virginis, capite. 5. & 6. ait gratiam, & charitatem Mariæ excedere Angelicam cognitionem. Hinc Psaltes. Nunquid Sio dicet, homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, Sion, in qua homo natus est, qui eam fundauit, Maria est, hanc vero explicare, eius diuitias dicere, aut cogitare homo non valet. Deus enim magnificus est, & magna dat dona etiam cum pauperi tribuit, quia donans magnus est. Sicut Alexander pauperi dedit quinquaginta talēta, quia Alexander erat. Cū ergo matri gratiā, ac gloriā dedit, maximā profecto, & quæ humanum captū superant, concessit. Quia ergo dignitati infinite matris Dei dona Mariæ proportionari debent, summa illa sunt, & si nosse desideras, quāta eius gratia fuerit, scito, gratiam matris Dei inuenisse. Si scire cupis, quomodo oraret Maria, scito, quasi matrē Dei eam orasse. Si deniq; reliqua omnia, & demū illius gloriā immensam, ea certē omnia ista fuerunt, qualia esse oportuerunt, quæ matrem Dei spectabant. Vniuersis sceminis, quæ intraturæ erant ad

Simile.

2. Cor. 3.

Esther.

2. Para. 2.

Ansel.

Psal. 86.

Esther. 2.

Affuerum, dabantur ornámenta, quæ volebant. Quid obsecro A daretur Esther reginæ iam factæ? Si reliquis sanctis plurima col lata sunt dona, qui tamen sunt quasi pedisequæ Mariæ, quid re ginæ Mariæ conferendum non fuit? Summa ergo illius gratia im mensa eius merita, & ineffabilis gloria ei hodie concessa, nõ in anima solum, verum etiam corpore, in quo assumpta est.

Sed hanc gloriæ Mariæ immensitatem aliquo modo expli cemus per partes, quoniam simul eam nõ capimus. Diuersi tas bonorum huius vitæ, & futuræ est similis diuersitati, quæ est inter terram, & cælum, sicut enim palmo terræ respondet ce li longissimum spatium, ita bonis, & consolationibus, quæ in terra sunt respondet in cælo copia maxima, ac superabundans. Licet ergo plurima dona perceperit Maria in hoc mûdo, sed vi debat Deum in speculo, & in ænigmate, posteriora Dei vide bat, non faciem, vmbra, non corpus, guttas percipiebat, nõ fontem. Sed anima à carne soluta, & in cælum ingressa, finge gloriam ei collatam paulatim, nõ simul, vt collata fuit. Sed nũc eam contemplare, cum ad infimũ gradum gloriæ peruenit, & vidit Deũ facie ad faciẽ. Cum ibi gradum figeret, tũc vidit, & mirata est, affluit, & dilatatum est cor eius, & dixit. Tanta ne res Deus meus erat? tanta bona mihi parauerat! adeo supremã gloriã mihi seruauerat! adeo gloriosus fructus laborum meo rum erat? Condignæ non erant vniuersæ passiones ad gloriã tantam, nunquam cogitatione mea affecta fueram, hanc esse immensam gloriã. Aliquãdo in terra eò perueni, vt amplius quid non videretur restare, cum enim in vtero concepì Chri stũ, exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, tũc enim dis rupti celi sunt, & in me effuderunt omnia bona sua. Immensam letitiam habui, cum Christum in vtero gestauì, cum oculos in me conuertens videbam cælestem in me absconditum esse the saurum. Cum verò eum peperì, vidi, contrectauì, & ample xata sum, summo sum affecta gaudio. Quid dicam de ea lati tia, quam suscepì, cum eum gloriosum, suscitatuque vidi? Sed illa omnia, si cum hoc gaudio, quo nunc potior, conferantur, nihil sunt. Tunc beatã plene non eram, nunc verò beatissima sum. Tunc videbam filij humanitatem pulcherrimam à me vt à monte excisam, nunc verò diuinam video, à qua ego excisa sum,

A sumi qua visâ sic delectati, vt beata essem, etiã si humana filij p tura à me auferetur. Sed audi diuina beatissima, nõ hic locus tuus est, nõ hæc tibi parata mansio est, super hoc locus tibi serua tus est, nec in diuidua numerabimus, quia plurima sunt, nũc in infimũ gradum gloriæ peruenisti, supremus vero gradus paratus est, ascende nũc ad chorũ confessorum, & innumeros, qui in gred sunt præsidi, & ad chorũ virginum procede, & in hanc marty rũ chorũ, inde ad Apostolorũ ordinem, in beatiores, & in que vniuersos Angelos, Archangelos, Dominationes, Principatus, Virtutes, Thronos, Cherubinos, & Seraphinos, qui pãtũ indu mentũ sunt. Sic ut enim ex cælestibus corporibus maiore inofata Deus cõdidit, quia perse Chora sunt corpora, ita ex Angelis plu rimi conditi sunt, quia præstantissimi, & eadem de causa di uersa admodũ gloriã donati. Sed vniuersos fortissimè, & Ange lorũ ordines superare debes, quia merito tuo Gaia sunt. Nullus est confessor tibi non conferret, tibi enim delicta tu pe nitentiã egeris, tunc erã omniã carnis peccata. Nullus vniũ cõ ferri tibi valeat. Nullus martyr tibi similis, tunc vitam sup obu lens pro hominũ salute, & patris gloriã. Nisi Apostoli, nõ Che rubini, aut Seraphini, quia licet multa sint cõgregatio, sed diuinitas, sed in superne flacis in dicitur. Ne cõmimmas homi nũ extedis, sed & vniuersos Angelorũ ordines. Nullus Ange lus puritatem eã cõferri valeat, nullus Thronus, cõturbat. Nõ tuus ille mirabilis, de quo scriptũ est, non est factus huius opus in vniuersis regniã terra. Nullus Cherubimorũ tibi cõferri po test, quia patris cõcepti sapientiam, & ideo omnibus sapientior. Nullus Seraphinorũ tibi similis, licet enim illi charitate ardēt, sed quamplur, quæ ignis cælestem in vtero postuisti, & postu re ampliatas, nõ solum vniuersos cælestes Maria superat, sed in mense excedit, quæ regina ministras. Quæ totos seroi Mariæ gloriã, quãta gloriã nõ tibi se videat in numeros, quæ omnia quæ reo est. De quibus iussit David, & Augustinus vniuersos tibi subdi tos, vt de hac subditũ multitudinem in inter gloriã in se. Ma ria iure gloriã in numeros vidēs subditos nõ pauperes, sed mi nister quosque, & reges in throno, quia dicitur ad alterũ ait. Hæc Aquila gradis, & ita in assumptio. Quia dicitur subditus in inter Angeli dicitur, quæ dicitur de cælesti no dicitur, quæ dicitur in iura fu

201. p. 104
3. Reg. 10.
: d. 13

per hunc lectum. Quasi dicant, quare ista est, quae ascendit super
 omnes caelos, & alio proxima est Deo, ut ea contingat, et in
 ratur, id de corpore filij sit, sicut ille ad dexteram patris. Sed mita
 ad valde est, quod aliquid noui contingat cali ciuibus, quid
 enim ita magnū esse potest, ut in admirationem rapiat, postquam
 despicit, quod in oculis videre possunt hi, qui diuinitatem sapie
 riā clarē ablen hinc haec omnia sunt, quae fuerūt, sunt, & erūt,
 & quae impossibilia sunt. Hinc Greg. quid nō videt, qui videt eorū
 nia videt. D. Tho. Respondet. Vtque ad mundi finē noua quae
 dam tempore fuerūt, quae Deus sanctis Angelis ostendat, ut
 dispositionem inuisionem. Licet ergo in visione diuina essentia
 nulla sit varietas, sed eade semper perseuerat, quae tamen non
 promerit, & ostendit, iam enim multa ab initio eius nō exclaim, &
 quae ante nōo habetaturas, & eas praecipue, quae maximas diuina
 in quibus seram Deus ostendit gloriam, ac mirabilem diuina
 pietatis dispositionem. Et tunc se totum eis clarē videndū pat
 deat, sed nō omnes creaturas ostendit, nec omnes diuina dispo
 sitionem circa eas. Et deinde sciendū est, esse admirationem, quae
 est dignitatem respectu procedit, & aliam, quae non ab ignorantia
 sed a magnitudine rei, quam admiratio illa: scripta est sic, illi
 id est mirantes Angelos. Omnia sunt a se dependentia, & dicitur
 regis quae est ista? qui venit in deo. Et domo in istis, & libris de Bosq
 iste bonitatis in potest ad hunc us, & gradus ino multitudine
 aliquis facit? Et dicitur quidem Christus esse, sed illis uerba
 exprimitur illius inuentionis gloria, ac maiestatem in lapsum
 in Maria assumptione dicitur dicitur, cuius inestimabilis dat
 & gloria Angelos in admirationem rapit, & dicitur
 & dicitur est ista car. Quomodo haec uisitate prouenire potest
 est ista haec inuentionis sit et alius dicitur in alio a hunc a m pende
 res, sita est de Maria, & uidentiam Angelos dicitur ruitur, & dicitur
 plus piam ista bona est, quam de nōnes in nōris mali, in ista
 la bona de bonum in ista, & plus illa gratia, & gloria ob
 tinet, quam in quocumque in istis, in uisitate sit ista ob ten
 nunt erant, quae q on zorbdu obiv zozom nni in nōlg qui est

Greg.
 D. Tho. 1.
 par. q. 106.
 art. 4.

Esa. 63.

Damas.

Disertus aliquid de gloria animae Mariae. Sed de corpore
 ipsius gloria, quid dicitur. De corpore ista in re. Et illis est ista
 corpore glorioso, ad in celos ascendit. Unde Damasius in sermo
 ne

A
 nequibus festo ait, in angelis accepimus traditione, Aposto
 los omnes contemisse diuina uirtute in: bernalemyti morti Ma
 riae descendit. Et uisio eius apparuit Angelica, & caetera de psalmo
 dia caelestium potestatem, & sic cum diuina gloria in manus
 Dei sanctam tradidit animā. Eius uero corpus cum Angelica, &
 Apostolica hymno dia elatu in loculo fuit de posito. Gaudentia
 ni. Quo loco Angelica hymno dia nā sit partus dies & uic, ces
 savit. Venit uero Thomas post tertio die, & cum uoluit for corpus
 sanctissimū adorare, loculo aperto inuētū nō est, sed ea quibus
 fuerat inuolutū, mirabili odore fragrantia. Insuper mysterij
 ob stupescit miraculo, hōe solum cogitare potuerunt; quod
 cui placuit, ex ea carne assumere, & in uoluntate eius feruare. Vb
 ginitatē placuit etiam corpus gloriosum suscitare: ante comu
 ne resurrectione. Alloquitur Damas sepulchrū Marle, & ait. Tu
 xero, o sacrorū sepulchrorū sanctissimū, post Dni quidē sepulch
 chrū, tecū loquar, tanquā es animato. Vbi nā est auris illud pur
 rā, quod manū Apostolorū in se habiderūt. Vbi dicitur, quae co
 sumi nequeunt? Vbi nouū uolumen, in quo ineffabiliter Deus
 uerbu sine manu scriptū fuit? Vbi abyssus gratiae? Vbi est deside
 rabile illud. De parua uirginis corpus? Quid quā uis in sepulch
 ro ea, quae ad caelestia translata est tabernacula? Cur a me cur
 sto die rationis exposcitis. Non possum ego diuina iustis refin
 stere. Sacrosanctū corpus mihi quoque sanctitate impetuit, q
 me pretiosissimū, in uisitate fragrantia repleuit, & diuinū tēplū esse
 cit. Abijt raptū sublimē eomitantibus Angelis, Archangelis, &
 omnibus caelestibus potētibus. Nūc me circundant Angeli, mū
 diuina in me habitat gratia. Ego uas officinae medicinae agro
 tantibus. Ego sum fons peregrinis curationū, & rogatus cu ad
 uerū de morte, ego sum in res. In glia omniū ad nos ad fugietib.
 Ascendit ergo Maria uoluerit, & in ista uisitate comitate in cor
 pore, & anima gloriosissima. In greditur quasi regina Sabba, Ier
 rusalem caelestem tuam multo comitatu, deferens aurum, ar
 gentum, & aromata innumera. Hunc uero ascensum confide
 tam sponte sit. Quomodo pulchri sunt gressus tui in calcamen
 tis filio principis. Vbi Pulcher profecto fuerunt. Maria gres
 sus, dum in hoc mundo conuersata fuit, sed pulchriores multo
 te gressus, quos nūc in celum ascendens dat, quos sponte

Exo. 3

1. 100. C

1. 100. C

3. Reg. 10.
 Can. 7.

contemplari. Notat vero non discedere, sed calcetam pro
cedere, & ideoc ait, in calcetam. Sed ve hanc Marię calcetam
ta explicemus, notandum est illud, quod Moyse accidit. Erat
Deus in rubo ignis ardens quidem, ac splendens, sed non con
sumens. Ait vero Moyse, vadam, & videbo visionem hanc
magnam. Accedebat in trepidus, sed audit. Ne accedas huc, sol
ue prius calcetamentum de pedibus tuis. Deus quidem noster
in hac vita ignis est, sed ignis ardens, & consumens. Sic enim
Moyse ait. Deus noster ignis consumens est. Quoniam si in te
Deus est, statim plura consumit, corpus enim macerare facit,
diuitias in pauperes erogari, passionibus resistere, & sic aliqua
do homines istos consumptos mundus appellare solet. At ve
ro Deus in caelesti beatitudine ignis est ardens, & iustitiam
luminans, sed non consumens, nec enim ibi corpus macerant
dum, nec passiones mortificantur, nec diuitie in pauperes ero
ganda, Deus ergo in rubo, vbi ardebat, & non consumebar, sig
nificat Deum in patria, vbi nihil est, quod consumatur. Ibi vi
sio magna est, de qua Moyse ait, vadam, & videbo visionem
hanc magnam, visio profecto magna illa est qua Deus videtur
facie ad faciem. Ed vniuersi tendimus cum Moyse. Sed audia
mus, quid Moyse dicatur, id ipsum enim & nobis dicitur. Sol
ue prius calcetamentum de pedibus tuis. Quid vero per calcet
mentum nisi mortale corpus significatur, ait Bernardus, quia
anima calcetata est, quasi pelle mortui animalis. Hoc ergo cor
pus mortale exuendum nobis est, ut ad Deum accedamus. So
la etenim anima huc in caelum admittitur, in resurrectione vero
cum surget corpus spirituale, ac gloriose dignitate est, tunc & ip
sum in caelum intrabit, huc vero in terra manere oportet, id
eo solue calcetamentum. Sed Maria tanquam filia principis
singulari gaudet privilegio, ut in calcetamentis hunc procedat
in caelum. Cum enim nobiles viri regem comitantur, aut regi
nam procedentem in aula regiam, vniuersi ante ianuam au
le regis equos deponunt, solus rex aut regina equo, quo vehit
tur aula in ingredi permittitur. Requiritur equo, ait Elias. Nos
equos, hoc corpora relinquere nos oportet, ut anima eorum in
grediarur. Sed Maria tanquam filia principis equo suo vehitur,
& eo intrare permittitur in caelum, corpus enim, quod macerant

Exo 3.

Deut. 4.

Berna.

Esa. 31.

A liratione Deum suscepit, dignius est caelo, suscipiendum ergo statim
a caelo est. Si enim domus Raab libera ab euerione est, quia ex
ploratores suscepit, cum relique domus dirueretur, multo potiori
ratione Marię domiciliu in corruptu seruadu est, quod Dnm
suscepit. Pulchri ergo Marię gressus sunt in calcetamentis. Sed que
na calcetamenta Marię sunt? Ioanes ait. Luna sub pedibus eius, lu
na ergo calcetis Marię est. Sed quid in hac re innuitur? Certę
ante vniuersale resurrectione Marię corpore resurrecturum. Et hui
ratio est, quonia ex Planetis Luna est, quę velocius cursu suu
sumat. Saturnus etenim triginta annis, Iupiter duodecim annis
Mars duobus annis. Sol anno vno cursu consummat propriu. At
vero Luna viginti & octo diebus, ut ergo signetur Marię corpore
in caelum priusquam reliquos deuenire, luna calcetis eius sit. Nos
vero hos Marię gressus contemplantes, & eos, quos in terra de
dit, curramus post eam in odorem unguentorum eius, ut eam
imitantes, eo perueniamus tandem, quo ipsa iam peruenit, &c.

Apoc. 12.

1. 2. 3.

1. 2. 3.

Concio Secunda in Assump tione Beatę Marię.

*Thema. Maria optimam partem elegit, qua
non auferetur ab ea. Luca. 10.*

Consideradus nunc esset a nobis concionator, qui
de Marię morte, & assumptione verba haberet
vnus certe ex his, qui morti, vel assumptioni ei
assistebat, ille enim de re rata aliquid dicere pos
set. Exaltata hodie Maria est super omnem crea
turam, & merito, quia humillima omnium. Quis eam in hoc
mundo videret, & nunc aspiceret, in terra humillima partia,
nunc maxima, & super omnes exaltata, omnia subiecit Deus sub
pedibus eius. Sed quis nunc ad eam accedat, si adeo alta est?
Nun memoratur parimodum benigna nunc est, & omnes re
cipit, sicut celi in terra sita sunt enim, honores mutant mores, &
qui

Bb 5 qui

quæ in altioribus non videt, vel à longe respicit. Nunc Maria acie
 cecidit? Absit, imo verò quo Deo propinquior, & quo altior, eo
 humilior ac benignior, eo magis abiectionū curā gerit, id enim
 ad verā nobilitatem pertinet. Et sicut architectus fabricā eō ma-
 gis in fundamentis humiliat, quo eam plus erigere in altum dis-
 ponit, ita quæ Deus exaltare deceperit, humilitate, ac benignita-
 re præcipue ornat, & ideo Maria quo altior, humilior, & benigni-
 or nobis est, nec solum nobis humanior, ac benignior, nunc
 est, sed etiam cū Deo potentior, cum exaltata in tantum reg-
 num est, fiducialiter orat pro nobis. Promisit Dominus per Na-
 than Dauidi, domum ædificabo tibi fidelem, & regnum tuum
 firmū erit. Hac promissione in spe roboratus est Dauid, & ait,
 Quia tu Domine reuelasti aurem serui tui, dicens, domum ædi-
 ficabo tibi, propterea inuenit seruus tuus, cor suum, vt præret
 te oratione hac. Hieronymus ait, inuenisse dicit cor, quia auda-
 ciam, & spem inuenit, vt peteret à Deo beneficia, qui prom-
 sionem regni acceperat. Si ergo sola promissio regni terreni
 spem dedit Dauidi, vt Deum oraret, quid obsecro faciet dona-
 tio regni æterni, quod hodie Mariæ datur? Certe fiducialiter
 pro nobis orabit. Ad eam accedamus.

2. Reg. 7.

Hierony.

Andreas.

Judith. 12.

Beatus Andreas Cretensis, diuinus doctor à Nicephoro, ait
 in oratione de virginis Assumptione, Mariæ in hunc mundum
 ingressum, siue ortum, simul & postremum eius decessum ple-
 num esse miraculo, nec humanæ mentis acumine posse com-
 prehendi. Et merito id asserit licet enim in omnibus mirabilis
 fuerit, sed hodie maxime, quādo dicere potest cū Judith. Mag-
 nificata est hodie anima mea pre omnibus diebus vite mee. Me-
 rito diem istum præfert conceptioni purissime, natiuitati, & co-
 ceptioni Christi, & diei, quo inuenit filium inter doctores, &
 cum vidit resurgentem, & ascendentem in cælū. Hodie enim
 integre recipit, quæ tunc per partes acceperat. Si enim in con-
 ceptione pura ingreditur in orbem terre, nunc purissima, &
 quasi gaudens lucis æternæ in cælum, Si in Christi concep-
 tione plenam se vidit Dei humanitate, nunc diuinitate plena est.
 Si in natiuitate vidit filium à pastoribus, & magis adoratum,
 nunc cum eo ipsa adoratur ab omni celesti curia. Si eum inue-
 nit in medio doctorum, nunc in medio diuinarum perso-
 narum

narum. Si eum vidit gloria, & honore circumdatum in resurre-
 ctione, & ascensione, sed hodie ampliori videt gloria ornatum
 ad patris dexteram, & se ipsam cum eo gloriosam videt.

Excedamus nos mente in hac festiuitate, sicut cælū ybuzer-
 sum gaudio excessit, & per excessum aliqua dicamus. Sed quid
 dicemus? Certe maius hoc festum esse quam illud, quod hodie
 est, ipso. Probè diximus per excessum nos dicturos, hæc enim
 quæ diximus contraria inuicem apparent, Sed ea explentur, sic
 flus dies, qui præcipuus cælo fuit, ac erit, dies fuit, quo Christus
 rex ascendit. Gaudium fuit tale tunc, vt etiam cæli cives quide-
 lud experti sunt, vt illud explicare valeat. Nullus hinc exceptus
 ynquam sit, nec simul illi ascendet, viderunt enim in homi-
 nem factum ascendere, quem vt Deum celebrat, qui dicitur ob-

B diderat ac glorificauerat. Viderunt regem in homi-
 humanitate Christi in mensa gloria, ac cumulata est eis, beatorum
 illæ etiam Angalorum panis, miræ eos reficiens. Et ad eorum mo-
 gant, quis est iste, qui venit de Edom? Norunt, plane, quis sit,
 stiuat illum, sed inania dulcedine refecti, vellent plus scire, &
 plus gustare, & idcirco interrogant, quæ norunt, & gustant. Nūq-
 ergo dicit, minus hoc festum assumptionis Mariæ esse, quam fe-
 stum ascensionis Christi, quod maius fuit. Absolutè quoniam, et
 ind maius est, quia dignior persona ascendit. Sed hoc diuinitus
 maius esse, quia nunc illud festum, & hoc præfatus est, & tribus
 presentia renouat illud, & quia nunc Christus descendit vt
 matrem secum duceret, & ambo simul ingrediantur cælum,
 & uterque nunc excipitur summo gaudio. Et sic illi ipsi spiritus

Esa. 63

titul

C rusp. qui in Christi ascensione interrogauerunt, nunc etiam
 interrogant. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delinxi as-
 suerunt. Viderunt hominem ascendisse a quo ad patris dex-
 tram, sed eum Deus esset, non mirum, quod deo peruersier-
 ne; Dbus enim dicitur suum amicitiam non debuit, sed illuc ho-
 omnem benane. Sed nunc vident puram creaturam usque ad sy-
 de dexteram ascendere, ideo de sola ea interrogant, quæ nam
 su, quæ sic illos viderunt excedit, & præcipuum dicitur gaudium
 esse. Illi non sicut mirum, cælum, Inco-
 deni propter superbiam, hinc in celsitudine mulieris, per
 humilitate ut sit simul, quæ sit dignitas, Mariæ. Deo
 cum

Can. 8.

titul

eum in sublimi loco tanquam omnium regina collocetur. Et iure
 id quidem, ut que prope Deum habuit in terra, iuxta Deum sit
 in celo, quae hic fuit plena gratia, ibi sit plena gloria. Sed euangelica lectio non apparet huic festo conueniens. Si
 tur inferiores Ecclesia cum matrice ac maiori Ecclesia conueni
 nire debent, in diuinis officijs celebrandis, ita Ecclesia militans
 cum triumphante. Id vero nunc non videmus; in caelis etiam
 Maria exaltatur, in Euangelio ad pedes Domini federe dicitur, sup
 requiescit, in Euangelio Martha sollicita ostenditur. Ibi pull
 ebra Rachel ostenditur, hic Elisippa supponitur. Ibi Maria ab
 omnibus laudatur, hic a sorore obrectata dicitur, quomodo
 ergo hic inter se conueniant? Quando in festis aliqua victoria
 de hostibus, rapere dicitur, festa agi, ac celebrari solet, tum in
 exercitijs, qui victoriam obtulerunt, tum vero in regia curia, sed di
 ueris modis: nam in curia exagitantur tauri, iudi alij exercituum
 cantas, ac ibi in regia aula. At vero in exercitijs longe diuersi
 festa aguntur, tormenta enim bellica iaciuntur, & quasi adtes
 uem pugnam procedunt milites, & sic eorum festum similitudine
 pugnae, & quo ad alterum bellum committendum exercentur, ut
 signis profecto Mariae victoria fuit, quae caput contra serpente
 tis, & terribilis, ut castrorum acies facta, uniuersos demones, ac
 montem superauit. Celebranda est victoria tantae, si non victoria
 Iudithae Israelitico populo celebrata est, & dies illudus est in
 anno, quo celebri memoria festa ageretur victoriae obtente. Ita
 dies huius Ecclesia institutus est, ut Mariae victoriae celebrati
 Sed quia saluatio huius festum agitur in celo, ac in terra, in
 his namque uniuersa festiua sunt, curia illa caelestis est, & quasi
 in curia omnia laudem, & gloriam resonant. At vero in terra,
 ubi militans Ecclesia est, quasi in exercitijs festum agitur, cum
 militumque signibus, specimenque datur gloriae militumque
 quasi ad pugnam motandam exercetur Ecclesia, uultus dicitur,
 (conuersus) de guerra, & est armatus, & in bello. In Euangelio
 ostenditur. Quomodo Mariae uictoria, ac pugna uerit, quomodo
 illa uictoria, & illa pugna, & illa uictoria, & illa pugna, & illa uictoria,
 quomodo illa uictoria, & illa pugna, & illa uictoria, & illa pugna,
 respicitur, & illa uictoria, & illa pugna, & illa uictoria, & illa pugna,
 choro stratorum. Chorus signatus, & chorus dicitur, qui festus pug
 dijs,

Simile.

Judit.

Cant. 6.

A dijs, ac saltibus ludunt, castrorum uero, ac militum hos choros
 esse, dicit, quoniam ludi castrorum, & saltus militum sunt leuio
 res pugnae, & exercitia militaria.
 Sed quid Mariae cum hoc Euangelio? Certè Euangelistae narra
 tionem suam in Christi ascensione finierunt, & ideo aliunde
 oportuit Euangelium mutuari. Conuenientissimum uero hoc
 fuit Euangelium, ut Anselmus ait in eius expositione in festo
 Assumptionis; & Eusebius Emiffenus in sermone de Assump
 tionem virginis, qui ait. Merito sancti patres constituerunt, ut
 in hac solemnitate beatæ virginis Mariae hoc Euangelium lege
 retur, quæ singulari ratione per has duas mulieres significatur,
 quia uitæ actiuae, & contemplatiuae præ cæteris omnibus priui
 legia custodiuit. Ipsa melius quam Martha suscepit Christum
 non in domum solum, sed intra uteri sui claustra, ipsa eum pe
 perit, pannis inuoluit, & ei semper ministravit. Ipsa etiam Ma
 ria uerbum eius audiebat, & in corde custodiebat, nobis legendum,
 & audiendum. Addit uero Gualricus sermone. 4. de Assump
 tione Mariae. Quando Euangelium sola ea uerba contineret,
 Maria optimam partem elegit, satis erat ut Mariae conueniret, quæ
 optimum semper elegit. Nec incongruum, si quod de una Ma
 ria dicitur ad alteram transferatur, cum ad conuenientiam trans
 formationis similitudo non solum nominis, sed etiam operis suf
 fragetur. Cum ergo Ecclesia hoc nobis Euangelium proponit
 quasi dicit. Si uilla unquam Martha Christum suscepit, si uilla
 C Maria Christum audiuit, ac dilexit, si uilla semen Dei recepit
 in optimo corde, ac custodiuit, si uilla optimam partem sibi ele
 git, hæc Maria est, quæ hodie in caelis optimum obtinet locum.
 Ecce ergo Mariam, quæ in actiua, & contemplatiua uita primas
 semper obtinuit partes, & sic optimam in gloria possidet. In
 Maria diuersa quædam, & aliquando contraria modo Deus
 coniunxit, fecit eam Adæ filiam sine culpa, uirginem, & ma
 trem, corpus, & animam summa pace uita, uitam actiuam &
 contemplatiuam, Martham coniunxit cum Maria. Hinc Gualri
 cus sermone. 4. de Assumptione Mariae ait. Actio, & contem
 platio sic in Maria conueniunt, ut contemplatio summa ac ex
 tatica sepe esset in ea, & simul actio, & cura multa circa Christum.
 Fuit enim Maria arca illa Noe, in qua uniuersa animalia in sum
 ma

Ansel. Euseb. Emi.

Gualricus.

Gualr.

Gen. 6. ma

mapace debebant, cum prius, & postea sibi inuicem aduersa-
rentur. In nobis quidē ratio aduersatur carni, corpus spiritui, &
passiones inter se aduersæ esse solent, & actio cōsp̄lationi,
& cōtemplatio actioni impedimento esse solet. At in Maria
vniuersa ista in summa fuerunt pace. Vnde vniuersa eius vita
fuit extatica, & vnica cōtemplatio, incredibili feruore condi-
ta, incredibilibus plena reuelationibus, vt sine miraculo gran-
di factum non sit, vt immenso illo tot sacramentorum pelago
mens eius non obrueretur, ipsaque tantum lumen videre, tan-
tumque p̄odus sustinere p̄sset. Ita asserit Richelius libro. 2. de
laudibus virginis, articulo vltimo. Et nihilominus actioni int̄-
ta erat & filij obsequio summa cura.

Iam ergo ea quæ diximus in Euangelio videamus. *Intrauit
Iesus in quoddam castellum.* Quādo regnum aliquod in regem
rebellaui, curat rex aliquē obtinere munitissimū locū, ex quo
possit regnum recuperare. Rebellaui mundus contra Deū,
dixitque illud. Nolumus hunc regnare super nos. Occupauit
tyrannus Dæmō regnū Dei. Intrauit ergo Iesus virginis ca-
stellum, quod munitissimum est, nec aduersus illud ab imelec
præualere potuit, imo manu fœminæ occubuit. Et inde exiit, vt
mundum sibi acquireret, & mundi principem foras mittat.
Venit pastor cælestis quærere ouem, quæ perierat, & cum in
propria venerit, sui eum non receperunt. *Sed mulier quædam ex-
cepit illum in domum suam.* O singularis, ac mirabilis mulier, de
qua Iohannes ait, signum magnum apparuit in cælo, mulier anti-
ca solet. *O mulier non mulier, mulier sexu, virgo statu, mu-
lier benedicta inter mulieres, quæ emolliuit virum, vicit for-
tem, mulier cui similis non est in mulieribus. Non est talis
mulier in pulchritudine, in aspectu, & in sensu verborum. De
mundo actum esset, nisi mulier hæc ei adesset. Mulier quæ
vnicornium mitem adeo reddidit, vt ligari se permiserit, fla-
gellari, ac crucifigi. Mulier quæ virgo, & signum virginis
merito dicitur. Signum virginis benignum est, & lenē, &
cum illud sol intrat, incipit tempus autumnī & fructus ma-
turi redduntur, & calor nimius temperatur. Cum intra-
uit Iesus in Mariam, ingressus est sol in virginis signum
tunc ira Dei versa est in mansuetudinē, tunc leo muta-*
tus

A tus in agnū est, descendit gratiæ pluuia, & fructus gratiæ
copiosi. Verē est *mulier quædam*, Singularis, virgo singularis,
quam exprimere non possumus, & ideo, dicitur mulier quæ-
dam. Si enim eam dixerimus cælum amplior cælo est, si thro-
num Dei, maior est, nihil dicemus, quo maior illa non sit, dica-
mus ergo eam mulierem quædam.

Recepit eum in domum suam. En mulierem, quæ peregrina-
nti: Eliseo in terra fecit cubiculum, in quo ei posuit men-
sam, candelabrum, lectulum, sellam, lectulū in vtero, mēsam in
pectore, candelabrū in intellectu, sellā in memoria. *Recepit ve-
ro eum in domum suam, & omnino suam.* Sola Maria dicere
potest, hæc domus omnino mea est, quia nunquam fuit dæmo-
nis. Recepit vero illum mente, & ventre, & vtraque do-
mus illius est, mens nunquam ab ea aufugit, corpus illi semper
subditum fuit, nec vnquam recalcitrauit. Qua ratione licet
vniuersæ animæ desiderent corpori reuniri, præcipuē tamen
Mariæ anima id exoptabat. Reliquorum enim sanctorum cor-
pora inimica fuerunt spiritui. Multis profectō de causis Ma-
riæ anima optabat statim corpori vniri. Primo, propter relatio-
nem & dignitatem matris Dei, quæ est compositi, & non so-
lius animæ, & ideo ea relatione carere per longum tempus
non debuit, & illa præcipuē eam exoptabat. Secūdo, ex Mariæ
corpore sūptū est Chri corp⁹, propter quod illa mater Dei est.

Tertio, nunquam corpus obicem ei posuit, nec fomité ha-
buit, summa enim gratia, & virtutes Mariæ effecerunt, vt omni-
no tràquillus, & obediēs appetitus esset rationi, & ideo nō solū
nō fuit impedimento animæ, vt in Deum tenderet, imo fuit
adiumento, cum excitatē à ratione passiones circa virtutis ob-
iecta, tendebat in ea, non mente solum, sed & corpore. Vnde
semper sibi vsurpare poterat illud, quod semel, aut iterū Dauid
dixit, cor meū, & caro mea exultauerunt in Deum viuū. Et
hoc est mirabile illud, quod se facturum Dominus ait, quo mi-
rabilem suam potentiam ostenderet, nec tamē vllus hominū es-
ficere potest, quod explicat ad Iob loquēs. Nūquid valebis cō-
iūgere micātes stellas Pleiades, aut gyrū Arcturi dissipare? septē
stelle Pleiades vulgo dicuntur septem Caprę. Arcturum ve-
rō est currus ille, qui continuo motu circa polū mo-
uetur.

Richel.

Luc. 19.

Apoc. 12.

Iudit. 10.

4. Reg. 4.

Psal. 83.

Iob. 38.

vetur: Septem stellæ pleiades ita semper coniunctæ sunt, vt vnum quid efficere videantur, ita vero diuiduntur inter se, vt nunquam coniungantur, sed vna hæc respiciat, alia illac. In quatuor stellis, corpus ex quatuor elementis compositum significatur, in tribus vero ratio, quæ tribus potentijs constat, hæc hominem quidem vnum conficiunt, sed sibi inuicem aduersantur. Id ipsum in gyro arcturi significatur, in quo septem sunt stellæ lucidissimæ, & sic mouentur continuo motu, vt ille nunquam cesset, & cum quatuor stellæ superius sunt, tres deorsum iacent, cum vero tres ascendunt, quatuor descendunt. Quare significatur motus hominis, qui nunquam in eodem statu permanet, sed iam ratio sursum est, & corpori imperat, iam caro dominatur, & spiritus deorsum iacet. In peccatore, & iusto hæc manifesta sunt. Sed & iniusto licet simpliciter ratio semper sit superior, sed in quibusdam, cum scilicet, venialiter peccat, caro aliquomodo dominatur, & spiritum superat. Irrequietus motus iste, gyrusque est, & cui nullus hominum clauum apponet, vt gyrus dissipetur. Deus vero noster mirabili sua gratia in Maria dissipauit hunc gyrum, & clauum apposuit, & septem stellæ pleiades coniunxit, vt in vnum sint, cum carnem Mariæ sic spiritui subdidit, vt nunquam dominari præsumeret, semper spiritui adhæsit, nec vnquam viam aliam arripuit, & ideo summa pax in Maria fuit, & summe corpus suum dilexit, vt seruum obedientem, ac fidelem, qui vt anima propria diligi debet, dicente Salomone, est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Nunquam Maria dixit, quod Paulus, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quomodo enim corpus, quod vitam generauit, mortis corpus esse potuit? Et tandem Maria corpori vniri optauit statim, vt filio suo plene frueretur. Licet enim spiritus aliquomodo corpore fruatur, non tamen per se ac propriè, nec propter spiritus corpora condita sunt, sed propter alia corpora, & ideo propriè corpus gaudet corpore, Desiderauit ergo maximè Maria corpus suum, tanquam sibi amicum, dulcissimum, & fidelissimum comitem, cum quo iugem, ac perpetuam habuit pacem.

Exce-

A Exceptit ergo eum in domum suam Maria. Sed quæta gloria domus illius fuit tanto hospite excepto? Hodie salus domui huic facta est, dicitur de Zachæi domo, quia vna die in ea Christus comoratus fuit. Si gloria Domini impleuit templum, quædo arca in illud ingressa fuit, quænam fuit illa gloria, quæ Maria plena fuit, cum in eam Deus ipse ingressus est?

Sed quæta cura ei ministrauerit, quis dicat? Vniuersa misericordiae opera in eum exercuit. Peregrinum suscepit, nudum induit, sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananeo, ex lino leui ei vestem tradidit, vt viam salutis facile curreret, & ex sindone cingulum fecit, quo eum præcinxit. Opulcherrimum Chananeum virgineo cingulo contractum. Habebat Chananeus hic ab initio amplissimas vestes,

solo cingulo indigebat, quo immensas vestes, exuberantesque colligeret, vt viam salutis percurrere posset. Vis videre amplissimam illius vestem? Audi Esaiam, & ea, quæ sub ipso erant replebant templum. Vis simul videre cingulum, & vestes? Audi Psalterem Dominus regnabit, decorem indutus est, indurus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Ecce vestes, ecce cingulum, vestes à patre, cingulum à matre, vestes ab æterno, cingulum ex tempore. O quales vestes, decorem induit, amictus lumine sicut vestimento. Audi cingulum exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, quam præcincta eternitas sub vnus diei paruulo, sapientia in infante, potentia in tenello, maiestas in paruulo. Visitauit etiam Maria mo-

rientem in cruce, sepeliuit mortuum, panem cæli illa patuit vberem de cælo pleno, quid officij reliquit in filium? An non Martha fuit? Attende illam in vili tugurio pauperem, aspice fugientem in Aegyptum intempesta hyeme, vide eam inter Barbaros septennio commorantem, & postea reuertentem, & semper Christum sequentem, & ei ministrantem, & dices, Martham nascenti, Martham viuenti, Martham moriēti, Martham officio, ac hospitio, rectè profectò impleuit, quod initio dixit. Ecce ancilla Domini.

Huic verò erat soror nomine Maria, quæ sedens secus pedes Domini, &c. Bernar. ait. Distingue in illa suprema Maria duplicem portionem, Martha in corpore erat, Maria in spiritu, Martha

Sanct.

Cc

in mi-

Luc. 19.

2. Parad. 5.

Pron. 31.

Esai. 6.

Psal. 92.

Psal. 103.

Philip. 2.

Luc. 1.

Bernar.

In ministerio, Maria in otio, miro namque spiritus artificio non se haec impediabant. Quis enarret quomodo feruore ad Christi pedes spiritus Mariæ agebat, quot radijs sol ille, licet nebula carnis tectus, purissimam huius virginis mentem irradiabat, qualem nectare intus potabatur in conuersatione cum Iesu puero, adolescente, ac viro, quæ illorum colloquia, quæ oracula, quæ mytheria? O felicitissimam scholam, ubi infinita sapientia magister est, & Maria discipula, quid à tanto magistro non didicisti? Certè corpus Mariæ tenerum irruentis voluptatis torrente non posset tolerare, nisi eam spiritus sanctus desuper obumbrasset. Et ideo miraculo deputandum est, non defecisse eius vitam in his. Si enim quod vniuersi sancti gustauerunt, in vnum coaceruaretur, parum quid est cum eo collatum, quod Maria gustauit. Cum enim naturale sit, vehementem affectum manifestare se velle, & Christi anima summis affectibus vrgeretur, eos Mariæ exprimebat. Quid ergo audisti à Maria? quid didicisti? omnem certè excedit cogitatum.

Hæc vero, quæ tunc didicit, aliquando eructauit, & Apostolos, ac Euangelistas postea docuit. Vnde Eusebius Emisenus in sermone huius festi ait, Mariam vt sapientissimam matrem, omnia verba Christi in corde suo conseruasse, ac contulisse, ac memoriæ mandasse, vt tandem ipsa docente, narrante, atque nunciante scriberentur, & vniuerso mundo prædicarentur. Ab ipsa enim Apostoli audierunt, & ipsa dictante scripserunt, nobisque legenda mandauerunt.

Vnde Rupertus in caput 2. Matthæi ait. Duplex Mariæ tempus, tacendi, & loquendi. Dum filius eius fuit in terris, tempus fuit illi tacendi, ubi vero ascendit in cælos, tempus loquendi, & talia loquendi, qualia prius Apostoli portare non potuissent. Licet enim spiritus sanctus eos primo docuerit, tamen etiam Mariæ testimonium suæ vocis adhibuit, & taliter locuta est, vt rectè ei dicatur. Fauus distillans labia tua, mel, & hoc sub lingua tua, emissiones tuæ paradisi, & fons horrorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Ideo Ignatius eam vocat religionis nostræ,

A & penitentis magistræ. Addit vero Rupertus in primo libro in cantica, Mariam præfuisse primo Concilio Apostolorum, in quo de cæremonijs Iudaicis actum est, & eam definisse veritatem illam. Et quod propter Mariæ dictum, & auctoritatem dixerunt, & scripserunt Apostoli, visum est Spiritui sancto, & nobis, quia hæc virgo est, quæ vniuersam hæreticam prauitatem interemit. Adeo enim manifestè Spiritus sanctus in Maria habitabat, ac loquebatur, vt quod illa dicebat, à spiritu diuino profectum non dubitaretur, ideo dicunt Apostoli, visum est Spiritui sancto, qui in Maria loquitur, & nobis. Nec vero per id, quod dicit Rupertus, negandum est, Petrum præfuisse illi Concilio, & Spiritui sanctum ei assistisse, sicut reliquis Concilij æcumenicis.

Sed illud etiam in hac Mariæ contemplatione altissima considerandum, quod in Euangelio dicitur. *Dic illi, vt me adiuuet.* Non ait Martha forori, adiuua me, sed Dominum orat, vt id præcipiat. Sed qua de causa? Certè quia perfecta contemplatio carcer est diuini amoris, quo vincetus tenetur, qui Deum videt, ac diligit. Sicut ergo cum in carcere homo tenetur, non ei dicitur, exi à carcere, sed prætorem obsecras, vt illum educat. Ita si plene quis Deum in contemplatione gustauit, in carcere est, licet eum ores, vt è carcere exeat, non exibat, ora Deum, vt ille præcipiat exitum & tunc exibat.

C Hinc Martha non rogat Mariam, vt surgat à Christi pedibus, sed Christum, vt id præcipiat. Hinc cum Moyses cum Deo in monte esset, ad eum Dominus ait, vade, descende, populus tuus peccat. Ait, vade, quia nisi Deus præcipiat, non ibit, quia cum eo loquebatur. Hinc degustauerat, carcerem, qui absconditus fuerat à Saule in loco orationis, ideo ait. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt in habitem in domo Domini omnibus diebus vite mee, vt videam voluptatem Domini. Tota vita in loco orationis commorari vult, vt Domini voluptate fruatur. Et forte ille est carcer, de quo Sapiens ait. Inijce pedes tuos in compedes illius, & in torques illius collum tuum, subijce

Euseb.
Emis.

Ruper.

Cant. 4.

Ignat.

Ruper.

Simile.

Exod. 32.

Psal. 26.

Eccle. 6.

humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris in vinculis illius, & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ, & vincula illius alligatura salutis. Torques, est circulus ferreus quo ligatur ferui collum, quodd Latinis est numella. Describit ergo carcerem strictissimum, in quo pedes, humeri, collum, & manus, ac brachia ligantur, significat vero, debere hominem omnino se subijcere diuinæ sapientiæ, & in eius carcerem intrare, vt omnes affectus, cogitationes, & opera in Deo soluerentur, quod in Maria factum ostendimus, quam imitari debemus, &c.

In festo sancti Bernardi Abbatis.

Thema. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo eris nobis, &c.
Matth. 19.



DIEM hodie festum agimus Diuo Bernardo, qui etiam Apostolis dicere iure potuit, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, adolescens enim ordinem cisterciensem ingressus est, in qua vitam celestem, ab omni caduca mundi immunitate egit, mirabili continentia. Cumque fratres ei impedimento esse vellent, ipse eos omnes pro se fecit, & cum triginta optime spei adolescentibus in monasterium ingressus est. Nec semel mundana contempsit, cum enim deinde pinguet ei offerretur episcopatus, eos secutus in omnibus virtutibus clarissimus, & eaque præditus sapientia, vt ipse confessus sit, aliquando sibi gratia sacramentum, vt velut sub se positam, & expositam sibi apparuisse scripturam. Enituit vero in eo pius.

A eo pius affectus ad Dei matrem, cuius encomia mire concionibus celebrauit, & à qua beneficia magna accepit, eam nos nunc salutemus, &c.

Mirantur stupentque multi excelsum, ac maximum sanctorum animum, qui terrena omnia despicit, ac relinquit. Quidam vero etiam execrantur, putantes id nature contrarium, & ideo à Deo autore nature esse non posse. Cum enim natura desideret voluptates, diuitias, ac honores, quid illi magis aduersum, quam hæc contemnere, atque relinquere? Quid enim magis contrarium humano affectui esse potest, quam illud Ioannis, fratres nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.

B Vtrique profecto laborant ignorantia eius celsitudinis, ad quam homo per gratiam eleuatus est, & inde illorum admiratio, & horum execratio procedit, si enim eam nossent, facile id ac planum esse conspicerent, nec gratiam nature contrariam, sed illam perficientem agnoscerent. Sed quæ nam ista celsitudo, ac dignitas est? Certè homo natura sua infimum est intellectualium, sed gratia ornatus eleuatur super naturam vniuersam, etiam Seraphinorum. Quod si Deus innumeros adhuc crearet Angelos superiores his, qui nunc sunt, excedit homo gratia præditus eorum omnium naturam, gratia enim supernaturalis cum sit, suo nomine ostendit, esse se super omnem naturam, quia diuinæ nature participatio est, & ea sit homo filius Dei, & Deus participatione, gloria, & honore coronatus. Et cum vna quæque res operetur secundum esse, quod habet, qui super omnem est eleuatus naturam, quid mirum si ea contemnat, quæ inferioris sunt ordinis? tenetur enim non degenerare à patre cælesti, & ab altis cogitationibus filij Dei. Si enim Angelo in natura sua considerato dares nunc vniuersa bona corporalia, ea quidem despiceret, quoniam nature superioris cum sit, vsui illius non sunt apta. Vnde dixit Raphael Tobie, offerenti sibi diuitias, ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Quid ergo mirandum, si homo, super omnem Angelorum naturam eleuatus, eadem despiciat, & diuinus effectus diuina quærat.

Ne verò quis causetur, gratiam naturæ contrariam esse, attendendum, gratiam perfectionem esse naturæ, tam longe abest, ut eam destruat ideoque per eam non effici, ut quæ natura desiderat, homo non quærat, sed potius ut ea quærat, sed perfectiora, sed meliora. Sic enim gratia naturæ ait, optas diuitias, honores, voluptates? sint hæc tibi, hæc quære, sed veras, sed magnas, & celsitudini, ad quã euectus homo est per gratiam, conueniētes, quære honorem, & gloriam, sed quæ apud Deū est, de qua scriptum est, honorificabit eum pater meus, qui in cælis est, & in Psalm. nimis honorati sunt amici tui Deus. Quære diuitias, sed veras, non fallaces, thesauriza tibi thesauros in cælo, non in terra, vbi erugo, & tinea demolitur. Et iterum, sua deo tibi, emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias, præcipe, diuites fieri in bonis operibus, Paulus ait, quære absconditum thesaurum, veras margaritas, non falsas. Quære delicias, sed non brutas, & quibus erubescas, sed illas de quibus Psaltes ait, torrente voluptatis tuæ potabis eos. En gratia naturam non destruit, sed perficit. Si enim homo in fine sortis in Regem Hispaniarum assumeretur, iure ei diceretur, ut priore conuersatione relicta, nouam quæreret, non contrariam priori, sed perfectiorem, & altiorem. Sic de Saulé dicitur, mutatus est in virum alterum Saul, cum regnare cæpisset. Sic & mutatus Nabucdonosor, cum dato ei sensu, è bestia transit in regnum. Quid ergo mirum, si id ipsum gratia in homine efficiat, cum hominem eleuet super omnes reges, & omnem denique naturam? Non agnoscit mundus hanc filiorum Dei dignitatē, & ideo miratur eorum conuersationem. Sicut cum princeps viam agit habitu mutato, ne agnoscatur, & plura præstat hospiti bus plura despicit, admirationi habetur, quia eius dignitas ignoratur. Nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit, quid erimus, mundus non nouit nos, quia non nouit Deum, ideo miratur, ac stupet, cum videt, caduca relinqui à principibus cælestibus, sed id mirandum nequaquam est, si eorum dignitas attendatur.

Sed audiamus loquentem vnum ex his principibus omnium nomine. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid erit nobis.* Sicut duo sunt astra borealia, Ellice, & cynosura,

quæ vulgo poli nuncupantur, in quibus vniuersa cælestis machina voluitur. Ita duo sunt similes poli, vel astra, quæ hominum vitam regunt, & in quibus humanus volutatur affectus, & in quæ respiciunt nauigantes hoc mare magnum. Alterum est. *Quid erit nobis?* Ut Petrus ait, alterum vero quid est nobis, ut mundani homines dicere confueuerunt. Iusti æterna, & futura cōsiderant, peccator presentia, & caduca attendit. Iustus ait, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna, De peccatoribus verò apud Danielé dicitur, clauserunt oculos suos, ne videant cælum, Hæc vero inter hos diuersitas est, quod iusti quærun't veras diuitias, vera bona, peccatores verò apparentia tantum, & quæ hominem decipiunt, at in se nihil continent veritatis. De quibus Sapiens. Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit vmbra, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. Merito vanam dicit peccatorum spem, cum enim ille putauit, se satiaandum ac implendum re concupita obtenta contrarium accidit. Addit Sapiens, extollitur peccator ex his quæ somniat, sicut si extolleretur infirmus de plebe homo, quoniam rex sibi videtur in somno, ita ei accidit, qui putat se aliquid esse propter temporalem celsitudinē, cum nihil sit, similis enim est ei, qui apprehendere conatur vmbra, vel ventum, nihil enim comprehendit, & cum manifeste expertus sit, esse mendacia, nihilominus illa sequitur. Expertus es peccati vanitatem, & dulcedinem in eo non esse, sed dolorem, sed infirmitatem, sed amaritudinem, & nihilominus illud sequeris, summa vanitas ista est. Vnde Psaltes, Velut somnium surgentium Domine, imaginem ipsorum ad nihilum rediges, putat enim somnias, imaginem illam veram esse, quæ ei apparet, sed cito ad nihilum redigitur, dum surgit è lecto. Ita in alia vita continget, sed & in hac, cum conuertens oculos ad priorem vitam turpem, nil inuenis præter vanitatem. Hinc diuitias fallaces Christus nuncupat, cū ait. Quod autem seminatū est in spinis, hic est, qui verbum Dei audit, & sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Et ideo Paulus diuitias sæculi incertas dicit, dicitur.

Ioan. 12.
Psal. 138.
Matt. 6.
Apoc. 3.
1. Tim. 6.
Matt. 13.
Psal. 35.

1. Reg. 10.

Danic. 4.

1. Ioan. 4.

2. Cor. 4.

Danic. 13.

Eccle. 34.

Psal. 72.

Matt. 13.

1. Tim. 6.
Luc. 16.

cens. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec Asperare in incerto diuitiarum suarum. Et Dominus apud Lucam ait. Si in iniquo mammona infideles fuistis, quod verum est, quis credet vobis? & si in alieno fideles non fuistis, quod verum est, quis dabit vobis? Quibus verbis diuitiæ falsæ, & non veræ dicuntur, & alienæ à nobis, quia nobis inuitis tollit fortuna, latro, & denique mors.

Esai. 7.

Gene. 2.

Simile.

Pron. 1.

1. Cor. 14.

1. Cor. 13.

Psal. 16.

Iusti vero vera bona quærunt, neglectis falsis, bonas margaritas relictis inanibus. Est Lydius lapis, vulgo dictus del contraste, quo metalla probantur, eius enim tactus discernit aurum ab aurichalco. Est in moribus datus nobis Christus Dominus, qui lapis est, ab hominibus quidem reprobatus, à Deo autem electus, & honorificatus? De quo Ekias prædixit, vt fecit res probare malum, & eligere bonum, ipse lux est, vniuersa manifestans, qualia sint, ipse secundus Adâ nomina vera rebus imponens, ille dicit, omnia caduca, & peritura vana esse, hoc ergo ita est. Ille dicit, spiritualia bona vera esse, ita ergo res habet. Post hunc lapidem, lapis etiam Petrus est, quia petra Petrus dicitur, hic nunc ait. *Ecce nos reliquimus omnia. Quasi vana, vana ergo illa sunt.* Qui vero ea putat aliquid esse, puer est sensibus. Similisque pueris, & puellis, qui paruas hominum, & mulierum effigies formant, quas vulgo dicunt. *muñecas*, & hæc regem dicunt, illam vero reginam, eisque exhibent reuerentiam tanquam principibus. Vique quod paruuli diligunt infantiam. Nolite paruuli effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Cum essem paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus, loquebar vt paruulus, quando autem factus sum vir, euacuau, quæ erant paruuli, & cum reliquis Apostolis dixi, ecce nos reliquimus omnia, quia illa vilia reputau. De quibus proinde Psaltes ait, Domine à paucis de terra eruide eos in uita eorum, de absconditis tuis adimpletus est venter eorum, saturati sunt filijs, & diuiserunt reliquias suas, paruulis suis, ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satior, cum apparuerit gloria tua. Quasi dicat. *Separa Domine iniustos à paucis de terra. Id est, à potentibus, qui pauci sunt, & eos succutis, vel iustis, qui pauci sunt, eruide, venter enim suum impleuerunt (id est, desiderium) absconditis tuis, id est, Theauris,*

& opibus,

A & opibus, quæ abscondita dicit, quia recondi solent, vel potius quia tanquam vilia ea Deus abscondit. Sicut in principum domo pretiosa ob oculos omnium ponuntur, vilia verò absconduntur, quia indigna conspectu. Ita gratiam, & dona cælestia in omnium oculis Deus posuit, aurum verò, & gemmas abscondit in mari, & terræ visceribus. De his ergo absconditis illi satiati sunt, & filijs, ac nepotibus ea reliquerunt. Ego verò, ait Dauid, hæc in pretio non habeo, sed curabo iustitiam, & gloriam tuam, in qua plena satietas est. Et ideo Petrus ait, quid ergo erit nobis? Hinc factum est, vt cum Bernardus cum fratribus sæculum relinquentes in ordinem Cisterciensem properaret, quid primogenitus ad puerum Niuardum, qui minimus natu erat, dixit, ad te solum respicit terra possessionis nostræ. Et ille licet puer ætate, non tamen sensu, dixit vobis, cælitum, mihi terra non ex equo diuisio hæc facta est. Et sic paulo post fratres secutus est omnibus reliquis.

Sed cum Petrus ait. *Quid ergo erit nobis?* Amore concupiscentiæ mercedem petit. Est huius amor amicitie purissimus, qui soli Deo debetur, quem propter se diligere debemus, & omnia propter illum, qui amor nobis inest à natura, & à gratia, à natura quidem naturalis, à gratia supernaturalis. Natura quidem nos inclinât, vt Deum super omnia diligamus, quia omnis res magis inclinatur in id, cuius est, quàm in seipsam, & sic pars se exponit pro toto, & licet totum eam exponat, sed id suauiter efficit secundum inclinationem partis. Et in politicis id apparet cum bonus ciuis se exponit periculo pro tuenda ciuitate, quia ergo bonum vniuersale est Deus, naturaliter plus diligitur ab homine, & Angelo. Superflitam naturalem inclinationem charitas eam perficiens addit, quæ Deum diligit vt bonum supernaturalis, & ad eum cuncta refert. Sed quoniam amor, quoniam nos ipsos diligimus, vehemens nimium est & amabile bonum, sed vnicuique proprium, & experientia ostendit, in omnibus fere rebus attendere nos, quid nobis conueniat, vt vixorem, vt amicos nobis amemus, licet porerit Deus velle, diligere à nobis solo amore amicitie, vt tamen eum amplius diligemus, voluit etiam amore concupiscentiæ diligi, tanquam bonum nostrum. Unde ait, diliges Dominum Deum tuum quasi di-

cc 51

cat,

Aristot.

Matt. 12.

cat, dilige eum, quia bonum tuum est. Quod si utilitatem quæris, & bonum tibi, nihil melius tibi esse poterit, quàm Deus qui nunc tibi centuplum erit, & in alio sæculo vita æterna. Libet ergo homini Deo obsequi propter mercedem, ut definitur in Concilio Tridentino sessione sexta. Hinc David ait. Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Et nunc Petrus. *Quid ergo erit nobis?* Et conuentione facta plures in vinea laborauerunt, qui denarium receperunt. Hoc vero licere nobis, ratio manifesta ostendit. Si enim in temporalibus utilitatem præam curare possum, multo potiori iure in spiritualibus. Verum quidem est, non factis esse, Deum diligere amore concupiscentiæ, sed necessarium etiam nobis esse eum diligere amore amicitiae super omnia, postquam ergo homo Deum dilexit ut bonum suum, debet se, suaque omnia in Deum ordinare amore amicitiae; Deo vero obsequi amore amicitiae perfectius est, & ideo maiori retributione dignum, charitas enim purissima, utilitatem nõ querens, eam amplioerem recipit. Et hinc factum est, ut hi, qui una hora in vinea laborauerunt, denarium reciperent, sicut illi, qui tota die laborauerant, quia nulla facta conuentione reuerunt in vineam, cum reliqui conuentione facta in eam venerint. Quo enim plus diligitur Deus amore concupiscentiæ, eo minus diligitur amore amicitiae, ut Diuus Thomas ait.

Concil. c. 23
c. 31.
Psal. 118.
Matt. 20.
Matt. 20.
D. Th. 1. 2.
q. 26. ar. 4.

Duabus ergo rationibus homo ducitur, ut Deo adhaereat, & ei obsequatur. Prior est illius bonitas, quam respicit pura charitas. Altera est, utilitas, quam respicit amor concupiscentiæ. Miro artificio usus Deus est, ut eum maximè diligamus, & in eius obsequio volumus, nec deficiamus, nos ergo ducit velis, remisque, amore sui, & nostri. Vna in inclinatione ducitur lapis in centrum, propria, scilicet, in inclinatione in bonum proprium sed altera in inclinatione ascendit, propter ordinem vniuersi, quàm do impleri vacuum oportet. Has vero diuersas inclinationes posuit Deus in nobis, & vtraque ducit nos in Deum, & eius amorem, ac obsequium. Diligis vniuersale bonum? diligis ò homo totum? Deus bonum vniuersi est, Deus totum est, dilige ipsum. Diligis te, & commodum tuum? Dilige Deum, qui est

est præcipuum tuum bonum, excuius dilectione summam utilitatem consequeris. Si bonitatem attendere volueris, infinitam in Deo reperies, si utilitatem, cum Petro dicente, *quid erit nobis?* hic centuplum recipies, & in futuro infinita bona. Vtrūque attendebat Augustinus in soliloquijs. Primum, cum diceret. Amo te Deus meus, magisq; semper amare cupio, quia tu es reuera, omni melle dulcior, ò ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris, ò amor, qui semper ferues, & nunquam te pefcis, accende me, accendar in quàm totus à te, ut totus diligam te, minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. Diligam te Domine, quoniam tu prior dilexisti me, ut enim, tibi totus seruirem, omnia, quæcunque fecisti, in meum seruitium tradidisti. Utilitatem verò attendebat, cum diceret, si tanta facis nobis in carcere, quid agas in palatio? Si hæc, quæ bonis, & malis parasti, adeo sunt delectabilia, qualia erunt, quæ solis bonis parasti secundum infinitam magnificentiam tuam, & dulcedinem diligentibus te? Sicut non est finis bonitatis, & magnificentie tue, ita non est finis retributionis tuæ, sed sicut magnus es tu, ita sunt magna donaria tua, quoniã tu ipse es præmium, & donum. Si ergo dixeris, quid erit nobis? si utilitatem quæris, infinitam reperies. Quod si dixeris, quomodo tanta bona consequi poterò? Respondet Bernardus, qui in visione accusatus à demone est, & qui eum celesti regno indignum contendebat. Ad quem Bernardus ait, ego quidem à me ipso indignus sum, sed Christus Dominus meus duplici titulo, ac iure exigere regnum cælorum potest, propter hereditatem patris, & meritum passionis, & altero ipse contentus, alterum mihi donat, meritum, scilicet, suum, quo ad tantum præmium assequendum peruenire poterò.

Sed visa Petri interrogatione, quid ei Christus Dñs respondeat, videamus. *Amè dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, &c.* Quibus verbis multa docemur. Primum. Si quis in Deum diues fuerit, & erga eum liberalis, experietur in se magnificentissimum Deum, qui enim iustorum capillos, & gressus dinumerat, qui potu aq̄e frigida sine mercede esse nõ patitur, quo pacto maxima non donabit ei, qui pro eo omnia reliquerit? Multi quidem parci sunt, parceque seminant, dum Deo sua tribuunt, qui

Aug. c. 19.

Aug. c. 20.

Bernard.

Hier. 2.

Simile.

Rom. 6.

Guillelm.

qui tamen in his, quæ mundi sunt, vniuersa sua effundere non A
 verentur. In quos Deus inuehitur per Hieremiam. Nunquid
 terra sterilis ego sum, aut ferotina? quare ergo dixit populus
 meus, recessimus, non veniemus ultra ad te? Sunt agricolæ præ
 dia duo; quorum alterum sterile est, alterum vero ita pingue;
 vt semper ei reddat fructum centesimum, cum ille seminat in
 priori agro, dolens seminat, & parca seminat, timet enim semi
 nis iacturam, cum vero in agro pingui, libenter, largeque se
 men effundit, nouit enim nimis multiplicandum. Nunc ergo
 ad vos sermonem conuerto ad homines, qui in mundum libe
 rales estis, in Deum vero parci, & auari. Nostis nos, quam sint di
 uersi agri mundus, & Deus? Multa mundo dedisti, cum eius va
 nitati inseruisti, quem ex his fructum habes? quem fructum B
 habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? centum seminasti,
 & vnum non messuisti. Nunc ergo loquitur Deus tuus, numquid
 ego terra sterilis sum? num vel ferotina? Quod ferotina non
 sim, manifestum est, cum in hoc sæculo reddam centuplum,
 quod sterilis non sim, eadem ratione patet, centuplum enim
 cumularus fructus est, & vita æterna mille millibus imo infini
 tis abundans fructibus, quare ergo in hoc prædio omniatus
 non seminabis? Nunc ergo ad Apostolos ait, quia me secum
 estis pauperes facti, & minimi in hoc sæculo, eritis principes in
 regeneratione, & tanquam regni magnates, cum reliqui ad
 stent, coram tribunali iudicantes, vos sedebitis tanquam prin
 cipes. Magna profecto Dei merces. Hinc sancti libenter vni
 uersa pro Deo reliquerunt, & nimio feruore etiam corporis vi
 res attenuabant, & pœna corpus extinguebant, vt Deo obse
 quium præstarent. Quia in re sic Bernardus excessit, vt vitio ei
 datum sit, quod corpus suum nimium affligerit. Sed recte ait
 socius ipsius, qui eius conscripsit vitam Guillelmus Abbas.
 Felix, cui solum reputatur ad culpam, quod cæteri præsume
 re sibi solent ad gloriam. Hinc etiam iugis illius cura, qua sibi
 aiebat, Bernarde ad quid venisti? Hinc ita diuinis deditus fuit,
 vt sentiens non sentiret, videns non videret, comedens non gu
 staret. Hinc Ecclesiæ vniuersalis causa innumeros subiit labo
 res, vt schisma tolleret, quod & perfecit. Et quoniam propter
 Deum spes multas in sæculo reliquit, & qui princeps esse po
 tuit,

A tuit pauper, & nudus effectus est, super principum capita Deus
 exaltauit, & adeo, illustre miraculis fecit, vt eorum certam ra
 tionem dare nullus possit; innumera etenim fuere. Adeo vni
 se quoq; tanta miracula miratus sit, ait Godifredus in vita Diui Godifre. li.
 Bernardi. Disputans enim secum in cogitationibus suis, & ex 3. c. 6.
 ipsa demullocutus abundantia cordis sui, domesticis suis qui
 busdam aiebat. Plurimum miror, quidnam sibi hæc miracula
 velint, aut quid visum sit Deo, talia ac titare per tale. Nihil mi
 hi videor in sacris paginis super hoc genere legisse signorum.
 Siquidem facta sunt aliquando signa per sanctos homines, & per
 factos, facta sunt & per fictos. Ego mihi nec perfectionis confes
 sionis sum, nec fictionis. Scio enim, sanctorum mihi non suppete
 re merita, quæ miraculis illustrentur. Confido autem, nec ad
 B eorum fortè me pertinerè, qui virtutes multas in nomine Do
 mini operantur, & à Domino ignorantur. Et tandem opportu
 num exitum reperit. Scio, inquit, huiusmodi signa non ad san
 ctitatem vnius, sed ad multorum spectare salutè, & Deum in ho
 mine, per quem talia operatur, non tam perfectionem conside
 rare, quàm opinionem, vt in eo commendat hominibus, quæ illi
 creditur, inesse virtutem. Neq; enim pro eis fiunt hæc, per quos
 sunt, sed pro his magis, qui vident illa, vel sciunt. Nihil ergo
 mihi & signis istis, quando quidem me illa fama, magis quam
 vitæ nouerim exhiberi, nec ad meam fieri commendationè, sed
 ad comonitionem potius aliorum. Mirabilia profecto Ber
 nardi signa innumera, quibus visum cæcis, salutem ægris,
 C claudis gressum; & infinitis prope laborantibus operam tulit,
 sed mirabilior eius animus humilis, qui sic interpretatus est
 miracula tanta. Sicut ergo miracula miramur, ita eum esse
 eius, numquam signa duntaxat, multo paratius ad requirit
 Mercedem Apostolis concessam vidimus, quæ principes
 sunt, qui pauperes pro Christo esse voluerunt, cuius principa
 tus participes facti illi sunt, qui eos imitantur, vt Bernardus.
 Nobis vero quid relinquitur, quibus difficillimum apparet, ad
 eum venire principatum? Addit Dominus. Omnis qui relique
 rit domum, & fratres, & duob; nobis in hoc Euangelio comendatur, reli
 gionem temporaliū, & Christi sequela; hæc enim summa est
 vita. Hæc est vita æterna, quæ non perit, quæ non deficiet, quæ non
 deficiet, quæ non deficiet, quæ non deficiet, quæ non deficiet.

tius perfectionis. Duo enim mala in peccato sunt, recessus à Deo, & conuersio ad creaturam. In **D**uo complectitur perfectio virtutis, quæ illis opposita sunt, recessum à temporalibus, & accessum ad Christum. Similis est motus animæ motui corporis, in quo est terminus à quo, & ad quæ, recedimus ab vno, vt veniamus in alium. Ita animæ motus perfectus est, cum recedit à temporalibus, & accedit ad Christum. Hoc est, quod Petrus ait, reliquimus omnia, & secuti sumus te. Hæc omnium summa virtutū. Virtutes enim quedam theologicæ sunt, quedam cardinales, hæc hominem à terrenis separant, illæ verò Deo agglutināt. Hinc Aug. tom. 4. in li. octoginta trium quaestionū ait. Charitatis venenum est spes adipiscendorum, aut retinendorum temporalium, nutrimentū eius est immutatio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. Quisquis igitur eam nutrire vult, in se tet in imminuendis cupiditatibus. Hæc Aug. Hinc sancti, vt liberius, expeditiusque Christum sequerentur, omnia reliquerunt, quia omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Accidit illis, quod Syris accidisse Regum historia ait. Siquidem Dñs tonitum audiri fecerat in castris Syriae curruum, equorum, & exercitus plurimi. Surrexerunt ergo, & fugerunt, & dereliquerunt tētoria sua, fugeruntq; animas tantū suas saluare cupientes, & vestes, & vasa proiecerunt in via. Sic Deus intonare solet vocem grandis, & metum eternæ damnationis in corde pœnerē, & vt illam iram homo effugiat, vt certior rem salutem reddat eternam, vniuersa relinquit.

Sed quis, nō ne possum salutem consequi, etiam si diues sim? non ne atri Parthæ diuites fuerunt? Certè difficile ab affectu di mittitur, quod effectus retinetur. Hinc Bernardus in declamatione super hoc Euangelium ait. Hæc causa fugiendarum diuitiarum præcipua est, quia aut vix, aut nunquam valeant sine affectu retineri, facile cor humanum omnibus, quæ frequenter, ad hæret. Et ideo vt ab hac difficultate se sancti liberarent, effectum omnia reliquerunt, vt certior rem salutem suam redderēt. Salus namq; eternatantum est bonum, vt sub dubio relinquere nō debeat, sed omnibus modis, ad viam certior reddi. Quod si vnquam difficile fuit, diuites intrare in regnum celorum, nunc maxime, quando mundi vanitas, ac peruersitas supra modū excreuit. Cū

enim

A enim tranquillum est mare, potest nauis onusta mercibus seuerius viam agere, sed si mare intumuerit, & tēpestas orta fuerit, oportet, alleuiare nauem, & vniuersas in mare projicere merces. Fuit aliquando m. p. b. l. s. t. e. n. u. s., ac tranquillus, cū patriarche diuites essent, tunc ciborum nulla pretiositas, vestium cultus moderatus, fastus, & arrogantia nulla ferē, & ideo diuitie onerati melius viam agebant in celum. Sed nunc tēpestas, exorta est, vides ò homo cor tuū tanquā mare feruens, quod quiescere non valet, vides affectus nimios exurgentes, quibus diuitie vim tribuunt, ac fomenta ministrant, agitur iam de periculo animæ tuæ, projice vniuersa in mare, omnia relinque, vt facilius saluus sis, Patriarche non viderāt Deum pauperem, quem imitarentur, tu verò vidisti eum, qui diues est, pro te pauperē **B** factum, vt eum ergo imiteris, pauper esto. Noli verò inuenire, quod ideo miser futurus sis, & ærumnosus; licet enim minus habeas, cum pauper fueris, sed melius est modicū iusto super diuitias peccatorū multas. Nō enim melius, aut lauius comedit infirmus, quam sanus, licet enim delicatiora manducet, & dulciora, sed non illi melius sapiunt, quam sano grossiora, nec pretiosior cibus, sed gustus lautam facit mensam. Sic pueri illi apud Danielē leguminibus pasti pulchriores fuerunt reliquis, qui cibo utebantur regio. Et in hoc verum habet illud Exodi, qui plus collegit, non inuenit plus, nec qui minus parauit, reperit minus. Vnde colligit Paulus. Qui multū, nō abundauit, & qui paucū, non minorauit. Si ergo pauperi minus à Deo datur, nō ideo minus habere dicitur, cum ei dulcius sapiat, quā diuitiū plura, quæ obtinet. Cui accidit persepe, quod Rebeccæ, quæ liberos nimium optauit, quibus sic grauata est, vt diceret, si sic futurum erat, quid necesse fuit, me concipere? Desideras temporalia multa, obtinebis forsitan ea, sed ita te grauabunt, vt aliquando dicas, si sic futurum erat, vt quid hæc optauit, & acquisiuit? &c.

(.)

Aug. 1. 36.

1. Cor. 9.

4. Reg. 7.

Bernar.

Simile.

Psal. 36.

Danie. 1.

Exod. 16.

2. Cor. 8.

Gene. 25.

In festo Sancti Bartolomei Apostoli.

Thema. Cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, &c.
Lucæ. 6.

Hebr. 1.
Eph. 1.



Rimus quidem locus in Dei domo Christo principi debetur, & eius gratia in genere gratiæ infinita est. Illud Paulus latè probat ad Hebr. & Ephesios, ostendens præstare ipsum in Dei domo reliquis sanctis, sicut excellit princeps Hispaniæ patris sui seruis, sicut caput membrorum. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et sicut sol excedit stellas, quæ ab ipso lumen mutuunt, & sicut mare fontes, qui ab eo procedunt. Rectè sponsa. Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.

Cant. 2.

Cant. 6.

Cant. 2.

Secundus vero locus Mariæ debetur, ut innumere rationes ostendunt, & concors sanctorum, & Ecclesiæ sententia. Cui proinde illud Cantorum conuenit, Sexagintæ sunt reginæ, octogintæ concubinæ, adolescentularum non est numerus, vna est columba mea, perfecta mea, hæc est Maria, quæ ad eo diuinis donis, & gratia pulchra est, ut sua pulchritudine sanctos quodammodo obumbret, & ipsa inter eos lilium videatur inter spinas. Cum enim sancti vniuersi lilia sint, coram Maria spinæ apparent, sicut pulchrum coram pulcherrimo, minus pulchrum videtur.

Tertius Ecclesiæ militantis, & triumpantis locus post Christum regem, & Mariam reginam Apostolis, quorum hodie electio proponitur in Euangelio, debetur. Quibus adnumerandus

Adus est Ioannes Baptista, ut Apostolus patris, missus à Deo, sicut Paulus Apostolus fuit Spiritus sancti, Apostoli ergo excédunt reliquos sanctos gratia, & donis cælestibus, & ideo eos primum in Ecclesia Christus posuit. Vnde hanc electionem Apostolorum enarrans Marcus, ait, eos Christum elegisse, ut essent cum eo, & ut illos mitteret ad prædicandum. Primum pertinet ad proprium ipsorum profectum, ut, scilicet, familiarissimè cū ipso essent, illiq; propinquissimi, ut magis ab eo discerent mysteria regni, & exempla Christi intuerentur, & ideo plura dona à Christo perceperunt, quo enim res aliqua propinquior est causæ, eò vim eius plus participat, sicut propinquius igni plus calefit. Secundum pertinet ad profectum Ecclesiæ, propter quam missi sunt, ut eam doceant. Addit vero Marcus, dedisse eis potestatem, pellendi demones, curandi infirmos.

Mar. 3.

B enim olim Moysem fecit Deum Pharaonis, tradens ei virgam qua miracula patraret, ita Apostolos constituit Deos mundi, tradita eis miraculorum potestate. Latè ostendit Paulus plus à Deo clarificatos Apostolos quam Moysem, quia potioris testamenti ministri erant, Apostolus græca dictio est, quasi missus nuncius, non quidem ut tabellio, sed qui ore negotium agit, ut orator, & legatus. Primum verò nomen hoc Christi Domini est, dicente Paulo, considerate Apostolum, & Põtificem confessionis nostræ Iesum, est enim missus à patre, ut ille sepe dixit, estque missus per excellentiam in mundi remedium. De inde vero nomen hoc tribuit ille discipulis, quos ipse misit in mundum suprema autoritate, & potestate, tum faciendi miracula, tum docendi vniuersam Ecclesiam. Vnde omnis Apostolorum scriptura est sacra, tum gubernandi omnem Ecclesiam, & ideo missi per excellentiam dicuntur. Sic ad eos Christus ait. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, id est, ea potestate, & autoritate, qua me pater misit, vos mitto, vno Regni solio vos præcedam, ut dixit Pharaon Ioseph. Et ideo Apostoli sunt Ecclesiæ fundamenta, ut Paulus ait, superedificati super fundamentum Apostolorum. Et Ioannes vidit duodecim fundamenta Hierusalem descendentes de celo, in quibus nomina duodecim Apostolorum erant scripta. Sed ait Diuus Thomas non quia fundamenta, inferiores censendi sunt. In ædificijs

Exod. 7.

2. Cor. 3.

Heb. 3.

Ioan. 20.

Gene. 41.

Eph. 2.

Apoc. 21.

D. Tho.

Ad Eph. 2.

Sanct.

Dd

enim

enim in terra fundatis id ita accidit, sed in ædificio, cuius fundamentum est in celo, quale est ædificium Hierusalem de celo descendens, fundamenta sunt superiora domus. Significauerunt hos duodecim Apostolos duodecim filij Iacob quo ad autoritatem. Duodecim fontes in Helim reperti, quo ad doctrinæ effusionem. Duodecim panes propositionis, quo ad gratiæ refectionem. Quo ad constantiæ stabilitatem, duodecim lapides grandes, positi in ripa Iordanis. Quo ad maturitatem, duodecim boues templi. Quo ad cælestium contemplationem, & lucem, duodecim stellæ, quæ in mulieris capite erant. Quo ad robur fortitudinis, duodecim leones, sustinètes thronum Salomonis. Quo ad scientiam cælestium, duodecim exploratores missi in terram. Quo ad luminis claritatem, duodecim horæ diei.

Exo. 15.
Leui. 24.
Iosue. 4.
3. Reg. 7.
Apoc. 12.

Nume. 13.

Ioan. 1.
Rupert. in
Ioan.

Rom. 9.

Diximus aliquid de duodecim Apostolis, quorum electio hodierno Euangelio proponitur. Dicamus iam aliquid de Beato Bartholomæo, cuius celebrem diem nunc agimus. Vt vero quis ille fuerit, nouerimus, recolenda nobis est dulcis historia, quæ apud Ioannem est, quam mire expendit Rupertus in eum locum. Vocatus est Philippus. Apostolus à Domino, qui os lampadis interpretatur. Inuenit vero Philippus Nathanael, & illum tanquam lampas, illuminat, dicens, inuenimus Messiam, & duxit illum ad Christum, quem intuens Christus ait. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Verus Israelita erat Nathanael, id est verus filius Iacob, virtutum illius imitator, & verus filius Iacob, quia vnus est ex predestinatis, promissis Abraham, & Iacob, iuxta illud Pauli, non omnes, qui ex Israelij sunt Israelitæ, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Respondit Nathanael, vnde me nosti? Non est delectatus laude sua, sed vere humilis, cum esset, ait, vnde me nosti, falsi enim Israelitæ laudibus, suis delectantur. Cui Christus Dominus ait. Cum esses sub ficu, vidi te. His verbis aliquid occultum, solique Deo notum, ei significauit, quo se Deum ostendit. Foras namque diuina visitatio, aut reuelatio ei facta sub ficu erat. Quasi ergo, ei dicit, licet vt homo non te viderim, vidi tamen vt Deus, qui ubique presens

A sum. Nec solum Nathanael sub ficu vidit, sed Adamum, & vniuersum genus hominum sub ficu aspexit nudos, & oculis misericordix suæ respexit, vt liberaret.

Gene. 3.

Adæo verò occultum, & intimum illud fuit, quod Christus Nathanaeli dixit, vt ille statim responderit, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Id est Messias in lege promissus, verus Deus, & homo; Augustinus, Cyrillus, Beda, Rupertus, & alij dicunt, confessum fuisse illis verbis Christi diuinitatem, quia non solum eum dicit filium Dei, sed præposuit articulum illum emphasim habentem, dicens, tu es ille filius Dei excellentissimus, & summus. Ex quibus Nathanaelis maxima fides ostenditur, qui cum primum Christum vidit, id ipsum de eo confessus est, quod Petrus postea multis signis

Augu.
Cyril.
Rupertus.
Beda.

B visis, cum ait, tu es Christus filius Dei viui. Id ipsum Nathanael prius confitetur, cum ait, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Quod si Petri confessio tot laudibus celebratur, quid non dici potest de hac Nathanael confessione? Merito proinde audit, videbis celos apertos, & Angelos descendentes, & ascendentes super filium hominis, tanquam verus filius Iacob id videbis, ille enim scalam vidit, & Angelos descendentes, & ascendentes, tu id ipsum videbis. Impletum hoc est in Christi Domini ascensione, & forte alias sæpe, licet ab Euangelistis memoriæ prodigium non sit.

Matth. 16.

Gene. 28.

Loco præsentis subsistit animus, & nosse cupit, quo deuenerit, magnus hic Nathanael verus Israelita post tam sonoram Christi confessionem, quia nusquam de illo in Euangelio fit mentio, nisi apud Ioannem, cum erat in nauis cum Petro, Ioanne, & Iacobo, & eis Christus apparuit suscitatus. Quis non optaret, vt lucerna tantæ claritatis non lateret sub modio, sed omnibus proponeretur? Quis non optaret, vt talis Christi confessor inter magnos numeraretur Apostolos? Quis enim dignior societate Christi illo, qui vere Israelita est, & in quo dolus non est? Si animalia ad sibi similia conueniunt, vt Sapiens ait, quis Christo similior? de eo enim dicitur, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus

Ioan. 21.

Eccles. 27.

Esa. 53.

Danic. 4.

in ore eius, de Nathanaele ipse ait, in quo dolus non est. An non hæc simillima sunt? Si Petrus confessione sua promeruit primatum Apostolici chori, cur Nathanael simili confessione non meruit Apostolorum choro adnumerari? Sed forsitan dices, Nathanael legis peritus erat, & ideo forsitan Apostolus non fuit, quia stulta mundi elegit Deus, ut sapientes confunderet. Sed hoc conuenienter dici nequit, scientia enim vnum ex donis Spiritus sancti numeratur, ideo fidei meritum non minuit, sed auget, & docta sanctitas sanctam rusticitatem præcellit testante Angelo, docti fulgebunt sicut stellæ firmamenti, &c. Et Paulum ad Gamalielis pedes eruditum ab Apostolica gratia Christus non repulit. Vbi ergo delituit tantus Nathanael? Per vestigia nobis inquirendus hic est. In Euangelio comperimus, cum Apostoli numerarentur, coherentem Bartholomæum Philippo, per Philippum vero Nathanaelem vocatum ad Christum, iam diximus. De Bartholomæo vero, quando fuerit vocatus, nescimus, sicut de Nathanaele non nouimus, quo deuenerit, postquam vocatus est. Deinde Ioannes, qui dixerat aliqua de Nathanaele, cum reliquos Apostolos nominat, Bartholomæum non meminit. Et reliqui Euangelistæ, qui Bartholomæum nominant, de Nathanaele non meminerunt. Deinde Bartholomæus nomen proprium non est, sicut nec Barjona, significat enim filius Tholomæi, Nathanael vero nomen est proprium. Deinde Bartholomæus Syriacum nomen est, & significat, filius suspendentis aquas, Nathanael vero nomen est Hebræum, & significat, domum Dei. Fortassis ergo hic Nathanael Bartholomæus fuit, qui erat à Chana Galilææ, cuius occasione Christus ad nuptias inuitatus, aquas in vinum vertens, illas in admirationem discipulorum credentium suspendit. Ideo dicitur Bartholomæus filius suspendentis aquas. Cum enim Bartholomæus coniungatur Philippo, ostenditur ab eo vocatus, coniungunt enim Euangelistæ Apostolos numerando, quos uocatione Deus coniunxerat, ut Petrum, & Andream, Iacobum & Ioannem. Et præterea, enumerans Ioannes apparitiones Christi Apostolis factas iungit Apostolis Nathanaelem: idem ergo ipse est Nathanael, & Bartholomæus. Hæc est

scn:

A sententia Ruperti ubi supra, ex quo ea, quæ diximus, usurpamus. Eadem est sententia Montani, & aliorum.

Vidimus initia suprema Apostolatus Diui Bartholomæi in Nathanaele. In Euangelio ostenditur electio ipsius in Apostolum, & hodie exitum, & mortem illius celebramus. Initia Apostolatus ita præclara fuerunt, ut ei nullus Apostolorum valeat conferri, exitum nunc videbimus in martyrio. crudelissimo, si prius aliquid de electione dixerimus, ut Euangelium explanemus. Inspiciamus ergo Christi manus, & opera, nec enim manus nos docet operans, quam loquens, & opes enim illa facere, & docere. Hinc Esaias ait. Erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem, post tergum mouentis; hæc est via, ambulate in ea, quia non solum

B Christi magistri nostri verba audienda sunt, sed & facta uidentia, ut similiter nos faciamus, quod me uideritis facere, hoc facite, ait iudex Israel. Et Iesus, exemplum meum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Quid ergo facit Dominus electurus Apostolos

Exijt in mortem orare. Mirus excellentiæ potestate, ad quam pertinet, Apostolos eligere, & sacramenta instituire, orat primum: Quia sicut omnia bona terræ à celo, & eius in fluentijs pendent, à quo expectanda sunt, sic uera bona hominum bona à Deo, quia ut Iacobus ait, omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre

C luminum. Et ideo, ut bona nobis protuberant, illud per agendum est, quod Psaltes ait. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Et iterum. Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Hoc uero miris uerbis Deus significauit olim populo suo, dicens. Hæc dices domui Iacob, & annuncias filiis Israel. Vos uidistis, quia fecerim Aegyptijs, quo modo portauerim uos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Sed, quid est regnum sacerdotale? Hoc uerbo ostendit Deus diuinitatem regni ipsius

JUSTO CIPRIANO SANCTI BARTHOLOMÆI ABBATIS

Acto. 1.

Eja. 30.

Iud. 7.

I. Ioan. 3.

I. Cor. 10. 1.

Psal. 120.

Psal. 24.

Exod. 19.

ab alijs regnis, reliqua enim regna verum Deum non habent, à quo auxilium petant, & ideo viribus suis curant, se tueri, ac conseruare, sed Dei veri regnum, cum Deum habeat, qui ei bona cuncta dare possit, à Deo suo pendere debet, eumque fiducialiter orare. Hoc significat, regnum sacerdotale. Cum enim munus sacerdotum sit orare, regnum sacerdotale est, regnum, quod oratione stabilitur, atque firmatur. Tu ergo in omnibus negotijs Deum ora, & ad regnum sacerdotale pertinebis. Hinc Apostolus. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione, petitiones vestrae innotescant apud Deum. Ex Græca lectione constat, hunc Pauli locum legendum esse, ut siltamus in ea dictione, omni, quasi Paulus dicat, solliciti ne sitis, sed in omni re, & negotio, oratione, ut iniqua à Deo bona petatis.

Si vero in omnibus negotijs Deum orare debemus, in arduis, & difficilibus siue animum spectent, siue corpus, diutius nobis orandum est, vt ex voto nobis succedant. Ita Christus Dominus electurus Apostolos pernoctat in oratione. Si ergo difficili tentatione vrgeris, si statum tibi, aut filio eligere debeas, longa tibi præmittenda oratio est, nec tua solum, sed aliorum. Quia vero id non agimus, multi accidunt nobis infelices successus, deceptiones quam plurimæ. Sic Iosue, & vniuerso, accidit Israël, vt deciperentur à Canaanitis, quia os Domini non interrogauerunt. Si ergo tibi optimos desideras successus, dic Deo, quod nolum Moyses, si tu non præcedas nos, non educas nos de loco isto, præcede ad Deum per orationem, & ora, vt præcedat te in omni negotio, & sic tibi prosperum erit. Ita Sapiens ait. Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia. Oravit celestis magister, & post orationem tales elegit Apostolos, contra quos non præualuit omnis mundi sapientia, ac potentia, omnis demonis, malitia, & astutia, & oratione sua obtinuit Christus, vt demones ac mundum superarent. Et sicut olim Ioseph, priorauit super singulos fratres, ita nunc Iesus, super singulos Apostolos, petens cuiusque dona celestia. Nunc fudit orationem pro Petro, (de qua postea ait, & rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, similia pro reliquis orauit.

Sed

A Sed, pernoctans erat in oratione Dei. Vt nos doceat in oratione perseverare. Chrysoströmus in homilia de profectu Euangelij, ait, in tranquillitate es, ora Deum, vt ipsa tibi tranquillitas maneat. Tè pestatè vides grauem, ora Deum vt auertat ipsam, exauditus es, gratias age, non exauditus es, persevera, vt exaudiaris. Et si differt aliquando Dominus, non id odio facit, neque te aduerfatur, sed differendo, diutius te secum seruare vult. Sicut & parentes filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos desideres vident, debita opera morantur, aliquid daturi. Deinde ait Ambrosius in hunc locum, si nostra salus adeo cordi Christi fuit, vt causa illius pernoctaret, quam eadem cordi in nobis esse debet. Quid enim pro salute tua te facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Vidisti patrem plures habentem filios, quos vt alat, nocte laborat alta? Huiusmodi Christus est pater futuri sæculi. Vidisti etiam patrem nocte vigilantem, vt cogitet de filiorum remedio, & in somnis ille est, hoc cogitans, cum filij sopore opprimuntur? id ipsum nunc Christus præstat. Sed num accidit tibi, vt in somnis & vigilias agens fueris, cogitans salutem æternam? Cura hæc somnum aliquando à te abstulit, vt nunc Christo Domino? Audi Hieremiam. Consurge in nocte, in principio vigiliarum, & effunde sicut aquam cor tuum in Dominum. Et Psaltem. In noctibus extollite manus vestras in sancta. Et Esaiam, anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te.

Post orationem vero ait Lucas, cum dies factus esset. **C** Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit. In hac electione duo nobis consideranda sunt. Primum, quod Paulus multis verbis exponit, quod cum posset eligere potentes, sapientes, & diuites, elegit pauperes, & infirmos, vt non gloriatur omnia caro, nec Euangelij victoria tribuatur potentia, aut sapientia mundi, sed Deo. Hanc victoriam in typo concinit Debona diuicês. Noua bella elegit Dñs, portas inimicorū, ipse subuertit, & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israël. Merito nouum genus pugnae illud dicit, in quo nec meta eliguntur, nec hastæ, & clypeo, quia nec de defendebat, nec alios lædebant Apostoli, nullam armorum genus ipsis erat

Philip. 4.

Iosue. 9.

Exo. 33.

Sap. 7.

Gene. 45.

Luc. 22.

Chrysostr.

Ambros.

Thre. 2.

Psal. 133.

Esai. 26.

1. Cor. 1.

Jud. 5.

erat, de quibus mundus gloriatur, & in quibus confidit. Hoc vero factò Deus ostendit ipsum subuertisse portas inimicorum, & eius virtute bellum confectum esse. Huc pertinet etiam à Gedeone parva victoria, in trecentis militibus, qui aquas manu lambebant, & sine armis decertauerunt. A quâ vero manu solum lambere, tribuit Iosephus eorum timori, non enim audebant proijcere se in terram, vt biberent, propter hostium formidinem, ideo sola manu aquas ad os trahebant.

Iosephus.
de antiq.

Secundum vero in hac electione non considerandum solum, sed & mirandum est, quod Iudam elegerit, cum soleret eius futuram proditionem. Alias enim, cum multi crederent in ipsum, ipse non credebat se illis, quia ipse sciebat, quid esset in homine, vt Ioannes ait, quibus verbis significat, aliquos credidisse in Christum, qui illi adherere volebant, sicut discipuli, quibus tamen noluit Christus societatem suam concedere, & familiarem conuictum, quoniam sciebat, secum non duraturos, imò à Pharisæis, & Scribis superandos fore muneribus, aut timore. Quomodo ergo nunc Iudam eligit, non solum in discipulum, sed etiam in Apostolum? Pr. mo respondet Theophylactus, non erat tunc Iudas indignus Apostolatu, postea vero à recto statu decidit. Id ipsum Hieronymus asserit, qui ait, non laudantur in Christianis initia, sed finis, Paulus malè accepit, sed bene finiuit, Iudæ laudan-

Ioan. 7.

Theophil.

Hiero.

Psal. 118.

Apoc. 2.

Philip. 2.

tur exordia, sed finis proditione damnatur. Quam in re timenda sunt nobis diuina iudicia, cum Psalte dicente, à iudicijs enim tuis timui. Saul electus à Domino in regem est, quoniam melior erat in populo Dei, postea peruerse egit, Salomon dilectus Domini appellatus est, & dedit maculam in gloriam suam, Nicolaus vnus ex septem primis diaconibus ab Apollolis electus heresiarcha factus est, à quo heresis Nicolaitarum initium sumpsit. Nullus ergo sibi fidat, licet in animo videtur. Lucifer à celo decidit, Adam à Paradiso, Iudas à Apostolatu, vere iudicij. De abyssus multa, de frigidis que cubis. Recte ergo nos monet Apostolus, Cum in ore sit mors, deest in re operamini. Et licet in sublimi des, in

me, & qui stat videat, ne cadat. Nullus securum se putet. Timor homini est, quod naui pondus, quod in inferiori eius parte ponitur, ne huc, illucque ventis agitetur. Secundò dico, Dei amorem in nos limitibus non concludi, tu Deum, & amici cum sic diligis, vt non vniuersa præstes, quæ dilectio exigit, sed prius in multis consideras, an tibi conueniant, an honorem tuum deceant, Deus vero non sic, sed ait dummodo homini hoc bene sit, faciendum id mihi est, sit mihi asperum, aut molestum, non curo. Quia ergo ex hac Iudæ electione multa nobis commoda prouentura erant, eum elegit, licet societati ipsius conueniens non esset, quia diabolus erat (sic enim eum appellauit ipse) expediens ergo hoc nobis erat, quia plura nos in hoc docuit. Primum ostendit in Ecclesia malos permixtos bonis esse debere, & ideo malos tolerandos à nobis, quia Ecclesia area est, in qua triticum, & paleæ simul sunt, donec permundetur area Domini. Secundum, ne despiciamus congregationem bonam, quia vnus, vel alter prauus reperitur. Hinc Ioannes, ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Tertium, ne quis in hac vita securum se putet, licet in statu sit sublimiore, de qua re præc. re. Bernardus Epistola ad Colonensem Archiepiscopum. Quartum, vt nouerit iustus, cum post orationem, & considerationem aliquid facit, quod Deo gratum putat, sibi que conueniens, nõ quidem errare, sed rectè agere, licet successus id non probet. In plurimis enim error est speculatiuus, sed non practicus. Nullus hominum tenetur non deuiare à recto, sed omnis tenetur, diligentiam adhibere, vt à recto nõ deuiet, quam cum præsterit, licet erret, non errat. Vnde cum prudentia dicat, fac hoc, non errat practice, licet speculatiue erret, & ideo ante Deum mercedem recipiet, qui sic operatur, licet error speculatiuus intercedat. Dediisti eleemosynam ei, quem putasti pauperem esse, si forsan pauper non erat, cleemosyna grata Deo fuit. Recepisti Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem prophetæ accipies, etiam si propheta non sit. Sic in similibus. Sed si Iudas electus Apostolus diabolus est, qui cupiditate terrenorum fur factus fuit, & deinde eadem ductus Christi-

Ioan. 6.

Ioan. 2.

Bernar.

stum prodidit, Bartholomæus ei per omnia contrarius simul **A**
 electus est, qui non solum terrenam exiit substantiam, sed
 & vestes, sed & pellem pro Christo dedit, implens illud Iob,
 peilem pro pelle, & cuncta, quæ habet, dabit homo pro anima
 sua. Dedit illa cuncta, quæ possidebat, demum pellem ip-
 sam dedit. Sed aliud significat dæmon, cum ait Deo, pellem
 propelle, &c. & quod illud? Certè hominem ita sui amantem
 esse, vt pro vita tuenda, vel animi desiderio explendo det vni-
 uersa animi bona, & ipsam Dei gratiam, qua vt pelle induitur.
 Vt indueret animam Bartholomæus, exiit corpus, tu vero vt
 induas corpus, exuis animam. Quid obsecro dementius? Præ-
 stitit Bartholomæus, quod serpens, qui vt nouam induat tuni-
 cam, veterem exiit, per angustias petrarum transiens. Olim **B**
 Ioseph, pallium dimisit in manus heræ, ne adulter esset.
 Adolescens alter dimisit sindonem, & nudus profugit. Qui
 pallium dimittit, vt Ioseph, minus facit, adhuc enim ve-
 stitus manet, qui sindonem relinquit, plus facit, quoniam
 nudus omnino relinquitur, sed nihilominus integer ipse ma-
 net. At Bartholomæus non pallium solum, non sindonem
 sed pellem pro Christo relinquit, hoc verè maximum est. Et
 quod sponsa significat, cum ait. Inuenerunt me custodes
 ciuitatis, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt
 pallium meum custodes murorum. Sed qua fide d' Bartho-
 lomæe pellem relinquit? Certè fide securus sum, sed qua?
 illa certè, quam Iob explicuit, dicens. Scio, quod redem-
 ptor meus viuuit, & in nouissima die de terra surrecturus sum, **C**
 & rursus circundabor pelle mea. Eam nunc relinquo mor-
 talem, suscipiam vero gloriosam. En in Bartholomæo im-
 pletum illud Leuitici. Detracta pelle hostiæ, artus in frusta
 concident, hostia Deo gratissima Bartholomæus fuit, cui pri-
 mum detracta pellis est. Sed ad quid nobis Bartholomæi
 pellis utilis est? nulla animalis pellis vel pretiosissima huic Bar-
 tholomæi pelli conferri potest, nulla sic nos à frigore prote-
 gere, vt pellis Bartholomæi, nulla pellis Salomonis huic si-
 milis. Quoniam sicut animalium pelles protegebant taber-
 naculum, vt pluuia, & temporis infurijs non pateret, ita Bar-
 tholo-

A tholomæi pelle protegere nos possumus, ne tribulatione læda-
 mur. Ammisisti d' homo diuitias, liberos, uxorem, num pel-
 lem ammisisti, vt Bartholomæus? Audi Apostolum simili-
 bus verbis monentes eos, qui aliqua Ieuia pro Christo susti-
 nuerunt. Recogitare eum, qui talem sustinuit à peccatori-
 bus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemi-
 ni animis veltris deficientes. Nondum enim vsque ad san-
 guinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes, & obli-
 estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens,
 fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris,
 dum ab eo argueris, quem enim diligit Deus, castigat, quere-
 las fundis d' homo, quod multa patiaris? restitisti ne vsque ad
 sanguinem? dedisti pro Deo pellem? excoriatu fuisti? si ista
B passus non es, quid conquereris?

Si rectis oculis inspiceremus Bartholomæum, qui nobis
 hodie proponitur inspiciendus, leuaremur in tribulationibus,
 imo gaudentes in eis gloriaremur. Quid enim ille est, nisi vir-
 ga decorticata similis virgis illis, quas Iacob proposuit ouibus
 in canalibus? Vt eas intuentes, varios conciperent fetus, &
 maculosos? Sicut ille varias virgas posuit, hanc cortice o-
 pertam, aliam decorticatam, vt varij illi colores ab ouibus
 inspecti efficerent, vt varios fetus ederent. Ita vt varie-
 tate virtutum ornemur, plures sancti nobis obijciuntur, qui
 diuersis virtutibus fulserunt. Sed nunc proponitur vobis de
 corticata virga, Bartholomæus pelle detracta, vt eum con-
 templemur. Mirabilis plane visio nobis offertur, vt dicamus
C cum Moyse, vadam, & videbo visionem hanc magnam. Con-
 fregit vir sanctus idolum, quod Astiages rex adorabat, & ideo
 ligatur in ligno nudus, & Sathana instigante atrocissimum
 supplicij genus & inauditum in eum exercetur. Accedunt ad
 eum carnifices acutis nouaculis, & incipiunt à summo capitis
 vertice vsq; ad pedes pellem detrahère. Inspiciebat seipsum
 Christi Apostolus, & placebat sibi in infirmitatibus, & dolori-
 bus, & tunc se regem purpura indutum putabat, quia similem se
 Christo videbat in cruce pendenti, à quo multitudine flagello-
 rum pellis fuerat detracta, Ioseph (citatus à Methaphraste)
 ait, ecce aureum candelabrum, in quo fax illa Spiritus
 sancti

Heb. 12.

Gene. 30.

Exod. 32.

Ioseph.
Methaph.

Iob. 1.

Gene. 39.

Mar. 14.

Cant. 1.

Iob. 19.

Leuit. 1.

sancti effulsit toti mundo . Tu es diuini solis lucidus radius, A
qui à summo cælo ad infima terræ penetrans illuminasti eos
qui in tenebris sunt. Tu stella lucidissima, florens paradysus, di
uinæ gratiæ tuba, vitis fecundissima, oliua fructifera, miracu
lorum fons, dæmonum profugatio, Apostolorum gloria, &
omnium bonorum thesaurus, Spiritus sancti calamus, veloci
ter scribens legem nouam, sagitta acutissima verbi potentis,
quæ percussisti dæmones, & animas sanasti faucias. Quod no
bis loquitur, decorticata hæc virga est, pellem pro pelle dare
pro animæ æterna salute, si necesse fuerit. Nec solum mandata
seruanda, sed vniuersa pro Deo relinquenda, & postquam om
nia præstiteris, & vt Bartholomæus, etiam pellem, audies, quia
Rom. 6.
Apo. 21.
gratia Dei vita æterna, & dabo ei bibere de fonte aquæ: vitæ
gratis, etiam si pellem dederis, gratis tibi datur gloria, quia licet
eam merearis, tamen gratis venditur, quia paruo pretio tibi da
tur, quod maximum est.

Micha. 3.

Deinde discite, pellem tuam detrahere, te odiendo, non alie
nam. Vt illi de quibus Michæas, audite principes Iacob,
nunquid non vestrum est scire iudicium, qui violens
ter tollitis pelles eorum de super eis, & carnem
eorum de super ossibus eorū, qui come
derunt carnem populi mei, & pel
lem eorum de super ex
coriauerunt?

(*)

In C

A In festo Sancti Augu
stini.

Thema. Vos estis lux mundi. &c.
Matth. 5.



B

Vmna Christianæ Ecclesiæ laus ea est,
quod cælesti quam simillima est, sic ait
Augustinus illud Exodi. 25. fac secundum
exemplar, quod tibi in monte monstratū
est, esse verba patris ad filium, dicentis,
Ecclesiam in terra construe ad similitudi
nē eius, quā in cælo vidisti. Sicq; præstitit
Christus, quod Iob præstare non potuit, cui dicitur. Nunquid
nostri ordinem cæli aut rationem eius pones in terra? Ordine
cæli nouit Christus Dominus, qui est in sinu patris, & po
fuit eius rationem in terra dum Ecclesiam fundauit ad cælestis
similitudinem. Inde Ioānes ecclesiam describēs Apoc. 21. ait.
Vidi ciuitatē sanctam Hierusalem descendētē de cælo. A deo
enim similis est, cælesti, vt de cælo descendisse videatur. Nec
vero solum est similis, sed est etiam eadem cum illa, sicut enim
cum supplicatio publica fit, vna est, licet pars eius in Ecclesiam
deuenerit, & quiescat, & pars perambulat per viam publicam,
& quemadmodum, idem est exercitus, qui ex parte pugnat, &
ex parte colligit spolia. Ita vna ecclesia est militans, & triūphās
ambulans per fidem, & quiescens in cælo. Sicut autem in cælo
sunt illuminantes, & illuminati, vt Dionysius dicit, ita in Ec
clesia, hodiernum verò Euangelium eos respicit præcipue, qui
sunt illuminantes, prælatos, scilicet, doctores, & gubernatores
ad hos Christus loquitur cum ait?

Vos estis sal terræ. Id est, sapor, dulcedo, consolatio, refrige
rium, lætitiæque mundi, hæc efficit sal in cibo, quem con
dit, hæc vos efficere debetis in terra . Attende quomodo
hæc

Aug.
Exod. 25

Iob. 38.

Apo. 21.

Simile.

Dionys. de
cal. Hier.

Esaï. 61.
Luca. 4.
Rom. 15.
2. Tim. 2.
Psal. 25.
Exech. 13.

hæc præstiterit ; primum salis granum , exponens locum A
Esaïæ de se dictum , spiritus Domini super me , eo quod vn-
xerit me , ad annuntium pauperibus misit me , vt mederer
contritis corde , vt prædicarem captiuis indulgentiam , clau-
sis apertionem . Et inde Euangelium dicitur eius doctrina ,
quod bonum nuncium sonat . Hinc Paulus , vt per patien-
tiam , & consolationem scripturarum spem habeamus . Ve-
re scriptura diuina in consolationem facta est , in idem præla-
tus , & prædicator , ideo sal dicitur , quia gustum bonum , sa-
poremque tribuit . Aliquando quidem necessarium est , ter-
rere homines inferni igne , iudicij metu . Hinc Paul. 2. ad Ti-
motheum . 2. Solicite cura te ipsum probabilem exhibere B
Deo , operarium inconfusibilem , rectè tractantem verbum
veritatis . Probabilis Deo exhibetur minister , cum à Deo ap-
probatur , & cum talis est , vt dicere possit cum Psalte proba
me Deus , & tenta me , qui cum probatur à Deo approbatur ,
ille se exhibet probabilem Deo . Addit Paulus , operarium in
confusibilem , qui , scilicet , verecundia non prematur , quan-
do mercedem recipit . Cum enim in opus conducis homi-
nem , & ille vel malè , vel nihil operatur , cum recipit postea mer-
cedem , confunditur , verecundaturque conscientia sua attestã
te , non mereri se mercedem , cum opus non præstiterit . Cura
ergo , vt sis operarius inconfusibilis , rectè addit , tractantem
verbum veritatis , idest , libere prædicantem veritatem sine
hominum timore . Sed verbum Græcum quod ibi ponitur C
loco illius , tractantem , significat , diuidentem ; quod est ,
dicere , rectè diuidentem verbum veritatis . Cum enim mœ-
stum consolaris , perfectum adhortaris , iustum spe firmas ,
impium terres , tunc verbum veritatis rectè diuidis . Sicut
enim in mensa principum est præfectus mensæ , qui vulgo di-
citur , maestresala , qui omnibus cibum diuidit conuenienter ,
talem esse oportet prædicatorè , qui omnibus det conuenien-
tem cibum . Arguit Ezechiel . 13 . per vniuersum illud
caput , Prophetas hoc non præstantes , & tandem ait . Pro eo
quod fecistis mætere cor iusti mendaciter , quem ego non
contristavi , & confortastis manus impij , vt non reuerteretur
à via sua mala , & viueret , propter ea vana non videbitis , & diui
natio-

A nationes non diuinabitis amplius . Licet ergo terrere homines
opus sit aliquando , sed timoris annunciatio potius ad legem ,
quam ad Euangelium pertinebat . Quia vero propria annun-
ciatio Euangelicæ legis est amor , misericordia , dulcedo , sicut
legis antiquæ timor , ideo nunc dicitur vos estis sal , quia pro-
pria Euangelij prædicatio est benignitatis , & humanitis salua-
toris nostri , ideo sal dicuntur eius prædicatores . Sed audi quid
eis addijciat Dominus .

Quod si sal euauerit . &c. Prælatus casus similis est casui
Angeli , qui irreparabiliter cecidit . Licet enim prælatus de-
linquens reparari possit , sed difficile . Sed mirum profe-
ctò quod sal infatuari possit . Hinc facile colliget , sibi non su-
perbiendum . Summè hominem deijcit , ac humiliat , cum
videt , deficere possum , infatuari possum . Et hoc est quod
sanctos , & sanctissimos viros in humilitate , & timore con-
tinuit . Gregorius , proponuntur nobis viri sancti aliquando
in certaminibus victores , vt Iob , & Tobias , aliquando su-
perati , vt David , vt inde speremus , hinc timeamus , & hu-
miliemur . De quare Psaltes , ait . Quid gloriaris in malitia ,
qui potens es in iniquitatem ? Quod est dicere , quid malè
gloriaris , qui deficere potes ? qui potens adhuc es , malum
facere ? Appellat alio loco Angelos sanctos potentes virtu-
te ; modo homines potentes in , quitate , non est hæc pote-
stas , sed infirmitas maxima , quæ proinde nos humiliare de-
bet .

C Sed si deficere posse , nos deiectos , humilesque facere
debet , quò nos deijcere deberet , defecisse , & in peccata pro-
lapsos esse ? Audi Esaïam . Descende , sede in puluere virgo fi-
lia Babylon , non est solum filiæ Chaldeorum . Vere deij-
ciendus , humiliandusque peccator est . non enim illi gloria
conuenit , non solum . Iam nunc depone ornatum tuum ,
dicitur Israeli , cum vitulos adorauit , non enim ornamen-
ta peccatores decent , sed viles panni . humilitas maxima .
Humiliatus sum nimis , ait Psaltes , rugiebam à gemitu cor-
dis mei . Merito nimis humiliatur , qui nimis exaltauit se ,
qui super Deum se erigere voluit , deijciatur in infimam
creaturam . Adijciat cælestis magister . Vos estis lux mundi .
Quia

*Gregor. in
Iob initio.*

Psal. 51.

Psal. 103.

Esaï. 47.

Exo. 33.

Psal. 37.

Eccles. 9.

Quia prælatus sapientia maxima præditus esse debet, per quam lux sit, Ecclesiastici. 9. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui.

Eccles. 1.

Idest, laus artificis est, quod domum præclaram ædificauit, vel imaginem optimam pinxerit, sed principis laus sapientia est. Sed est duplex sapientia, alia honorabilis, honore digna, alia fecus, Sapientia digna honore est illa, de qua Ecclesiastici. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Est vero sapientia humana, cognitio, scilicet, omnium naturalium, & ipsius etiam Dei, ut agnitus est à Philosophis, & hæc in se considerata bonum quid est, sicut homo in communi bonum est. Sed sicut in particulari, hic, & ille homo bonus est propter opera bona, sic illa scientia quando est in homine peccatore, nec eam in Deum ordinat, bona non

D. Tho.

est, imo nihil est, & ideo sapientia absolute dicenda non est, ut Diuus Thomas asserit. 22. quæstione. 45. Et de hac sapientia Iacobus ait. Non est hæc sapientia, quæ deorsum,

Iacob. 3.

est, sed est animalis, terrena, diabolica. Si peccator ordinat illam scientiam in bona terrena acquirenda, sapientia terrena est, si in delectationes, est animalis, si ad superbiam, diabolica, si ad vniuersa ista erit terrena, animalis ac diabolica. Hinc Paulus. Vbi sapiens, vbi scriba? vbi doctus? vbi inquisitor huius seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? verè stulta sapientia illa est, nec honore, & nomine sapientiæ digna. Ideo postea Paulus ait comprehendam sapientes in astutia eorum. Non dicit in sapientia, sed in astutia, quia vera sapientia non est, sed vulpis calliditas.

1. Cor. 1.

Hinc omnis peccator stultus dicitur, licet scientia omni sit præditus. Non ergo gloriatur sapiens in sapientia sua, quia si gratia caret, vera sapientia non est, nec honore aliquo digna, Quæ est ergo vera sapientia, & honorabilis? amor, & timor Dei honorabilis est sapientia Iob. 28. Cum inuestigaret, vbi sapientia esset, tandem ait. Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Ratio ad hoc manifesta illa est, quia ille simpliciter, & absolute est sapiens, qui se, & omnia sua nouit dirigere in vltimum finem, non vero qui in fines

1. Cor. 3.

particulari, hic, & ille homo bonus est propter opera bona, sic illa scientia quando est in homine peccatore, nec eam in Deum ordinat, bona non

Hierem. 9.

est, imo nihil est, & ideo sapientia absolute dicenda non est, ut Diuus Thomas asserit. 22. quæstione. 45. Et de hac sapientia Iacobus ait. Non est hæc sapientia, quæ deorsum,

Iob. 28.

Hinc omnis peccator stultus dicitur, licet scientia omni sit præditus. Non ergo gloriatur sapiens in sapientia sua, quia si gratia caret, vera sapientia non est, nec honore aliquo digna, Quæ est ergo vera sapientia, & honorabilis? amor, & timor Dei honorabilis est sapientia Iob. 28. Cum inuestigaret, vbi sapientia esset, tandem ait. Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Ratio ad hoc manifesta illa est, quia ille simpliciter, & absolute est sapiens, qui se, & omnia sua nouit dirigere in vltimum finem, non vero qui in fines

A particulares, qui cum non sint bonum hominis simpliciter, ita nec simpliciter est sapiens, qui ea nouit acquirere, & sibi comparare, id enim vulpina astutia dici potest, non sapientia hominis. Sicut enim bonum simpliciter hominis beatitudo est, reliqua verò secundum quid bona sunt, ita simpliciter dicitur sapiens, & absolute, qui beatitudinem nouit sibi acquirere, sed secundum quid, qui alia bona sibi comparare nouit, & huiusmodi est eorum sapientia, de quibus Ieremias, sapientes sunt, ut faciant malum, bonum autem facere nescierunt. Qui verò finem vltimum assequitur, quod est bonum hominis, simpliciter, dicitur absolute sapiens. Hinc Psal. Os iusti meditabitur sapientiam, & sapientiam præstans paruulis. De astutia vero dicitur Esaiæ. 19. Dominus miscuit in medio eius, scilicet, Aegypti, spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Vertigo est infirmitas, qua caput mensque hominis turbatur, ut nec sentire valeat sed incircuito voluatur, talis est omnis sapientia, quando deest ei diuina gratia, turbatur, & obæcatur, obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, errant quasi ebrii, & alios errare faciunt, at diuina sapientia hominem componit, vniuersum. Et ut dicitur Sapientiæ. 8. Sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, id est, fortitudinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hæc vera est sapientia, quæ docet, omnem virtutem, hæc est salubris sapientia. De qua dicitur, aqua sapientiæ salutaris potabis eos. De hac Salomon. Præposui illam regnis, & sedibus, habebō propter hæc immortalitatem &c. Vbi innumera eius bona enumerat, venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius? Ideo merito nos admonet Baruc. 3. discite, vbi sit sapientia, vbi prudentia, vbi lumen oculorum, & pax, ut scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ. Et hanc sapientiam omnes possunt possidere, ab hac, quæ verum est bonum, excluditur nullus.

*Psal. 36.**Psal. 18.**Esa. 19.*

B Aegypti, spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Vertigo est infirmitas, qua caput mensque hominis turbatur, ut nec sentire valeat sed incircuito voluatur, talis est omnis sapientia, quando deest ei diuina gratia, turbatur, & obæcatur, obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, errant quasi ebrii, & alios errare faciunt, at diuina sapientia hominem componit, vniuersum. Et ut dicitur Sapientiæ. 8. Sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, id est, fortitudinem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hæc vera est sapientia, quæ docet, omnem virtutem, hæc est salubris sapientia. De qua dicitur, aqua sapientiæ salutaris potabis eos. De hac Salomon. Præposui illam regnis, & sedibus, habebō propter hæc immortalitatem &c. Vbi innumera eius bona enumerat, venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius? Ideo merito nos admonet Baruc. 3. discite, vbi sit sapientia, vbi prudentia, vbi lumen oculorum, & pax, ut scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ. Et hanc sapientiam omnes possunt possidere, ab hac, quæ verum est bonum, excluditur nullus.

*Rom. 1.**Sap. 8.*

C Salomon. Præposui illam regnis, & sedibus, habebō propter hæc immortalitatem &c. Vbi innumera eius bona enumerat, venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius? Ideo merito nos admonet Baruc. 3. discite, vbi sit sapientia, vbi prudentia, vbi lumen oculorum, & pax, ut scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ. Et hanc sapientiam omnes possunt possidere, ab hac, quæ verum est bonum, excluditur nullus.

*Eccles. 15.**Sap. 8.**Bar. 3.*

Quando verò huic sapientiæ adjicitur scientia humana, est illi maximum ornamentum. Secundum illud Danielis. 12. qui docti fuerunt, fulgebunt sicut stelle, & sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, fulgebunt in

Dan. 12.

Sanct.

Ee

perpetuas

perpetuas æternitates. Cum enim vtraque ista sapientia in ho-
mine est, non sibi duntaxat, sed vniuerso mundo lucet, & qui
hæc habent, verè lux sunt mundi. Quare quantum
excelluerit Augustinus super suum est ostendere, sicut
superfluum esset amplificare solis lumen. Hinc ethni-
cus Auicena dixit, scientiam Augustino cælum dedit
super omnes homines, & quantum dare potuit, illi conce-
dit, non Platoni, nec Aristoteli, quam rem ipse Augustinus hu-
milis ostendit hom. 40. ad fratres in eremo tom. 10. Cõsidera-
mus inquit, vtrum ea quæ dicta sunt de tempore Abraham, in-
clinare possimus ad me Augustinum patrem vestrum, Abrahã,
secundum Hebræos tria habuit nomina sub diuersis tempori-
bus. Primo dictus est illam, cum esset in Chaldea in domo pa-
tris, quod idem sonat quod excelsus. Sed ascendens ad terram
Chanaan vocatus à Deo, dictus est Abram, quod interpre-
tatur pater excelsus, tandem postquam circumciscus est, dictus
est à Deo Abrahã, idest, pater multarum gentium. Attendatis
& vos fratres in patrem vestrum. Nam primo vocatus sum ex-
celsus philosophus, eram enim inter omnes magnos nominatif-
simus, & liberalium artium sagacissimus indagator. Excelsus
inquam eram celsitudine scientiæ, quæ inflat, non charitatis,
quæ ædificat, nam cedrum odorificum vocabant me Romani
Principes, folijs abundantem, sed non habebam fructum, excel-
sus eram super omnes coetaneos meos, elatus & super exalta-
tus super cedros libani. Accessit mater pietate plena, prædica-
tio sancti viri episcopi, vita & exempla sanctorum patrum Pau-
li, & Antonij, & Simpliciani, & cum his omnibus vox Domini
confringentis cedros, comminuit cedrum libani, & hostia præ-
parata est ad victimam in odorem suauitatis. Et sic factus sum
pater excelsus. Deinde ad Africam veni cum, fratribus re-
ligiosis, & factus sum episcopus, tunc factus sum pater ex-
celsus multarum gentium, Pontifices enim sicut vo-
cantur pastores, ita & patres plebis, & tunc factus fui
sicut oliua fructifera in domo Dei. Nam oleum illuminat, pas-
cit, & fessa membra fouet, sic præsul illuminare debet ver-
bo, pascere exemplo, fouere agentes temporali beneficio.
Studeo sacram scripturam exponere & sic iam ab ortu, & oc-
casu,

A casu, ab aquilone, & austro viget nostra doctrina & expositio.
Factus sum vitis abundans in lateribus domus Dei, cuius do-
mus latera sunt, legentes, orantes, coniugati, omnibus docuimè
ta proposui. Hæc ad verbum ex Augustino, qui lux fuit con-
tra errores omnes, malleus hæreticorum, vt Bernardus dicit, Ber.
omni statui legem proposuit. Cuius tanta fuit in Ecclesia au-
thoritas, vt ipse referat initio retractationum, multa se ex tem-
pore dixisse, quia cum Ecclesiam quamlibet intraret prædican-
te episcopo, vel presbytero eum cogebant prædicare, illique lo-
qui cessabant, qua ratione, ait, multa dicta esse à se ex tempore,
& sine vlla præmeditatione.

Fuit ergo Augustinus Ecclesiæ lux, solque eius, sicut sol re-
fulgens in templo Dei.

B Sed num semper fuit lux? Imo aliquando tenebræ, nunc au-
tem lux in Domino. Ipse vero humillimus omnes suas tenebras
aperuit in lib. confessionum, easque testatas reliquit, summa
humilitate, quod nullum post Apostolos legimus fecisse. Illas
vero ostendit in sui confusionem, & medici gloriam, nõ enim
hæc videri potest, nisi agnita infirmi miseriam. Super profun-
dam humilitatem hanc mirandum non est, multa, magnaque
à Deo ædificata esse, sicut contra mala innumera in superbũ
veniunt. Audiamus, ac attendamus aliqua ipsius verba, quæ no-
bis sint in profectum. Quoties, ait, videns me peccatis victũ
suspirabam, videns meis viribus liberari non posse. Vocabat me
Deus, & respondebam ei, expecta me modicum, & illud mo-
dicum in longum protendebatur. Nouerat demõn, captiuum
se tenere inclytum, maximique precij, ideo solícite eum custo-
diebat. Sed tandem audita Antonij conuersatione ait. Surgunt
indocti, & rapiunt regnum cælorum, nos verò cum nostris
scientijs mergimur in profundum. Ingressus est hortum, & sub
ficu se prostravit, vt dici ei possit quod Nathanaeli, vidi te sub
ficu. Ibi orauit, vsque quo Domine obliuisceris me in fine, vs-
que quo auertis faciem tuam à me? vsque quo exaltabitur inimi-
cus meus super me? Si aliquando ad te veniã, cur nõ modo, si nõ
quã ad quid mihi, vita. Venit tũc ad eũ è carne cogitatio, quid fa-
cis, o Augustine, in æternũ delicias à te separas? Cũq; sic anxius

Ecce 2. 10. esset,

Rom. 13.

esset audiuit vocem dicentem sibi tolle, lege, & aperto libro offendit locum illum Pauli. Nō in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Hoc audito verbo descendit in eius animam lux, omnem abigens timorem, pellens tenebras, viditque se liberari à gratia Dei, facileque ei esse omnia, quod difficile videbatur. Tunc cecinit, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis erexit eū dominus de luto stans supra petram gressus eius, immisit in os eius canticum nouum. Ecce ad præceptum tuum eleuabitur aquila, si in arduis ponetur nidum tuum. Sicut inter Euangelistas Ioannes Aquila est, inter doctores Augustinus. En veram illi concessam sapientiam qua in vltimum finem se dirigeret, & omnia sua. O si vobis hinc disceres peccator, qui catenis vinctus à dæmone teneris, clamare ad liberatorem, & seruatorem animarum, qui facile te solueret à vinculis. Cum seruitute sæpe propter peccata premerentur Israelitæ clamabant ad Dominum, & continuo subiungit scriptura, & misit illis saluatorem. Seruitute durissima pressus es, clama ad Deum, mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Si aliquando filius magni regis in manus hostium incidit, ab eisque inhumanissimè tractatur, quia quasi vilem seruum eum ligant, molæque adducunt, vt eam trahat vt Sampsoni accidit, an non clamet si audiri posset, vt in libertatem à tam misera seruitute auerteretur? Filius Dei eras, dæmonis mancipium effectus es, ab eo malè vexaris, an non clamabis cum Psalte, Eripe me de inimicis meis fortissimis. Sed forte ais: adeo longè factus sum à Deo peccatis grauissimis, vt in extrema terræ abierim non me audiet clamantem, non liberabit? Vide quo abierat Augustinus, & reuocatus est, vide quo abierat prodigus, certè in regionem longinquam. Sed audi, super hac re diuinam promissionem Deuteronomio 30. Si ductus poenitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas disperferit te Dominus Deus tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperijs, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miseretur tui & rursus congregabit te de cunctis populis, in quos

Psal. 115.

Psal. 39.

Iob. 40.

Iud. 3.

& sæpe

Simile.

Psal. 17.

Luc. 15.

Deut. 30.

A in quos te antea disperferit? Si ad cardines cæli fueris dissipatus inde te retrahet dominus Deus tuus, & assumet, atque introducet in terram tuam, tuus, Circumcidet Dominus cor tuum, vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. Hoc loco dominus promissiones bonorum temporalium, & spiritualium iungit, easque proponit, qui ab eo defecerunt, & innumeris peccatis merentibus inter inimicos dispersi erant. Hæc verò maximè in lege gratiæ conceduntur, cum enim opus hoc gratiæ sit, non legis, vbi gratia abundat, abundant & istæ promissiones, vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Tu ergo confortare, **B** projice te in Deum cum Augustino, & excipiet te. Diuina luce circumfusus Paulus, ex lupo agnus factus, in medium luporum venit, bellum eis indicit, mira que operatus est. Simile Augustino contigit, qui in prælio spirituali miro modo excelsit, omnem hæresim insectatus, hæreticos enim coram & scriptis confutauit, nullo loco passus est consistere. Ecclesiam tutatus est, eamque eripuit.

Sed cum strenue militantibus, & præclara, ac egregia facta præstantibus terræ reges insignia, stigmataque dederint, quibus præclara viri virtus omnibus pateat, quæ insignia Augustino data sunt? Duo profecto mysterio plena. Primum Ecclesia, quam manu gestat, quia eam defendit ab inimicis, adeo vt Hieronymus eum dicat nouæ fidei conditoré. Quod nomen simile

C limum est illi, quod Paulus Christo tribuit, autorem fidei, & consummatorem Iesum merito vero nomen adeo in clytū Augustino tribuitur. Sicut enim si regina Hispaniæ circumdata esset, obessaque ab hostibus in aliqua ciuitate cūque in summo esset discrimine, adueniret fortissimus dux, qui hostibus deuictis, & profligatis, reginam eriperet, merito ei daretur insigne reginæ effigies. Sic Ecclesia Christi obessa primum est à tyrānis, sed iam persecutiones decem abierant. Deinde circumdata est ab hæreticis, qui etiam circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam, vt Iohannes ait. Hos expugnauit Augustinus. Hæreticorum malleus, & Ecclesiam in libertatem asseruit, merito figuram Ecclesiæ manu portat, & hoc eius insigne

Sanct. Ee 3

p7

Hierony.
Episto. ad
August.
Hebr. 12.

Simile.

Apoc. 20.

primum est. Secundum verò est cor sagittis trāsfixum, quo figatur illius ardentissima charitas. At ipse sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua. Sed quanta illa fuit? Certè post Apostolos Augustinus fuit omnium confessione, qui vn̄uersos sapientia superauit, sed charitas eius sapientiam vicit, & sic si sapientia superat reliquos, quia maxima, charitate superabit, quæ adhuc in illo fuit maior quam sapientia. Sed ais, quomodo charitas Augustini eius sapientiam superauit? Audi loquentem illum Deo suo in hunc modum, vt dici solet à pluribus. Tanta te Domine prosequor dilectione, vt si ego Deus essem, & tu Augustinus, te ego Deum facerem, & ego me redderem Augustinum. Mirabilis certè charitatis vis, nulli legi subiectæ. Sed interrogo ego te Augustine, si tu Deus esses, non ne te agnosceres, & videns in te bonitatem infinitam, non eam super omnia diligeres, quomodo ergo alium super te diligere posses? Hoc penitus impossibile erat. Similiter impossibile esset, si tu Deus esses, alteri diuinitatem concedere, & à te abdicare. En quomodo amor scientiam vicit. Factus est insipiens Augustinus. Hæc dicens, transijt ab schola scientiæ ad scholam amoris, & in hac tantum didicit, vt eum obliuisci faciat, eius, quod in schola didicit scientiæ. Amor extasim facit, factus est extra se præ amore, plus ergo diligit, quam sciat. Et si alios scientia superat, se etiam amore superat. Merito ergo eius insigne cor est sagittis transfixum.

Hoc autem Dei amore primum munus, quod doctorum, prælatorumque est proprium, peregit, seruare, scilicet, Ecclesiam, custodem esse eius, bella, periculaque pro ea non vereri. Pro cuius expositione notandum est, maximè apparere dilectionem ad rem aliquam in eius vigili, perpetuaque custodia. Sic preciosum custodisti thesaurum, & rem omnem nimis dilectam. Amore ergo diuinus in Ecclesiam maximè apparet in custodia maxima erga illam. Primo enim eam ipse custodit, vt dicit Psaltes. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Sic eum custodem Iob vocat, quid faciam

*Psal. 124.
Iob. 7.*

faciam tibi o custos hominum. Maxime verò ex quo factus homo, pastor est hominum, gregem suum custodit, Ezechielis. 34. ostensa negligentia pastorum in grege dominico custodiendo, addit Dominus. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo eas, & liberabo de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis.

Ezec. 34.

Super hanc diuinam custodiam, etiam Angelos destinauit, vt nos custodiant, qui sunt milites ei assistentes. Vnde Psaltes, Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et Esaias. 62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt.

Psal. 90.

Esa. 62.

Quemadmodum si esset regi adeo dilectum castellum, vt in eius custodia omnes magnates, ac nobiles viros regni sui mitteret. Sic ait Paulus, omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Heb. 7.

In super Ecclesiæ dedit custodes alios, prælatos, scilicet, & doctores. Quibus dicitur illud. 3. Regum. 20. Custodi virum istum, qui si ceciderit, erit anima tua pro anima eius. His enim dominico præcepto incumbit necessitas custodiendi Ecclesiã. De quibus dicitur Zachariæ. 9. Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi. De eisdem Cantorum. 3. En lectulū Salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Horum gladius est ille gladius spiritus, quod est verbum Dei, quo gladio angelico terretur asina Balaam, vt relinquat viam pessimam, Deoque contrariam. His custodibus redditur Ecclesia terribilis vt castrorum acies ordinata, quia eorum doctrina vicit tyrannos, superauit hæreticos, insequitur, vitia, & de omni denique hoste triumphat. Ex quo sequitur, necessitas, quæ prælati, & doctoribus incumbit Ecclesiam custodiendi, quia eorum hoc est munus, Ephesios. 4. Ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios verò pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in

3. Reg. 20.

Zac. 9.

Can. 3.

Num. 22.

Ephes. 4.

opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hinc ex his vnus ait, vā mihi si non euangelizauero. Et Ezechielis. 33. Speculator, si viderit gladium venientem, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo, audiens autem, quisquis ille est, nō obseruauerit se, veneritque gladius, & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit, quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus si non custodierit, sanguinem eius de manu speculatoris requiram.

Sed quomodo populos pastorum, & doctorum, qui custodes sunt, cura uti debeat, ut seruetur, ostenditur Esaiæ. 21. Ad me clamat ex Seir, custos, quid de nocte? custos quid de nocte? dixit custos venit mane & nox, si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. Cuius loci sensus ad literam hic est. Erat Propheta Esaias à Deo constitutus custos super altam speculam, ut videret, an venirent inimici, & id annunciarer. Ait ergo, clamant ad me gentes ex Seir, in quo monte habitabant filij Esau, quid in hac nocte viderim, an scilicet, veniant inimici ad eos, vel quid eis euenturum sit. Hoc vero interrogant à longinquo scilicet, ex Seir, ego vero custos videns eos à longinquo interrogare, intelligo parum eos hanc rem curare, quia quasi re minimi ponderis eam à longe quærun, & sic eis ego respondeo nihil, solumque dico rem inutilem, omnibusque notam, scilicet, venit nox post mane, vel ijs verbis significat, vi deo prospera, & aduersa, significata per mane & noctem. Ad-dit vero Esaias, qui nosse cupit rem certam, & quæ ad eum pertineat, nō à longe interroget, sed propius accedat, & respondeat bo ei. Hoc significat, cum ait, si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. Ex quo sequitur, sæpe Deum per suos custodes non respondere peccatoribus, qui à longe interrogant. Sic Sauli non respondit, nec per sacrificia, nec per prophetas, quo se ira tum ostendit. Vult aliquando peccator in peccato manere substantia aliena retenta, consulit doctorem, ut eum securum reddat, non animo restituendi. Iudicio Dei iusto decipitur à confessario, ut damnetur, nec ei consilium salutis datur. Hinc Ieremias 14. Homo homo de domo Israel, quis candalum

1. Cor. 9.
Ezec. 33.

Esai. 21.

1. Reg. vii.

Ierem. 14.

Alum iniquitatis posuerit contra me, & venerit ad Prophetam, ut interroget me per eum, propheta cum errauerit, ego Dominus accipi prophetam illum. Quia ille interrogat, non ut pareat doctori, sed ut doctorem in suam ducat sententiam, quod cum non perfecit, alium consulit. Si ergo recte interrogare vis, propius accede, animo parendi, peccatumque omnino relinquendi. Vel cum interrogant, custos quid de nocte? significare volunt qua ratione in tribulationum nocte sint à Deo derelicti, quibus responderetur, venit mane & nox, id est, aliquando luxit vobis mane prosperitatis, nunc vero accedit atra nox tribulationis, vos autem cum mane esset, mei obliti estis, in nocte tribulationis ad me acceditis, ut vobis præstem auxilium, si ergo illud desideratis, accedite ad me, nō in nocte solū, sed in mane, ideo enim sæpe in tribulatione à Deo derelinquimur, quia in prosperitate eius obliti sumus. Similes facti fonti qui est in Cyrene qui media nocte feruet, media die alget, ut auctor est Pomponius Mela. Ut ergo doctrina doctorum nobis proficua sit, accedamus prope ad Deum, derelinquamus omnino peccatum, & tunc nobis proderit &c.

Pomponius

In decollatione Sancti Ioannis Baptistæ.

Thema. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum. Mar. 6.



Chryso-
 Hrysothomus in cōcione huius festi multa enumerat mala, quæ mulieres mundo attulerūt. Eua enim ruinam mundo vniuerso attulit. Dina Sichimitarum perditio fuit, & vxor Leuitæ in causa fuit ut tribus Benjamin deleteretur. Helena funditus Troiam euertit. Et demum Herodias caput abstulit

Chryf-

• 2. Ad 1

Ee 5 Ioanis,

Ioannis, & caput tantum traditum est pedibus saltatricis, filiae A Herodiadis. Sed nihilominus per mulierem vnam vniuersa bona mundo allata sunt, quæ caput contriuit serpentis, quæ caput Ecclesiæ Christum è cælis attulit, & corpori vniuit, Ecclesiæ, scilicet, eâ nunc exoremus.

Mirabile nobis proponitur, cum dicitur, Herodes metuebat Ioannem. Si è diverso diceretur, Ioannes metuebat Herodem, facile eius causa appareret, quoniam Herodes rex potens erat, ac crudelis, Ioannes vero pauper, & nudus. At quod Ioannem Herodes timeat, à ratione alienum videtur. Sed nequaquam est, quoniam sciebat eum virum iustum, & sanctum, & ideo nouerat esse Deum cum eo, & veritatem, quæ omnibus dominatur. Sic enim de alio rege dicitur. Timebat Saul David sciens, quoniam Dominus recesserat à se, & transferat ad illum. Tres etiam custodes corporis Darij dixerunt alter alteri, dicamus vnusquisque nostrum sermonem, quod præcellat, & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna. Vnus scripsit, forte est vinum, alius scripsit, fortior est rex. Tertius scripsit, fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas. Si historiam, quæ hodie in Evangelio proponitur, illi nossent, ex ea quisque sententiam suam probare posset. Potentia enim vini hodie apparet, illud enim effecit, vt tantum scelus perpetraret Herodes, nec enim tantum piaculum admitteret, licet tyrannus esset, nisi ab alio tyranno, vino, scilicet, præoccupatus esset. Potentia regis hodie etiâ manifesta fit, qui vniuersa euertit, ciuitates, regna, & iura, & Baptistam verbi præconem occidit. Potentia mulieris etiâ hodie palam fit, mulier enim causa facinoris tanti fuit. Sed potentia veritatis maxima declaratur, dum metuebat Herodes Ioannem annunciantem veritatem. Licet in carcere vincus Ioannes sit, timeretur ab Herode, quia potentior est veritas vino, rege, muliere, Veritas intima regis præcordia commouet, ac efficit, vt ei cibus nos dulcescat. Tanta fuit virtutis Iob grauitas, vt iuuenes eum intuentes timerent, & iuuenalia tractantes absconderentur, hinc ipse ait. Videbant me iuuenes, & abscondebantur. Id ipsum de Catone Censorino memoriam proditum est. Qua in re edocemur, vt tanta sit morum grauitas, ac

1. Reg. 17.
2. 18.
3. Esd. 3.

Iob. 29.

A ac vitæ sanctitas in fidelibus, at tantum in peccatum odium, ac detestatio, vt coram eis nullus audeat quippiam mali perpetrare, sed omnibus timori, ac venerationi sint, vt Ioannes tunc Herodi.

Ioannes ergo veritatis est præco, Christique testis, & ideo voluit dominus, in veritatis testimonium capite eum plecti, vt testis appareat omni exceptione maior, qui ad eum amans veritatis est, vt sanguinem fundat, ne veritatem taceat. Voluit Christus dominus testes suos omni autoritate præditos esse, & cum primus ipsius testes Ioannes sit, qui venit, vt testimonium perhiberet de lumine, decreuit, ea vitæ sanctitate ipsum ornare, vt ei omnes crederent testimonium de Christo danti. Mirabile planè id est, quod testificatur, Deum scilicet hominem factum, mirabilis vita, & sanctitas illius futura erat, quæ illud credi efficeret. In id ipsum martyrium Ioannis ordinauit, qui enim veritatem ita dilexit, vt vitam dedit, nequam reticeret, proculdubio veritatem etiam dicet, dum de Christo testimonium perhibet. Et sic Ioannes omnibus numeris absolutus relictus est, dum illud impleuit Sapientis, vsque ad mortem certa pro iustitia. Quia in re id Deus in Ioanne effecit, quod in operibus suis facere consuevit. Sicut enim qui in libro aliquo, vel pagina longas scripsit rationes, in eius fine eas omnes in epilogum refert, & vnam scribit omnes continentem, ita cum plures creaturas Deus condidisset, hominem die sexta creauit, qui epilogus, & summa omnium creaturarum est, & ideo nomine omnis creaturæ intelligitur, vt Gregorius ait, in illud

B Marci, prædicare Evangelium omni creaturæ. Ita cum Deus in lege naturæ, & scripta plures sanctos mundo ostenderit, in fine illarum legum Baptistam condidit, quia lex, & Propheta vsque ad Ioannem, in Ioanne ergo epilogus omnium, & summam conscripsit vniuersa bona, quæ præcesserant, continentem. Et cum etiam initium fuerit Euangelij, tanquam in principio omnem virtutem Euangelicam in eo posuit, vt nihil illi delit in vlla gratia. Et ideo Ioannes Apostolus fuit Patris, quia fuit homo missus à Deo. Apostolus vero missus est, fuit virgo, & purissimus, ac Angelicus, Propheta, & plusquàm Propheta, vt Christus ait, Patriarcha, & pater Eremitarum, & religio-

Ioan. 1.


Eccle. 4.

Simile.

Greg.
Marc. ult.

Matt. h. 11.

Ioan. 1.



giosorum, doctor Ecclesie, & ne quid boni in alio inueniri possit, quo ipse careret, martyr hodie efficitur. Quid iam in eo desiderare possimus? Hinc Ecclesia trina centeno cumulata fructu te facer ornât, quia tribus laureolis in cælo decoratus est, doctoris, virginis, & martyris. Nec solum his laureolis ornatus ut ceteri, sed supra ceteros, differt enim stella à stella in claritate, & ita Baptista tanquam lucifer omnibus stellis splendidior est. Doctores multi sunt, sed Baptista super doctores collocatur, sicut super prophetas, quia pater quâ doctor, & propheta est, & qui Apostolorum magister fuit. Virgines plures fuerunt, sed quis puritati Ioannis valeat conferri? martyres multi sunt sed insignior inter eos Ioannes, qui moritur pro Christo, antequam Christus pro illo mortem oppetat. Reliqui sequuntur, non præcedunt Christum, & ideo mirabilius Ioannis martyrium. Et deinde quoniam sine ullo consolationis leuamine passus est. Martyrium subibat Stephanus, sed videbat cælos apertos, & Iesum stantem, qui eum expectabat in cæli foribus, ut eum reciperet statim, videbat vno cursu in cælum ascendere se se, & finem laboris, mercedemque statim percipiebat. Id ipsum reliquis martyribus accidit. At Ioannes vitam fundit, cum clausum cælum est, cum nulli patebat in illud aditus, potiori eguit charitate, ut luens occumberet, cui nulla tunc merces dabatur. Hinc laudans Nazianzenus Machabæos martyres ait. Nam qui ante Christi passionem subiere martyriū, quid post Christum in persecutione, eiusque pro nobis obitæ mortis imitatione facturi fuissent? quorum enim nullo proposito exemplo talis, tantaque virtus fuit, an non ij exemplū illud intuentes, fortius in certamen descendissent? Christus enim verbo, & exemplo leuiorem crucē reddidit, fuit enim vermis lignum corrodens, & leuigans, & ideo facilius portatur. Hinc Paulus. Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Talis nāque viso exemplo, quis non promptior ad certamen fiat? Hinc 1. Reg. vii. armiger Saulis videns ipsum irruisse in gladium, fecit similiter. Ioannes vero etiam sine exemplo Christi martyrium fortiter sustinuit, quod adeo illustre est, ut ob eam causam ex omnibus sanctis veteris legis solum festum Machabæorum martyrum celebret

Alto. 7.

Naz. or. 20.

Heb. 12.

1. Reg. vii.

celebret Ecclesia, cum nec Abrahamæ, nec Davidis, aut alterius festum celebretur.

Decollationis verò Baptistæ causam hodie proponit nobis Marcus dicens. *Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui, dicebat enim Ioannes Herodi, non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Tres fuerunt Herodes. Primus Ascalonita, qui innocentes occidit. Secundus Antipas, qui Ioannē occidit, & Christum illudit veste alba. Tertius Agrippa, qui Iacobum interfecit, & Petrum comprehendit. Antipas ergo uxorem fratris accepit eo vivente, cuius incestum Ioannes carpebat, & ideo missus in carcerem fuit, sustinere correctionem non valens, sicut de alio Ezechiel ait. *Miserunt eum in carcerem, ne audiretur vox eius ultra super montes Israel.*

Ezec. 19.

Propōnitur nobis Herodes, in quo intueri licet, quo hominem ducat inordinatus affectus, tulit enim uxorem fratris, & Ioannem de medio tulit. Passio enim vehemens non solum appetitum deordinat, sed iudiciū excecatur, & voluntatem deprauat. Excecatur verò hominem duplici de causa. Primo, quia considerationem vtilium aufert, innumeras enim parit cogitationes appetitui conuenientes, & ideo reliquas foras mittit. Si cut enim is, qui magna urgetur febre, ac siti, cogitat flumina, ac fontes, ita iratus vindictas, cupidus pecunias, superbus honores, inhonestus delicias. Hinc Psalmes, cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia. Passio enim, ac affectus vehemens quasi funis est hominem ligans, ut illa cogitet, quæ appetitui placent. Similisque est formicarum foramini, in quod innumera cogitationes, veluti formicæ intrant. Ad hos Michæas loquitur. *Va, qui cogitatis inutile, & operamini malum.* Simile horum cor est domui contractuum agendorum, & ideo licet fideli oculos habeant, sed clausos, quia illius consideratio impedita est, & ideo fides non operatur. Et inde est, ut in illis verum habeat illud Psalmi, oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt. Ideo nos monet Ieremias, *laua cor tuū Ierusalem, usque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ.* Si cut verò inutiles, ac vanæ cogitationes animam perdunt, ita bonæ, ac sanctæ animam impinguant. Hinc Bernardus ait, ani-

Psal. 139.

Mich. 2.

Psal. 134.

Iere. 4.

Bernard.

ma

Philip. 3.

mae vita Dei memoria. Cælestia ergo considera, vt dicas cum Paulo, nostra autem conuersatio in cælis est.

Secundo vero passio excæcat, quia iudicium turbat, vt tñali bonum videatur, & contra bonum malum. Vehemens enim passio vehementem causat apprehensionem, quam estimatiua sequi facile solet, & nimius ad rem affectus, ac desiderium bonum facit apparere, quod concupiscitur. Similisque homo est ei, qui ocularia habet colore aliquo in secta, quibus omnia apparent illius esse coloris.

Esa. 5.

Ad quos Esaias ait, vae, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Et licet iudicium etiam speculatiuum aliquando errare soleat, vt in hæreticis, practicum tamen in omni peccatore errat. Quæ obsecro maior cæcitas esse potest, quam vilè mulierculam plus æstimare quam Deum, vt Herodes fecit?

Ioa. 18.

An non id perfimile est illi, quod Iudæi fecerunt, dicentes, nõ hunc sed Barabam? plures ducentes Barabam quam Iesum, dicõdõ homo. Quantum bonum Deus est? an non infinitum? quomodo ergo ei præfers breuem, & inanem delectationem thesaurum cælestem relinquis pro argenteo? quod nam maius bonum est, Deus, an id, quod inordinate diligis? Miserum profectõ, ac luctuosum commercium, quod peccator facit. Et tamen ille lubens, ac gaudens in illud venit. Deum vendidisti triginta argenteis, & non doles? amens, & cæcus es. Contractum dissolue, potes enim, quoniam vltra dimidium pretiũ deceptus es. Et si Herodi similis fuisti hucusque, nõc Ioannem audi dicentem Herodi.

Non licet tibi, habere uxorem fratris tui. Constans Ioanes est, nec regi parcat, filius veri sacerdotis, & ipse sacerdos. In primo

I. Para. 6.

Paralipomenon plures referuntur sacerdotes, postquam de Azaria meminit, sed de eo duntaxat scriptura ait, ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. De solo Azaria dicitur, sacerdotio functus est, quia ipse virili animo Ozia regi restitit, cum voluit vsurpare sacerdotij dignitatem, & incensum offerre, vt in Paralipomeno dicitur. Statim ingressus est post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini septuaginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt.

2. Par. 26.

Non est tui officij Ozia, vt adoleas incen-

cen-

Incensum Domino, sed sacerdotum, egredere de sanctuario. Sic etiam Theodosius imperator aiebat, referente historia ecclesiastica, nullum se inuenisse episcopum in Italia, nisi Ambrosiũ, qui ei restitit.

Hinc Chrysostomus, siue quis dux militis sit, siue præfectus siue princeps diademate coronatus, indigne autem accedat prohibe, maiorem illo potestatem habes, hæc vestra dignitas est. Præclarum se exhibet sacerdotem Ioannes, cum ait regi, *non licet tibi &c.* Sed forsan ais, non aspera fuit reprehensio, nec dura increpatio, nec enim eum dixit adulterum, aut inferni titiõnem, non ei comminatus est mortem, aut inferi pœnas, sed tantum ait, *non licet tibi &c.* Certè satis dixit Ioannes, cum ait, *non licet*, hoc enim verbo dixit, esse illud lethale peccatum, reliqua omnia hinc manifeste colliguntur, & facile quisque nouit. Scis enim mortem, ac iudicium futurum, infernumque æternum tibi paratũ, si in peccato deceris. Deinde cum ait, *non licet*, ostendit, illud contra Dei voluntatem esse, hoc vero satis esse debet, vt illud nullo modo admittas, licet ratio nulla alia esset. Satis enim filio esse debet, nosse aliquid contra voluntatem patris fore. Et adeo grauis, ac vrges hæc ratio est, vt Ioani visum sit, satis eam futuram, etiam Herodi, vt Herodiam a se pelleret. Hinc Tobias nihil amplius dixit, cum ait, Videte, ne forte furtius sit, reddite eum Dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Satis se dixisse putauit, cum ait, non licet nobis. Hoc ipsum Ioannes ait, non licet tibi. Satis sit, quod medicus dicat, hoc venenum tibi est, licet non dicat, quomodo ab stomacho per venas in cor veniat, si ego noui, hoc venenum esse, satis mihi est, noui enim, procul a me abiiciendum. Satis ergo tibi sit nosse, hoc lethale peccatũ est, vt ab eo recedas, venenum enim tibi est, quia homo per malitiam occidit animam suã. Cũ dicitur, *non licet*, dicit, impossibile id esse homini ratione vtẽti, & sicut impossibiliũ simpliciter nõ est volũtas, ita nec esse debet circa ea, quæ impossibilia sunt secundum rationem.

Herodias autem insidiabatũr ei, &c. Quia vt Amos ait, odio habuerũt corripientẽ in porta, & loquentem perfectè abominati sunt. Hinc Sapiens, qui odit correctionem, vestigium est peccati.

Herodias autem insidiabatũr ei, &c. Quia vt Amos ait, odio habuerũt corripientẽ in porta, & loquentem perfectè abominati sunt. Hinc Sapiens, qui odit correctionem, vestigium est peccati.

Eccles. 21.

ca-

Raba. catoris, id est, demonis, qui est incorrigibilis. Vnde Raba in eum locum ait, qui odit correctionem, iudicium præbet dominantis in ipso diaboli, vt vestigium accipiatur pro iudicio, & peccator pro diabolo, Lyra ait. Olor increpationis dicitur vestigium peccatoris, quia imitatur diabolium. Græcis vero est vt ait Iansenius. Qui odit correptionem in vestigio est peccatoris, hoc est, firmiter inhæret in vijs peccatorum, vt qui ex illis non possit abduci, quia odit correptionem, per quam abstrahendus erat, è contra vero subiungit Sapiens detimente Deum, qui timet Deum, conuertetur ad cor suum, id est, timens Deum, cum correptus fuerit, conuertetur ad cor, vt videat defectus, & corrigat. Herodias vero firmiter decreuerat perseverare in via peccati, ideo correptionem, & corripietem odio prosequabatur. Hinc Chrysostomus ait. Nulla bestia in hoc mundo si milis est mulieri male. Quid leone inter quadrupedia, sedus? Quid serpentibus, aut draconibus atrocius? Sed hæc animalia ei in malo inferiora sunt. Iustum Daniele in lacu leonum reueriti sunt. Iustum Nabot Iezabel interfecit. Cetus Ionam in ventre custodiuit, Dalila Sampsonem tradidit Philistæis. Dracones, & aspides surdæ, & cornutæ Ioannem in deserto quætem subdita feritate timuerunt, Herodias eum decollauit. Eliæ corui pauperunt, & Iezabel post redditam pluuiam, cuius ipsa beneficio vivebat, ipsum persequebatur.

Non poterat tamen Herodias Ioannem occidere, quia Herodes metuebat Ioannem, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Sed ò Ioanes cur hoc contentus non es libenter te Herodes audit, multa que efficit ex ijs, quæ præcipis, an non hoc satis est? Nequaquam, quia qui offenderit in vno, factus est omnium reus, & licet ex affirmatiuis præceptis multa facere satis sit, sed ex negatiuis, ab omnibus seruire nos oportet. Nihil enim tibi proderunt plurima opera pia, si Herodiam domi contineas. Præcepit Dominus Sauli, vt vniuersum Amalec vastaret. Pepercit ille regi Agag, & pinguibus gregibus, & ait Samuel, quis est iste balatus, quem audio, aliquid reliquisti, & seruasti ex Amalec, præiecit te Dominus. Cave ergo ò homo ne in domo tua aliquid relinquant ex Amalec, propter illud nomen que peribis. Licet omnia alia relinquant peccata, si Herodias in

do-

A domo manet, nihil te fecisse crede. Velles quidè tu, vt illud tibi Deus relinqueret, quo magis delectaris, reliqua facile contemneres, sed illud primo à te relinquendum est, quod te à Deo se parat, licet tibi sit dulcissimum. Quando concionator alienum carpit vitium, optimum dixisse dicis, vide, quæ ad te pertinet, & Herodiam proijce abs te.

Et cū dies opportunus accidisset. Herodes natalis sui canam fecit principibus. &c. Ritus hic gentilium erat, vt diem natalis celebrarent, vt patet hoc loco, & Machabæorum. 6. Dies quidem natalis noster flendus potius, ac maledicendus, quam celebrandus est, quia in peccato nati sumus. Ita ei maledicunt Iob, & Ieremias. Pereat dies, in qua natus sum. Qua ratione omnis homo plorans nascitur. Vnde Sapiens. Primam vocem similem **B** omnibus emisit plorans. Solus Zoroastes pessimus incantator natus est ridens, vt Augustinus, & alij tradunt. Valerius commendat Thraces, quia plorat, cum puer nascitur, ridet vero, cū moritur, quia certè melior est dies mortis, quam dies natiuitatis, vt Sapiens ait, qualis enim materia gaudendi, quod quis in mare descendat, eius pericula probaturus? aut quod in pugnam veniat? In die ergo natalis tui attende plurimos elapsos annos vitæ tuæ incassum, ex quibus aut nihil, aut parum fructus collegisti. Sed Herodes eum diem gaudio celebravit.

Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, &c. Saltus nihil aliud est quam infania quædam, sed placere solet. Quoniam sono, qui in cithara fit, conuenit, ac, vt ita dicam, conformatur. Si nunc quispiam hic ingrederetur saltans, diceres eum amentia correptum, sed cum cithara pulsante quis saltat, placet tibi, nec insanum apparet, licet sit, quia sono aptatur motus saltantis. Nihil aliud est mundani, ac peccatoris vita quam saltus, & infania. Sicut enim saltans huc illuc que mouet pedes, manus, corpus denique quasi insanus. Ita peccator, dum vindictam exercet, dum per infames vias graditur, dū superba curat, quid aliud quam saltus insanos peragit? Sed huiusmodi homines infani non iudicantur, non quia non infantant, sed quia eorum saltus conformes sunt sono, quem eis pulsant mundus, & ideo cordatos viros dicit eos, qui terrena sapiunt, alta petunt, vindictam de inimicis querunt. Sed

Sanct. Ff hæc

Amos. 3. hæc insana esse, ostendit Propheta, cum ait . Videte insanias A multas, quæ sunt in medio eius. His vero, qui corpora sua saltare docuerunt, & insanire, illud accidit, quod olim ciuitati Gêris in Italia, qui ita delitijs dediti fuerunt, vt docuerint equos saltare ad sonitum fistulæ. Cumque postea decertare vellent cum hostibus, ipsi fistulas pulsauerunt, & equi saltare cæperunt, nec in hostes irrucunt, & ideo vastati sunt. Sic nunc accidit hominibus luxui deditis, cum enim nunc pugnae tempus sit, cum in quadragesima decertandum cum hostibus, saltare solent, & delitijs se tradere, quibus assueti sunt.

2. Reg. 6. Alij vero sunt iustorum saltus, qui stultitia videntur amatoribus sæculi huius, cum tamen sapientia pleni sint. Quos significauit saltus Dauidis ante arcam, quos irrisit Michol. Stulti hi saltus apparent mundo, quia non audit interiorem musicam, & sonum, quem Deus pulsat iustis, cui saltus aptantur. An non crux Christi stultitia apparuit? An non pluribus stultum videntur, omnia relinquere propter Deum? Non audis tu cælestem musicam, quæ sit in corde omnia relinquentis, & ideo insanus tibi videtur, cum sapientissimus sit. Sic saltanti promittit Deus, non dimidium regni, vt Herodes, sed integrum regnum cælorum. Et hi saltus sunt, de quibus sponsus ait. Quid videbis in Sinamite nisi choros castrorum? Duo profecto valde diuersa copulat, choros & castra, chorus enim saltantiu est, castra pugnantiu: quomodo ergo hæc conuenire in Ecclesia possunt? Certe in anima perfecta vtrumque videre licet, & simul sunt, quia fortiter secum, & cum mundo decertat, & ideo castra habet fortia, simul verò chorum, quia plura hac in pugna efficit, quæ stulta videntur, cum tamen plena sint diuina sapientia.

Cant. Cū petisset caput Ioānis, contristatus est rex, sed propter discumbentes, &c. Ne iudicaretur infidus verbo suo discumbentibus, Ioānē occidit. De leone tradūt, qui naturas rerū scripsere, fugerē aliquādo, cū nō videt, si verò videat se videri, ne fugere videatur, lēto procedit gradu, vt rex intrepidus appareat. Ita mundāni homines, cū ab alijs cernuntur, verbis, ac promissis stāt, non vt fidem seruent, sed vt feruare videantur, quando enim fidem frangere possunt secretō, eam non curant. Ita propter discumben-

ben-

A bentes Herodes fidem seruat puellæ. Tu verò Deo fidem dedisti in conuersione tua coram vniuersa curia cælesti, quæ tūc lætata est, & testis fuit verbi, quod Deo promisisti, nec tamen illud seruas. Fidem adstrinxisti homini, & eam seruas, & cum alter petit, vt oppositum prestes fidei promissæ, ais, facere non possum, quia fidē adstrinxi meā. Cur ergo id ipsum non respondes ei, qui rem illicitam à te petit? An non Deo fidē dedisti? cur eam irritam facies. Licet vero contristetur Herodes, tamen Ioannem occidit, vt occultet adulterium sicut Dauid occidit Uriam, vt adulterium celaret. Quid prodest dicere, nollem peccare, si tandem peccas, sicut Herodes?

Amb. lib. 3. de virg. *Simile.* *Amb.* *Matth. 12.* *B* Præcepit afferri caput Ioannis in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. In extremā conuiuij escā caput Ioannis in disco affertur. Amb. ait. Postremo, quod etiā omnes barbari horrere cōsueuerunt inter epulas, atq; cōuiuia cōsumadæ crudelitatis profertur edictū, & à cōuiuio ad carcerē, de carcere ad cōuiuū feralis flagitij circūfertur obsequiū. Quis nō cū è cōuiuio ad carcerē cursari videret, putaret, prophetā dimiti? Quid crudelitati cū delitijs? Quid cū funeribus voluptati? Merito pretiosissimū caput à vilissimā fœmina tollendū est, & Ecclesiæ in disco tradendum, illa caput hoc indigno habebit pretio, præcipue vero si singulas illius partes attēdat. Vides pulchrā imaginē depictā, & laudas, accedit summus pictor, & singulas illius partes considerans, maximè eas cōmendat. Nunc ergo singulas huius capitis partes attēdam. Et primū oculos, de quibus Ambro. vbi supra. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes, a terlan- tes conspectū deliciarum. Clauduntur lumina, non tā mortis necessitate, quā horrore luxurię. Lyncei profecto fuerunt oculi Ioānis, qui vterū matris, & Marię penetrare potuerunt, & Christum viderunt, vt exultaret infans in vtero matris. Et cum ad eū Christus accederet inter peccatores, vt baptizaretur, Ioannis oculos latere non potuit, sed parietem humanitatis penetravit & agnouit agnum Dei, tollentem peccata mundi. Et cū ei clarissimi fuerint oculi, non est scādalū passus, ideo ad eū Christus sit, beatus, qui non fuerit scādalizatus in me, quia in humanitate nō stetit, vt Iudei. Beati profecto oculi, qui videre meruerunt, q̄ reges, & Prophetę nō viderūt. Oculi clarissimi nō solum

Luc. 3.

sine trabe, verum & sine festuca, quia ne leui saltem maculare vitam fame possit, antra deserta petijt. Oculi, qui peccata non excusauerunt, quod in phariseis essent, ad eos ait, genimi na viperarum. Nec quia in rege, ad quem ait, non licet tibi.

Ioan. 3.
Luc. 1.

Sed iam diuinas illius aures attendamus. Ait ipse, Amicus audit vocem sponsi, & lætatur. In auditu auris obediuit Deo, quia statim, cum factum est verbum Domini ad eum, exiuit prædicans baptismum pœnitentiæ. Si gustus sensum attendas, nihil comedit præter locustas, & mel siluestre. Si os, & linguam, audi Ambrosium vbi supra, os aureum illud exangue, cuius sententiam ferre non poterat, conticescit, & adhuc timetur. Quas emisit os illud voces, cum viam salutis vniuersæ terræ prædixit? verè vox verbi fuit.

Ambro.

Quod si interiora capitis aspiciamus, pretiosius apparebit.

Ioan. 1.

Intra caput in maginatione propria solet vanus homo se erigere, & sui maginem maximam habere, putans se aliquid esse, cum nihil sit. At non sic Ioannes, qui humilia, & modesta de se cogitans, indignum se dicit, vt soluat corrigiam calceamenti. Dicit, se non Prophetam esse, nec Eliam. Sed se dicit non esse. Et quia tentatus, vt Deum se constitueret, noluit assentiri, super omnes Seraphinos in cœlesti, sede in throno Luciferi collocatus est, qui Deus esse voluit. Verè caput hoc lucerna est ardens, & lucens, & ideo super candelabrum poni debet, vt luceat omnibus, qui in Ecclesia sunt. Audiamus nos caput hoc Ioannis, quod ad nos clamat voce grandi, ne similes simus Herodi, qui non audiuit, sed decollauit, qui ideo verbum audire non meruit à Christo in passionem cum ad eum illum misit Pilatus.

Luc. 23.

Quo modo enim vox Christi ad Herodem fieret, qui eius vocem Ioannem de medio sustulerat? Tanquam desperatum, & incorrigibilem reliquit Herodem Christus, quia

Ioannem non audierat. Nos ergo ne Herodi similes inueniamur, Ioannem audiamus, &c.

Festa

A Festa mensis Septembris.

Concio Prima in Natiuitate Beatæ Mariæ.

Thema. De quatuor est Iesus, qui vocatur Christus. Matthæi. 1.

B



VMM A dulcedine æternus pater Christi Domini, & mysteriorum eius recordatur, summeque eius memoria delectatur, & hac ratione innumeras figuris & sacrificijs eum, vt ita dicam figurantibus vtebatur, quasi non saturaretur eius conspectu.

Eadem de causa affirmare possumus summo etiam gaudio affectum recordatione Mariæ, quam hac ratione infinitis prope figuris sibi, mundoque obijcebat, iam in paradiso, iam in arca Noë, iam in scala, iam in tabernaculo, iam in templo, iam in throno eburneo, eam depingebat, quasi eam semper præ oculis desiderans haberet.

Inter alias vero huius virginis figuras illa modo est consideranda Canticorum. 3. Perculum fecit sibi rex Salomon delignis Libani, columnas eius fecit argenteas reclinatorium aureum, ascensum vero purpureum.

Ostendit vero quæ ratione hoc sibi ferculum fecit propter filias, inquit, Hierusalem Mariæ merito ferculum eius, quia plusquam Salomon est, dicit potest, quam non solum propter se, sed & propter nos factam ostendit, dicens, propter filias Hierusalem, propter fidelium animas, vt in hoc ferculo quærescant, & in se auxilium querant. Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam inueniamus in auxilio opportuno, maxime hodie, quando hoc ferculum factum est,

Cant. 3.

& in mundo propter nos positum.

Simile.

Prou. 16.

Ezech. 18.

Cant. 6.

Iul. 10.

Naturale inest desiderium artifici præclaro efficiendi opus aliquod suæ artis omnibus numeris absolutum, in sui gloriam & artis suæ ostensionem, quod etiam simul sit exemplar, & forma omnium aliorum operum, quæ effecturus est. Hoc uero maxime continet primus artifex Deo optimo & maximo, qui omnia operatus est, ut splendeat eius diuina gloria, & bonitas manifestetur, omnia enim propter semetipsum operatus est Dominus, & ideo eius est maxime proprium, cum in operibus naturæ, tum in operibus gratiæ, exemplar efficere præclarum quo seipsum manifestet, & potentiam, ac sapientiam suam ostendat, & cui conformetur reliqua opera ab eo efficienda. In operibus naturæ hoc loco constituit Luciferum, de quo ideo dicitur Ezechielis. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & decore perfectus, qui pulchritudine sua omnem aliam naturalem luge superaret, ideoque subdit ibi propheta, tu Cherub extensus, & protegens, alij transferunt obumbrans, quasi sua pulchritudine omnem aliam obumbraret. In operibus uero gratiæ aliud oportuit esse exemplar, & normam, & ostensionem diuinæ virtutis, & potentia, & licet Augustinus vocet Iesum Christum gratiæ exemplar, tamen non ita proprie ille fuit gratiæ manifestatio, tum quia gratia in illo non fuit gratia, ratione suppositi, tum etiam quia quando nullam habitualem habuisset gratiam ratione suppositi, operaretur ac operatus est, ubi ergo gratia omnino fuit gratia, & in operibus illa ostensa est, fuit in Maria, quæ in gratia perfectissima fuit, & gratiæ exemplar merito dici potest, in qua proinde artem suam ostendere uoluit supremus ille artifex, & potentiam vimque gratiæ demonstrare, quæ proinde gratia sua omnes gratiosos obumbrat, adeoque pulchra hodie in mundum procedit, ut etiam ipsis Angelis sit mirabilis, quorum illa vox est. Canticorum. 6. quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Et que contingit, quod olim ducibus Holofernis uisita Iudith, Erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

Has uero gratiæ immensas diuitias ostendit Maria in uer-

sa

uerfa

A uerfa uita, & operibus. Sicut enim mirabilis lux apparet in nube undique luce circumfusa, ita plane diuina gratia mira apparet in humana natura, cui adiugitur, quam ornat, & splendoribus caelestibus implet, eoque mirabilior gratia ostenditur, quo eacopiosior, & natura à gratia remotior. Unde admiranda magis apparet gratia in natura humana, quam in Angelica, & in feminea, quàm in virili. Hoc ergo operum Dei mirabile est inter gratiæ gratum facientis opera, quod natura humana ex se uaria, & infirma fuerit in Maria tanta ornata gratia, ut cum liberè operaretur, semper tamen gratiæ ductum sequuta est in omni cogitatione, uerbo, ac opere, nec unquam à gratia declinauerit, uel una linea. Cumque natura humana tam sit multiplex & uaria, nec in uno statu permanens, ut non sit musicum instrumentum, quod

B adeo facile distemperetur, ac illa, nihilominus tamen in Maria sic extitit ordinata, ut ne uno quidem puncto deordinata fuerit. Sicut ergo mirum ualde foret, si cithara uel lira sic temperaretur, ut pulsata septuaginta annis nullo puncto distemperata appareret, aut si horologium tanto ordine constitueretur, ut per septuaginta annos non deordinaretur, sic plane mirabile est, naturam humanam tanto ordine per gratiam ordinari ut per multos annos nulli deordinationi sit obnoxia. En Mariam horologium Achaz, in quo sol retrocessit decem lineis, quod cum horam suam sonuit, uenit plenitudo temporis, in quo Deus misit filium suum in mundum. Cæli non seruant tantum ordinem ac Maria, illi enim aliquando retrocesserunt, aliquando steterunt sed non Maria, non tam stabilis terra est, ac Maria, illa enim aliquando uentis erumpentibus scinditur, ac tremat, sed non Maria licet impetus maximi in eam eruperint.

Hac uero in re nos decet imitari Mariam, implentes illud Pauli, considerantes ne qui obdit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis germinet sursum, & impediatur. Quam facile à bono impediatur, quam facile deordinemur, quis loquatur? Aura tenuis nos deijcit, uerbum leue nos uulnerat, res nihil nos detinet, Currebatis bone, (ait ad quosdam Paulus) quis uos impedit. Quando uenerim te infirmiter, quando omnes irruerint ratiões, cum tibi profuderis sanguis uniuersus pro Deo, adhuc stare debuisses, & peccato repugnare, usque sanguine,

Et 4 Super

Simile

Esa. 38.

Gala. 4.

Heb. 12.

ad Gal. 5.

Psal. 1. Superior omnibus demonibus es, cum gratia Dei omnia potes. In eo, qui te confortat, ne ergo desis gratia, ne leui veto huc illicque iacteris, ut puluis, quem proicit vetus a facie terra. **Matth. 5.** Capro modulo tuo exemplar gratia inueniri. Ut videat, ai, opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in oculis est. Talis exigitur a fidelis conuersatio, ut miraculu mundi fit, nou homo appareat. Sicut enim plus gloria resultat artifice ex aliquo opere perfectissimo, licet vnicum sit, quam ex pluribus imperfectis, sic magis Deu glorificat vnicus vir perfectus, quam mille imperfecti. Ex illis ergo tu esse cura, de quib' dicit, omnes qui viderint eos, cognoscent illos, & dicent, isti sunt semet, cui benedixit Dominus. **Esa. 61.** Nam ad beatam virginem nostra redat oratio. Perfectissima illa, gratiaque ornat procedit, Angelisq; sanctis mirabilis, quos pulchritudine sua iustificat. Sed etiam homines letitia afficit, illa enim veniente, remediū aduenit mundi, nox seculi finit est, nobis confurgit pulchra aurora. Horas precedentis noctis numerat Evangelista Mattheus, in Mariae genealogia, quilibet parentum vna erat illius noctis hora. Cum vero ad Mariam peruenitur, iam dies incipit gratia. **Aug. Esa. 21.** Augustinus super Ioannis octauum caput, versans illud Esaie. 21. ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte? quibus, quid de nocte? & dixit, custos, venit mane, dicit, Voces illas, esse hominum interrogationes, querentium de Deo, de custos hominum, quatum adhuc noctis futurum est, quando dies aduenit. Cui simile contingere infirmo solet, cuius dolores nox grauatur, cumque ualeatur, diem desiderat, interrogare solet, an iam nox transierit, an aurora appareat. Illis vero clamoribus respondet custos. Venit mane. Iam Maria que aurora est confurgit, iam dies gratia propinquat. **Gen. 32.** Dismitte me, ait Angelus Iacob, quia iam ascendit aurora, iam nobis iugandum non est, iam tempus aduenit pacis, iam homo benedicendus est, omni caelesti benedictione, quia ascendit aurora, orta est Maria, iam lex gratia insinuat, iam nouus mundus ostenditur, de quo scriptu erat, Ecce ego creoloceles nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. **Esa. 65.** Aliud diem in seipsum videmus, aliam terram, diuisimam, & omni gratia refertam. Quam admodum inuenit ille, qui longifragiter perstram, vel longissima nauigatione per mare con-

A fectum multa pertransierit spacia mundi, in illa regna, & linguas tandem ad antipodas deveniens, e sublimi monte videt alia Elicem, itellasalias, terram alia, regna diuersa, ita pertransierat Evangelista plures reges, ac Patriarchas, ducesque multos, perueniens tandem ad Mariam montem altissimum, a quo lex gratia in initium sumit, alium orbem speculatur, aliam legem, aliu sacerdotium, aliud sacrificium. **Apoc. 21.** Vidi celum nouu & terram nouam, primu enim celum, & prima terra abiit, & mare iam non est. **Exod. 28.** Synagoga iam est Ecclesia, loco legis gratia, loco egenorum sacramentorum diuina, & gratiam continentia sacramenta, loco sacrificiorum sacrificiu corporis Christi. Sed vnde haec omnia in initium accipiunt, utique ex Maria, in de hac omnia videmus, ut ex altissimo monte, de quo **Esa. 2.** **B** Et erit in nouissimis diebus praparatius mons, domus Domini in vertice montium. Mons quidem pinguis, mons coagulatus, mox quo bene placitum est Domino habitare in eo. Dicitur vero ab Esaia in vertice montium constituta propter summam eius celsitudinem, quam significabat, Thara summi sacerdotis, qua super omnia eius ornamenta ponebatur tota aurea, in qua Dei nomen ineffabile erat scriptu. **Exod. 28.** Vestis Christi non pesunt nisi secundum illud **Esaie. 1.** Viuit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestioris. Sed super omnes Maria tota aurea, nihil enim in ea terrenum, nihil de veteri Adamo in eam descendit culpa. **C** **Gen. 2.** Merito ergo in hac natiuitate vniuersus mundus letatur, diemque festum agit. Latatur primum Deus. Veluti solet artificar gaudere, cum perfecit opus optimum, quod illi maxime placet. **Gen. 2.** Conditio hoc vniuerso requieuit Deus die septima, **Gen. 2.** Quoties verbum Hebraicum requieuit significat, gaudium est, placuit Deo opus, quod fecerat, eique gaudium dedit. Si ergo cum fecisset doinum primo Adae convenientem, letatus est, quid mirum se delectetur constituta, conditaque domo secundo Adae caelesti conueniente, qua multo potior & maior est priori. Quia quae caeli, & terrae capere non possunt, fuit completa gratia. Quanto sit hac domus potior priori, fatiscolligitur ex eo, quod illa Adamo terrano constituta est, hac uero caelesti. Latantur hodie Angeli conuulgata regina, **F f s** per

per quam sedes Angelorum vacuæ restaurandæ sunt, & etiam vniuersus mundus, vt Ecclesia ait, Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudiū annunciauit vniuerso mundo. Sicut lata ri solet ciuitas egens pane, cum nauigium vidit venire frumento onustum. Sicut gaudere solet obfessa ab inimicis ciuitas, videns venientem classem in auxiliū, qua facile inimicos superabit. Ingreditur hodie in mundum mulier fortis, facta quasi nauis infitoris, de longe portans panem suum. Panis quidē erat, prius sed fortium panis. Angelorum sed mulier hæc illum fecit panem hominum, in castis eum includens visceribus, panē qui cor hominis confirmet, hunc defert panem famelico mundo, an non gaudeat? Illa terribilis est, vt castorum acies ordinata contra inimicos, ea adiutrice facile vincemus expugnant nos, an non lætandum nobis? Hoc lætum nuntium B defert Bernardus patribus, dicens: Lætare pater Adam, sed magis tu mater Eua exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fuistis peremptores, & quod infelicius est, prius peremptores, quam progeneratores. Ambo igitur consolamini super filia & tali filia. Quid dicebas o Adam? Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Ecce redditur tibi hodie semina, pro fœmina prudēs pro fatua, humilis pro superba, quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitæ.

Bern.

Ex dictis vero nobis colligendum est, diem nobis iam esse, Maria præfete. Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Quid inde? Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur armalucis. Inimica tenebrarum aurora est, quæ tenebras fugat, inimica peccati Maria. Sicut non Deus volens iniquitatem tuas, sic Maria omne peccatum abhorret, oditque. Sed vnde tantū odiū Mariæ aduersus peccatū? Vtique quia est illa, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Qui dicit Iesū Christū, dicit summū peccati inimicū. Vis hoc nosse? Iesus Christus Deus & homo est, in quantum Deus infinito odio prosequitur peccatum, quia contrarium infinitæ bonitati suæ, Hoc verò odium manifeste ostendit in ira contra dæmonem, & hominem iniustum, qui cum sint eius imago, & hæc parte amabiles sola iniquitas eos Deo fecit detestabiles in æternum. Odio sunt Deo impius & impietas eius. Quantum sit hæc odium,

Rom. 13.

Psal. 5.

Sap. 14.

Odium, ex acerbitate, & æternitate poenarum infèrni facile colliges. In quantum homo vero ad eum est peccati inimicus, vt nulla vnquam fuerit inimicitia, quæ huic valeat comparari, nec vllus vnquā inimicus talia ac tanta fecit in inimicum, quæ illa Chrs, vt peccatū destrueret. Alij nāq; hostes vitæ exposuit periculo, vt inimicū perdāt, at Chrs vitā nō exposuit solū, sed liberamisit, & ex intētionē dedit, vt peccati regnū euerteret. Eadem inimicitiam in eo ostendit, quod nō est ei adeo arcta amicitia cum aliquo, quam non omnino perdat, ac destruat peccatum, & amicissimū in æternum damnabit, & in obliuionem ponet omnes ei⁹ iustitias, si modo peccauerit. Si auerterit se iustā iustitia sua, & iniquitatem fecerit, omnes iustitiæ eius non recordabuntur amplius. Cum ergo Maria sit Christo propinquissima, ac simillima, iniquitatem odio habet, & abominatur. Sicut ergo qui diligitis Dām, odite malum, sic qui diligitis Mariā, omne peccatum fugite, nō sitis noctis filij actenebrarū, dic ergo cū Psal. iniquitatē odio habui, & abominatus sum.

Ezech. 18.

Psal. 96.

Psal. 118.

Sed iam operis pretium est videre, quid de hac tanta virgine loquatur Euangelista Mattheus de qua, inquit natus est Iesus, qui vocatur Christus. Sed obsecro, non amplius habes, quid dicas de Maria? tā exiguis verbis tanta res declaranda fuit? Nihil aliud in Maria vidisti laude dignum? Certe Euangelistas describens Ezechiel. 10. & Ioannes in Apocalypsi, dicit, eos oculis plenos ante, & retro, non desunt oculi Euangelistis, quibus omnia videant, imo eis abundant. Adhuc tamen nihil aliud; Mattheus visus est vidisse, nisi quod ex illa natus est Iesus. Sed ne hoc tibi parum videatur, attende. Quanta obsecro dignitas est matris Dei? Infinita gloria patri est, talē habere filium, sicque ait se glorificans, filius meus es tu, ego hodie genui te, quia gloria patris filius sapiens. Eidem vero filio Maria ait, filius meus es tu, ego genui te. Et pater ad filium, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Mater de eodem ait, hic dilectus vnice filius meus, in quo mihi complacuit. Filius ad dexteram patris est, mater ad dexteram filij, medius inter patrem & matrem filius est. Hunc vocat filius patris, illam matrem. Et ad Angelos quidem dicit, qui facit Angelos, suos spiritus, & ministros suos &c. Ad matrem verò, in genui-

Ezech. 10.

Apoc. 4.

Psal. 27.

Matth. 17.

Heb. 1.

genuisti me, ad patrem; similia verba loquitur, tu genuisti me. A
 Hęc dignitas matris infinita est, satique fuit, hanc explicare
 dignitatem, vt ex ea, vt ex vngue leonem, colligamus, qualis
 quantaque Maria fuerit. Hoc est nomen eius, & hoc nomi-
 ne ab alijs omnibus discernenda est. Aliquibus viris sanctis
 simis, vt eos Deus mundo comendaret, matres dedit sanctas,
 vt filij parentibus ornarentur. Si ergo non modò vna futura fut-
 set mater omnium sanctorum, qui in celo sunt, sed & om-
 nium Angelorum, quanta ad hoc mater diligenda foret? Cer-
 tē matrem omnium Deorum, quam Padorā poetæ dixerē, om-
 nibus bonis cumulatam dicunt, vt quæ tales filios peperisset.
 Maiora verò Mariæ collata sunt dona, quia Deū peperit, quam
 conferrentur, si infinitos Baptistas, & Seraphinos fuisset pari-
 tura, non enim omnes illi licet infiniti essent, æquarent gra-
 tiam vnionis Christi Domini. Illi omnes adoptionis filij essent,
 at Christus naturalis Dei filius est. Multo maior Mariæ dig-
 nitas, quod Deum habeat filium, quam si infinitos haberet
 quantūlibet sanctissimos. Mariæ etiā dignitas ex eo colligi ali-
 quo modo potest. Cum Abraham, & Dauid maxime Deo pla-
 cuissent, vt eos summo beneficio afficeret, promisit, ex eo-
 rum semine Christum Dominum gignendum. Quod adiecit
 Abraham procidit in terram. Tantum hoc reputans dominum,
 vt eo facto ostenderit, vires ei deesse, vt tantum pondus susti-
 neret, & quasi ferre non valens, in terram decidit, ostendens
 nullā gratiarum actionem tanto beneficio satis esse. Si ergo a
 longē progenitorem Christi esse, tanta res est, quālibet obsecro
 Mariæ dignitas, quæ ipsum in utero habuit, ac peperit. Hie-
 ronymus in Esaiam, exponens sletum Ezechias ait, Fleuit Eze-
 chias sletu magno propter promissionem Domini ad Dauid,
 quam videbat in sua morte perituram, eo enim tempore Eze-
 chias filios non habebat, nam post mortem eius Manasses cū
 duodecim annorum esset, regnare cepit, ex quo perspicuum
 est, post tertium annum concessisse vires Manassē esse genera-
 tum, cum quindecim annis ei additi sint. Regis iste est omnis fle-
 tus, quod desperabat Christum de suo semine nasciturum, et
 de, quanta sit res, vel a longē progenitorem Christi Domini
 esse. Quanta ergo erit Mariæ gloria ipsum gignentis? Si qui re-
 cipit

Gen. 17.

Hierony.

Matt. 10.

A cipit Prophetā in nomine Prophetę mercedem Prophetę acci-
 piet, qualis erit ei merces, quę recipit Deum, in nomine Dei,
 deditque ei corpus, animamque vnuit, vitam dedit, an nō mer-
 ces ei erit Dei, diuinaque? Quam ergo dicemus Mariam esse?
 Non vtique Deum, diuinā tamen digerere possumus. Audi qua-
 lem eam dicat, Dionysius (multis autoribus hoc referentibus
 licet in Dionysij opusculis, quos præ manibus habemus, illud nō
 inueniatur) Arcopagita. Cum ait, ductus fui ad conspectū
 Virginis, tantus me diuinus splendor circumfulsit exterius, &
 plenius irradiauit interius, tanta etiam odoramentorum ip-
 sius fragrantia in me redūdauit, vt nec corpus infelix, sed neq;
 B spiritus tantę possent felicitatis insigniā sustinere. Te-
 stor Deum, qui erat in virgine, nisi diuina me docuissent,
 hanc Deū verum putauissem, quoniam nulla videri poterat
 maior gloria meritorum. Hęc Dionysius. ¶ Sed qua arte huius
 tantę dignitatis possimus esse participes, vidēdū nobis est. Quod
 hoc nobis possibile sit, saluator ostēdit dicens, Matth. 12. quę
 est mater mea, & qui fratres mei? quicumque enim fecerit vol-
 untatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror &
 mater est. Super quæ verba Gregorius Homilia 3. ait. Cum is,
 qui voluntatem patris fecerit, soror & frater Domini dicitur,
 propter vtrumque sexū, qui ad fidem colligitur, mirum nō est,
 mirandū verò valde est, quo modò etiam mater dicatur. Fide-
 les enim discipulos fratres vocare dignatus est, dicens, ite, nū-
 C ciate fratribus meis. Qui ergo frater Domini fieri ad fidem ve-
 niendo potuerit, quęrendum est, quomodò etiam & mater ef-
 se potuerit. Sed sciendum nobis est, quia qui Christi soror, &
 frater est credendo, efficitur mater prædicando, quāsi enim pa-
 rit Dominum, qui eum cordi audientis infundit, & mater eius
 prædicando efficitur, si per eius vocem amor Domini in pro-
 ximi mente generatur. Ad quārem nobis idonee confirman-
 dā adest beata Felicitas, quæ credēdo extitit ancilla Christi, &
 prædicādo facta est mater Christi. Septē quippe filios, sic passi-
 se timuit viuos in carne relinquere, sicut carnales parētēs solēt
 mequere, ne mortuos præmittat. Vt vero id, quid diximus, intel-
 ligas, attēde. Sicut scultor rudi accepto ligno, illud elaborat do-
 nec paulatim Christi Domini vel alterius sancti effigię efficit,
 sic

Matth. 10.

10. 1

10. 2

10. 3

Matth. 12.

Greg.

Matt. 88.

10. 1

10. 2

10. 3

Gala.4.
1. Cor. 15.
Rom.8.

Matt. 18.

Aug.
1. Co.3.

Prout.8.

Colof.1.

Pfal. 117.
Ezech. 44.
Bern.

sic cū ex peccato in gratiam homo ducitur, efformatur in illo **A** Christi Dñi effigies. Hinc Paulus ad Galatas. Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. Et idē. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & celestis. Imago terreni Adā, & imago bestiae in peccatore est imago Christi in iusto, quia quos praesciuit, & praedestinauit, conformes fieri imaginis filij sui. Cū ergo exhortatione tua hoc opus perficis, Christū genuisti in corde fratris, mater merito diceris Christi. Grāde quidē hoc opus est, & Angelis dignū, ad Deū creaturas ducere ab eo auerlas. Si te inquit Christus, audierit, lucratus eris fratre tuū. Maximū lucrū animā lucrari, pro qua Christus Dominus sanguinem libenter profudit. Cūq; maior reputet Augustinus opus cōuersionis peccatoris, quam mūdi creationē, qui Deo in hoc cooperatur (vt Paulus ait Dei adiutores sumus) maior perficit opus, quā si Deo fuisset cooperatus in vniuersi creatione. Quāta obsecro dignitas creaturæ illi esset, quæ Deū adiuuisset in creatione vniuersi? Posset illa vsurpare verba illa diuinæ sapientiæ. Quādo præparabat cælos, aderā, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, cum eo erā cuncta componens, maxima profecto ista gloriatio. Sed maior adhuc illa est, de qua Paulus Dei adiutores sumus, in opere, scilicet, reparationis hominū. Et iterum, adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Hoc enim est quasi Christum generare, eius matrem effici, & cum hoc efficitur, gratia & dona super naturalia animæ dantur, quæ in immensum excedunt omnem naturalem perfectionē, quæ in creatione omni creaturæ collata est, etiam Angelicam.

- Ex dictis etiā colligitur, quāta dulcedine, ac charitate Maria respiciat iustos vniuersos. Quāta nāque Christū prosequatur, nullus sermo sufficit enarrare, omnis verò iust⁹ quasi quidā Christus est, eius est forma, & effigies, eius mēbrū, tāquā ergo ad ve-
rā matrē nobis accedendū est ad Mariā, hæc porta Dñi, iusti in-
trabūt per eā. Porta, clausa quidē iuxta Ezechiel vidit, principi per-
virginitatē, sed patēs per intercessionē. Si aliquis ait Bern. ad Mariā
accessit, nec obtinuit, ad eā amplius nō accedat. Nec tamē so-
lis

A liis iustis locus est in hac domo, sed etiā peccatoribus, sicut in Arca Noe, nō solū mūda animalia recepta sūt, sed & immunda. Et in tēplo triplex erat locus sacerdotū, fidelū, & infidelū. Et tandē Gen. 24. Ait Eliezer. Virgo, quæ egredietur ad hauriēdā aquā, & audierit à me, da mihi pauillū aquæ ad bibēdū de h-
dria tua, & dixerit, & tu bibe, & camelis tuis hauriā, ipsa est mulier, quā præparauit Dñs filio dñi mei, quod quoniā Rebecca dixit, & fecit, electa est in matrē Israel. Quo significatū est illam Dei matrē futurā, quæ tanta arderet charitate, vt nō solū iustos recipiat, sed peccatores, camelis perfimiles, foueat, adaqueat, & protegat. Si tanta pertulere sancti pro hominum salute, qui scintilla solum charitatis ardebant, vt diceret quidam, omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, quæ non faciet Maria, quæ immensis ignibus charitatis ardet? Eius verò charitatis ignis quantus sit, illud facile ostendit, quod intra se continuit infinitum cæli ignem, & cum in ea nulla esset resistentia, profusus ignita est. Hoc ergo igne charitatis ingemiscit, & parturit peccatores. Audi de hac re Ioannem dicentem Apocalypsis. 12. Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarū duodecim, & in vtero habens clamabat parturiens, & cruciatur, vt pariat. Hanc mulierem Bernardus dicit beatissimam virginem Mariam. Sed quomodo clamat parturiens? quomodo cruciatur? Non hoc de partu Christi accipiendum est, quem summo gaudio peperit, quæ ergo hæc parturitio? quis hic cruciatus? Explicet nobis hoc beatus Paulus, cui simile quid contigit. Filioli, ait, mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, donec Deo reconciliemini. Verè peccator Benoni est, Paulo Benoni, Mariæ filius doloris, crucians matrem, donec nascatur filius dexteræ. Audi Deum similiter parturientem. Audite me domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Hic ergo Mariæ clamor est, hoc eius maximum desiderium, quod peccator iustus sit, hoc illa maximè curat, ad eam ego iustus, & peccator accedat, in ea exaudientur in omni periculo. Impletum in Maria est, quod olim Salo-

Gen. 24.

2. Tit. 2.

Apoc. 12.

Bern.

Galat. 4.

Gen. 35.

Esa. 46.

Salo-

2. Par. 6. Salomon petijt tēplo suo. 2. Paral. 6. Quicumque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, & propitiare. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis, peccabunt enim tibi, & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram, quã dedisti eis. Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & cōfessi nomini tuo, & cōuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris, exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata seruis tuis, & da pluuiam terræ. Fames si orta fuerit in terra, & pestilētia, frugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus portas obfederint ciuitatis, omnisq; plagā, & infirmitas processerit, si quis de populo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagā, & infirmitatē suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de cœlo. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si uenerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de cœlo, & facies cuncta, pro quibus inuocauerit te ille peregrinus. Similiter exaudiiri postulat euntes in bellum adorantes contra domum hanc, & victos, atque captos ab hostibus adorantes contra hoc templum. Et deinde in capite. 7. dicitur. Apparuit autem ei dominus nocte, & ait. Audiui orationem tuam, oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit, elegi enim, & sanctificaui locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Petijt Salomon, templum illud uniuersis esse refugij domum in omni necessitate, & angustia, tum spiritali, tum temporalis, Israelitis, & gentibus. Exauditus est à Deo, qui hoc maxime in Maria ostendit impletum, quæ peccatori tribulato, Iudæo, Pagano ad eam accedenti auxilio est, ut miracula eius restantur, quibus fidelibus, & infidelibus adsuit, etiam Iudaicæ perfidiæ, ut in ciuitate Segouiensis ostenditur. Ad hanc ergo accedamus, hanc oremus, cum in pugnam proficiscimur vel inimicorum temporalium, vel spiritalium: hanc obsecremus, cum fuerimus victi, ad hanc tandem in omni malo, & periculo

2. Par. 7.

Aperituro veniamus. Cum enim templum Salomonis Mariæ figura fuerit, in ea præcipua ratione inuenienda sunt, quæ illi templo fuerunt à Deo concessa, &c.

Concio Secunda, in Natiuitate Beatę Mariæ Virginis.

Thema. De qua natus est Iesus, &c.

Matth. 1.



Cum uellet, Deus Ezechieli Prophetæ ostendere domum suam, ait ipse cap. 40. Facta est super me manus Domini, & adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat ædificium ciuitatis uergentis ad austrum. Hodierna die proponitur nobis contēplanda vera Dei domus, quæ sine dubio Maria est, in qua ille proprie, ac uere habitauit. De qua dicit per Psal. Hic habitabo quoniam elegi eam. Ut eam uidere possimus, in montē nobis confendendum est, super cælos ipsos. Indigemus in super Dei manu, quæ fiat super nos. Diuinū imploremus auxiliū quod ille tribuit petentibus, maximē tamen illud implorantibus in eius domo. De qua dicitur, Matt. 21. domus mea domus orationis uocabitur, atque adeo in ea omnis qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. In domo tua non omnis, qui petit, accipit, sæpe enim dicis pauperi, iuuet te Deus, quibus uerbis ad Dei domum eum emittis. At uero in Dei domo omni pulsanti aperitur, & omni petenti tribuitur, nec enim est alia Dei domus, ad quam mitti possit, qui in ea refugium non inueniret. O Israel quam magna est domus Domini loci Sancti. Gg queba-

Ezech. 40.

Psal. 137.

Matth. 21.

Barn. 3.

quibatur olim Barn. Sed multo resu^o nos hec verba usurpare A
possimus, Maria contēplantes, quæ omnes capit homines, in-
flos, peccatores, fideles, infideles, omnes audit, & exaudit, ad
eam ergo cum fiducia accedamus, salutantes. Aue Maria.

Gene. 5.

Ezech. 2.

Euangelij, quod Ecclesia nobis hodierna festiuitate propo-
nit, inquit est Liber generis Iesu Christi. Liberum alterum
scripsit Moyses, de quo ipse loquitur Gen. 5. Hic est liber gene-
rationis Adæ, quæ licet in eorum hæc alia describuntur, sed quia
omnia propter Adæ eoditæ, ideo et dicitur liber. De quo Ezech.
dicitur, scripte erant in eolamentationes, carmen, & v. In eo
namq, culpa, & poena homini pro ea iniecta continetur. Id eod
eo libro v. & lamentationes scripte erant. Sed est nunc alter li-
ber generationis Iesu Christi, in quo licet alia plura contineat. B

Ad Colos. 1.

tur Christi tamen dicitur, quia omnia propter ipsum, & ideo
Paulus ait, in ipso condita sunt vniuersa, siue quæ in caelis, siue
quæ in terris, id est, propter ipsum. Sed iste liber nō cōtinet lamē-
tationes, & v. imo gaudium, & lætitiā, quod ideo Euange-
lium dicitur, id est, bonum nunciū, qui in uero mundi repara-
tio, culpæ euacuatio, & omnis mali remedium describitur, ip-
se namque Christus vniuersam restaurauit. In prioribus libri
bitur generatio, & posteritas Adæ, in hoc vero generatio
posteritas Christi, qui generationē aliam diuersam similiā
generatione Adæ in mundum induxit, de qua scriptum est in
Psal. Hæc est generatio quæ renitium Dominū, quæ renitium fa-
ciē Dei Iacob. Longe diuina est generatio Adami ab hac, quæ C
Christi est, vt ostendit Paulus. Qualis terrenus, tales & terreni
& qualis celestis, tales & caelestes, sicut ergo portauimus ima-
ginem terreni, ita portemus imaginem caelestis.

Psal. 134.

A. Cor. 15.

Hic ergo liber generationis Iesu Christi gaudiū cōtinet, &
lætitiā. Vis hoc oculis tuis subijci? Audi. De qua natus est Iesus,
qui vocatur Christus, Christus, & Maria gaudiū mudi sumi. Audi
Ecclesiā in hac sacra solennitate dicentem. Natiuitas tua Dei
genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. De qua
re multa verb a facit Angelus Beatæ Brigite, vt in eius reuelā-
tionibus continetur. Ait enim: Beatissimis Angelis ab initio gloriæ
sue fuisse Mariam lætitiā, & exultationem, vt impleretur in
ea illud Iudith. 7. tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel. Cum
enim

B. Brigita
in suis reuelā-
tionibus.
Iudith. 7.

A enim Deus seipsum lumine gloriæ Angelis ostendit, simul
etiam ob eorum oculos proposuit Beatam Mariam, per quam
restauranda erant Angelicæ ruinae, videruntque sedem, & co-
ronam supremam ei preparatam, quæ sola diuina maiestas ex-
cedebat, illique maximè propinquam, de qua Deus maximè læ-
tabatur, ideoq; sancti Angeli summe diuinam gloriā affectā-
tes, de Maria, cui sedes, & corona tanta seruata erant; maximè
lætati sunt, quod nouerunt per eam summe Deum glorifican-
dum, Angelorum ergo lætitiā ab initio mundi vsque in finem
est Maria. Nec verò solis Angelis sanctis Maria ab initio gau-
dium extitit, sed & hominibus vniuersis patribus, & Prophetis,
quos Deus lætificauit, ostendens eis Mariam, & filium eius.

B Dolebant sancti innumera peccata videntes, quibus Deus of-
fendebatur, & aduentum in mundū differebat, consolatione
verò, & gaudiō afficiebantur intelligentes, venturam Mariam
in mundum, quæ bonitate, & meritis suis, totius mundi pecca-
ta, & malitiam victura erat, & Deum è cælis in terram trahura
gratia sua. Dolebant videntes templum pollui, & destrui, gau-
debant verò agnoscentes, venturū in mundum templū aliud,
nusquam polluendum. Tristabantur, cernentes Hierusalē de-
predari ab hostibus, sed lætitiā per fundebatur scientes, in Ma-
ria Christum Dominum induendum armis, & scuto, vt exur-
geret in adiutorium nostrum. Summo merore primi parētes
nostri confecti fuerunt, videntes à tanto se deturbatos culmine
C, vniuersam posteritatem in mala innumera immeruisse.

Qua consolatione leuari potuerunt, nisi Mariæ aduentu foelici-
simo, quem illis ad hoc Deus reuelauit, dicens serpenti, ipsa
conteret caput tuum?

Tristatus est Noë de mundi excidio, diluuiō illo tremēdo,
sed mirabilis arcæ fabrica illum voluptate perfudit, in qua
vniuersa animantia seruata sunt, quam sic bitumine lini-
uit, vt aquæ gutta eam non intrauerit, tam fortiter compa-
cta, & consisuta est, vt nulla aquarum inundantium vis, nul-
lusque ietus eam potuerit dissolvere. In diluuiō illo agnouit
Nos peccatorum inundationem, quæ eū maximè contristauit,
sed gaudiō perfusus est, videns in arca vt figura Mariam, quæ
mulier est fortis, nullis temptationū procellis superata, adeo con-

Gene. 3.
Gene. 6.

stans, vt nulla in eam cupiditas subintrauerit, tanta amplitu-
dine constituta, vt omnes reciperet, tum iustos, tum peccato-
Gene. 28. res. Doluit Iacob, se exulem à domo patris, præcipue vero tri-
statur, quod exul esset à patria cælesti. Sed consolatione af-
ficitur. visa scilicet, cui Deus innixus erat, per quam, omnibus in
Gene. 32. cælum reditus parabatur, quæ est Maria. Affligitur tam lon-
ga in nocte lucta, recreatur ascendente aurora, in qua benedi-
citur à Deo. Hæc vero ascendens aurora Maria est, de qua dici-
Cant. 2. tur, quasi aurora consurgens. Tristatur, quod moriens relin-
Gene. 49. quit filios in Aegypto, sed versus ad sæculi caput, & ad virgæ
Ad Heb. 11. summitatē orans. consolatur, videns Mariam virgam, in cuius
Gene. 15. capite Christus Dominus vt flos erat. Dolet Abraham, sacrifi-
cio. oblaturus filium, sed gaudio perfunditur, viso die Christi
Domini, quo exultauit. Doluit Moyses Israelis. seruitutem du-
Exod. 3. ram in Aegypto, consolatur eum Deus, tum rubo, tum virga,
Mariam significantibus, per quam eruti sumus à dæmonis po-
testate. Et tandem omnibus prophetis reuelata Maria à Deo
est, vt eius expectatione mundum consolarentur. Hæc Ange-
lus ad Beatam Brigitam.

Expectabat ergo mundus hanc fortem mulierem, quæ ca-
put contereret serpentis, quæ Deum vinceret, & in terras trahe-
ret. Hinc factum est, vt cum infirmas mulieres videret, nihil
eas curaret, etiam si alias optime essent. Cum vero fortem
aliquam, ac virilem offendisset, ea visa maxime lætabatur, re-
cogitans, ne forte illa esset mulier illa fortis, à Deo repro-
missa in mundi remedium, & omnium malorum leuamen.
Judith. 4. Sic visa Judith forti lætatus est. Tu leuasti Israel, eo quod
Jud. 4. Holophernis caput abscidit. Sic visa Debora pugnatrice,
Hester. 6. quæ Sisaram vicit, Iael quæ illum interemit, Hester, quæ po-
pulum liberauit suum, omni enim suauitate plenum specta-
culum est mulier fortis. Sic etiam Deo, Angelis, & hominibus
theatrale miraculum est anima fortis, fortiter se gerens aduersus
omnes dæmonum phalanges. Sicut enim datus est spectacu-
lum, hominem videre in circo cum tauro pugnantem, vel cum
leone, & viso contudentem illumque superantem, sic et videret
Deus, tætionibus vexari, nec vinci, à demonibus oppugna-
ri, sed nō expugnari, imo te victorē euadere, demones fugare,
carnem,

Gene. 28.

Gene. 32.

Cant. 2.

Gene. 49.

Ad Heb. 11.

Gene. 15.

Exod. 3.

Judith. 4.

Jud. 4.

Hester. 6.

Simile.

A carnem, & eius appetitus domare, præclarum Deo, & Angelis
dedisti spectaculum. Continuo accedunt Angeli, & ministrant
tibi ac congratulantur, dicentes, euge, euge quam præclare
pugnasti. Sicut obuiam Dauidi exierunt ex Israel, caput gereti
Goliath, ei congratulantes. Contra vero turpe, fœdum, triste
que spectaculum est, hominem videre à tentatione superatum
dæmonum, & cumbentem in carne perfundatum, per simile que
illi, quo vides hominem à leone dicerpi. Audi, quale hoc spe-
ctaculum, quamque triste dicat sibi fore Paulus. Timeo enim,
ne forte cum venero, non quales volo, inueniam vos, & ego
inueniar à vobis, qualem non vultis, ne forte contentiones,
emulationes, inflationes, seditiones sint inter vos. Ne iterum,
cum venero, humiliet me Deus apud vos, & iugeam multos
ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam
super inmunditiis, & fornicatione, & impudicitia, quam gesse-
runt.

Sed ad Mariam nostram redeat oratio. Lætabatur mun-
dus muliere visa forti. Sed nondum aderat illa omnium fortif-
sima, quam expectabat, quæ caput serpentis contereret. Vnde
clamabas, mulierem fortem quis inueniet? Sed hodie natiuitas
tua Dei genetrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mun-
do. En mulierem fortem, quæ serpentis caput conteret. En ar-
cam Noe, quæ in vniuerso semina liberet. En scalam quæ nos in cæ-
lum ducat. En auroram consurgentem, vt vincamus. En virgā,
quam adoremus, et rubum, & virgam Moyse, quæ etiamur.
En tandem mulierem, quæ vere sit in adiutorium viri. In hoc
prima mulier constituta à Deo fuerat, sed illa in adiutorium
Sathane effecta est contra virum. Sed nunc Mariā vere in adiu-
torium viri est, vt spiritum adiuuet contra dæmonem pugnan-
tem, quæ nos reddat spirituales. Non sicut mulieres ille, de qui-
bus dicitur. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent
pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.
Et hæc quidē homines effecere adeo carni deditos, vt cōstitutio
de eis Deus diceret. Nō permanebit spiritus meus in homine,
quia caro est. Quibus similes extiterē Madianitide, quæ Israe-
lem peccare fecerunt. Et has Pharo referuat in instrumenta
vitiōrum, ex quibus hodierna die multas demones terreat, ac vilis

1. Reg. 17.

2. Cor. 12.

1. 2. 3. 4.

Prov. 30.

Gene. 2.

Geno. 6.

Num. 25.

Exod. 1.

1. 2. 3. 4.

Apo. 17. die carumque figuram proponit, talis mulier illa Apoē. propi-
nans calicem veneni, quæ gentes intereat. Quid enim mulier,
compta, & ornata, quo se in omnium conspectum dat ut om-
Eccles. 9. nes inficiat, an nõ meretrix Babylonica? De qua Eccl. 9. Cum
saltatrice ne assiduus sis, nec audias illã, ne forte percas in effi-
cacia illius, Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in
decore illius. Averte faciem tuam à muliere compta & ne cir-
cumspecies speciem alienam, propter speciem mulieris multi-
perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exarsit.
Multa hic Spiritus sanctus, cauenda nobis proponit. Primum
à saltatrice. Quid obsecro diceret de inhonestis saltibus, qui
hodie in mundum irrepserunt? Intolerabilis abusus iste est, &
omnino tollendus. Inter præclara Regis Assa facinora, illud B.
3. Reg. 15. memoriæ proditum est 3. Reg. 15. Fecit Assa rectum ante ion. B.
spectum Domini, sicut Dauid pater eius, & abstulit effemina-
tos de terra. In super & Maacham matrem suam amouit, ne
esset princeps in sacris Priapi, & in luo eius, quem consecraue-
rat, subuertitque specum eius, & confregit simulachrum tur-
pissimum, & cõbussit in torrente Cedron. Vis nunc in ciuita-
te, vel in domo tua rectum agere? Aufer effeminatos de domo
tua, omnem libidinem procul abige, omnem saltum, & canti-
cum inhonestum, procul tolle, an non hæc sacra Priapi? quid
nam homo, vel mulier inhoneste saltans est, nisi simulachrum
Priapi? Confringe, combure simulachrum hoc, crura sic sal-
2. Para. 15. tantis, confringe, ne iterum saltet 2. Paralipom. 15. addi-
tur de Assa. Matrem suam ex Augusto deposuit imperio, eo
quod fecisset in loco simulachrum Priapi? Quo facto doce-
mur, eos vili pendere, & nihili habere, qui huiusmodi saltibus
delectantur.

*Galat. de ar-
ce. fidei.
Canisus in
Mariali.
Aristo.*

Ambros.

Non sic Maria mulier fortis, quæ virgo virginum purissi-
ma in Spiritus adiutorium facta est, cui ea gratia à Domino da-
ta creditur, vt nobiles authores testantur, vt aspectu suo homi-
nes castos redderet, & omnem turpem pelleret cogitationem,
licet incredibile esset pulchritudine. Helena in insipientibus
flamas libidinis accendebat, quæ propter nefas Aristoteli, diuise
sapienter. Gratia de ea, fuge, fuge, ne scandalizeris in decore
illius. Contra verò Maria ait Ambros. aspectu suo hominum
modestum.

Luc. 1. A modestum reddebat. Si enim aliquibus pretiosis lapidibus hoc
concessum dicitur caelesti influenza, vt castos reddant homi-
nes, quid non hoc habeat Maria? Si regulus aspectu occidit,
quid mirum Maria viuificet? Sicut ergo Moyses ex Domini
consortio lucem accepit, quæ reuerentiam excitabat, & sicut
homo vultu præfert excellentiam, qua terret multa anima-
lia, ac eum reuereri facit, & in principum vultu aliquando ma-
iestas apparet. Sic in Mariæ vultu posuit Deus maiestatem ca-
lestem, quam homines timebant, & reuerentur. Et in tanto
illa pretio castitatem habuit, vt indubium reuocaret, an mater
Dei futura esset, si ob hoc virginitas violanda foret. Quo facto
omnibus cultoribus suis ostendit, quam illi grata virginitas, ca-
stitalque sit, & quam longe à turpitudine omni illi esse debet,
B qui eam colunt, quando ea sic castitatem coluit, vt nec lici-
tum admitteret matrimonium, vt Dei mater efficeretur. Illud
ergo Pauli semper præ oculis nobis habendum est. Fornica-
tio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur
Eph. 6. in nobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultilo-
quium.

Sed quia initio diximus, Mariam mundi esse lætitiã, hoc
iterum ostendamus. Est illa mundi gaudium, quia ex illa est or-
tus sol iustitiæ Christus Deus noster, cumque illa in mundo na-
ta fuit, continuo Deo domus conueniens extitit, vt ad nos di-
uertere posset, nec iam excusationem antiquam prætere
valet, quod venire ad nos non possit, quia domus ei conueniẽs
non sit inter nos. Desiderium mundi, quo Dei aduentum ex-
petiuit, manifestum est. Ideo desiderium collium æternorum
dicebatur, & desideratur cunctis gentibus, omnia enim bona
in eius aduentu promissa erant. Sed ille venire ad nos recusa-
bat, quia digna habitatio non erat, quæ eum exciperet. Hinc
ipse dicebat Esai. 66. Quæ est ista domus, quam edificabitis
mihi, aut quis est iste locus requietionis meæ? facta sunt vniuer-
sa ista, ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & con-
tritionem spiritus, & tremorem sermones meos. Quasi dicat. Pa-
tatis ne, dignam mihi domum esse templum hoc Salomonis
factum hoc est hominum manibus, non hæc congrua mihi ha-
bitatio, sed illa, quam ego manibus meis, construxero, sapien-
tia enim

2. Par. 4. 2.

tia enim edificauit sibi domum. Et hoc ipse Salomon intellexit, qui templo perfecto, ait. Quis preualebit, ut edificet domum nomini Dei nostri, si caelum & celi celorum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam edificauit sed ad hoc statum, ut adoleatur incensum coram te. Sed ais, si templum illud congruens locus non erat Dei habitationi, quoniam mortuum quid erat, alia uisus templa fuere multae sanctae mulieres, in quibus potuit habitare. Fuerant quidem, sed spinis plenas, ipse uero in lilio habitare disponebat. Vis, has conspiceret spinas? Attende uniuersas, quae in hodierno Euangelio numerantur, & in omnibus spinas uidebis. *Genuit Obed ex Ruth.* Haec quidem sancta fuit mulier, sed ecce spinam, ex gentibus ortam, gentium aliquando erroribus paruit, quid quod sequitur, *Dauid genuit Salomonem, ex ea qua fuit Uria.* En spinam, *Benabae,* haec est adultera. Praeterea, *Judas genuit Phares, & Zaram de Thamar.* En spinam, incestu enim hos genuit filios. Veniant omnes illustres mulieres, quae Mariam praecesserunt, quae eam dicere poterit, se sine spina esse? nulla utique, atque adeo nec digna Dei domus uilla earum esse potuit, nec conueniens habitaculum. Haec cura Dauid uidebat, dicentem. Si dederit somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Veniat ergo Maria, quae est lilius inter spinas, in qua spina nulla caueda est, in qua secuta Deo habitatio sit, elegit eam in habitationem sibi, Maria in mundo constituta aderit Deus continuo, iuxta illud Apocalyp. 21. uidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de caelo, & Deo paratam, sicut sponsam ornatum uero suo. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Sit tabernaculum Deo contempens in nobis est, Deus nobiscum habitabit. Maria uero hoc est tabernaculum, quam Ioannes dicit Hierusalem caelestem, & merito, de ea namque scriptum est Esai. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum quoque quia quam transferri poterit, & adferent ubi dicitur in se, in portu, & omnes fructus eius non rumpentur, quia in omni magnificus est Dominus noster. Magnificus Hierusalem dicitur, quia

Psal. 131.

Apoc. 21.

Esai. 33.

A quia uisus est pacis, in ea namque apparuit ille, qui est pax nostra. Dicitur uero opulenta ciuitas, quia quantuis multae filiae congregauerint sibi diuitias, sed Maria supergressa est uniuersas. Est aliquando ciuitas egens, & misera, uenit uero ad eam classis diuissima ex India remotis regionibus, ditescit, ciuitas, repletur argento, & auro, ut aliud non spectes per uias publicas. Si Maria pauper fuisset, ac misera, cum in eam Christus Dominus descendit, (in quo omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei) opulenta ciuitas redderetur, omnibus abundans gratijs, reperto thesauro illo abscondito, quod omne aurum, & lapidem preciosum excellit. Quam ergo erit opulentissima, quae cum ante fuisset ditissima omni gratia, nunc denuo repletur Spiritu sancto adueniente, & filio Dei factio filio uirginis? Merito uero eam descendere de caelo uidit Ioannes, quoniam caelesti Deo caeleste habitaculum conueniens erat, ut locus respondeat locato, qui enim a sinu patris in matris utero descendebat, non nisi caelestem matrem eligere debuit. Hoc tabernaculum, dicit Esai. non transferendum, id est, nunquam ab inimicis capiendum, funiculos eius non rumpendos, clauos non auferendos, tanta namque gratia ornata fuit, ut nunquam caro a spiritu distideret, nunquam ab inuicem separarentur affectu. Et tandem ait, tibi solum magnificum fuisse Dominum, licet enim magnifice Deus fecerit cum alijs, multa donans, tamen eorum comparatione, quae Mariae donata sunt, nihil esse omnia alia censentur. Unde illa ait, fecit mihi magna, qui potens est. Maxima ergo causa latitiae Mariae mundo extitit, quia ex ea ortus est sol iustitiae Christus Deus noster. Quia Deo domus iam digna in mundo est.

Nec tamen Deo soli constructa domus est in Maria, sed & omnibus nobis. Tabernaculum nostrum Maria est, requies nostra est. Cum multorum expensis domus aliqua fabricatur, illi omnes ius habent in ea habitandi, ac se tuendi. Omnium expensis fabricatam Mariam dicere poterimus, si enim Adam non peccans, Christus non descenderet, ut Diuus Thomas ait, si peccata non essent, & miseria. Deus homo non fieret, nec Maria mater Dei esset, si ergo mater Dei est, hoc fuit, quia peccata extiterunt, & mala omnium nostrorum, nostris ergo in

Prou. 31.

Simile.

Luc. 3.

Simile.

D. Tho.

comodis, & expensis Maria fabricata est, omnibus ergo nobis domus ista construitur, omnibus licet eā adire, & in ea quiescere. Ergo nobis tabernaculum quo protegamur. De quo forte Esai. vaticinatus est. Et tabernaculum erit, in vmbra culum dicit ei ab aestu, & in securitatem, & ab iconsonem à turbine, & pluuia. Omnium hoc tabernaculum esse ostenditur, cum nulli singulariter dicitur esse futurum. Est enim Maria vniuersalis interpellatrix, omnium mater, gallina pullos congregans, turris David omnes protegens, est refugium in omni tribulatione, ab iconsonem in omni tentatione, misericordiae visceribus abundat in omnes pauperes, & tandem domus est refugij omnibus confugientibus ad eam.

Eam verò nos imitemur, eam sequamur eius vestigijs in heretamus in omnibus. In duobus tamē precipue que ex dictis colliguntur. Primum sit, dignam in mētibus nostris domū preparare Deo nostro, illa Dei domus fuit, & nostēplū Dei esse possumus, tēplum sanctū Dei, quod estis vos, ait Pau. Illa mater Dei fuit, & nos possumus matres Dei esse. Sed maximum hoc, in quiete, maximum planē, sed ille ipse hoc testatus est, qui de virgine natus est, cum ait: qui facit voluntatē patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Tāta res est, Dei verbum audire, & illud custodire, vt vllud faciens Dei dicatur mater. Imò vero & matri Dei preponatur, cum dicitur, quiniom beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiūt illud. Laudauerat mulier matrem Christi, preponit Christus audientē, & seruatem verbum Dei. Possumus ergo esse Dei matres, & plusquam matres, Dei verbum custodientes. Sed ne tibi hoc inēdibile appareat, audi aliud adhuc maius, potest hac ratione Deus effici. An non legisti, ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes? illos autem dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Maxima plane & inaudita dignitas. Sed quo pacto eam assequemur.

Si tibi diceretur, facilem tibi viam esse, vt rex fieres, quam anxie interrogares, qua ratione tantam dignitatem assequi poterō? & quanto seruire eam arripere viam? Dicitur vero tibi, potes esse mater Dei, & plusquam mater Dei, & Deus, & hoc audito torpes? non moueris? non interrogas, qua ratione Deus ero? Vis hoc nosse? Audi Dei verbum, & custodi illud, emunda

emunda cor tuum, vt ad illud Deus descendat. Aiebat ille. Facies q; mihi sanctuariū, & inhabitabo in medio eorū. Quia enim domum Dei decet sanctitudo, oportet mundari conscientias: non stas ab operibus mortuis, mundemur ergo, qualesis dupimus vasa Domini. Hec omnis sanctorū cura fuit, semagis ac magis mundare, purgare que, vt dignam Deo domum construere. Quicquid ergo videris, in corde tuo versari. quod Dei displicet oculis tolle, & veniet ad te, cōnabit tecū, afficietq; te domū suam, matrem suam, imò & filium suum, & tandem Deum te efficiet, factus ipse vnus spiritus tecum. O summam Dei dignationem? d altissimam hominis dignitatem? d summam mortaliū sortem, si tamen ea vti voluerint.

Sed obijcies, ex dictis sequi videretur, non admodū esse suscipiendam Dei matrem, nec adeo magnificandam in eius dignitatem, si nos eam, & ea aliquid maius tam facile obtinere possumus, sed nō recte collegisti, imò summa hęc matris Dei dignitas, & planē infinita. Vt ergo ea, quę dicta sunt percipias, considerā, duos esse rerum ordines, alius est ordo gratiæ, alius verò officiorum dignitatum, vt matris Dei, Apostolorum, Prophetarum, Seraphinorum, Thronorum, &c. Si hos duos ordines inter se conferas, & omnino separes ab inuicem, ordo gratiæ potior est. Da mihi hominem, vel Apostolorum, vel Prophetarum, Angelum, vel Seraphinum, qui tamen gratia careat, confer eum cum alio, qui his careat dignitatibus, gratia tamē sit ornatus, sine dubio inferior erit eo, qui gratia ornatur quacūq; prefulgeat dignitate, Apostoli dignitate prefulgebat Iudas, qui tamen cum gratia careret, audit, melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Similiter Lucifer Cherub extensus erat, sed gratia priuatus vilissimus demon efficitur. Similiter dico de dignitate matris Dei, da mihi mulierem matrem Dei, sed sine gratia inferior illa esset iusto gratiam habente.

Hinc Aug. Felicior est Maria, quia concepit Christum mētra, quam ventre. Sola dignitas Christi Domini, & vnio illa hypostatica, qua filius Dei naturalis homo ille est, excedit gratiæ ordinem, quia gratia unionis superior est gratia quilibet. Sed vt videas quanta res sit dignitas Marię matris Dei, attende ex illo superiori gratiæ ordine donare Deū, cuius secundū dignita-

Esai. 4.

1. Cor. 3.

Mat. 12.

Psal. 81.
104. 10.

Exo. 25.

1. Cor. 13.

e. 119

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

dignitatem, & gradum, ad quem à Deo eleuatur, quia ad-
 neos ille facit ministros. Sic Seraphinis abundantiorē
 concessit gratiam, deinde Cherubinis, deinde Thronis, pro
 gradus diuinitate. Sic etiam Apostolis supremam concessit
 su gratiam, quia eos primo loco in Ecclesia posuit. Cum ergo
 matri suæ Mariæ gratiam pro dignitatis merito concedere de-
 buerit, summam omnium ei contulit, quia infinita illam deo
 raris dignitate, dignitas namque matris Dei infinita est. Vnde
 de ordine gratiæ summam omnium ei concedenda fuit. Sed pro
 pter hanc gratiam potior Maria censenda est, quam pro digni-
 tate matris Dei, & sic omnia consonant.

Secundum verò quò Maria nobis imitanda est, illud sit,
 ut quisque prout illi possibile fuerit, refugium sit pauperis.
 Quo res nobilior, atque perfectior, eo se magis, magisque
 distendit, & alijs benefacit. Hinc Deus infinite se commu-
 nicat, nec unquam dare cessat, sed quasi perennis fons sem-
 per emanat, ut merito dici possit, dator, largitorque bono-
 rum. Inter creaturas Maria Deo propinquissima, eique simi-
 limā, innumera cunctis bona largitur, hoc enim summum no-
 bilitatis est, perpetuo benefacere. Sicut ergo tibi derelictus est
 pauper, orphanus tu eris adiutor, ait Psal. Itā Mariæ derelictus
 est pauper. Tibi ergo eadem cura sit, & hæc satis tibi ad hoc
 ratio videatur, quòd pauper filius Christi est, filius Mariæ.

2. Reg. 9. ait Dauid: Putas ne est aliquis, qui remanserit de
 domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Iona-
 thiam? Superest (ait Siba Regi) filius Ionathæ debilis pedi-
 bus. Vbi, inquit, est? Misit ergo Rex Dauid, & tulit eum
 de domo Machir, eique dixit, faciens faciam in te misericor-
 diam propter Ionatham patrem tuum, & tu comedes panem
 in mensa mea semper. Miser, claudusque Miphiboseth pro-
 pter Ionatham patrem tuum Regis alitus est. Licet ergo tibi
 pauper miser appareat, recordare tamen, quòd Christi filius
 est, & Mariæ, tibi que dictum est, quòd vni ex his minimis
 meis fecistis, mihi fecistis. Quemadmodum enim beneficia,
 que filio præstas, mater illius, paterque tibi collata putat, ac ita
 deum deus tibi est, ac filia eius præstitisses, quoniam filio præsti-
 tisti, qui vnum cum eis est. Sic ait Deus per Esai. Hæc est re-
 quies

A quies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, Deum
 reficis, cum pauperem cibus, Mariam pascis cum pauperi ef-
 cas das, &c.

In festo exaltationis Sanctæ Crucis.

*Thema. Nunc iudicium est mundi, nunc
 princeps huius mundi eicietur foras. Et
 ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham
 ad me ipsum. Ioan. 12.*



Vnquam à memoria nostra crux excidere debet,
 tenemur semper illius recordari, quia per ipsam
 nobis vita concessa est, ei vitam, & vniuersa bona
 debemus. Hac vero ratione dicebat Psaltes, nun-
 quam se obliuioni traditurum Dei mandata, ait
 enim. In æternum non obliuiscar iustificationis tuas, quia in
 ipsis viuificasti me. Nunc ergo simili exigente ratione dica-
 mus, in æternum non obliuiscar crucem tuam Domine, quia
 in ipsa viuificasti me. Simul utilissima nobis hæc memoria est
 crucis, & Christi, in ea crucifixi, illius enim recordatio mira in
 nobis operatur. Qua ratione Paulus ait. Verbum enim crucis
 per euntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est, nobis,
 Dei virtus est, virtus, & fortitudo Christi in cruce est, quia
 per eam à patre obtinuit mundi reconciliationem, & per
 eandem à nobis obtinet plura virtutum opera, ut hodie di-
 cit. *Omnia traham ad me ipsum.* Crux ergo Christi virtus est.
 Sed ut illius agnoscamus mysteria opus nobis est gratia, & eam
 obtinebit nobis Maria, quæ proximè huic cruci afflatur,
 imò & ei adhaeret. Stabat iuxta crucem Iesu Maria mater
 eius, &c.

Psal. 118.

1. Cor. 1.

Ioan. 19.

Ad

Ad crucis exaltationem, & honorem illud in primis facit, quod eam Christus honorauit, dum eam thronum fecit regni sui, in qua regnare voluit, & exaltari se dicit, cum in ea ponitur. Fecerunt quidem aliqui reges pretiosissimos thronos, qui dicebantur solia regni. Ita de Assuero dicitur. Ille residebat super solum regni sui indutus vestibus regijs, Salomon etiam fecit thronum de ebore gradem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, non est factum tale opus in vniuersis regnis. Venit in mundum rex regum, & Dominus dominantium, & crucem in solum regni elegit. Ita testatur Psalter, cum ait. Dicite in nationibus, quia Dominus regnabit à ligno, Iudejs quidem scandalum est crux, & ideo abstulerunt à Psalmo illud verbum, à ligno. Sed in Psalterio Romano ita legitur, & ita legit B. Augustinus, & alij, & Ecclesia illud recipit, cum ait. Impleta sunt, quæ concinit David fidelis carmine, dicens in nationibus regnauit à ligno Deus. Et Bernardus, enarrans illa verba, si rex Israel est, descendat de cruce, & credemus ei. Non est, inquit, hoc Caipha, quod pauld ante dicebas, expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. At quia illud verum erat, non à temetipso dicebas. Hoc plane tuum est, magis autem eius, qui mendax est ab initio. Quid enim consequentiæ videtur habere, vt descendat. Si rex Israel est, & non magis ascendat. Sic non meministi, quam confusus discesseris olim, cum dixisti, mitte te de orsum, & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Sic tibi Iudæ excidit, quod audisti, quia Dominus regnabit à ligno, vt regem abneges, quia manet in ligno? Imo vero, quia rex Israel est, titulum regni non deserat, virgam imperij non deponat. A cruce vero regnare Christus dicitur, quia ibi superauit diabolum, & mortem, & eiecit eum foras, ibi omnia traxit ad se, & data est ei potestas in celo & in terra, ibique potentior, ac gloriosior quam vnquam apparuit. Figi vero in cruce clauis voluit, vt regni ipsius stabilitas, ac firmitas ostenderetur, quia vt Angelus Mariæ dixit, regni eius non erit finis.

Hoc verò factò, sic crucem honorauit, vt quod prius fuerat maledictum, & infamia malefactorum, nunc sit super capita principum, & eadem adoratione patriæ, qua Deus ipse, adoretur.

atur. Amplius exaltari non potuit. Impletumque est illud Ezechielis. Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Quo loco Hieronymus hæc refert ad Christum in cruce, vbi dæmonis regnum dissipatum est, & Christi regnum erectum. Lignum profecto humile crux fuerat, sed exaltatum à Christo Domino mirum in modum fuit.

Pro cuius rei dilucidiori intelligentia, aduertendum est, quod Christus in incarnatione sua vniuersum honorauit, & exaltauit mundum, quia quodammodo vniuersa sibi copulauit, dum humanitatem assumpsit, quæ continet omnia. Sed non solum bona, quæ erant in mundo, honorare voluit, verum & mala. Mala enim pœna sumens, illa quasi diuina reddidit. Sic diuinam crucem fecit, vt iam homines dicant, mihi absit gloriari nisi in cruce. Sicut enim humanitatem diuinam fecit, quia eam sibi vniuit, ita suo modo crucem, ac labores diuinos reddidit, quia eos Assumpsit, vt iam Andreas crucem salutet, adoret, & amplectetur, & Apostoli gaudentes procedant à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Sicut enim nubes deformis, ac nigra, cælestis, ac pulcherrima redditur, si sol occidens radios in illam mittat, ita occidens Christus in crucem radios suos mittens, eam illustrissimam, ac omnibus honorabilem reddidit.

Sed quid obsecro mirum, si nobis crux venerabilis appareat, cum olim ante in Christum veneratione fuerit habita. Audi quid Paulus de Iacob dicat. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. In quæ verba Diuus Thomas ait. Hoc habetur Genesis, 50. vbi dicitur, adorauit ad caput lectuli, vt dicit, litera nostra, vel fastigi-virgæ eius, vt dicunt. 70. Ipse enim erat senex, & ideo ad benedicendum accepit virgâ, vel sceptrum Ioseph, quæ adorauit, adorauit vero Deum innixum ad cacumem virgæ Ioseph. Ad quod motus fuit ex consideratione potestatis Christi, quam potestas Ioseph figurabat. Ipse enim tanquam præfectus Aegypto portabat sceptrum in signum potestatis. Addit vero his, quæ diximus.

Ester. 15.
3. Reg. 10.

Psal. 95.

Bernar. ser.

1. dere sur.

Matth. 27.

Linc. I.

Ezech. 17.

Hieron.

Gala. 6.

Acto. 5.

Heb. 11.

D. Tho.

Gene. 47.

Pierius.

diximus Pierius, sceptrum, vel virgam potestatis Aegyptiorum, aratrum fuisse cum iugo bouum cuius si attendamus in summitatem, crucem reperiemus. Ingressus ergo Ioseph est, ut patrem inuideret, afferebat vero virgam, aut sceptrum, quod signum erat suae potestatis, cuius fastigium erexerat, quia iugum aratro impositum erat. Sedit vero Ioseph ad caput lectuli, & virgam ibi deposuit, quam Iacob sumpsit, ut iustaretur quia pedes extra lectum misit, quos postea collegisse dicitur. Crucem ergo manutenens iuramentum à Iosepho petit, quod eum sepeliat cum Abraham, & Isaac. Iuravit tunc Ioseph forsitan manu cruci imposita, ut nunc fit. Deinde Iacob adorauit crucem quae in fastigio erat virgae, dixitque, salutare tuum expectabo Domine, & sic obiit, cruce adorata, & in manibus posita, & inuocato nomine Iesu, quod est idem ac salutare. Sancta quidem, pretiosa mors Iacob, & adoratio crucis per antiqua, quam Iacob adorauit. Fide vero adorasse dicitur Iacob, quia ibi Christi crucem, & Christum crucifixum adorauit, quem fide cognouit, dum eum expectare se dicit.

Sed iam mira, quae in cruce perfecit Christus Dominus, in Euangelio videamus, ait ergo. *Nunc iudicium est mundi.* Id est adest tempus mortis meae, in quo ferenda est sententia pro homine contra demonem, & iusto iudicio eripiendus homo est à potestate eius, cui traditus fuerat à Deo. Ut vero hoc iudicium magis explicemus, notandum est ex Augustino. Quod quia homo à dæmone vinci se permisit, iuste à Deo ipse dæmonis potestati traditus fuit, ut ei subditus sit. Hæc vero demonis in homines potestas est, quod à peccato homo suis viribus liberari non potest, nec eius tentationibus, in peccatum nouum impellentibus in vniuersum resistere, nec mortem, in quam eum coniecit, superare, propter hæc dicitur dæmon regnare in homines. Cum vero dicitur, homo iuste dæmoni traditus, non est intelligendum, dæmonem ius habere, aut iustitiam ex se ipso in hominem, sed Deus eum iuste tradidit, sicut homo reus traditur iuste tortori, in quem nullum ius tortor habet, sed iudex iuste tradit. Deinde sciendum est, ex eodem Augustino, ubi supra, & lib. 13. de Trinitate, capi. 12. & 13. & ex Leone sermone 5. de Passione Domini. Potuisse Deum sua potestate, ac

Aug. libr. 3.
de lib. arbi.
c. 10.

Aug.
Leo.

A potentia hominem liberare à demonis potestate sine vlla iniuria demonis. Sicut iudex potest liberare reum traditum tortori sine vlla tortori iniuria facta, aut iniustitia. Noluisset tamen Deus hac via agere, nec hac potestate uti, sed aliam viam iustitiam iniit, per idem ac subditio propriam iustitiam in hominem habuisset. Hæc vero iustitia via fuit, Deus factus est homo. Et cum dæmon in homines sauebat peccatores diuinæ iustitiæ limites transgressus non est. Cum vero in Christum innocentem, demonis non subditum defecit, eum tentans, ac occidi curans, & sic illi sibi à Deo potestatis terminum transiit, & ideo demoni datione factus est dignus. Iudicium magis coram patre, ad quod Christus ait demoni me defecit, qui ei subditus non eram, nec in me habebat quicquam, amittat ergo potestatem, quam in homines peccatores habebat, & tunc sententia in eam iusta lata est, ut qui manum misit in eum, qui dominus ipse non erat, dominio priuaretur eo quod prius sub se habebat, & sic homo erutus est de potestate tenebrarum. Et hoc significat, cum ait. *Nunc iudicium est mundi.* Id est, nunc sententia ferenda est, ad quam homo pertineat, ad me, an ad dæmonem. Iudicium vero ad me pertinet tanquam ad verum principem, & dæmonem ex poliabitur dominio, & hæc est, quod addit. *Nunc princeps huius mundi iacet et iustus.* Dicitur diabolus princeps huius mundi ratione superius dicta, propter peccatum, scilicet, & mortem. Cui addit Cyrilus libro 10. in Iohannem, capite 40. & Gregorius Nazianzenus in oratione de calamitate animæ suæ. Cum diabolus per superbiam principatum appeteret, nec in celo haberi posset, eum in terra quæ sitit, quem enim principatum verum non habebat, factum, & in opinione hominum habere subditos, & ideo ut Deus soli voluit in mundo iusto per peccatum regnare in orbem terrarum, quia non commiserat gratia Christi per quam eruti ab eo sumus, omnes homines in peccato tenentur, nullus se liberare poterat, nec mortem euadere æternam. Sed quomodo fors similis est. Certo in principio dæmonis potestas suæ potestatis, & potestatis regni sui. Aliquando enim potestatis suæ, & potestatis in regnum, non tamen potestatis suæ, qui a tyranno abstulit, Christi ergo morte dæmonis priuatus est potestatis, ac iura in homines habet, qui per

Cyrilus
Nazian.

Sanct. Hh. Chri.

Christum data est libertas: omni peccatori emergendi à peccato, & tentationibus resistendi, ac diabolum vincendi, & sic vniuersus mundus liberatus à Christo est. Sicut cum supremus princeps subditos inferioris principis liberat à iuramento, & obligatione subiectionis, dicitur destruere, & priuare eum potestate, ac principatu, quantum ad dominium. Sed si aliqui subditorum velint manere sub eius potestate, iam non necessitate, sed voluntate subditi essent. Sic ergo Christus diaboli principatum destruxit, & foras eum misit quantum ad ius, & potestatem, potest enim homo vt eas gratia Christi demonem superare. Si vero homo velit sub peccato esse, manebit in dæmonis potestate spontaneè, non eoracitè. Et ideo quantum ad possessionem non penitus eiectus B foras est dæmon, licet multa ex parte etiã possessio ab eo ablatasit, dum plura regna ei parentia Christo adhæserunt. Si vero nunc dæmon tentat, non hoc est, quia princeps, sed quia seruus coronæ inferat iustorum, quos vero superat, non potestate superat, sed voluntate cedentium sibi. Quod si ante Christum aliqui superauerunt dæmonem, sed illi pauci fuerunt, & Christi virtute, & ideo nunc ait nunc eicietur foras, quia nunc causa ponitur omnis eiectionis præteritæ, & nunc multo plures ab eius potestate eripientur, ac possessione.

Maxima profecto hominis miseria erat, cum captiuus, à dæmone teneretur, & ideo summa fuit misericordia, cum ab illius potestate liberatus est. Nudus relictus homo est per peccatum, in Paradiso, sed eius nuditas tunc à Deo operata fuit veste pellicean. Nuditas vero animæ multo erat deterior operiri non potuit animalium pellibus, licet multa Deo oblatas fuerint. Operuit vero hanc Christus Dominus charitate sua, ac cruce. Nudatus est in tabernaculo suo Noe, sed dicitur eius filij eius nuditatem cooperauerunt in sedentes retrorsum, palliumque mittentes super patrem. Eodem pacto Adæ & hominibus nuditatem Christi non clamate, & dicitur et operuit, multo non filij, sed hominibus se compellat, quoniam nudus fuit filius Adæ, qui eius nuditatem operiret, nisi Christus. Sed quomodo eum operuit? Certe retrorsum iam

A cedens, quis videret Christum Crucem baiulantem, ac interrogaret, quo Domine procedis? Diceret ille, vt Adæ, ac omnium hominum nuditatem operiam. Sed ò Domine quomodo incedis hanc viam? non ne tu offensus peccato es, quomodo offensoris partes agis? & peccatum soluis, quod in te commissum est? Certè è diuerso ambulat Christus, quam omnis homo ambulat, retrorsum graditur. Non ne tu Domine caput es, quomodo ergo pro membrorum defensione vitam exponis, membra etenim exponi pro capite solent? è diuerso ambulat Christus. An non scriptum est, filius non portabit iniquitatem patris, quomodo tu portas iniquitatem Adæ? retrorsum incedit Christus. Scapulas ad nos vertit, non faciem, non enim aspicit nuditatem nostram, vt nos puniat, sed vt operiat. E diuerso etiam omnium hominum Christus ambulat, quia cum illi honores, diuitias, ac voluptates querant, ipse crucem amplectitur, & sic malis nostris medetur, quia medicina morbo contraria esse debet.

B Exponit deinde qua via princeps omnium sit constituendus, & ait. *Et ego se exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Id est, Diaboli principatu destructo, ego vniuersorum princeps existam. Licet enim aliqui dæmoni adhaerint, subditi nihilominus Christi sunt, sed rebelles subditi, & inobedientes, tamen ad eius iurisdictionem pertinent, quia omnium est redemptor, & iudex. Ita etiam alibi ait, sicut dedit ei potestatem omnis carnis, non enim malos punire, & bonos remunerare posset, nisi vniuersorum princeps esset.

C Vel omnes trahere dicitur predestinatos, vel ex omni hominum genere, ac regno. Omnia vero ista baculo crucis acquisiuit Christus, sicut olim Iacob diues factus est, & regressus cū duabus turmis, cum tamen ex patris domo solum baculum sumplisse dicatur. Sic enim ille ait, in baculo meo transui Iordanem istum, & ecce regredior cum duabus turmis. Mirum profecto est, quod ditissimi, & amantissimi parentes Iacob, quem primogenitum constituerant, pauperem à domo dimitterent, & nihil præter baculum darent. Id vero ipsum Christo Domino accidit, qui è domo patris in mundum veniens, nihil præter crucem accipit, quæ illius baculus fuit.

Sed preclarus hic baculus est, eo enim omnia traxit ad se, & omnium Dominum se fecit. Hoc vero mysterium in scriba subodoratus Isaac filio dilecto unicuique tribuit baculum, sed qui si gēra crucis erat, & ideo in eo ei dedit uniuersa, quæ in illo crucatus est, quasi in prenuntio optimo baculum dedit, quod exaltatus est. Simili vero ratione nos exaltandos nouerimus, si multa Dei causa patiamur. Sicut enim aquæ supra modum crescentes arcam Noe non demerferunt, imo eleuauerunt in sublimitate tribulationes exaltant iustos, & dignos æterna mercede efficiunt. Hinc de laboribus iusti dicitur, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius, sic honoratus, & exaltatus est Christus cruce.

Geno. 8.

Sap. 10.

Gala. 6.

Indith. 1.

Psal. 48.
Herod.

Psal. 75.

Osea. 9.

Gene. 49.

Psal. 29.

Hinc vero fit, ut licet alij in alijs glorientur, iusti tamen in cruce gloriantur cum Paulo, qui ait, mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Gloriabatur Abba- xat, & Holofernes in potentia sua, in exercitu forti, sed uana hæc gloria est, quoniam cito in nihilum redigitur, & illis accidit. Alij vero in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, ut Psal. ait. Inter quos annumerandus est Cressus Lydorum Rex. De quo memoria prodidit Herodotus, sepe diuitias suas in splendore solitum, & in hoc præcipue delectatum. Sed uana est hæc gloriatio. Ita est, quia diuitie iste non uere, sed fictæ, & infortunium quoddam sunt. Et ideo Psaltes ait. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Alij de nobilitate gloriantur. De quibus Osea ait, Ephraim quasi uis auolauit, gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu. Ephraim constitutus est à Jacob primogenitus ante Manasse, ait ergo Ephraim putat, se anem esse celi, & reliquos reputat reptilia terre. Hoc enim nobiles putare solent, se maximos esse, alios uero nihil, se in alto volare, reliquos humi reptare, & eorum gloria non est, quod aliquid præclare gerant, sed à partu, ab utero, à conceptu quod, scilicet, geniti sunt à præclaris parentibus. Sed gloriatio ista inanis est. His enim uerba in Psalms ac commodari aliqua ratione possunt. Quæ uirtus in sanguine meo, dum descendit in corruptionem, id est, quæ uirtus in sanguinis nobilitate, si in infernum tradatur nobilis suis demeritis exigentibus. Vel ea Prophete uerba sic accipienda sunt, ut gloriaretur Ephraim

in mul-

A in multitudine sua, quia plurimi essent, & id est, à partu, ab utero, & à conceptu, id est, in multitudine prolis, ita Hiero. in ea uerba, de qua etiam re nobiles iactari solent. His omnibus Hiero. ait. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & nosse se. Sed quæ uera gloria fidei est? Certe, si gloriatur in cruce. Crux enim arbor est uitæ, qua salutem animæ per gratiam, & salutem æternam consequi possumus. Sicut enim exaltatus Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Posuerat, sed mendaciter, demon hominis gloriam in arbore uerita, cū dixit, eritis sicut Dij, si ex eo comederitis. Sed ueram gloriam in cruce nobis posuit Christus, si enim eam tulerimus, si uirtutes in ea splendentes imitati fuerimus, uere gloriosi erimus, & exaltabimur cum Christo in regnum æternum. Ille cruce glorificatus, & exaltatus est, & regnum acquisiuit, eadem uia nobis procedendum est, ut exaltemur, & gloriari possimus. Sed priusquam ad alia uerba procedamus, expendendum est uerbum illud, omnia traham ad me, illud enim traham, uim quamdam importat, quæ cum uoluntate nostra pugnat, quomodo ergo trahi dicimur? Certe uis quædam homini dicitur inferri, non simpliciter, sed aliqua ratione, cum ea in eum conferuntur beneficia, ut quasi cogant redamare amantem, & beneficientem usque ad mortem. Hæc uero uim Christus hominibus intulit ex cruce, eam enim bonitatem, ac dilectionem in homines ostendit, ut quasi compellat nos eum diligere. Hanc uim explicat Esai. cum ait. Timebunt, qui ab oriente, non non Domini, & qui ab occidente gloriam eius, cum uenerit quasi fluius uolentis, quem spiritus Domini coegerit, & uenerit Sion redemptor. Quo loco Propheta similem asserit futurum redemptorem Sion flumini uolento, qui omnia post se rapit, & ideo cum ille uenerit, eos, qui in oriente, & occidente sunt, ab eo trahendos. Hanc uim, quam Christus ex cruce intulit, sentiebat Paulus, cum diceret, Gargas Christus urget nos, etli manentes hoc, quoniam si uis pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortuamur, & pro omnibus mortuus est Christus, ut

Hiero.
Hiero. da 19

.8. cor. 11

Ioan. 3.

Gene. 2.

Esai. 59.
2. Cor. 5.

Gene. 4.

ptura, alter erat malleator, & faber ferrarius, alter vero pater ca-
nentium cithara, dum hic canebat cithara, ille incude ferru
feriebat. Secundus vero Adā filios, & nepotes habet, qui vtrū-
que perficiunt. Animam enim dulciter eleuant in contempla-
tione, & corpus castigant verberatione. Vtrunque Magdalena
in deserto præstabat. Sed quibus clavis caro crucifigetur? Cer-
tè, castigatio clavis est. Deinde timor, qui ex Dei minis colli-
gitur, de quibus Sapiens ait. Verba sapientum quasi stimuli, &
quasi clavi in altum defixi. Diuina enim verba comminantia
gehennam, satis sunt, vt animam, ac corpus crucifigant, vt ea-
tremere faciant. Hinc Iob, semper enim quasi tumentes flu-
ctus super me timui Deum. Et Psaltes ait. Confige timore tuo: B
carnes meas. Quia verba iuxta Hebraicam veritatem vertit
Hieronymus, Horripilauit à timore tuo, caro mea. Nam in He-
breo loco, de ly configere, ponitur verbum, Samar, quod sig-
nificat, ita inhorrescere, vt pilli erigantur. Sed Dauid, qui in lo-
ge versabatur, timore carnem cõfigi postulat, quia timor legis
proprius erat, sed eo caro non ita configebatur, ac gratia, quia
vt Paulus ait, caro, à lege occasione sumpta, excitata est in con-
cupiscentias varias. In lege vero Euangelica configitur im-
plenè caro per gratiam, & charitatem, qua anima spõ. ma-
sa vulnerata est. Hodie ergo exaltatur ab Hera.

Job. 31.

Psal. 118.

Hiero.

Rom. 7.

clio crux, exaltemus nos eam, crucifi-
gentes in ipsa animas, & cor-
pora, &c.

In festo

A In festo Sancti Matthæi
Apostoli.

Thema. Vidit Iesus hominem seden-
tem in telonio, Matthæum nomi-
ne, & ait illi, sequere me, &c.
Matth. 9.

B



Eximio pictore Apelle, memoria proditum
est, depinxisse in tabula Helenam mira pulchri-
tudine, & vti ipsius memoria in seculà duraret se-
ipsum in eadem depinxit tabula. Ita diuinus pi-
ctor Matthæus. Christum Dominum in suo
pinxit Euangelio diuina quadam arte. Seque ip-
sum in eodem Euangelio nunc depingit, non quidem vanè, vt
Apelles, sed humiliter, vt Apostolum decebat. Sicut solet pi-
ctor circum circa imaginem præcipuam aliqua alia pingere,
quæ vulgo dicuntur los lecos, vt imago magis illustretur, & se-
in omnium oculis det, ita Matthæus se ipsum, qui longe à Deo
erat, describit, vt Christi misericordia magis appareat. Humilia,
quæ ipsius erant, ipse dixit, vt quod sedebat in telonio. Quod
erat laudis Lucas scripsit, vt quod reliquit omnia, quod fecit cõ-
uiuuium magnum. Vt ad illud ingredi possimus cum peccato-
res simus, humiliter accedendum nobis est, & ad Mariæ pedes
veniendum, &c.

Simile.

Luc. 5.

1. Cor. 12.

In festo Sancti Matthæi eius nobis proponitur conuersio,
qua eum è telonio in Apostolum, & Euangelistam suum Deus
vocaui, auferens ex eius manibus librum telonij, & dans illi li-
brum historiae magnatum Dei, & ex infima sorte hominum,
in qua versabatur, eum euexit in altissimam Ecclesie dignita-
tem, quæ proculdubio Apostolica est, dicente Paulo, posuit
in Ecclesia Deus primus Apostolos, id est, primo loco. Assum-

*Psal. 39.**Apoc. 21.
Plini. li. 37
cap. 9.**Beda.
Isid. li. 16.
Ety. c. 14.
Hier.
Ribera in
Apoc.*

psit eum in consiliarium suum, fuit ergo Matthæus vnus ex illis duodecim lapidibus, quos Iosue ex Iordanis alueo eduxit, qui dicere potest cum Psal. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto facis, & statuit supra petram pedes meos, fecitq; illum Ecclesiæ suæ fundamentum, & lapidem pretiosissimum. Septimo loco Matthæus numeratur inter Apostolos, & septimum fundamentum cælestis Hierusalem descendens de cælo Chrysolitus est, vt Ioannes ait. Et ideo merito hic lapis Matthæo tribuitur. De Chrysolito Plinius ait Chrysolitos A Ethiopia mittit aureo colore translucens. Optime sunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Habet etiã scintillas ardentes, vt ait Beda, Isidorus ait, Chrysolitus auro similis est, cum marini coloris similitudine. Ab hac marini coloris similitudine Hebraicè dicitur tharsis, quod mare significat, vt B author est Hieronymus in illud Danielis 10. & corpus eius quasi Chrysolitus, Matthæus in hac gemma indicatur, qui maris, id est, sæculi huius colorem aliquando habuit, cum publicanus esset, & peccator, & in maris portu in telonio erat. Postea vero sapientia, & caritate fulsit vt aurum, & scintillas misit ardentes, tam ore docendo, quam scribendo Euangelium, & miraculis coruscando.

Sed in hac Matthæi vocatione illud attendendum est, quod sicut, vt ostenderet Deus potentiam, & sapientiam suam, infirma mundi elegit, vt non gloriatur omnis caro. Ita vt summam ostenderet misericordiam, maximos elegit peccatores, vt Paulum, & Matthæum, vt nouerit peccator, non solum non esse à gratia exclusum, si sibi prospiciat, sed nec à maxima gratia, cum maximos vocauerit Christus peccatores, & principes regni fecerit.

Maximum profecto malum peccatum est, & adeo malum, vt si in hac parte posueris vniuersa mala pœnæ, quæ sunt in mundo, & vniuersa etiam, quæ patiuntur iusti in purgatorio, & impij in inferno, in alia vero peccatum vnum, & hæc inter se conferas, maius malum vnum peccatum est, quam vniuersa illa pœnæ mala. Et qui recte iudicaret, præeligeret, illa omnia mala pati, potiusquam peccatum incurrere. Si vero adeo malum vnicum est peccatum, quantum obsecro erit innumera

A **mera peccata**, in quibus homo ex consuetudine incidit, & in quibus sedet, quasi in peccati cathedra, in qua ille sedebat, qui in telonio non stare, sed sedere dicitur. Tria significat peccatoris mala; vel triplicem potius statum Psaltes, cum ait, **Beatus vir**, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra peccati non sedit. In consilio impiorum abiit, qui semel, aut bis peccauit; sed in via peccatorum stetit, qui gradum in peccato fixit. Pro via in Hebræo est dereth, & propriè significat iter, quod pedibus calcatur, sed metaphoricè sumitur pro more, & consuetudine, doctrina, & operibus. Sic in Genesi dicitur, omnis quippe caro corruerat viam suam Basil. ait, via dicitur ipsa vita, per quam quilibet natus properat ad finem motu continuo, & irreuerſito, occultoque, vt qui in nauigijs dormiunt. Vidisti in via plantam, herbam, aquam, aut aliud quoduis non indignum spectari, non nihil decerpisti oblectationis, hæc interim à te defluerunt. Rursus in lapides incidisti, in conualles, & præcipitia. Hinc non nihil contraxisti maroris. Mox ista reliquisti. Talis est vita, quæ nec delectabilia, nec rursus acerba, & tristitia diu retinet. Sed nec via hæc tua est, nec præsentia tua sunt. In viatoribus primus vestigium mouit & post eum alius. Considera parumper num res humanæ sint consimiles. Hodie terram coluisti, cras alter colet, & post eum alius. Vides agros hos, & domos sumptuosas, quot nomina iam vnum quodque horum permutabit? Cur ergo vita nostra non dicetur via? Hæc Basiliius. Qui statim adiungit. **Dux** sunt viæ inter se contrariæ, vna lata, altera angusta. **Beatus** ergo vir, qui in via lata peccatorum non stetit. Cum ait Psaltes, in via peccatorum pro peccatorum, in Hebræo est Athaim à verbo Atha, quod significat errare, siue aberrare à via, & quia peccator aberrauit à viâ recta fidei hoc nomine peccator significatur. Hoc loco Psalms habet suam genuinam significationem, significat inimicos, quos Latini dicunt erroneos, cuiusmodi dicuntur auctore Vlpiano Ierul, qui non quidem in viâ recta, tamen frequenter, & sine causa vagantur, & tempore omni res negligenter contumpro ferunt, sed domum redeunt. **Matthæo** illis dicitur, quod non stetit in via peccatorum, sed in via recta.

*Psal. 7.**Gene. 6.
Basil. in
Psal. 1.*

Vnde rectè consonat, quod tradit Sanctes pagninus, & alij, **A**rchain significare illos, qui habitum peccandi contraxere, & qui non peccant per imprudentiam, sed consulto, & cogitato. Pro illo verbo stetit, quod Psalmo primo ponitur, in Hebræo est Hamath, quod significat cõsistere, aut persistere. Hinc Michæas. Stabit, & pascet eos. Vbi Hieronymus ait, Dominus, qui prius ambulabat, & cum Iudæis necdum fixum habebat gradum stabit, id est, manebit semper cum eis, non ambulabit, quasi aliquando eos relicturus. Ita prior gradus peccatorum est, in peccatis ambulare, cum tamen necdum fixum gradum in peccatis teneant. Secundus, eorum, qui stant, & manent, quasi nunquam eam viam relicturi, quos gradus superioribus verbis Psaltes expressit. Tertium vero exprimit, cum ait, & in cathedra pestilentie non sedit. In Hebræo est gradatio, sedendo sedit, id est, firmissimè sedit. Pro pestilentie, in Hebræo est, Letsim, à verbo significante sapere, peruerse sibi, & alijs. Hinc Sapiens. Si sapiens fueris, tibi metipsi eris. Si autè illusor, solus portabis malum. Qui ergo non solum peccator est, sed vita, & doctrina peccata effundit in alios, in cathedra pestilentie sedit, quia eorū vitium more pestis grassatur, & alios inficit. De quibus Dominus ait. Veruntamen vae homini illi, per quem scandalum venit. Et huiusmodi designatur Matthæus fuisse, cum dicitur sedens in telonio, vt in propria mercatorum cathedra. Pro diuersitate namque horum pestiferorum hominum diuersæ cathedrae eis accommodantur, Magdalena sedebat in cathedra delictiarum. Saulus in cathedra persecutorum, Matthæus in cathedra auaritiæ. In cathedra superbiæ illi, qui amant primos accubitus in cænis, & cathedras in synagogis, & vocari Rabbi. In cathedra erroris, qui falsa docent, de qua in Apocalypsi dicitur. Scio vbi habites, vbi sedes est Sathânæ, & tenes nomen meum & non negasti fidem meam. Cauendum maximè ab hoc statu, qui summi periculi est. De quo Amos ait. Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis folio iniquitatis, solum iniquitatis cathedra est pestilentie.

Solent vero, qui eiusmodi sunt, in peccatis quiescere, de Dei misericordia presumptentes, dicere que solent, Deum pro sua misericordia hominem tollere semper ex hac vita, cum in optimo

optimo statu est, & ideo dum in peccato fuerint, non morituros, sed expectaturum Deum eorum poenitentiam, Philodisertissimus Iudeorum membra prodidit. Ophni, & Phinees filios Heli sacerdotis huic errori credidisse, ac patri ipsos corrigenti respondisse, meliorem statum hominis Deus expectat, vt eum de mundo tollat. Nos ergo in tenetate poenitentiam agemus. Sed eos Deus statim in bello occidit, vt Regum testatur historia. Huiusmodi vero hominibus illud accidit, quod Hieremias ait. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis tenuit curari? Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Attendenda profecto similitudo est, quam usurpat Propheta. Quia nam sunt aquae istae infidelis? Certe aqua infidelis illa est, quae sua perspicuitate hominem decipit, dum putat paruam, & non nimiam aquam esse, & terram firmam prope esse, quam non pede solum, sed & manu contingere liceat. Cum tamen homo in eam ingreditur, profunda est, ita vt eum absorbeat. Sic profecto multis accidit peccatis, sicut Ophni, & Phinees, cum enim securos se esse credunt, repentini eis superuenit interitus, & non effugiunt. Quia vt Sapiens ait. Non est enim ei bene, qui assiduus est in malis. Sicut enim Israelite, qui plurimam substantiam in Babylone acquirerat, inde exire nolent, licet facultas eis data esset reuertendi in Hierusalem a Cyro rege. Ita assiduus in malo multas in peccato, & altas radices misit, & elegit peccati seruitutem perpetuam, & ab ea exire nolunt, etiam si antistes Tubitei adsit, in quo liberari possunt.

Sed num tanto malo remedium est? Est certe, quia licet grauissima infirmitas sit, sed Deo nulla est infirmitas, qui hodie medicum se dicit. Dixerat verò idem in Exodo, ego sum Dominus Deus tuus, medicus tuus. Sed nunc ex caelis descendit hic medicus, vt nos visitaret. Et sanguis illius medicina est potentissima, & ideo omnis infirmitas facile curatur. Vt vero id nobis compertum esset, hodie hominem sanauit, qui in cathedra pestilentie sedebat, nec sanat solum, sed rante restituit salutem, vt eum efficit salutem mundi. dum Apostolum facit. Eo ergo inspecto, videndum nobis omnibus est, si aliqua gratia vti voluerimus. Sic enim de seipso Dauid testatur, vt res

Philo de biblicalis antiq.

1. Reg. 4.
Hierem. 1 2.

Simile.

Eccles. 3.

Exo. 17.

con-

Mich. 4.
Hierem.

Prou. 9.

Matth. 18.

Matth. 23.
Apoc. 2.

Amos. 6.

Psal. 39.

confusores de Dei misericordia, cum ipsum vidissent a peccato erectum, ait enim. Eduxit me de lacu miseriae; & deluto facis, & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Sed quid inde? Audi. Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino, videtis hodie multi Mattheum eductum de lacu miseriae, deluto facis, de cathedra pestilentiae ergo sperate in Domino. Et si in cathedra pestilentiae es, dic Deo, in hoc ego praecipue te glorificare possum, ac laudare, si nunc in te sperem, & de tua bonitate praesumam. Hoc enim est, quod Deo summum praestat honorem, si peccatorem desperatum sanat. Vnde Psaltes, ait, Ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam. Sed quid est o David, quod adijcere possis ad Dei laudes, quibus eum celebrat omnis creatura terrae, & caeli? Certè hoc ego adijciam, quod semper sperabo in eo, licet in luto facis sim, licet desperatus videar, spero me ab eo sanandum fore, & hoc est, eum laudare, imo & adijcere super omnem illius laudem. Quia tunc medicum magni ducimus, cum credimus, etiam desperatos ab alijs, & iam animam agentes sanare posse. Attendamus nunc Matthaei curationem, ut speremus, & quo pacto sanandi simus, videamus.

Zacha. 3. Apoc. 1. Simile.

Cum transiret inde Iesus, vidit hominem. Non solè eum aspexit oculis corporis, sicut ceteros, sed magis oculis animi, oculis gratiarum. Vidit Zacharias in lapide oculos septem. Et Ioannes in capite agni oculos septem, qui sunt septem Spiritus sancti dona, aspiciere hominem his donis est, illa communicare, ac tribuere. Erat Mattheus veluti lucidum speculum, sed ad terram, & ad terrena conuersum cum esset, efficiebatur in eo terrae imago, & imago etiam bestiae, quam intendebat. Sed nunc Christus eum inspicit, sitque in eo effigies hominis. Et ideo Mattheo tribuitur facies hominis ex illis quatuor, de quibus Ezechiel, & Ioannes meminerunt. Erat prius Mattheus miser, & pauper, sed nunc respectus à Christo erigitur à miseria sua. Et in eo efficitur illud Sapientis. Est homo marcidus, & egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abudans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exalta-

Ezech. 1. Apoc. 4. Eccles. 1. 1.

uit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Ait inferius eodem capite ait. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Sicut enim sol aspectu suo plurima, ac preciosa metalla producit in terra visceribus, & gemmas, ac lapides pretiosos. Ita Christus sol iustitiae in corde Matthaei diuersa germina virtutum aspectu suo produxit. Hinc erat Plaltes. Respice in me, & miserere mei. Nec mirum eam inesse vim in oculis Christi. Si enim aliqui sunt serpentes adeo pestiferi, ut visu occidant homines, ut Aristoteles, & alij testantur. Quid mirum est, si in oculis Christi vis sit viuificatrix? Ideo respexit Dominus Petrum, & fleuit amare. Respexit Mattheum, & effectit, ut seipse respiceret, sibi que prospiceret. Sicut struthio visu oculorum viuificat oua sua, nec eis incubat, vel ut alij dicunt, sol aspectu suo ea viuificat. Cum significare vis, aliquem à rege multis beneficijs affectum, dicitis, Rex oculos suos coniecit in illum, vulgo dicitis, ha puesto los ojos en fulano. Ita nunc vidit Mattheum oculos coniecit in illum, & facile est in oculis Domini, subito honestare pauperem. Et hoc est, quod Dauidi promittitur. Firmabo super te oculos meos. Et in Exodo dicitur. Respexit Dominus filios Israel, & cognouit eos. Et Sapientia. Gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Et Psal. Oculi Domini super iustos. Ita respexit Dominus Mattheum, & vidit in eo aurum, licet tunc temporis terrae mixtum, sed quod ipse purum facile reddere poterat, ut fecit. Non tantum illum vidit, sed allocutus etiam est, dicens. Sequere me, & inuenies vitam aeternam. Refert Hieronymus in Hieronymo & Isidoro apostatai lenitatis arguere Apostolos, quod statim à Christo vocati sunt inuenire ferunt, quem non agnoscerebant. Non erant illi experti diuinae uocationis vim, quod verò virtutis agentis maiore est, eorum operatur. In sensibilia Dei verbo in momento obediunt, & pati sentiant. Hinc Baruc, qui amittit uocem, & uocatur, & uocatur illud, & obedit illi in tempore, & illi eum tē dederunt lumē in custodijs suis, letati sunt, vocati sunt, & dixerunt ad bonum. Hinc Epaphras, qui dicitur, & in omnibus sperare ter, & quod dicitur Dominus, & os ut ut est. Homini uero obediunt, & uocati sunt, & uocati sunt, & uocati sunt. Hieronymus dicit. Perdidit uocem, & uocatus est, & uocatus est.

1911

Simile.

Psal. 24.

Aristo.

Luc. 22.

Psal. 37.

Exod. 2.

Sap. 4.

Psal. 33.

Hieron.

1. 1. 1. 1.

Baruc. 3.

Esa. 1.

Hiere. 17.

uit,

uit, quæ non peperit, fecit dititias suas non cum iudicio, in nouissimo dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. In quæ verba Hieronymus ait, allendet eos, qui de natura scriptore, quidam esse perditos steriles, quæ cum propria oua non habeant, aliena firantur, & eis incubant, sed cum fortis adoleuerit, & audierit vocem matris propriæ, quæ oua genuit, derelinquit alienam matrem, quæ potius nutritrix, quàm mater est, & parentem sequitur. Id vero icu demone agere dicit Propheta denunciat. Sterilis quidem demon est, hominibus le nõ genuit, sed furatus oua fuerat, cum in lege naturæ, & scripta homines imperfectos, quasi oua rapuit, dicente ipso: Ignouit quasi nidum manus mea, & sicut colliguntur oua, quæ de re relicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui. Procreauerat demon homines sibi in filios, cum tamen Dei essent. Venit vero Christus verus parens, & vocem emisit, cum vocauit ad se homines. Quid illi faciant, nisi relicta adulterina matre ad veram euolare? Idcirco Mattheus præstat Christi audita voce. Lucebat in Christi facie ditinitas, ut hic Hieronymus ait, quæ homines ad se facile trahebat. Sicut ferrum ignitum ignit. Et quemadmodum magnes trahit ad se ferrum, illud vero ferrum immediate magneti vnitum à magnete accipit, ut aliud, & aliud ferrum ad se trahat, ita diuinum verbum ad se trahit humanitatem Christi, sibi que immediate vnitum, humanitas vero illa assumpta à verbo ab eo, vni ac cepit trahendi ad se homines uocatione, ac verbo. Quod si multi homines ad Christum accedebant ab eo vocati, præcipuè Ramenhi, quos ille in apostolos, & mundi principes elegerat, ad primam Christi vocem venire debuerunt. Cum enim tabæ Mysis datae fuerunt à Deo, ut conuocaret Israel, dictum est: Si semel claxeris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Satis ergo esse debuit apostolis, qui principes, & capita erant, quod uocem claxerit Christus, quod semel uocaret, ut venirent, & sequerentur eum. Sed attende omnia hæc quæ sequuntur, ad eum enim properat. Recurritur illiteratione, ut qui solus filius Christus fuero, quid de Christo factum fuerit, de me eam sententiam ait,

Hiero.

Esai. 10.

Hiero.

Simile.

Num. 10.

A ait, ubi ego sum, illic & minister meus erit. Et David ait ad Abiathar. Mane mecum, si quis quaesierit animam tuam, quaeretur, & meam, mecumque seruaberis. Hinc Ieremias ait. Non sum turbatus te pastorem sequens. Quia magna gloria sequi Dominum, ut Sapiens ait. Sicut vilitas maxima alia sequi. An non stultum hominem iudicares, qui, omnibus relictis, umbras, & ventum sequeretur? Audi ergo Sapietem, ut noueris, quid sequaris, cum temporalia, & caduca tanto studio quaeris. Quasi qui apprehedit umbram, & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia. Audi Ieremiam, omnes apprehenderunt mendacium. Quid sequeris, ò miser umbram? Quid apprehedis mendacium? Alius vero delectationem sequitur, sicut, ille de quo Sapiens. Et eam sequitur quasi, bos ductus ad victimam. A bestia ne duci te permittes? quomodo ergo à sensualitate duceris? & quonam te ducit? an non in macellum? an non viæ Beius viæ inferi sunt? Cordate ergo Mattheus umbris, relictis Christum sequitur. Præcedere impossibile est, sed nec comitari, quod potest præstat, dum Iesum sequitur.

Ioan. 12.

Iere. 17.

Eccle. 32.

Eccle. 34.

Iere. 6.

Prou. 7.

Mirabilis planè Christus ostenditur in visu, & verbo, dum eis tantam in Mattheo mutationem efficit, ut omnia relinquat ipsum sequatur, cõuiuium paret, publicanos vocet, & ad Christum trahat, quis nam vniuersa ista operatus est? visus, & verbum Christi. Rupertus Abbas ait. Ad gloriam filij hominis, C & Matthei dicatur. Tu Deus, qui vidisti me, sicut dixit Agar. Attendit Agar se respectam à Deo, adiutamque in maximo discrimine vitæ filij, cui solus Deus accurrere potuit, & ideo vim diuini respectus experta ait? tu vere Deus es, qui sic respexisti me. Eodem pacto Mattheus, cum attendit Christum se respicientem, vim tantam oculorum Christi expertus in corde est ut merito dicat. Tu Deus es, qui sic respexisti me, qui ea virtute oculorum præditus es, ut cor mutes. Effecit enim in corde Matthei illud, quod Iob mirè expendit. Ferrum de terra solitur, lapis quoque solutus calore in æs vertitur. Ad salicem extendit manum suam. Subuertit à radicibus mōtes in petris riuos excidit. Et omne preciosum vidit oculus eius. In quæ verba Gregorius, per ferrum potentes, & fortes intelligi affirmat, quoniam ferrum vniuersa metalla domat. Terra verò vilis, &

Rupert. in Matth. Gen. 16.

Iob. 28.

Greg.

Gen. 3.

abiecta est, & quæ leuiter percussa conteritur. Homo ergo ter-
raest, post peccatum enim id audiuit à Deo, terra es, & in ter-
ram ibis. Ex hac infima terra Deus educit ferrum, cum ex in-
firmis hominibus fortes fecit, quibus mundum expugnaret.
An non Matthæus terra erat? ait Gregorius, sed ex hoc homi-
ne terreno, & cupido arma Deus fecit, quibus mundum expug-
nauit. Linguam eius in gladium mutauit spiritus, quo hostes
deiecit. Addit Iob ex lapide æs factum. Lapis natura sua durus,
sicut & frigidus est. Ei verò per simile cor erat Matthæi, du-
rum, lapideum, frigidum, sed diuino conspectu, & verbo cor
emolliuit, & calore soluit, ac liquefecit, & in æs mirè resonans
mutauit, dum Euangelium conscripsit, & prædicauit. Cum
Matthæum apprehendit, ad salicem in frugiferam manum mi-
sit, & cum mutauit in arborem frugiferam, dignam, quæ in pa-
radiso Domini plantetur. Subuertit etiam à radicibus montes,
dum altum, ac superbum cor humiliauit, diuitiæ enim exaltat
corda hominum, vnde diuitibus huius sæculi præcipi, Paulus
iubet, non sublimè sapere. Ostendens ergo vanitatem diuitia-
rum, eas contemni facit, ac relinquere, & sic qui mons prius si-
bi apparebat, nunc exiguus puluis videtur. In Petris etiam ri-
uos excidit, lachrimarum scilicet, vt in Magdalena, & Mat-
thæo factum est. Et tandem omne preciosum videt oculus
eius. Mineralia agnoscit Deus, etiam si in infima terra sint. O-
pertus terra erat Matthæus, sed minerale auri erat, & ait Chri-
stus, preciosum quid hic video, fodiam hic, vt thesaurum edu-
cam, ideo sequere me.

Gen. 38.

Vis videre, quod latebat aurum, statim omnibus relictis se-
cutus est eum, nec incepit solum, sed consummavit. Multi inci-
piunt, sed non consummant. Qui similes sunt Zaran, qui primus
nasci cepit, & cum obstetrix filio signauit, sed ille dolore ta-
ctus manum, quam emiserat, retraxit, & natus est primus Pha-
res, qui ideo primogenituram accepit, & proauus Christi fa-
ctus est. Huic Zaran similes illi sunt, qui nasci incipiunt in spi-
rituali vita, & viam salutis aggrediuntur, sed paruo dolore, aut
difficultate oblatis, facile retrocedunt. Hi, cum respiciant re-
tro, non sunt apti regno Dei, nec vt æternum percipiant ma-
iorum. Alius illum præripet, qui similis sit Phares, qui intro-
pidus

A pidus nascitur.

Fecit verò conuiuium magnum in domo. Lucas addit, in domo *Luc. 5.*
sua, Matthæus vero solum ait, in domo, quia omnia reli-
quit ex animo, nec domum iudicabat suam, sed communem
omnibus, iuxta illud Actuum. 4. Nec quisquam, quod *Acto. 4.*
possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia com-
munia. Conuiuium vero facit Matthæus in lætitiæ signum. Si
enim Herodes infelicitè natus diem natalis sui insigni-
conuiuio celebrat, cur non celebretur dies, quo in vitam spiri-
tualem, & æternam regeneratur homo? quoniam prius mor-
tuus fuerat, sed nunc reuixit, Abraham fecit conuiuium in die
ablactationis Isaac. Ita Matthæus videns se ablactatū à venenatis
mundi diuitijs, & ad solidiorem, & cælestem cibum translatus,
conuiuium parat. An non lætatur homo ereptus à durissima ser-
uitute, & magnis ditatus opibus? Quid ni lætetur Mat-
thæus à durissima ereptus seruitute peccati, & cælestibus
donis locupletatus? Ideo dies exitus de Ægypto paschate per-
petuo celebrari Dominus voluit. Hanc verè præcipuam læ-
titiæ sensisse sese dicit Augustinus, ac clamasse, ò Domine
quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, diru-
pisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et
huius lætitiæ effectum statim indicat, dicens, quam suaue mi-
hi subito factū est, carere suauitatibus nugarum. Et quas amit-
tere metus erat, tunc dimittere gaudium fuit. Videt enim ho-
mo, iugum peccati, & carnis à se auferri, & ideo ait Esaias. Læ-
tabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant
victores capta præda, quando diuidunt spolia. Iugum
enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum
exactoris eius superasti, & hac ratione ibat Eunuchus *Acto. 8.*
Candax per viam suam gaudens, quia hac libertate do-
natus fuerat, Et gratia Baptismi locuples. Ita nunc Mat-
thæus gaudet, conuiuias vocat, quasi dicens, congratula-
mini mihi, non quia inueni ouem, sed me, quem perdid-
eram.

Ex hoc verò gaudio prouenit, alios ad Christum vocare pecca-
tores, vt Matthæus fecit. Id enim distat inter amorè cælestium,
& terrenorum, quod qui terrena diligit, ea sibi soli seruire

li 2 cupit,

Luc. 12.
Aug.

cupit, sicut qui aiebat, habes anima mea in annos plurimos. **A** Qui verò caelestia bona inuenit, ea omnibus eomunicare cupit. Vnde Augustinus. Vbi gustaueram Domine lumen tuum fundebam, quod alijs indicare non possem. Qui enim Deum, pleno gustauit ore, desiderat per plateas clamare, ac dicere, o filij hominum quanta bona relinquitis. Inueniunt pauperes illi diuitias, & escas, & aiunt. Si tacerimus, sceleris arguemur. Quid non dicant, qui caelestia inuenerunt? Hinc Sapiens. Usque quo paruuli diligistis infantiam? & stulti ea quae sibi sunt noxia cupient? & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, spiritus autem meus super mel dulcis, & haereditas mea super mel, & fauum. Hinc Ioannes, qui audit, dicat, veni. Ideo cortinae sic inter se connexae erant, vt cortina cortinam traheret.

Apoc. 22.
Exo. 26.

Osee. 6.

Murmurant Pharisei. Sed Christus respondet illud Osee, misericordiam volo, & non sacrificium, id est, plusquam sacrificium. Quasi dicat. Adeo grata Deo misericordia est, vt sacrificijs praeponeatur, etiam misericordia, qua malum corporis leuatur. Quanto ergo gratior erit Deo misericordia, quam ego in animas exerceo, eas a peccatis eruens. Sed dubitas, qua ratione misericordia praeponeatur sacrificijs. Respondeo, primum, quia misericordia per se ipsam Deo grata est, sacrificium verò nequaquam, sed propter Dei institutionem ad tempus, & deuotionem offerentium. Deinde licet sacrificia actus sint religionis, quae est praecipua moralium virtutum, tamen misericordia hic dicitur, non illa praecipua, sed vt charitatem includit, charitas verò religionem superat.

Rom. 8.

Misericordiam verò plenissime effudit Christus in Mattheum, implens illud Pauli. Nam quos praesciuit, & praedestinauit conformes fieri imagini filij sui. Quos autem praedestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit, vel magnificauit, vt abij legunt. Vidit Mattheum, cum eum praedestinauit, inde sequitur, vt eum vocaret, dicens, sequere me, traxit ad se

A se liberè, & infallibiliter. tu enim scis, cor iudicis ad causam tuam trahere, an non sciet Deus Christo osteso hominem ad se trahere? Statim iustificauit, cum Christum sequutus est, & tandem magnificauit, & glorificauit, efficiens illum Euangelistam, Apostolum, & miraculis illustrem. Et in caelo glorificauit, vbi solum magnificus est Dominus Deus noster, &c.

Concio Prima Indie sancti Michaelis Archangeli.

B

Thema. Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est &c. Matthaei. 18.



Daniel. 10. ostendit ei Dominus Angelum. Lenaui oculos meos, & vidi, & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus eius quasi Chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius; & quae deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species aetis candentis, & vox sermonum eius vt vox multitudinis. Vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo. Magna plane visio. Vestis linea significat Angelorum puritatem, cingulum aureum charitatem, corpus quasi chrysolitis immortalitatem, facies vt fulgur summam agilitatem, qua etiam motu discreto mouentur oculi vt lampas perspicacissimum intellectum, quo sine discursu omnia penetrant, corpus vt aes candens, eorum omnia opera plena charitatis igne. Ideo Psal. 102. stros hos ignem vrentem; vox vt multitudinis fortitudinem plusquam virilem. Quis ad tantum spectaculum non pauere? Apoc. 19. vidit Ioannes Angelum, & ait. Cecidi ante pedes Sancti. Ii 3 eius,

eius, vt adorarem eum, tanta enim gloria est Angeli, vt Deus videatur, Apoc. 18. Vidi Angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam, & illuminata est terra a gloria eius. Oculi nostri debiles, & infirmi auxilio gratia indigent, vt quasi pulli aquilæ non conuiceant ad hoc lumen solare. Hanc petamus a regina Angelorum Maria. Delectatur hodie mater Ecclesia dulci memoria Michaelis, & Angelorum eius, qui sūt castra Dei, propter quæ dicitur Dñs exercituum. Egregia eorū facta nobis ob oculos ponit, & festi diē angelis agit, quia nos defendūt, & pro nobis pugnāt. Quādo est ciuitas parua, & pauci in ea viri (Ecc. 9.) et venit cōtra eā rex magnus, & vallauit eā, extruxit munitiones per gyrū, & perfecta est obsidio, & in tēpus lōgū protrahitur, vt iā desit victus, & milites lassentur, si veniat tunc fortissimus exercitus in ciuitatis defensionē latū diē ciues agunt, sperantes victoriā inimicorum. Præcipuē verò si milites in auxilium veniētes fortiores sunt inimicis, & qui eos iam ante vicerunt: tunc enim terrori sunt inimicis & victoriā iam parata putatur, & ideo maiorem lætitiā eorum aduentus parit. Cōsidera statum militantis Ecclesiæ, verè ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus, qui est rex super omnes filios superbiæ, & non est potestas super terram, quæ comparetur ei, vallauit eam. Vt dicitur Apoc. 20. Circuerunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Quæ nam est ciuitas dilecta? quæ castra sanctorum nisi Ecclesiæ? quæ etiam gemebunda clamat per Psalm. circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Gratis profecto expugnatur homo a demone, cui malum nullum intulit, solaque inuidia id agit. Videt se Ecclesia versantem in periculo propter violentos hostes, vim faciebant, qui quærebant animam meam, videt, quia pauci in ea viri, viriles animi deficiunt in Ecclesia, occidente Pharaone virros eius, muri virtutum ferè corruerunt, in tanto periculo quid faciat Ecclesia nisi illud Psalm. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Veni hodie ei in auxilium exercitus caelestis, cuius dux Michael, an non lætabitur? an non tū gaudio eos excipiet? Tali enim viso exercitu potest dicitur quod Heliseus plures sunt nobiscum, quam cum illis, hunc enim exercitum ille vidit incurribus igneis. Hodie ergo mitte nobis Deus exercitus suos in auxilium. Implens illud Psalm. Im-

mitet

A mitter Angelus Domini incircuitu timentium eius, & eripiet eos. Alij vertunt, castrametabitur Angelus Domini, ita Basilii, & alij. Si ergo veniunt Dei castra in auxiliū nostrū vt nos liberent, certa salus nostra est, & lætitia, si auxilio uti velimus. Et vt maior sit nostra lætitia, certa que victoriæ spes, nouimus, exercitum auxiliarem nostrum iam ante vicisse inimicos qui circumdant nos, potentiores multo sunt illis, potentes sunt virtute. Vterque exercitus confligit in celo, & factum est prælium magnum in celo, Michael & Angeli eius præliabatur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius non valuerunt, neque locus inuētus est eorū amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus. Certa nobis victoria est talibus auxilijs, si modo pugnare velimus.

Sed nosse desideras, quate fuerit bellum hoc in celo factū. Planè inter spiritus spirituale fuit certamen, non carnale, arma militiæ eorum non corporea, sed spiritualia. Pro cuius expositione nota. Initio mundi condidit Deus nouè Angelorum ordines, nobilissimos spiritus, in quos mirè effudit bonitatis suæ diuitias, minimus enim eorum, omnia corporalia excedit in immensum. Ornauit eos mirabili largitate, intellectum eorum ornauit speciebus, & scientijs infusus, vt simplici intuitu sine discursu omnia naturalia nosset, & quæ tot philosophi multis laboribus non sunt assecuti, illi sine labore assequuntur. Dedit eis voluntatem in bonum propensam, cui nullus erat aduersus appetitus, vt in nobis, dedit tantam naturalem vim, vt omnia corpora eis obediant in locali motu. Vnde mouēt hanc maximam celorum molem, vt probat Aristote. 12. meth. & omnia corporalia euoluere possunt, & euenire. Non solum magnificum se ostendit eis in naturalibus, sed maxime in gratuitis, dedit enim eis gratiam tantam, vt vnico actu excellentissimam gloriam meruerint, in qua in vniuersum homines excedunt, excepta Maria, quæ eos excedit in immensum. Et tanta fuit in eis gratia, vt quod illi vno actu peruenerunt, homo difficile perueniat innumeris. Tot eos virtutibus ornauit, vnde eorū vno dicat Ezech. 28. in delictijs paradisi fuiti, omnis lapis pretiosus operimentum eorum, perfectus in vijs suis a die conditionis tuei donec inuenta est iniquitas in te.

II 4

Cumque

Psal. 33

Basil.

Apoc. 12

Aristo.

Ezech. 28

Eze. 28.

D. Tho.

Esa. 14.

Apoc. 5.

Apoc. 12.

Cumque Deus se eis præbuerit adeo magnificū, ex eis qui-
dam eleuati sunt, & pulchritudinem suam intuentes in ea per-
fitere. Dei obliti & contra Deum eleuati feditionem mouerūt
volentes æquari ei, Hinc Ezech. ait. Eleuatum est cor tuum in
decore tuo, dixisti, Deus ego sum. Nec vero intelligendū est,
adeo stultum fuisse dæmonem vt Deus fieri voluerit. Eius fuit
peccatum, vt dicit D. Tho. 1. 2. q. 63. ar. 3. quod appetijt, esse si-
milis Deo, quia appetijt, vt finem vltimum beatitudinis, ad ad
quod virtute suæ naturæ poterat peruenire, auertens appeti-
tum, à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei, voluit
hoc habere per virtutem suæ naturæ non ex diuino auxilio, si-
cut Deus disposuit. Vt ergo in his quæ habuit steris nihil aliud
optans extra se, quasi Deus esset, vel voluit Deum adipisci suis
virtutibus, nō ex gratia, quod interpretatiuè est, Deum se esse vel-
le, & sic, Dei oblitus est, nec in eum cuncta, vt debuit, retulit. Et
sic dicit apud Esa. 14. In cælum conscendam, super altys Dei
exaltabo solum meum, & sedebo in montem testamenti, ascē-
dam super altitudinē nubium, & similis ero altissimo. Sed Mi-
chael, & Angeli eius, videns feditionem hanc, & offensam diti-
næ maiestatis, Dei erexit vexillū, & contrarium omnino faciē-
tes, ceciderunt in conspectū throni in facies suas, & adorauerunt
Deum, dicentes amen, benedictio, claritas & sapientia, &
gratiarū actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula
sæculorū, Lucifer dicit, sedebo. Michael procidit, ille similis e-
ro altissimo, Michael quis sicut Deus. Ecce oppositas acies An-
gelorum & dæmonum, & aduersas, non enim solum contra
segerunt, & dixerunt, sed in amodo pugna, quia viderunt
runt conceptus quisque suos in alios, ostendentes eis, mentes
suis contrarias, vt in disputatione hominum. Cum autē ven-
tū Michaelis, & Angelorum paruit, confusus est dæmon, &
proiectus ex cælo in æternum est, non enim cælo in æternum
Descendit diabolus in terram imā plenus, homini bellum in-
dixit, vel potius Deo in homine. Vt terra, quia descendit ad
draco habens iram magnam, & vno imperu detulit primos mo-
stros parentes, delitit Cain, & eius posteritatem q. & factionē
improborū hominū in seculum iunges, q. dicitur in ciuitate
Babylonis, & omnibus iustis bellum indixit, in exercitum illi

Ephes. 6.

Exod. 3.

Num. 22.

Iosue. 5.

Iud. 6.

4. Reg. 6.

4. Reg. 19.

Iud.

Dan. 12.

Hierony.

A montem, & hominum in Babylone constitutum. Quid facient
iusti cum non sit eis colluctatio aduersus carnem, & sanguinē
solum, sed etiam aduersus principes, & rectores tenebrarum ha-
rum, contra spiritualia nequitæ in cælestibus. Mittit Deus. Mi-
chaelem, & Angelos victores in iustorum auxilium, en iterum
committitur prælium magnum in cælo, scilicet, Ecclesia, ante
solum erat pugna spirituum cōtra spiritus nūc spirituum & ho-
minum cōtra spiritus & homines. Sicut enim in diuinae factiones
spiritus diuisi sunt, sic & homines in ciuitates duas, Hierusalē,
& Babylone, Abel, Seth & eius posterī Deo adherentes, ciues
fuere Hierusalem, deinde Enoch, Noe, Abraham, & eius poste-
ritas. Hūc colligit exercitū Michael. Nec tñ somno corripitur
tunc Lucifer, aduocat & ipse milites suos, Cain & eius poste-
ros, Nemrot, qui ædificet turrim cōtra Deū, armat gigantes
famosos, viros potentes à sæculo. Ecce factionem improborū
Iā pugna est inter homines & Angelos simul. Et Michael qui
dux fuit in bello in cælo scilicet ab eo gesto, ipse idē dux est
belli, q. in terra cōmittit. Nec solū inuisibiliter pugnat sed & visi-
biliter apparēs Dei gessit negotia in terra, & iustorū se ducē ostē-
dit. Quem enim putas fuisse Angelum illum, qui Exod. 3. ap-
parens Moysi, eum mittit, vt bellum indicat Pharaoni? Quis An-
gelus ille qui in columna ignis duxit Israel ex egyptem de Egyp-
to, & columna nubis exæcauit Aegyptios, & inde eos respi-
ciens demersit in profundū? Quis ille, qui pergentem Balaam
vt malediceret Israeli, perterrefecit ense euaginato vultu
vt perhera est via tua, mihi que contraria? Numer. 22. Quis ille,
qui Iosue. 5. ipsum confortauit dicens, princeps exercitus Do-
mini ego sum? Quis ille, qui Iud. 6. confortat Gedeonem, & ad
prium que dices cum 300. in numeros postrauit Machiabeum
Quis dux cæli in ignitoram, qui erat in cœlo cœli & hostis
Reg. 6. Quis Angelus, qui in cœlo cœli & hostis
Alyrios prostrauit? Quis qui inter cœli & diabolo, ne corpus
Mysi ostendat, ne sit causa idololatris Iudeis? Quis semper
istis Syriacis in ganni labore, & angustia? Quis in Michael
princeps magnus, qui stat pro filiis populi Dan. 12. Cuius
aditoris factus Angelus, qui loquitur ad Danic. 10. dicit, lip-
cet princeps Persarum & interit mudi cœli & cœli & cœli Hierony.

Greg.

num erat demon Perfarum, secundum Gregorium Angelus A
 bonus resistens libertati Iudaeorum, quia eorum consortio Ba
 bylonij proficiebant in bono, sed venit in adiutorium meum
 Michael, vnus de principibus primis, quo rem confectam puta.
 Hoc ergo auxilium de caelo nobis venit. Quod tantum est be-
 neficium, vt pro eo debitas gratias repedere no valeat humana
 infirmitas, & vt Deo debita exoluantur, gratiarum actiones, in
 uitat Psal. ipsos Angelos qui hoc praestent, benedicite Domi-
 num omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum il-
 lius, Benedicite Domino omnes virtutes eius ministri eius,
 qui facitis voluntatem eius.

Psal. 102.

Fortissimi sine dubio exercitus sunt demonum nos impug-
 nantium, & Angelorum pro nobis pugnantium. Sed quis est
 ordo horum exercituum, in quo maxime fortitudo exercitus B
 est? Quis pugnandi modus, vt hoc nos edocti discamus, quo
 nos pacto defendere possimus? Ordo exercitus demonis sine
 dubio, est idem, quem in Dei videt exercitu, nouit enim ille,
 nullum posse inueniri conuenientiore. Attende vtrumque.
 Vnicuique homini, cum nascitur, datur a Deo, & Michaeli An-
 gelus vnus, qui eum semper custodiat, & tuteatur. Similiter luci-
 fer vnicuique nato opponit diabolum, qui eum perpetuo im-
 pugnet. Cuiq; oppido praeficitur superior Angelus illum seruans
 eius bonum curans. Praeficit Lucifer similiter demonem supe-
 riorem, qui eius ruinam curet. Cuique prouinciae praeficitur a
 Deo adhuc superior Angelus, vniuersi curam gerens regni. Si-
 militer praeficitur demon malum curans. Hi dicuntur in scrip-
 turam principes regnorum. Quid quod omnibus corporalibus C
 praeficiuntur Angeli, qui ea curent, eis principentur, homines
 que per ea moueant ad Dei cognitionem, & amorem, sic sunt
 Angeli fluminum, fontium, arborum, hortorum, plantarum,
 montium, & omnium denique corporu. Similiter sunt demo-
 nes omnibus his praefecti a Lucifero ad eorum interitum, sed
 maxime vt per hec homines abducant a Dei cultu, & ad vitia per-
 huc perducant. Sic sunt demones ad hoc praefecti, in siluis, mo-
 tibus, fontibus, hortis, & in omni denique re corporea. Quid
 quod omni virtuti praeficit Deus Angelos plures, qui solu inte-
 ducunt vt homines ad eam virtute ducant, sic sunt Angeli charitatis,
 incen-

A incendentes, prudentiam doctes, castitatem, vt colatur suade-
 tes, ad patientiam adhortantes, & sic in omni virtute. Similiter
 sunt demones omnia vitia suadentes, & cuique virtuti aduersi
 demones sunt ad vitium oppositum homines pertrahentes.
 Sic sunt demones tentantes de luxuria, impatientia &c. Qui
 demones saepe a Deo ostensi sunt sanctis patribus. De quibus
 S. Elias eremita dicebat, referente beato Antonino. Qui perfe-
 cte de aliquo vitio triumphauit, recipit a Deo virtutem expel-
 lendi a corporibus hominum omnes demones de eo. tentan-
 tes vitio. Inter ea, quae oculos hominum oblectare possunt sub
 caelo, illud plane praecipuum est, si viderent exercitus duos in-
 structos, iamque paratos ad praelium varijs armorum generib;
 decoratos. Quis ergo nunc aperiret oculos mentis nostrae, vt
 B videre possimus exercitum lucidissimum Angelorum omniu,
 qui nos defendunt, qui sine numero sunt, quia non est nume-
 rus militu eius, tot armis instructos, mirabili sapientia: praedi-
 tos, exercitum insuper demonu, qui sua multitudine vincunt
 quodammodo atomos, adeo astute pugnantes, adeo validos ro-
 bore, vt non sit potestas super terra, quae vni eoru conferri pos-
 sit. Quam describit Deus mire loques cu sancto Iob nomine: Iob. 25.
 Behemoth. Ordo omniu mirabilis, arma spiritalia, astutiae in-
 numerae vt pro magno dixerit Paulus non ignoramus cogita-
 tiones eius. Sed interim vel hinc agnosce o homo dignitatem
 tuam, quantum sis, pro quo vno tam diuturnum est bellum
 C ab initio mundi vsque in finem, adeo durum praelium tan-
 ta contentio. Qualis, quantaque illa esset ciuitas pro qua ex-
 pugna, & obtinenda sapientissimus rex exercitu mille milli-
 nobilissimoru pa circumdantiu mitteret, & per centu annos qb.
 obsidione no cessaret? Quid est homo Domine, quod sic mag-
 nificas eu, vt pro eo obtinendo exercitum mittas Angeloru?
 Tu vero o homo quasi nihil esses, te pro nihilo inimico tradis.
 Sed quia diuturne pugnae sine grandi causa esse non solet, du-
 bium est, quid moueat inimicos nostros demones, vt nos per-
 petuo expugnet, tantum ne animis celestibus ira? Quid contra An-
 gelos, vt custodiat nos quasi pupilla oculi, nec vnquam lassentur
 in pugna diuturna pro nobis inita. Greg. ait. Bellum inter da-
 monem & Deu est, sed materia belli homo est. Vt id manifestu
 fiat,

Antoni.

Iob. 25.

Iob. 40.

2. Cor. 2.

Greg.

fit, notandum est. Odium demonis in Deum summum esse & perpetuum, quod in aeternum durabit, quoniam perpetua poena, maximaque afficitur a Deo. Hinc Psal. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, velleque si posset Deum in nihilum redigere. Hanc rabiem in Deum exercere non potest, contra quem nihil potest, altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum. Videns ergo hominem imaginem & filium Dei, & de quo Deus ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, arbitratus est, se occasionem nactum magnam, Deo improperandi, Deum laedendi, & vilipendendi, si hominem non solum tangeret, sed & perderet, ac conculcasset. Sicut ille qui iratus contra patrem, quem non potest laedere, laedit filium, in quo patre laesisse arbitratur. Huius rei exemplum, & figuram habes Tobias. Cum reuersus esset Sennacherib rex, fugiens a Iudaea plagam, quam circa eum fecerat Dominus propter blasphemiam suam, iratus multos occidebat ex filijs Israel, & hoc propter Dominum Deum ipsorum, & qui vindictam in Deum Israel non potuit exercere, in Israelitas filios eius exercuit. Sicut enim honos imagini exhibitus exhibetur rei cuius est imago, ita & supererium. Licet ergo superbia, & inuidia in hominem stimulet demonem, ut eum persequatur, sed maxime odium in ipsum Deum. Ex quo primum collige, cum odium contra nos fundetur in odio in Deum, & hoc est immortale, ita rabies in nos est maxima, & perpetua. Ideo dicitur Apoc. 12. habens iram magnam, quia ex magno proficiscitur odio, & in ipsis inferis quod maxime eum mouet, ut crudelis sit hominibus, quia in eo videt Dei imaginem. Maxima ergo cautela nobis cauendum a tanto inimico, ut monet. 1. Pet. 5. Fratres sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circueuit, quaerens quem deuoret. Si leo rugiens, perambulare non tatem, an non clauderes ostium domus? O iners christiane qui audisti, tolle hostes crudelissimos habere, tanto te odio persequentes, tot leones rugientes circueire, quomodo dormis? quomodo seculum ostia non claudis? Secundum collige, quomodo diuinae misericordiae nobis patere volentibus, & perentibus eius auxilium, quia propter Deum nobis praecipue aduersari demoni, & nos perdere curat, quia Dei filij sumus. Hinc Psal.

Psal. 73.

Psal. 90.

Zacha. 2.

Tob. 1.

Apoc. 12.

1. Pet. 5.

Psal. 34.

Appre-

A Apprehede arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Et Psal. 43. propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis, exurge Domine adiuua nos, & redime nos, propter nomen tuum. Si enim Iosue, liberat Gabaonitas obsessos a quinque regibus, quia obsidionem patiebantur propter foedus initum ab eis cum Iosue, quomodo non ad Deum pertinet causa nostra, & defensio, si propter eum patiamur? E hoc de causa non contentus Deus missione sanctorum Angelorum in hominum auxilium, & defensionem, ipse descendit a caelis, & dux noster in hoc bello factus, impleuit illud propter nomen tuum dux mihi eris. Sicut enim cum summum imperium, aut regnum in victoria vnus praelij constitutum est, solent reges ipsi a des se prelio, & inter certates ipsi certare, quonia regis praesentia animosiores milites reddit. Sic Deus noster adesse decreuit prelio, militibusque suis se praesentem exhibuit, ut animo recuperato ingenti, in hostes irrupamus. Quod petit Psal. 24. Accingere gladio tuo super femur tuum potensissime, quonia multi bellatores aduersum me. Ingitur rex Israel bellum mutato habitu, & ubi maximum imminet periculum ibi adstat Apoc. 19. Vidi caelum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat, & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Domini, & exercitus, qui sunt in caelo, sequebantur eum in equis albis, vestitus byssino albo, & mundo. Et vidi bestiam, & reges terrarum, & exercitus eorum congregatos ad faciendum praelium cum illo. Et ecce praelium maximum, quod vulgo dicitur, de poder apudler, Christus & omnis militia caeli cum iustis ex hac parte, ex altera vero bestia cum omnibus impijs. Sed inaequalitas exercituum manifesta est, ex parte iustorum Christus brachium patris. Angeli potentes virtute, quis dubitet de victoria? Ideo addit Iosues ubi supra, vidi angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, congregamini ad caenam magnam, ut manducetis carnes regum, & tribum eorum, quia sine dubio superandi, & occidendi. In caeli bello sanguis non fuit, quia in hoc bello non fuit, sed in hoc bello Christus aspersus est sanguine, & iusti omnes, quia gladius accipites in manibus eorum ad faciliendam vniuersam nationibus. Agnosce in hoc hominem imbecillitatem tuam, atque miseriam

Iosue. 10.

Psal. 24.

Apoc. 19.

1. 2. 301

1. 2. 301

seriam

feriam, in exercitu es Christi, sub duce tanto, sub crucis vexillo, dæmoni formidabili, accessisti ad Sion multorum millium Angelorum frequentiam, in exercitu victore es, & adhuc tuiners, & imbecillis, vt vincaris ab hostibus? Abstulit Deus tu^a arma ab inimicis tuis, & spolia, in quibus confidebat, tibi dedit armaturam Dei, vt possis bellum ingredi securus, & ecce iaces vulneribus confossus. Surge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ Hierusalem, vt iam non adijciat incircuncisus te calcare, in omnibus sume scutum fidei, in quo possis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Sed videamus arma inimicorum nostrorum præcipua. Omnia, quæ in mundo sunt, eis arma sunt, cælum, elementa, mixta, dies, nox, cibus, vestitus, omnia vertunt in nostram perniciem, & ex omnibus curant nobis conficere venenû. Sed præcipue arma eorû sût peruersæ inclinationes nostræ. Ideo monet Ro. 6. ne exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tāquā ex mortuis viuētes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Et Iacob. Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiscentijs varijs, quæ militant in membris vestris? Ideo monet Petrus, abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. His armis dæmoni contra nos pugnat, & ideo sæpe expugnat. Ideo mortificate membra vestra, quæ sunt super terrā & erit inimicus tuus sine armis. Et in hunc sensum Orig. exponit verba Euāgelij, quod nobis hodie propositū est. *Si oculus tuus scandalizat te, &c.* id est mortifica inordinatas sensu affectiones claudes oculos tuos, & auerte, ne videant vanitatem, vt dicas cum Iob, pepigi sedus cum oculis meis, vt ne cogitare de virgine, circuncide manus, & pedes, & omnia, quæ in te sunt, ne sint arma peccati, hoc est abscinde eum, & projice abs te. Sed ais, durum hoc est, dura pugna cōtra passionē. Esto sit dura, sed si duram pugnam quidam iniere, solum pro gloria militari, vt Vexor rex Aegypti, qui primus instruxit aciem, ab ipso regnis acquirendis, tu qui pugnas pro celestia gloria, pro æterno regno, te rebebis pugna difficultate? Est illi quilibet vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem in incorruptam. Ideo labora sicut bonus miles Christi. Iesu, non enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Si placet corona,

Mt. 11.

Ephes. 6.

Rom. 6.

Iacob. 2.

1. Pet. 2.

Rom. 6.

Orig.

Iob. 31.

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

Ana, placeat & pugna, quia sine hac ille non est, quod si deo acciter, & instanter pro te pugnat Angelus tuus, quomodo te pugnare oportet, cuius interest victoriam consequi. Sed quomodo gratus ero Angelo me custodienti, & pro me pugnant? Sequere eius ducatum, acquiesce eius consilij, gratias ei age memor eius, si conuersare, ac in conspectu Angelorum Psal. *Psal. 137* in conspectu Angelorum psallam tibi, caue à demonum consilij. Si modo rex Hispaniæ omnes Hispanos à consilij suis deturbaret, & Turcas euocatos ad consilium ascisceret, & cuncta eorum ageret consilio, quem finem, & eventum expectares? an nõ regni interitum? Quia Roboam senum consilio relicto, iuuenum consilium secutus est, amisit decem regna, quid non amitteret, qui consilio Angelorum relicto amicorum fidelium dæmonum consilio cuncta gubernat sua? Dic miser peccator cuius consilij duceris, cū ludo substantiam perdis, cum te tradis meretrici, & sequeris eam, vt bos ductus ad vincimā, quem miser sequeris, nisi dæmonem te ducentem quo vult? quo tali ductore peruenies, nisi eo, quo ipse peruenit? Reuerere ergo Dei Angelos, eorum sta consilio, ipsorum sequere ductum.

Sed quod præcipuum Angeli consilium? quod exemplum? vtique humilitas, per quam ille stetit. Hanc nos docet verbo, hanc exemplo. Hanc docet hodie Christus paruulo proposito. *nisi efficiamini sicut paruuli.* Vide pueri mores, & ingeniū, quā tam in eis innocētia quāta simplicitas, quāta puritas, quāta humilitas, nulla in eis ambitio, nulla tēporaliū sollicitudo. Nolite ergo pueri effici sensib⁹, sed malitia paruuli estote. Paruulus puer de corus, simplex, amabilis, & gratus est, adde ei intellectum, quid erit nisi humanus Angelus? Talem te præsta, vt intres in regnum cælorum. Oportet ad hoc nos nasci denuo, vt puritatem imitemur Angelicam, pete à Deo, cor mundum crea in me Deus, nam non dicit, nisi efficiatis vos, sed nisi efficiamini, quia plus hoc opus diuinæ est gratiæ, quam industriæ nostræ. Magnus esse vis? efficere paruulus, ille enim verè est magnus, qui coram Deo est, non qui coram mundo, essendi enim regula Deus est, & quod ei non placeat, nihil est. A Edificata est dom⁹ ingens Deo, in qua multi consumpti thesauri, despicit eā Deus dicens, cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedū meorum.

*Psal. 137**Simile.**1. Cor. 14.**Psal. 50.**Esa. 66.*

rum, quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? domus hæc vestra est, ut in ea petatis bona, non mea. Si tanta domus tibi non placet, dic nobis quid tibi placeat, hoc enim desiderium nostrum esse debet, sicut desiderat seruus regis eius beneplacitum nosse id ostendit. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & tremetis sermones meos? Benedictus Deus, qui nobis ostendit, quid placeat ei, & iterum benedictus, quod sibi placeat, res a deo facilis, quæ ab omnibus inueniri possit, ad pauperculum, id est, humilem, ait Glossa interlinealis, ad eum, qui se nouit pauperem, nihilque à se habere, & sic à Deo pendet, & eius misericordia, ab eo petit elemosynæ nomine omnia, in eo confidit, non in se, qui tremet ad Dei vocem, quia audit, cum loquitur Deus, obedit, cum præcipit, tremet, si iratus loquitur. **B** Hic tibi Domine placet hoc templum tuum, hæc domus requiritionis tuæ. O altissime Deus, amator infirmorum Deus, magne amator paruulorum. Psalm. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? Græde miracula, Deus magnus inimicus magnorum, amicus paruulorum. Celsitudo vera hoc habet proprium, paruulos exaltare eorum curam gerere. Vis nosse vere nobilem & excelsum? attende si minimos respicit, si fauet abiectis, si parcit victis, atque subiectis, hic vere habet cornobile. Qui superbit inter paruulos, extollitur inter minores, despicit abiectos, hic tyrannus est, non magnus, cum ergo Deus sit solus altissimus, & vere nobilis, minimos respicit, pater dicitur orphanorum, iudex viduarum, & Dominus erigit elifos. Et reuera, hi humiles magni sunt, quia coram Deo tales habentur, & se videntes ex se nihil esse Deo adherent, dicentes, nihil adhaerere Deo. bonum est, ut accidentia, substantiæ adherentia aliquid sunt. Superbi sibi adherentes nihil verè sunt, ut accidens, substantia remota, disputant se aliquid esse, cum nihil sint. Adiecit vero Dominus.

Hier.

Qui scandalizauerit, Hieronymus hic ait, apud Iudeos mos fuit, ut ingentium peccatorum patratones in profundum litabosæ cordis ingererentur, idcirco hæc poena plectendum eum dicit Christus, qui scandalum est fratri. Sed quis hic est. Qui scandalum ponit in via cæli. Ingrederitur ille Dei viam, tu exemplo malo,

A malo, vel consilio impedis viam eius, scandalum ei posuisti. Vex malis parentibus, qui malo exemplo filijs sunt scandalum. Vex falsis amicis, qui vitijs irretiunt amicos, melius tibi fuisset, vitam amittere, quam scandalo illi fuisset. Sed ais, quid mali feci? Intraisti domum eius, rapuisti ei Deum, & omnia bona & celestia ab eo abstulisti, & dicis, quid mali feci? quomodo tantum resarcies damnum? Vex ijs qui portæ inferi facti sunt. Si enim sanguis Abel sic clamat ad Dominum contra fratrem occisorem, quanto fortius clamabit anima perpetuo igni tradita in suum interfectorem. Hier. 1. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ in super malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium? Quasi dicat, vis à me diligi, te iustum dicis, cum docueris alios peccata tua, & sanguinem animarum fuderis? non sanguinem corporum, sed animarum. Caue maximè à scandalo Rom. 14. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est, si peccasti solus facile tuo peccato remedium est, Dei gratia tibi est ad manum, & poenitentia, sed si alteri peccandi occasio fuisti, non sic remedium adest.

B *Væ mundo à scandalis, necesse est enim &c.* Hæc necessitas antecedentis est, non consequentis, ut si homo currit, mouetur, sed non necesse est, eum currere. Quia mundus est, & mundani sunt, necesse est, scandala esse. Vis non scandalizari? exi de mundo. Fratres nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Tunc pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scanda- lum. Sed ais, difficile est, à mundo exire, & à peccatoribus me separare. Responder Christus, si oculus tuus scandalizat te, erue eum &c. Sicut debes cauere alijs scandalo esse, sic tibi cauedum, ne scandalizeris, & si oculus tuus, id est, si id, quod amas ut pupilla oculi, scandalizat te, erue te illo, care illius comodo, ne amittas vitam æternam. Tantum bonum Deus est, ut pro eo omnia sint facile dimittenda, & arbitranda detrimenta, seruandus ac custodiendus Deus super omnia, licet caro videatur pretio. Male dicitur qui prohibet gladium suum à sanguine, cum Dei causa inter est. Separa à te omne, quod scandalizat te licet sit sanguis fundendus, intrer gladius diuini verbi, & sepulret filium à patre, uxorem à viro, licet sanguis effluat.

Sanct.

Kk

Quan

Heb. 12.

Matt. 11.

Exo. 25.

Psal. 118.

Quando Deo obsequeris sine sanguinis effusione parum feceris, si usque ad sanguinem restitit peccato, tunc aliquid fecisti, nec tibi dicere potest Apostolus, non dum usque ad sanguinem restitit. Præterea, si oculus tuus scandalizat te, id est si ratio tua titubatur in altissimis fidei mysterijs, in diuina gubernatione, & providentia, in his, quæ circa te disponit, erue oculos istos, auerte eos, beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Qui ergo in omnibus diuinæ conformatur volūtatī, suamque illi subijcit, ille beatus est, nec scandalizatur oculo suo. Melius ergo tibi sit, salutem æternam consequi sine amico, qui est tibi oculus, pes, vel manus, quam cum eo damnari in æternum.

Hic locus Evangelicus, & similes, licet difficiles videantur exponendi tamen sunt cōuenienter. Qua ratione in Exod. posito opere candelabri, præcipit dominus aurea effici emūctoria, quibus lucernæ purgaretur, vt plus lucerent, & vasa, in quibus ea, quæ emūcta sunt, ponantur, & tum emunctoria, tum vasa ex auro fieri præcepit. Quid verò candelabrum illud cum lucernis significat, nisi Ecclēsiæ doctrinam? Præcipue verò eam, quam Christus docuit, Hæc enim lux est, lucernæ pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, vt Psal. ait. Sed quia interdum lucernæ non satis lucent, quia quædam docentur, quæ lucem obscurare videntur, dum non nulla traduntur, quæ rectæ rationi conuenire non videntur, vt cū Deo mēbra, & affectus hominum tribuuntur, cum oculus erueret, & dexterā abscindere præcipitur, emūctoria adhibenda sunt, vt lucernæ plenè luceant. Emunctoria verò sunt explicationes, quibus sua lux redditur veritati. Sed hæc ex auro purissimo esse debent, ex eadem materia, ex qua candelabrum, quia debent esse veræ, & germanæ explicationes cum doctrina scripturæ conuenientes. Vasa etiam, in quibus ea, quæ emuncta sunt extinguantur, aurea esse debent, quia fidelis anima non contemneret verba illa, quæ veritatem obicere videbantur, sed fide pura amplecti, & pia animi deuotione venerari debet, quia non sine causa verba illa vsus est Christus dominus, vel diuinus filius, & magnæ utilitatis in illa obscuritate, vt fides & humilitas exerceatur, & humiles erudiantur, & superbi repellantur, & qui probati sunt, manifesti sunt. *Mysterium ergo in his*

la

A latet verbis, & illud est, quia ea animi contentione nobis curanda salutis spiritualis est, vt nihil prætermittatur, etiam si vita profundenda nobis sit, ideo ait, manum abscindendam. Oculum eruentem, non quod hæc vt iacent faciendæ sint, sed huiusmodi & plura alia etiam difficiliora subeunda essent, si oportere pro regno celorum, &c.

s. 20. 1
s. 20. 1
s. 20. 1

Concio Secunda in die sancti Michaelis Archangeli.

B

Thema: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est &c. Matthæi. 18.



Locus iste ad dicendum amplissimus desiderat semper, non hominum eloquentium linguas, sed Angelorum, hodie tamen maxime, cum de Angelis decerendum est, Angelus de Angelis rectius loquere tur quam homo, de quo Aristoteles ait, sicut oculus nocturnæ ad lumen solis, sic intellectus noster ad manifestissima natura, quia cum nostra cognitio ortum habeat a sensu, quo Angelus percipi non potest, quid de eo cogitare exacte possumus? Perce omnia, quæ de hoc nouimus, aliunde accepimus, ex reuelatione, scilicet sanctis facta. Maxime ergo hodie nobis necessaria est gratia quam & nostris meritis a Beata virgine obtinere non possumus, tamen fide ea bene meruerunt Angeli, vt propter illos nobis donandam merito confidamus. Quis enim ad eam misit, vt nuntiaret remedium mundi, & eius exaltationem ad dignitatem matris Dei. *Miles est Angelus Gabriel.*

Arist.

Lucæ. 1. Quis diuinum eius partum diuinis festis concelebrauit? Facta est **Angelo**, multitudo militiæ celestis. **Lucæ. 2.** Quis monuit fugam in Aegyptum, & reditum? **Eccæ Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph** **Lucæ. 2.** Qui fuerat perpetui eius socij in vita, nisi Angeli? **Cant. 3.** En lectulû Salomonis sexaginta fortes ambiunt &c. **Qui eã deduxere in caelum, nisi Angeli?** Tãta in eã officia à memoria excidere nõ possunt. Vnũ ex eius nominib; præcipuis est, regina Angelorũ, offeramus ergo ei Angelicã salutãtionem, quẽ ei sine dubio grãta erit, nobis vt gratiã impetret, licet immeritis, &c.

Hunc ordinem seruaui naturę autor in rerum, creatione, in sublimioribus, & perfectionibus collegit, & adunauit omnium inferiorum perfectiones, in mixtis qualitates elementorũ, in plantis perfectiones mixtorum, in animantibus perfectiones plantarum, in homine virtutes animantium, & in sole causa vniuersali, & superare virtutes causarum omnium inferiorum. Et ideo metaphysici dixere, essentias rerum esse sicut numeros, quia in superiore continetur inferior. Volens ergo seruator noster vno verbo completi omnia, quæ de Angelis sancti tradiderunt, explicuit summam eorum operationem, dicẽs videre eos Dei faciẽ, & ex hac vnã vt principio colliguntur, omnia, quæ de Angelis nosse possumus, quæ ad duo præcipua reducuntur, primum, de eorum substantia, & nobilitate, secundum, de cura erga nos, & perpetua, vigilique custodia.

Primũ colligitur ex his verbis, Angelos esse quod vniuersa scriptura attestante manifesta fides est, Moyses in mundi opificio eorũ nõ meminit, vel quia rudi populo loquebatur, qui spiritualia nõ percipiebat, ne ve eis ad idololatriã propensis ansam daret, plures Deos colendi, vel vt Aug. vult, cum lucis mentionem fecit, Angelos intelligi voluit fuit hæresis negantium Angelos esse quæ fuit Sadduceorum, sed nõ sola fide constat sed & luminẽ naturali eos esse. Id assequuti sunt Plato Aristoteles, & omnes, qui recte de natura philosophati sunt. Ratio D. Tho. 1. p. q. 50. ar. 1. ex. Necesse (ait) est ponere aliquas creaturas incorporeas, id enim modò præcipue in rebus creatis Deus intendit, est bonum, quod consistit in assimilatione ad Deũ. Perfecta aut assimilatio effectus est, cuius iam attestatur, quãdo effectus imitatur

Atatur causa secundũ illud, propter quod causa producit effectũ, sicut calidũ facit calidũ, Deus autem creaturã producit per intellectum & voluntatem. Vnde ad perfectionem vniuersi requiritur; quod sint aliqũe creature intellectuales. Hęc D. Tho. Et sic est perfecta similitudo artificiati ad ideam, cum nõ solum assimilatur ideę, in hoc quod factũ est, sicut idea ostendit faciẽdũ, sed etiã assimilatur ipsi naturæ ideæ, quæ cum sit in Deo purus spiritus, necessarium fuit, esse creaturas omnino à materia separatas. Et tandẽ, cũ Dei perfecta sint opera, mundus hic omnino perfectus esse debuit: Eius vero perfectio: est omnium rerum genere constare. Genus vero vniuersum est corporeum, incorporeum, mixtum. Omnibus his constat, Angelis, corporibus, homine ex utroque compacto.

B Secunda ratio ostendens Angelos esse, est, vt conuenienter mundus corporeus gubernetur, Quis enim ingentem molem celi moueret, nisi Angelus? quis eis vim daret gignendi viuentia nisi Angelus? quis præsideret omnibus corporibus, & ea tutaretur nisi Angelus? quis hominem defenderet, illuminaret, dirigeret, nisi Angelus? Hebræorum. 1. nonne omnes sunt administratores spiritus in ministeriũ missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Omnes incumbunt operi salutis nostrę, sed non omnes executione, sicut omnes artifices ædificant domum, hi præcipiendo, & dirigendo, illi exequendo. Et sic accipiendum est quod Gregorius ait, super illud Danielis. 7. millia

Cmillium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Alij assistunt, alij ministrant, ait Gregorius. Sed addit D. Tho. super locum Pauli, qui assistunt, etiam incumbunt operi Ecclesię, quoniam dirigunt, & præcipiunt, quod inferiores Angeli exequi debent. Et hac de causa Angeli à Christo Domino nostris dicuntur, cum ait angeli eorum, nostri enim dicuntur, propter tutelam. Sicut ergo rex duo obtinens regna, alterum omnino pacatum, eique per omnia obediens, alterum vero inobediens, & inquietum, ex pacato obediẽteque viros fidos mittit, vt præsent regno inquieto, illudque gubernent, sic rex noster Deus regnum habet Angelorum super caelos, omnino in pulchritudine pacis securum, non solum quia eum videntes clare, ab eo discessionẽ facere nõ possunt, sed quod natura

Sanct.

Kk 3

sua

Luc. 2.
Luc. 2.
Cant. 3.

Aug.

Heb. 1.

Greg.

Dani. 7.

D. Tho.

Simile.

- Psal. 147.* sua immobiles sunt spiritus angelici, immobiliter adhaerentes **A** siue bono, siue malo, cui semel adhaerunt, unde psaltes, lauda Ierusalem Dominum & qui posuit fines tuos pacem, sicut enim contingit tam forti ictu, tantaque vi aliquem parietem in se confodere, vt extrahere ensē non valeat, sic spiritus caelestes, omnia simul videntes, si alicui rei inhaerent, inde omnino discedere non possunt, adhaerentes ergo summo bono immobiliter ei adhaerere, tum natura sua, tum propter statū glorię, de quo dicitur in psalmo, posuit fines tuos pacem, in regnum omnino pacatum, est Deo aliud regnum inobediens, in quo ei dicitur illud, nolumus hunc regnare super nos, Lucae, 19. & qui hodie subijcit animam suam Deo, dicens cum psalte, nōne Deo subiecta erit anima mea? cras dicit, quis noster dominus est? mira hominis mutatio, facillimaq; à bono in malum, nūquam in eodē statu permanet, & qui ad pedes confessarij positus ingentia promittit, inde exiens nec minima praestat, coram Deo in oratione dicit cum psalte, ego dixi in abundantia mea non mouebo in aeternū, statim factus est conturbatus, huius ergo ciues regni iam obediunt, iam rebellant, iam humiliantur, iam superbunt. Veniant ergo ex pacatissimo regno fideles Dei ministri qui semper faciūt voluntatē eius, vt dicit Psal. faciētes voluntatem eius, praesint nobis, gubernēt nos, dirigantque pedes nostros in viam salutis.
- Psal. 102.* Inter hos spiritus praecipuus est Michael, cuius hodie festū agimus, cui vniuersę ecclesię cura demandata est cuique hominū angelus destinatus est à Deo, cuique ciuitati superior angelus, prouincię, & regno adhuc superior, ecclesię vero vniuersę praeficitur supremus, hic vero est Michael, cui antiquitus fuit synagoga commissa, nunc ecclesia, sic Danielis 10 dicitur Michael princeps vester & Daniel. 12. Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui, qua ratione de eo canit ecclesia, exponit tui te principem super omnes animas suscipiēdasq; antiquissima eius imagines in Ecclesia stateras habēt, quibus animas hominum ponderat. Quia licet spirituum ponderator sit Dominus prouerbiorum. 16. tamen hic Dominus Michaelē in praesentia vniuerso operi Ecclesię militantis, ad quę pertinet, labimas hic elaboratas suo loco in celo coaptare. Sicut enim in domo
- Dani. 10*
Daniel. 12.
Prouer. 16.
Simile.

A cōstruēda operatur multi, polientes lapides, ligna & alia, ex quibus vt materia domus cōstruitur, sed ea omnia iungere, suisq; locis coaptare, quod est domum edificare, pertinet ad archetypum, supremū opificem. Sic reliquorum Angelorū munus est animas custodire, lapides illos viuos polire in domus caelestis aedificium, sed Michaelis tandem est, vt primi opificis, eas suis coaptare locis, ponderatis eorum meritis, & officijs. Quia in re nobis valde timendum, ac cauendum est, ne forte reprobemur, & reijciamur tanquam lapides inutiles à tali aedificatore, lapidē quem reprobauerunt aedificantes homines terreni, factus est in caput anguli, quia mendaces in stateris filij hominū, multi similiter lapides probati erunt hominibus, qui Deo reprobi erūt & Angelis eius. Cum de muris Ierusalem dubium esset, an securi, & fortissimi consisterent architecti omnes, qui eis inspectis & vndique secundum artem consideratis, dixerat securi sunt, nec ruinam minantur, imo aduersariorū ictibus obsistent, ideo nec ab hostibus timendū, sed descendit Angelus, de regula sua eos diiudicans dixit, cito corruent, quod & factum est, artifex homo regula sua dimetiens dicit, securus est & bene cōpactus murus, Angelus directiori regula vsus, contrarium pronunciat, vt intelligas non te iudicandū iudicio tuo, quia non qui semetipsum commendat, ille probatus est, sed & multi iudicio hominum Sancti, & iudicio confessoriorū securi, iudicio Angelorum reprobi ostendētur, cōfidit Ierico in muris excelsis, qui celū videbāt attingere, sed tubis resonātib; corruūt, canet noisissima tuba angel; quādo vix iustus est securus, vix iustus saluabitur, & tunc corruēt multorū eximia opera, quę apparebāt munificentissimi murus, quia plura nobis placēt, quę Deo, & Angelis displicebūt. Placet tibi depicta tabula & omnib; numeris tibi ab soluta videtur, sed ob oculos sumi artificis posita, mille defectibus pronūciatur obnoxia, sic nobis ignorātib; vita iusta apparet, quę Angelorum oculis immūda, sicut pānus mēstruatē vi debitor, cura ergo te, & omnia opera tua talia exhibere, ac iudicanda, & lucernis scrutanda Angelicis.

C Secūdo colligitur ex illis verbis. *Semper vident faciem patris.* eos esse spirituales substantias, nec enim corporalibus oculis facies patris videri potest, sunt verō spirituales solum nihil

*Simile.**Psal. 117.**Psal. 61.**2. Corin. 10.**Isue. 16.*

D. Tho.

habentes de materia, & ideo intelligentiæ dictæ sunt à philoso. A
phis, quia solū exercēt opera rationis. Ex quo D. Th. eorū colli
git perfectionem summam in natura. Quia sicut cælestia corpo
ra à principio omnem receperunt perfectionem, nec in ea cres
cunt, inferiora verò per motum eam acquirunt, sic anima hu
mana vt inferior intelligentia opere sensuum, & ratiocinio per
ficitur in sapientia, at Angelus vt superior intelligentia à prin
cipio omni scientia & sapientia donatus est, in qua non crescit,
Et ideo notat Bernardus in cantica, Angelos aliquando dici
oues, vt in parabola de. 99. ouibus dimissis in montes, aliquan
do montes, vt cum dicit, saliens in montibus, transilgens colles.

Ber.

Luc. 15.

Cant. 2.

Est enim ouis, quia intelligibilibus pascitur veritatibus, est ve
ro mons, in quo pascitur, quia intra se in natis habet à principio
omnium rerum species, nec eas accipit aliunde, à principio cō
ditus in sapientia, & decore est. Homo vero solum dicitur ouis,
non mons, quia pascitur intelligibili veritate, sed non hanc
inuenit, cum sit velut tabula rasa, in qua nihil est depictum,
sed à rebus acceptis speciebus ab extrinseco pascitur. Est ergo
tanta Angeli perfectio naturalis, vt omni scientia & specie à
principio sit ornatus, simplici que intuitu omnia naturalia no
uerit. Hoc verò peccantem Angelum inexcusabilem reddidit,
& eius peccatum inexcusabile, & expers redemptionis, & quæ
leuis culpa videtur, est ei maxima, hominis vero peccatum con
tra fuit excusabile. Iuxta illud Psalmi. Quomodo miseretur pa
ter filiorum, miseratus est Dominus timentibus se, quia ipse
cognouit figmentum nostrum.

Psal. 102.

Simile.

Adeunt regem allocuturi
princeps, & agricola, yterque inurbanus in his, quæ ad regis
spectant maiestatem colendam, hic excusatur, ille damna
tur, hunc excusat ignorantia, & vilitas, illum accusat col
luctudo, ac magnitudo. Sic excusatur ignarus, & vilis homin
cio, vbi damnatur Angeli celsitudo. Ne ergo desperes, si igno
rasti, sed dic, ignorantias meas, ne memineris, & erraui sicut
ouis, quæ periit, quæ re seruū tuum Domine. Errauit Angelus,
& quæ sitis non est à Deo, et rat homo, & quæritur, quia ig
noranter errauit. Vidimus angelos esse spirituales om
nino.

Psal. 22.

Psal. 118.

Arist.

De numero eorū Philosophi diuersa dixerunt Aristot. tot
posuit

A posuit quot cælos, sed fides nostra innumeros esse dicit, Da
nielis. 7. Millia millium &c. Et in Apocalypsi & erat numerus
eorum millia millium. Domum autem, & maiestatem infiniti
Dei hoc decebat, vt dici possset illud Iob. 26. non est numerus
militum eius. Vnde Dionysius. 9. cælestis Hierarchiæ ait. Ea
proportione, quæ cælestia corpora excedunt hæc inferiora, vt
palmo terræ respondeat de cælesti corpore millia millium, ea
proportione excedunt Angeli numero, hæc inferiora, de op
timis enim plura Deus condidit. Et cum tot sint Angeli nume
ro, hoc eorum cetum reddit pulcherrimum, quod omnes di
uersæ sunt naturæ, & speciei, nec enim sicut omnes ho
mines vnus sumus naturæ, sic Angeli, sed sicut differt equus à
leone, sic illi inter se specie sunt diuersi. Mira profecto illius

Dan. 7.

Apoc. 5.

Iob. 26.

Dion. 9.

B patriæ pulchritudo, & digna quæ desideretur. Concupiscit, &
deficit anima mea in atria Domini, in qua primus Angelus ex
cedit pulchritudine omnem corpoream speciem, & decorem
Secundus Angelus superioris speciei excedit primum in im
mensum. Tertius secundum, & sic vsque ad supremum Sera
phinum. Et tandem videbitur infinita Dei pulchritudo omnia
excedens infinitè. Interrogo nunc à te carnalis homo, venun
datus sub peccato elige è duobus vnū, vel per horam frui omni
bus mundi delictijs, vel Angelico intuitu, consortio, & col
loquio, sine dubio hoc præeligeres, & putares te beatum per
horam, si tali esses dignus aspectu. Cogita ergo, quale erit il
lud gaudium, cum in æternum fruieris omnibus Angelis si
mul omnium decore, omnium alloquio tam felici. Quid ter
renum pro tanta obtinenda felicitate non asperrendum? Vi
dit vnum Angelum Ioannes Apocalypsi. 212. & tanta

Apoc. 22.

3. Reg. 10.

eratus pulchritudo, vt Deum suspicatus, eum adoraf
set, nisi ille prohibuisset: quæ gloria erit, omnes videre spi
ritus, eorumque pulchritudinem intueri. 3. Reg. 10. non rema
net spiritus in regina Sabba vidente domum Salomonis, or
dinesque ministrantium. Si sic admirata est mortalis mor
talem, quæ erit animæ admiratio, videntis in cælesti
Ierusalem tot Angelorum ordines, quorum quisque Deus
apparet.

Apoc. 22.

3. Reg. 10.

Tertio ex eisdem verbis colligitur, maximam gratiam An
gelis

Kk 5

gelis datam esse, per quam ad tantam peruenere gloriam, ut faciem patris mererentur aspicere. Nec enim potest esse adeo excelsa natura creata, cui gloria contingat nisi per gratiam. Super aurum ergo naturæ Angelicæ, & omnem naturalem perfectionem superaddit Deus decorem gratiæ diuinæ. *Aug.* Erat in eis Deus simul condens naturam, & largiens gratiam, qua gratia accepta primo instanti, in secundo quidam, ex eis bene uisunt, diligentes Deum, eumque reuerentes, & hi in tertio instanti viderunt faciem patris, summam adepti gloriam, vnoque instanti tantum iter perfecere, & ad tãra deuenere bona, quia maxima gratia operantes, & ex toto conatu, summam adepti sunt felicitatem. Quæ tamen nobis non contingit, nisi per multa opera atque labores *Arist.* 2. de cælo & *D. Tho.* 1. p. q. 77. articulo. 2. ait. Quæ sunt in rebus infima, non possunt consequi perfectam bonitatem, sed aliquam imperfectam consequuntur paucis motibus. Superiora verò his adipiscuntur perfectam bonitatem motibus multis. Suprema autem adipiscuntur perfectam bonitatem motibus paucis. Summã vero perfectio inuenitur in eo, qui sine motu perfectam assequitur bonitatem. Sicut infimè est ad sanitatem dispositus, qui non potest perfectam assequi sanitatem, sed aliquam modicam consequitur paucis remedijs. Melius autem dispositus est, qui potest perfectam consequi sanitatem, sed remedijs multis. Et adhuc melius qui remedijs paucis. Optime vero, qui absque remedio perfectam sanitatem habet. Sic res, quæ sunt infra hominem, quedam particularia bona consequuntur per paucas actiones. Homo perfectam assequitur beatitudinem, sed quia est in ultimo gradu secundum naturam eorum, quibus competit beatitudo, multis, & diuersis operationibus eam assequitur. Angelus, quia superior, vna actione, & motu. In Deo vero non est aliqua potentia, vel actio præter eius essentiam. Velles ò homo vna actione beatitudinem consequi, sicut Angelus, sed non potes, homo es, nõ Angelus, satis fit tibi longo itinere, eo tandem peruenire, quo Angelus breui, Deus nullo. Ideo cum breui itinere Deus posset Israel ducere in terram promissam, longissimo tamen duravit. *Exo. 15.* Idco Angelus ad Eliam. Surge, comede, grandis tibi restat

*Aug.**Arist.**D. Tho.**Exo. 15.*

A restat via. Caue ne tibi contingat quod Israeli Numerorum. 21. Tædere cepit populum itineris, ac laboris, loquutusque est contra Dominum. Quod preciosum est, & optimum magnis laboribus acquiritur, quis labor est magnus, quod iter longum si æterna est retributio, quid meritum carularis magnum, quid temporari ad æternitatem, quiescat ergo vox tua à ploratu, est merces operi tuo, & merces magna nimis, ecce enim merces vestra copiosa est in cælis. *2. Reg. 19.*
Num. 21.

Quarto ex iisdem verbis colligitur, qua cura, qua dilectione, quo affectu nos Angeli custodiant, nobis perpetuo assistant, nobis monita dent salutis, nosque in omnibus comitentur, quia vident faciem patris. Hieronymus Magna dignitas animarum, ut vnaquæquæ habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Sed & maxima in nos diuina dignatio, Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Si cuiusque puero in hac ciuitate orto, etiam ex minima familia, continuo mitteret Rex Principem curiæ suæ, ut puerum comitaretur, nutrireret ac custodiret, an nõ omnes hos pueros in filios, & hæredes adoptare videretur? stupenda hæc esset dignatio regis in hac ciuitatem. Nec vero stupemus, quod tanto maius est, Deum infinitæ maiestatis omnino homini etiã vilissimo mittere principem curiæ suæ, ut eum duceret, reducat, custodiat, comitetur, & omnia opera in eum expleat, quæ Raphael Tobie exhibuit in via. Impleturque illud *Esa. 60.* Et erunt reges nutritij tui &c. Et mamilla regum lactaberis. Imò & Angelos quasi ministros, & seruos nostros facit. Sed quid mirum hæc fecisse, qui se ipsum seruum, & ministrum hominum exhibuit. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, qui venit ministrare vobis, is facit omnes ministratõrios spiritus, in ministerium missos propter iustos, quia omnia vestra, vós autem Christi, si omnia nostra, etiam Angelorum. Ita sane, quia Christus dixit *Angeli eorum*, ergo Angeli parulorum sunt.

Sed stupet humana infirmitas, dubitans, quomodo Angelus tantæ dignitatis in natura, ut omnes excedat homines, tantæ etiam sublimitatis in gratia, & gloria, velit, & optet hominibus ministrare. *Mat. 20.*

2. Reg. 19.
*Num. 21.**Iere. 31.*
*Mat. 5.**Hier.**Psal. 90.**Esa. 60.**Mat. 20.*

nem vilem vermem custodire, & comitari? quasi esset seruus A eius emptitius. An non hoc opus ei incongruum, & indecens? Dedignaretur princeps homo vilis puerum sic custodire, quo modo non dedignatur princeps Angelus? Respondet Christus, quia videt faciem patris mei, ex hac enim visione diuina oritur in eis summa charitas, vnus affectus, vnaque voluntas, & indiuidua cum diuina. Cum ergo videant diuinum cor verum ad homines tanto desiderio, & amore, vt eis vellet se ipsum tradere, sine vlllo limite, cumque intelligant, gratissimam esse Deo hominum salutem, sicque eam sitire; vt vitam, & sanguinem in hoc libentissimè impenderent, norunt, in hoc maxime Deo se placituros, si huic operi incumbant, eius facti coadiutores, & cum hi antiquissimi Dei serui, hoc solum magni faciant, Deo placere, ei obsequi, ardentissimo desiderio hominum tutelam suscipiant, & tanta erga nos charitate ardēt, vt nobis sit incogitabilis. Qua ratione Psaltes ait, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis, id est, qui eos, quos creauit spiritus, facit Angelos & nuncios suos ad nos, & quos ministros nostros efficit, vult, vt tanta in nos flagrent charitate, vt sint quasi flamma ignis. Eisque contigit, quod Ioab 2. Regum 14. Videns Ioab quod cor regis verum esset ad Abalon, curauit continuo eius reconciliacionem. Vident Angeli cor Dei verum ad nos profugos filios, & eo illi corda vertunt sua, quo vident diuinum verum. Hinc Raphael Angelus ad Tobiam capi. 12. Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, nolite timere, id est, Nom miremini, quia cum in eo Deo placere, mihi gratissimum erat filio tuo inferuire. Et cum charitas qua in Deum ardent, ostendi nequeat in eo, vt in Deo quippiam ponant aut augeant, quia augmentum non capit diuina bonitas, vident vero hominem Dei imaginem Dei filium, & audierunt, quod vni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis, omnibus vijs curantur minimi bona, nullum non mouent lapidem, vt eum auent & in eo promouendo se Deo gratos exhibeant. Secundo ad hoc opus Angelos maxime excitat cognitio vultus animarū, quarū precium tūc agnoscūt probe, cū vidēt faciem patris

Psal. 103.

2. Reg. 14.

Tob. 12.

Matt. 25.

A. patris. Vident humanitatem illam à verbo assumptam, quam sic suspiciunt, ac venerantur, vt dicat Ioannes Apocalypsi. 5. Vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem & honorem, & gloriam, & benedictionem. Qui verò tanti faciunt agnum, quanti facient sponfam agni? Apocalypsis. 21. dicit Angelus Ioanni, quasi quid magnum, veni, & ostendam tibi spōsam agni.

Apo. 5.

Apo. 21.

Cum etiam intuentur beatissimam virginem Mariam, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur, & iubilant omnes filij Dei, quomodo despiciere possunt humanam naturam? imo vero eam sic in precio habēt, vt dicant, quod principes Holo-phernis de Iudith dixerunt. Quis contēnat populum Hebræorum, qui tam decoras habent mulieres, vt non meritò pro ijs pugnare debeamus contra illos. Illi vt inimici dicunt contra illos, hi vt amici, pro illis satis fuit Iudith, vt maxime haberetur populus Hebræorum & ideo dicta est honorificentia populi sui, satis est Maria, vt in precio habeatur humana natura, & ideo est gloria nostra. Lapidicina, ex qua tales lapides secti sūt ad ciuitatis Ierusalem ædificium, quomodo contemnenda? Vena, ex qua tot educi thesauri, quomodo paruipendenda? quando ex humana natura in cælo solum esset Christus, & Maria, hi satis essent, vt illa suspiceretur, & magni haberetur ab Angelis. Vident autem ex eadem Apostolos, martyres, virgines, confessores & innumeros viros præclaros, quia ex quo Deus descendit ad nos, terra facta cælum est, & cælo dedit manna illud, quod est hoc? Annon quid est hoc Christus, & Maria est? Audi dicētes, quis est iste, qui venit de Edom. Et de Maria, quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens? Tulerunt illi botrum è terra nostra, & fructus vberimos, propter quos se accingunt ad eius expugnationem. Viderunt inter ligna siluarum malum optimum, & malos complures, & cedros, ex quibus ædificatur regia domus Salomonis, signa domorum nostrarum cedrina, quomodo siluam nostram non dicant voluptatis hortum, paradysumq; Dei? Cui vero

Iud. 10.

Es. 6.

Canc. 8.

Num. 13.

vero vident, tanti Deum homines fecisse, ut pro eis de cælis descenderet, homo fieret, cum hominibus conuersaretur, & adeo indigna pateretur, videntes diuinam maiestatem infinitam, sic pro hominis remedio exinanitam, quid nisi omnia faciant pro homine.

Hoc ardens desiderium boni nostri auget in beatis spiritibus superbia, & diabolica demonis inuidia, & persecutio in nos. Gen. 34. adeo zelatores sororis se ostendunt filij Iacob, ut violatores eius occiderint cum vniuersa ciuitate, dicentes. Numquid ut scorto abuti debuerunt sorore nostra? Natura nostra per gratiam soror fit Angelorum, sed hæc demonis corruptio inuidia, qua mors intrauit in orbem terrarum, Angeli ergo fratres nostri, zelantes honorem nostrum, contra diabolum armantur, dicentes, num ut scorto abuti debuerunt sorore nostra? Non quidem interficiunt sancti Angeli demones, quia vitam gratiam illi miserunt, vita verò naturæ in demonibus immortalis est, sed vindictam in demones exercent, eis resistendo, nos eripiendo, tehcnas eorum ostendendo, eos calcando. Idem auget desiderium vtilitas ipsorum Angelorum, & cumulus gloria, quam ex nostra salute sperant. Licet enim essentialis gloria non crescat in eis, crescit tamen accidentalis non parvipendenda, tum quia magna, tum quia æterna. Cum gaudet beatus de gloria alterius beati, ut de sua, ex nobis spectant vacuas sedes impleri, & cumulant beneficijs homines, quos in æternum amicissimos habebunt in cælis. Et videntes Dei faciem agnoscunt finem nostrum infiniti momenti, ac ponderis esse. Illi rectè norunt, quantum bonum sit, Deum assequi, ideo curant maxime, ne rem tantam amittamus incuria nostra; O ergo beati serui Salomonis, qui ei semper assistitis, pincernæque eius, ne obliuiscamini Ioseph in carcere positi, suspirantis pro libertate filiorum Dei, & diuini consiliarij dissoluite consilium Achitophel, ne pauper David pereat. O diuini exploratores, qui videtis faciem patriæ, estote duces nostri, iam vidimus per fidem terram promissam, introducite nos in eam, expugnatis hostibus nostris, ne pereamus in deserto. Tollite iam gladium de ostio paradisi, & illum in fauorem nostrum conuertite, ut possimus

A mus edere de ligno vite. Iam nunciū pacis mundo tulistis, dicentes, in terra pax. Concludite ergo gladium in vaginam. O serui Salomonis exite obuiam arcæ testamēti Ecclesiæ Dei, ducite illam in sancta sanctorum, vbi Deus videtur facie ad faciem, ducite, & reducite Tobiam, ut incolumis redeat ad patris domum, eripite à deuotione piscis, dæmonium alligate, & compefcite. Defendite animam inter pericula versantem, ut custodistis Iudit euntem, commorantem, & reuertentem, quam coinquinari non permisistis, sed victricem reportastis.

Sed dubitas, quid hodierno Euangelio cum Angelis? Multum per omnem modum. Steterunt Angeli boni per humilitatem, exciderunt dæmones per superbiam, ideo eius malum nunc ostenditur. Apocalypsis. 12. Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam. Sed vnde tanta in homines ira? quid mali ab homine habes? fuit ille tui casus causa? non utique, sed sola superbia, & inuidia agitur, aitque, num lutum eo ascendet, vnde ego descendi? num sub terræ pedibus ero? Absit, venenū noui mortiferum, quod omnes bibentes occidit, etiam Angelos, quos è cælo deturbat, etiam inter fidem nidum habentes, hoc veneno potabo eos, & cadent homines, sicut ego cecidi. Superbia Angelum diabolum fecit, quid faciet hominem, qui quo à superbia magis debet esse alienus, eo superbiens magis est poenæ dignus? Adit Euam, inebriat eam hoc absinthio, deinde Adam, & vitium quasi natura inoleuit, ut vix à nobis separari possit. Hinc nobilis despiciet ignobilem, diues pauperem, doctus indoctum, maior minorem. Miraculi loco habe, si inueneris hominem non magnum corde, & elatum animo, etiam si minimus sit. Quis dicit, nihil sum? ad nihilum redactus sum, & nesciui? quis dicit se nihil esse? Quod Angelus superberit non adeo mirum, sed homo lutum vile? quid superbis terra, & cinis? Si inter elementa dissymbola difficilis est transitus, ut philosophi dicunt, quis tam facile vertit terram in aerem? Quid tibi cum superbia vile figmentum? Eo visque potens est superbia, ut discipulus Christi impetierit, etiam ipsi venenū hoc biberunt, & occasione trinum ad transfigurationem

Apoc. 12.

tionem

tionem vocatorum, & tributi redditi pro Petro vt capite superiori dictum est, accedunt ad Christum dicentes.

Quis putas maior est in regno calorum? & aduocans Iesus paruulum &c. Si sic Christo placet paruulus, & eius proprietates, quæ in eo natura sunt, non virtus, quantum placebit humilis, in quo hæc virtutis nomen, & rem habent? Ab initio mundi ostendit in paruulos dilectionem, eligens minores filios in suos, cum contra homines facere consueuerint, maiores enim natu præferunt. De qua re alibi multa sermone dominicæ. 10. post pentecostæ. In mundum veniens paruulos vocat ad se, his afficitur, quia humiles ei semper placuerunt.

Psal. 137. Excelsus Dominus, & humilia respicit in celo, & in terra. Si

cut enim cum tibi quispiam placet, eius etiam imago tibi grata est, sic vt ostendat Dominus quantum humilitas ei placeat, in paruulos dilectionem, & affectum ostendit. Quanta vero hæc dilectio sit, apparet in his, quæ sequuntur in Euangelio, *qui suscepit vnum paruulum, me suscipit, qui scandalizauerit, expedit ei &c.* verè custodiens paruulos Dominus, humiliatus sū, & liberauit me, ne ergo attingas terminos paruulorū,

Psal. 114.

Prout. 23.

Esa. 9.

4. Reg. 4.

quia propinquus illorū fortis est vt ait Sapiēs. Et tādē paruulos sic dilexit, vt propter illos paruul^o effici dignatus sit, paruul^o natus est nobis. Non audisti Eliseum paruulum effectū cū paruulo. Et quod magis mirum est, hac paruitate paruulum suscitauit. Quid hoc significat, nisi quod Deus magnus paruulorum amore factus est paruulus, & hac sua humilitate nos suscitauit, C

atque redemit? Hac etiam humilitate vicit Michael Luciferum, dicēs, quis sicut Deus? quod illi in nomen relictum est, id enim significat Michael. Cuius humilitatem, & modestiam laudat Iudas in sua canonica. Cum Michael altercareretur cum diabolo de corpore Moyfi, ait, imperet tibi Deus, nihil superbe dixit diabolo, sed solum, imperet tibi Deus. Et hac humilitate forsitan eo ascendit, vt supremus sit seraphinorū, in eo enim bello quod Ioānes in Apoc. narrat factum cum dracone & Angelis ei^o, dux belli nominatur Michael cū dicitur, Michael, & Angeli eius, præliabantur cū dracone. Cū autē omnes Angeli pugnaverint eo in bello, qui dux omnium fuit, & principatum gessit, supremus omnium esse debuit, nec enim aliter ducatum gere-

Iudas.

Agereret. Et tanquam primus in dilectione ad homines, sapius quam alter pro eorum salute apparuit. Et in summa hominum tribulatione tempore Antichristi conturget pro Ecclesia, vt Daniel dicit, & Antichristum interficiet. Eum vero in maxima humilitate imitemur, qua Deo placeamus, & inimicos vincamus, adeo enim Deo grata humilitas est, vt etiam imperfecta, & quodammodo coacta Deo placeat. Sic loquitur ad Eliam Dominus. Nonne vides humiliatum Achab coram me, non inducam in diebus eius mala. Quid non faciet vera, & ex corde pleno humilitas? Respexit humilitatem ancillæ suæ, respiciet & tuam, & humilem spiritu excipiet grātia, & gloria, &c.

Dani. 12.

3. Reg. 21.

Luc. 1.

Festa Octobris.

In festo Sancti Francisci Confessoris.

Thema. *Confiteor tibi pater Domine cali, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

C

Matth. 11.



Divus Bonauentura initio vitæ sancti Francisci, ei merito tribuit verba illa Esaie. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Ita namque humilitate excelluit Franciscus, vt inde cognomen humilis adeptus sit, vt Franciscus humilis dicatur. Egregiū certè cognomen, quo ostenditur

Bonau. Esa. 66.

Sanct.

Ll

omni

Iaco. 2.

omni gratia, ac dono eum ornatum, quia humilibus gratiam suam Deus dat. Inter dona verò Beati Francisci vnum non contemnendum fuit, quod humillimæ Mariæ singulari affectu, ac deuotione inhæsit. Et ideo Ecclesiam beatæ Mariæ de portuicula, vir sanctus amauit præ cæteris mundi locis, vt ait. Bonaventura, vbi humiliter capit, virtuose profecit, & sceleriter consummauit, & fratribus commendauit. Aderit ergo nobis Maria, vt Francisci laudes dicamus, si eam humiliter salutauerimus.

2. Cor. 3.

Ex officij, ac muneris dignitate, ad quam Deus hominem eligit, colligitur gratia, ac dona, quibus ab eo ornatur. Qui idoneos facit ministros noui testamenti. Hinc colligitur Mariæ celsitudo super omnes sanctos. Hinc Apostolorum maxima gratia, quoniam in supremum munus sunt electi. Vt ergo Francisci celsitudinem explicemus, videndum est, ad quod munus sit electus à Deo. Sed quis illud probe explicabit? Certè Deus ipse id ostendit ipsi Francisco, & Innocentio Pontifici. Cum enim in Ecclesia sancti Damiani oraret, & in crucem intenderet. Vox ad eum è cruce ter facta est, dicens, Francisce vade, & repara domum meam, quæ, vt cernis, tota destruitur. Innocentius etiam Pontifex in somnis vidit Lateranensem basilicam fore proximam ruinæ, quam homo pauperculus, modicus, & despectus proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat. Qui hoc viso dixit, vere Franciscus est ille, qui opere & doctrina Christi sustentabit Ecclesiam. Si ergo nosse cupis, quod fuerit Francisci munus, scito, illi à Christo demandatum, reparare Dei Ecclesiam labentem, sustentare, ac fulcire eam humeris suis. Præcipuum plane munus, & Angelicis humeris formidandum. Finxere poætæ, Athlantem Gigantem humeris sustentare vniuersam, Sed ecce Franciscum verum Athlantem, qui Dei Ecclesiam humeris sustentat. In laudem Simonis Sapiens ait. Simon, Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroborauit templum. Quod verò ille præstitit in templo Dei materiali, Franciscus in spiritu Ecclesie templo fecit. Suffulsi enim labentem Ecclesiam,

& eam

A & eam corroborauit. Ex quibus colligitur, Francisci tempore Dei Ecclesiam prope ruinam fuisse, & à dæmonibus, ac vitijs ferè vastatam. Huic excidio se opposuit Franciscus, similis factus Matthathie, qui videns templi euersionem, legis Dei transgressionem, & populi vastitatem, sedit in monte Modin, & scidit vestimenta sua, & operuit se cilicio. Et exclamauit voce magna in ciuitate. Omnis, qui zelus habet legis, statuens testamentum, exeat post me, & fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt, quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam in desertum. Ecce, quid Franciscus, & eius sectatores fecerunt vt templum Dei dirutum instaurarent, sicut Mathathie filij fecerunt.

B Sed expendamus munus hoc Francisci, quod adeo excelsum est, vt humanas superet vires. Quodnam hoc munus est? Certe Dei Ecclesiam labentem restituere. Sed quis id præstare poterit, nisi ille, qui eam fundauit, & primum erexit? Quis Ecclesie fundator? Christus Deus, Deus fundauit eam in æternum, vt Plates ait. Et ideo ad eum Esaias ait. Vocaberis ædificator Ierusalem, auertens semitas iniquitatis. Et ipsemet ait. Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam. Quis ergo Ecclesiam labentem restituere, & fulcire poterit, nisi ipse, qui eam primum erexit. Cùm casu aliquo ædificium magnæ domus ruinam minatur, vocari solet architectus, qui eam construxit, & illius ordinem probe nouit, vt eam fulciat, ac corroboret, Christus ergo iterum è cælis euocandus videtur, vt Ecclesiam à se constructam instaurèt. Sed dices, sæpius etiam alij artifices resarciunt, quod alius primum ædificauit. Ita certe est. Sed aliqua sunt artificia ea mirabili arte effecta, vt nisi eorum artifex ea resarcire non possit, vt si horologium à Ianelo nuper confectum, in quo vniuersi cælorum motus continentur, restaurandum esset, nullus id efficeret, nisi supremus ille artifex, qui ipsum primum, confecit; quia adeo mirus illius ordo est, vt nullus præter ipsum eum penetrare valeat. Vis nosse, quo ordine, qua mira arte Ecclesia Dei sit constructa. Verè horologium est, in quo cælestis ordo, ac ratio constituta est, & ideo à solo Deo effici potuit, & ideo ad Iob ait

Psal. 47.

Esai. 58.

Matth. 16.

Iob. 38.

Nunquid nosti ordinem cæli? Aut ponēs rationem eius in terra? Quasi dicat, nequaquā id tu efficiēs, illud opus meum est; quod ego faciā, cum cælestē Ecclesiam ædificabo, in qua ordinē cæli statuā, quæ proinde regnū cælorum dicetur. Sed ecce Francisci tēpore horologium hoc, & illius ordo, ac ratio quasi perisse videtur, quasi deordinatū horologiū est; quis ergo illud restituet in gradum pristinū? An nō ad hoc opus Christus desiderandus est? Oremus ergo eum, ut iterum descendat de cælis. Sed quid ille oranti mundo respondeat? Christū desideratis, ut Ecclesiam restituat. Primus Christus descendere iterū non debet, sed dabo vobis secundum Christū, qui vices meas gerat, qui sit proferax meus, qui id præstet, quod ego facturuseram. Hic vero Franciscus est, quem, ut sciatis meas gerere vices, & Christum Dei esse, plagis meis ornabo, ut alter Christus appareat. Ego sui petra fundamenti elaborata quinque plagis, simili ratione elaborabitur Franciscus, qui fundamentum est, instaurationis Ecclesiæ.

Obsecro nunc, quæ sunt insignia Ecclesiæ. Quod eius vexillum? Quæ eius stigmata? Certe Crux Christi, & eius vulnera, in his nos gloriamur, ac dicimus. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam, vobis autem Dei virtutem, & Dei sapientiam. Attende ergo, quo exaltauerit humilitas Franciscum. Humiliatus in Cruce Christus exaltatus est super omnem creaturam. Humilis Franciscus insignitur Christi vulneribus, ut alter Christus appareat, ut hodie dicere possimus, nos prædicamus Franciscum crucifixum. Ecce minor Christus Franciscus est, quem imitemur, qui dicere potest cum Paulo. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Ad foramina petra vocabat sponsus sponsam, ut in eis quiesceret, ac diutius moraretur, quia in Christi vulneribus nos consistere debemus, & habitaculum construere, ut securi simus. In Francisci ergo vulneribus consistamus paulisper. Eo peruenerat mundus Francisci diebus, ut in simili esset necessitate, ac fuerat cum Christus de cælis descenderet, & deo suo saluatus oblitus, ac Deus sui, ut necesse videretur, ad mundum excedendum, iterum Deum descendere, & crucem subire, qui

ti be-

ti beneficij obliti homines iam erant, quasi illud non recepissent. Et licet ad humani generis redemptionem necessarium non esset, iterum descendere, quia vna oblatione perfecit hoc opus in cruce, cum dixit, consummatū est, tamen opus erat, ut iterum Christus crucifigeretur, ad renouandam hominum memoriā, & recordationem tanti beneficij, quod iam pene obliuioni traditum erat, & simul viam cæli iterum operiendam quæ crux est Christi. Cū vero Christus resurgens ex mortuis iam non moriatur, & mors illi ultra dominari non possit, adinuenit diuina Sapientia modum, quo iterum Christus crucifigeretur in seruo suo Francisco, cuius vulneribus inspectis renouata in mundo est memoria vulnere Christi, & imitari cæperunt perfectionem Euangelij, Christumque crucifixum, & ad eum accesserunt vocantem. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.

Ut vero mundus Francisco crederet Euangelicam perfectionem prædicanti, insignitus est Christi vulneribus. Quem admodum enim eximia pontificum, ac regum priuilegia, & edicta sigillo regio muniri solent, ut à pontifice, vel rege perfecta sciantur, & eis honos, ac fides habeatur. Ita Francisci vulnera Christi data sunt, quæ eius sunt insignia, ut ei plenam fidem mundus habeat. Perforabatur olim subula auris illius, qui seruus erat sempiternus, nec à domo dñi discedere volebat, cū ei libertas à lege concedebatur. Et cū illud vulnus seruo dabatur, quasi ferro inurebatur, & signo, ac sigillo domini, ut nō essent vniuersi, seruum illum ad se pertinere in æternum. Verè Franciscus seruus Christi est sempiternus, qui se tradidit in seruum Christo Domino non ad tempus breue, ut alij solent, sed in æternum, & ideo stigmatibus Christi inuritur, vulneribus signatur. Ideoque vsurpare sibi Franciscus potest verba illa Pauli. De cetero ne molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, in quæ verba Diuus Thomas ait. Stigmata proprie sunt quædam notæ alicui impressæ cum ferro candenti, sicut cum seruus ab aliquo domino signatur in facie, ut nullus eum sibi vendicet, sed quiete dimittat domino suo, cuius stigmata portat. Et ideo Apostolus dicit, se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit seruus Christi, quia por-

Sanct.

Ll 3

tabat

Simile.

Exo. 21.

Gala. 5.
D. Tho.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Cant. 2.

tabat insignia passionis Christi, dum pro eo multa patiebatur. **A** Et ideo ait, nemo mihi molestus sit, nullus me rapere sibi curet, nam ego porto insignia Domini mei Iesu Christi in corpore meo, & sic nullus super me ius habet, nisi Christus. Hæc Diuus Thomas. Attende vero, quomodo verba ista sibi vsurpare Franciscus potest, qui tanquam seruus sempiternus Christi eius nota inuritur, eius plagis insignitur, & hoc ferro candenti, Seraphino, scilicet, incenso igni, qui quasi ferrum candens fuit, cum ei vulnera impressit. Nemo ergo Francisco molestus sit nemo eum à Christo separare curet, seruus est sempiternus, eius stigmata portat.

Ostendimus, Franciscum fuisse mundo secundum, ac minorem Christum, qui in opus destinatus à Deo fuit, ad quod ipsemet Christus necessarius videbatur. Ex quo illius excellens gratia ostenditur, & similitudo maxima Christi. Si enim corpore simillimus Christo est, non minus similis est animo, ac spiritu, vnde vniuersa illius vita imitatio est vitæ Christi, & Euangelicæ perfectionis norma. Quam vt in eo melius conspiciamus, illud nobis expendendum est, quod initio conuersionis fecit, cum coram episcopo, & patre, non solum bonis paternis cessit, sed & vniuersa vestiméta deposuit, & omnino nudus relictus est, sicut Christus in cruce pendens, & pariter dicit. Vsq; nunc patrem te vocaui in terris, à modo autem se care dicere possum. Pater noster, qui es in celis, apud quem omnem thesaurum reposui, & omnem spei fiduciam collocaui. Id ipsum moriens præstitit, deportari enim se voluit ad sanctam **C**

Bonauent. Mariam de Portiuncula, vt vbi acceperat spiritum gratiæ, sibi redderet spiritum vitæ. Quod cum fuisset perductus, vt veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, proximus morti super nudam humum se totum nudatum in spiritu seruuore prostravit, quatenus illa hora extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus iuctaretur cili nudo. Miranda, & prædicanda hæc nuditas, & rerum omnium contemptus, quem semper habuit, & suis testamentis reliquit, in cuius declaratione paullisper nobis in morandum est.

Simile.

Solent pictoris ars à multis ostendi, præcipue vero in depingendo corpore nudo, facile enim est pictori hominem vesti-

tum.

A tum depingere, at difficile admodum nudum pingit, tanta enim in corpore humano sunt, & adeo diuersa, vt perfecte effigiari non possint, nisi à supremo artifice. Ad hunc modum gratiæ quidem munus est, depingere in hominum animis Christum Dominum. Hinc Paulus. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, quia conformes nos fieri vult imagini filij sui. Sed in quibusdam gratia diuina pingit Christum indumentis ornatum, & id facile gratia præstat. In alijs vero depingit Christum nudum, vt in Francisco, & id quidem difficile admodum est, & nisi eximia gratia id non præstat. Vt enim homo se omnibus expoliet, maxima indiget gratia. Id facile ostendam, si attenderit iuuenem illum, qui ad Christum **B** accessit, vt viam vitæ addiceret, qui audiens, serua madata; grateranter accepit responsum, & dixit. Hæc omnia seruaui à iuuentute mea, facile id præstiterat, quia vestitus erat, multis abundabat possessionibus, atque diuitijs. Sed cum ei proponitur nuditas omnium, ac audit. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, da pauperibus, & sequere me, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones, & difficile ei apparuit, omnibus nudari. Sicut facile pictori est pingere vestitum hominem, sed difficile est, nudum depingere. Robustorum enim est, se nudare, non vero infirmorum. Hinc Amos ait. Et robustus corde inter fortes nudus effugiet in illa die, dicit Dominus. Qui inter fortes robustus, & fortis est, sine dubio fortissimus erit, hic ergo **C** nudabit se, & effugiet Dei iram.

Sed ais, cur difficile est, hominem nudari? Certè in teipso id cernere poteris, nolumus enim expoliari, sed superuestiri vt Paulus ait. Attende, quot tibi quæras, ac velis indumenta. Nudus erat Adam in paradiso, nec se nudum esse attendebat, sed vt cognouit se nudum, vestimenta quæsiuit. Quid omnia terrena lunt, nisi indumenta nuditatis, ac miseræ nostræ? Ad hoc diuitiæ, honores, ampla domus, vestium cultus ordinantur, vt nuditas nostra tegatur. Amor vero sui efficit, vt homo plura sibi quærat indumenta. Quis ergo efficere valebit, vt vniuersa abiciat? Omnia contemnat? Et nudus relinquatur? Plane diuina gratia id efficit, sed non quæuis gratia, sed excellens, difficile enim id opus est, & robusti hominis. Mirabilis planè gratiæ

Ll 4

vis

*Gala. 4.
Rom. 8.*

Matt. 18.

Amos. 2.

2. Cor. 5.



vis ostenditur, cum hominem nudat omnino, cum vniuersa abijcere facit, quoniam naturæ vis alio ducebat hominem, eū ergo in diuersum mutare, mirabile, ac diuinum est. Et tāquam maximum, illud Christo proposuit Petrus, cum dixit. Ecce. Nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

Nunc ergo mirabilem in Francisco gratiam attendamus, mirabilem illius nuditatem, ac rerum omnium contemptum, quo non solum corpus, sed & animum exiit, & suos exuere fecit. Dominam suam paupertatem dicebat, & nunquam veste vsus fuit nisi accommodata, & in morte lætus fuit, quia fidem semper seruauit dominæ paupertati. Nullus auarus sic diuitias coluit, vt Franciscus paupertatem. Sed forte inquiris, cur ita nudari voluerit? Multe profecto rei huius causæ sunt. Prior illa est, quod ardenti in Christum charitate erat, & sicut nimius calor efficit, vt vestes tollas, ita flagrans eius Charitas eum nudauit. Audi quid simile in primo Regum libro. Inierunt autē Dauid, & Ionathas fœdus, diligebat enim eum quasi animam suam, nam expoliavit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eā Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad baltheum. Ita ergo Franciscus præ amore in Christum amore se nudauit, & omnia pro illo reliquit. Secunda est, vt vniuerso mundo ostendat, quod Esaias vni populo ostendit, cum ad eum Dominus dixit. Vade, & solue fac cum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit sic, vadens nudus, & discalceatus. Quo significauit Aegyptum, & Aethiopiā nudādas esse, ac perdēdas. Ita Franciscus nuditate sua ostendit, quod cum omni homine mundus tandem ager, cum eum omnibus bonis demum expoliabit, & in morte vniuersa auferet bona, vt dicere possit cū Iob. Ne plus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Mirabili vero prudentia. Franciscus vsus est, dum se ille expoliavit, priusquam à mundo expoliaretur, præuenit inimicum, & quod ille auferre debuit, ipse dereliquit, & sic in æternum sibi seruauit, & abiciens nunc vestes, eas custodiuit in celo, impleuitque illud Apocalypsis, beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Id vero ipsum filijs suis præcepit. Sicut olim Ionadab filius Rechab filijs præcepit, vt Hieremias

Mat. 19.

1. Reg. 18.

Esai. 20.

Iob. 1.

Apoc. 16.

Hier. 35.

mlasait. Domum non ædificabitis, sementem non feretis, & vineas non plantabitis, neque habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. Quia in re Deo maxime placuerunt. Id ergo Franciscus in mundo efficere voluit, quod olim Israel in terra Sehon. Misit Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens. Obsecro, vt transire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquam ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Transire voluit Franciscus per ea, quæ mundi sunt, non ea vsurpare sibi. Sed num propterea possessio nulla ei relinquitur? Imo maxima. Deo enim possessio illius est, quia omnē abiecit terrenā possessionem. Sic enim olim tribui Leui Dñs dixit. In terra eorū nihil possidebitis nec habebitis partē inter eos. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Ecce partem, & hæreditatem Francisci, dicere ille potest. Quoniam hæreditas mea præclara est mihi. Vide quos collegerit, & colligat fructus Francisci, & sui non spirituales dumtaxat, sed etiam temporales, ex qua nam hæreditate adeo vberes fructus tolliguntur? Certè ex Deo, qui in fidelium cordibus amorem Francisci posuit, vt eius filijs beneficiant. Et certiores ei fructus obueniunt ex ea hæreditate, quam si mille hæreditates possiderent.

Demum nudari voluit Franciscus, quia ad certamen properabat cum diabolo, & nudus cum nudo melius luctatur, si enim quisquam vestitus luctetur cum nudo, citius ad terram trahitur, quia habet unde teneatur, vt Gregorius ait. Nudi sunt maligni spiritus, nihil possident in terra, qui ergo ad certamen cum eis venit, vestimenta abiciat, ne succumbat. Hæc vero de causa nudus in sterquilinum Iob venit, quia in arenam descendebat cum dæmone, & ideo indumenta abiecit. Hi vero qui sic nudi sunt, fortissimi in pugna sunt contra dæmones: A manent milites in pugnam, sed ad spirituale certamen nudus aptior, ac fortior est. Hinc Psalms. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum, præmiserat pijs liberos. Deo concedendos esse, de quibus nunc ait, fore similes sagittis in manu potentis, quæ sunt validæ, ac fortes contra hostes. Sed quid significat verbum illud excussorum? Hebraicè est.

Num. 21.

Num. 18.

Psal. 135.

Greg.

Psal. 126.

(Nehurim) à verbo (Naar) Hieronymus in epistola ad Marcel-
lam ait. Dicitio Hebraea hic posita potest significare iuuentu-
tem, & potest esse participium passiuum verbi (Naar) signifi-
cans excussos, quia (Naar) est excutere. Septuaginta vero hoc
lòco per excussos significare iuuenes voluerunt, nam Nehé-
mie 4. eandem dictionem eodem modo verterunt. Nam vbi
nos legimus. Media pars iuuenum faciebat opus, Septuaginta
verterat. Medij excussorum, vbi per excussos iuuenes intelle-
xerunt, sic eos appellantes, quod excussi essent, hoc est, expe-
diti ad opus: Excussos enim consuetudo sermonis humani, ve-
getes, & robustos, & expeditos vocat, quia liberi sunt ab omni
operandi impedimento.

Sunt ergo filij excussorum filij iuuenum, hoc est ad litteram
filij, qui electis in adolescentia nascuntur, filij quidem robusti
similes sagittis potentis, & filij iuuenum robustorum. Hęc Hie-
ronymus, qui vtraque conciliat expositionem verbi illius (Ne-
hurim). Sed illud verbum, excussorum, vt Genebrardus ait,
propriè significat, piorum vexatorum, exagitatorum, quasi ven-
tilatorum, & eorum, qui concussi, & exagitati sunt, quod est
piorum epithetum, quos Deus varijs tribulationibus probat.
Ait ergo Plal, filij piorum, qui vexati sunt, potentes erunt si-
miles sagittis in manu validi, quia patres suos senes tuebuntur.

Vel filij excussorum, id est, liberatorum, & eorum quos à ser-
uitute Deus eripuit, & excussit, vt Titelmanus ait. Certe filij
iuuentutis Apostoli fuerunt, qui initio nascentis Ecclesie,
cum adolescentula esset, geniti sunt, Apostoli etiam excussi,
ac tribulati à Deo sunt, & in maximas angustias coniecti, quo-
rum filij eorum imitatores fuerunt, vt Franciscus, & alij, qui
similes sunt sagittis, quas potens Deus in mundum misit, vt
eum superarent. An non valida sagitta, & de manu potentis
emissa Franciscus, qui exemplo, & doctrina innumeros ad se
traxit, & Deo subdidit? Quasi filius Apostolorum, eorum
exemplum imitatus, omnia reliquit, nudus in certamen venit,
sed similis factus est sagittæ, quæ non est reuera inanis, sed in-
numeros Deo subiugauit. Licet ergo inermis, & nudus videa-
tur, potens tamen est opere, & sermone. Eadem vero potentia
sui præditi sunt, tanquam filij excussorum, excussus, & exagita-
tus.

A tus, ac probatus Franciscus fuit, & eius filij similes sagittis in
manu potentis, cum vniuersum mundum discurrerint ad Dei
gloriam propagandam.

Sed mirandum valde est, quod ad tantum opus homo infi-
mus de plebe à Deo eligatur, & qui hominum oculis nullus
erat, quod tunc temporis reges, principes, & prelati, sapientes
erant. Sed vt labentem Ecclesiam fusciperet Franciscus eligitur
pauper, & nudus, & nullis humanis dotibus hominum oculis
còmendatus. Hoc Dei mirabile consiliù Christus probans ait.
*Confiteor tibi pater Domine cali, & terra, quia abscondisti hæc à
sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Quibus ver-
bis duo significat, Primum, quod infima mundi elegerit, & ea,
quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret, de quo alibi multa
diximus. Secundum, quod elegerit humiles, quos nomine par-
uulorum significat, reiecerit vero superbos, quos dicit sapien-
tes, & prudetes, non quod reuera sint, sed quod sibi tales videat-
ur. De Francisci humilitate quis dicat? Vidit facies ipsius in ex-
thasi factus inter multas in celo sedes vnã præ ceteris dignio-
rem, pretiosis ornatam lapidibus, & omni gloria resurgentem.
Miratus intra se præcelsum resurgentem, & non inuenit, & per cogi-
tatione perquirere, quis ad illum deberet assumi. Audiuit in-
ter hæc vocem dicentẽ sibi. Sedes ista vnus de ruentibus fuit,
& nunc humili seruator Francisco. Cũ vero Franciscus iter cũ
eo faceret, interrogatus ab eo est, quid de se ipso sentiret.
Ad quẽ humilis Christi seruus. Videor, ait, mihi maximus pec-
catorũ. Cui cũ frater diceret ex aduerso, quomodo hoc posset sa-
na còsciẽtia dicere, nec sentire, subiunxit. Si quando tuncq; see-
leratum hominẽ tãta fuisset Christus misericordia profecurus,
arbitror fanè, quod multo quã ego Deo gratior esset. Còfirmatus
est frater ex tã admirabilis humilitatis auditu de veritate visio-
nis ostẽs. Impleuit planè Franciscus, quod nunc Christus ait. *Dis-
cite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Nulla gratia, virtus, nul-
la Deo placet sine humilitate, quæ adeo grata est, vt in mirabi-
li illa parabolâ quàm sibi Dominus seruis in parabolâ signa-
uit, & virtus in plantâ vitæ humilitas fuit; quæ nos ad diuinum
trans brulm, dicente ipso. Quis respicit ad humilitatem in cil-
le sue, quod de virtute humilitatis, intelligit Augustinus in
sermone

Geneb.

Titel.

Bonau. c. 6.

Luc. 14.
Aug.

sermone

Orig. Pjal. 24.

fermone de Assumptione Mariæ, & Origenes homil. 8. in Lucam. Respicit vero **Deus** animam humilem, quia eam bonis replet, sicut Psaltes ait. Respice in me, & miserere mei. Quod à Deo non respiceris, respice teipsum, & inuenies in te superbiam, qua tibi magnus appares, propter quam à Deo non respiceris. Et ideo rectam viam in cælum non tenes. Quia vero te errare videt cælestis magister, semper ad te ex Euangelio clamat, ac viam rectam ostendit, dicens. *Discite à me, quia mitis sum. & humilis corde.* Sicut persæpe accidit, vt quispiam à via declinet, & versus præcipitia tendat, & pastor in alto consistens clamet, non rectam viam tenes, illac tibi, non istac eundum est, ne pereas, Augustinus fermone 2. de verbis Apostoli. Vbi superbis, ibi, quod acceperas, perdis, Chrysostomus homilia 59. in Matthæum ait. Nihil ita hominem sapienter reddat, ac superbia. Si enim hominem videres, qui sibi appareret altior monte & ad sidera vsque pertingere, an non eum demeritatum diceres? Ita certe amens superbus est, qui sibi videtur alios antecellere, & supergredi. Hinc Paulus. Siquis existimat, se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Quomodo negare poteris, te nihil esse, cum tibi dicatur. Quid habes, quod non accepisti? Male se Deus cum superbis habet. Quia Deus superbis resistit, superbus se magnificat, Deus despicit, ipse magnus apparere vult, Deus eum deiecit. **A**zuculo Deus cum superbis contendit. Voluit ascendere Lucifer super altitudinem nubium, & de tracta est ad inferos superbia eius. Voluit Adam Deo similis esse, & comparatus est iumentis, & similis factus est illis, & quoniam Deo subijci noluit, ipsa eius caro in eum rebellauit. Sicut Salomoni accidit, qui Deo subijci noluit, & ideo in eum pluri in surrexerunt. & inter eos Hieroboam filius Nabat seruus Salomonis leuauit manum contra regem. Et ideo sicut Dominus est cæli, & terra, ita in cælo, & in terra gradientes in superbia humiliat. Sed illud valde mirandum est, quod tortores videmus, ac carnifices, qui occiderunt superbos parentes nostros, nec tamen superbiam fugimus. Quid obsecro vniuersa corporis mala, & incommoda sunt, nisi carnifices, qui occiderunt superbos parentes nostros? hos quotidie videmus, & tamen nos superbiam fugimus. **A**ugustinus A. sigillatim. homilia 2. de superbia. **L**oup. expo-

Aug. Chryf.

Gala. 6.

Iaco. 2.

3. Reg. 11.

A experimurque eorum violentiam, nec tamen superbiere cessamus. Item enim ergo humilem Franciscum, & humilem Deum, quia non esse superbum hominem docuit humilis Deus, &c.

In festo Beati Lucæ Euangelistæ.

Thema. Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.

B *Lucæ 10. 1.* Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.



Mter plura, que in laudem Diui Lucæ dici possunt, illud silentio prætereundum non est, quod Beatisimæ Mariæ fuit amantissimus, & familiarissimus, cui illa dixit vniuersa, quæ de Christi incarnatione, & infantia saluatoris ille fidelissimè scriptis mandauit, de quibus alij Euangeli-

stæ pauca dixerunt. **E**o vero affectu illè fuit ad beatissimam Virginem, vt eius effigiem ad viuum in tabula sibi exprimeret, que Romæ feruatur vsque in presentem diem. Solent enim hi, qui præcipuo amore sponas diligunt, earum figuras in tabula expressas secum gestare, in maximi amoris signum, expresserat quidem in corde suo Lucas Mariæ effigiem, expresserat & in Euangelio, sed vis amoris eum impulit, vt in tabula etiam exprimeret, verè Mariæ filius, qui eam sic dilaxit, ad eam ergo accedamus, vt Beati Lucæ laudes dicere possimus, &c.

Ex doctrina Pauli in epistola ad Romanos, præcipuè ex capite quinto, & septimo colligunt sancti, & doctores triplicem mundi statum. Primum ab Adam vsque ad Moysen, secundum à Moysè vsque ad Christum, tertium à Christo vsque ad multum finem. Primum status erat legis naturæ. Secundus legis scriptæ. Tertius legis Euangelicæ. In primo statu legis naturæ

Rom. 5. 7.

amni-

omnino regnavit peccatum, unde Paulus: Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, & dæmon principabatur in mundo, lex enim illa vires non præbebat, ut peccatum vinceretur. Neque malitia peccati plenè agnoscebatur, licet enim agnosceretur tanquam malum, non tamen sciebant homines, Deum infinito odio illud prosequi, & summe eo irritari, ac provocari, & aia etiam peccati mala incognita erant. Quis rationibus homines facile peccabant, & peccatum, ac dæmon latè dominabantur in mundo, quasi pacifici eius domini. Et tunc illud efficiebatur, quod celestis magister ait. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. Per ea vero, quæ a nobis de hoc statu dicta sunt, non est intelligendum, in eo statu non fuisse viros iustos, & timentes Deum, fuerunt enim aliqui huiusmodi. Sed significamus id, quod in pluribus tunc accidebat. Sed quemadmodum tunc fuerunt viri perfecti, qui in lege, & statu imperfecto perfectissimi evaserunt, ut Abel, Seth, Abraham, Isaac, Iacob. Ita nunc in lege Evangelica aliqui sunt peccatores, qui ad illum statum pertinere videntur. Qui, scilicet, malitiam peccati non agnoscent, sed illud admittunt, quasi nihil esset, similes illis, de quibus Ezechiel ait. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis. Agnoscis ne carbunculi pretium, qui illud commutat pro fragmento panis? Agnoscis ne, o peccator Deum, qui in eum peccas, eum amittis, & derelinquis pro nihilo? Rectè Ioannes ait. Qui dicit, se nosse Deum, & mandata eius non observat, mendax est. Hi etiam quasi in statu illo priore sunt, dum in eis peccatum omnino dominatur, ut inierint pactum cum morte, & impossibile eis apparet, à peccati servitute recedere, nec sensu aliquo, aut dolore afficiuntur, dum peccant. Et cum peccatum sit gravissimum animo tormentum, propter vermè rodentem iugiter conscientiam, ipsi nihil sentiunt, sed aiunt illud. Traxerunt me, & non sensi, vulneraverunt me, & non dolui. In hoc ergo misero statu, in quo nunc aliqui fidelium sunt, erat in statu naturæ universus fere mundus propter maximam Dei, & peccati ignorantiam.

Cum sic mundus esset, accessit secundus status legis scriptæ, in qua vidit mundus peruersum statum suum, agnovit peccati malitiam,

Luc. 11.

Ezech. 13.

1. Ioa. 2.

Prou. 23.

A malitiam, & Deum eius vindicem, agnovit diaboli tyrannidem, & quod amarissima esset pax, quam cum eo inierat, & quod expediens ei esset, abijcere iugum diaboli à se, & regnum peccati. Sed licet hæc omnia agnoscerent per legem, eis latam, non tamen eis lex illa vires, gratiam, & arma subministrabat, ut diabolum vincere possent, & eius tyrannidem declinare. Qua ratione pauci erant, qui ab eo liberi inuenirentur. Et ideo similes erant captiuis, qui nunc Argerij, aut Constantinopoli detinentur, qui infelicem suam sortem norunt, desiderantque rebellare in Turcas, sed vires non habent, quibus id perficere possint, & ideo in misera servitute versantur. Huius status vestigium modo reperies in quibusdam fidelium, qui peccati malum agnoscunt, & ab eo discedere vellent, sed quia gratia, & eius meriti non videntur, impossibile eis apparet, à peccati servitute recedere, de quibus Esaias ait, non poterit auolare de angustia sua. Et ille inuitatus ad nuptias dixit. Non possum venire. In hoc statu, sicut de priore diximus, iusti fuerunt plures, qui gratiam Domini susceperunt. Sed hæc non ea abundantia conferebatur, nec à lege, sed à Christo Domino erat, & ideo ut in plurimum homines erant sub diaboli tyrannide.

En mundi statum ante Christi Domini adventum, venit ergo filius hominis, ut dissolvat opera diaboli, ut eius regnum evertat, & Dei regnum stabiliat in terra. Ad hoc vero plenam peccati, & eius malitiæ cognitionem tribuit, & simul gratiam, ac vires donat, quibus Sathanam vincere possimus, Deo autè gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Et viros designat fortes, qui diaboli regnum evertant, & Dei regnum in terra fundent, ut hodie in Euangelio dicitur, quibus dedit virtutem calcandi serpentem antiquum, & eius malitiam. De qua re multa luculenter, & præclare Origenes scripsit. Quo loco ait, Iosue datum est nomen Iesus primum Exodi decimo septimo capite, ubi dicitur. Venit Amalec, & expugnabat Israel, & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim. Elige tibi viros potentes ex omnibus filiis Israel, & egredere, & confige cum Amalec crastino. Non audet Moyses certamen hoc inire, nec se vincere posse putat, & ideo Iosue vocat, qui vincat, qui eligat viros potentes, quos eligere Moyses

Esa. 8.

Luc. 14.

1. Ioa. 3.

1. Cor. 15.

Orig. hom.

1. in Iosue.

Exo. 17.

ses non poterat, nec enim gratiam, & vires prestare poterat. Hic ubi primo inuenio nomen Iesus, ibi continuo video mysterij sacramentum, lex enim vincere non potuit, nec eligere viros, qui vincant, hoc ad Iesum pertinet, ille solus vincere potuit, ille solus eligere viros potentes, qui diaboli regno expulso, Dei regnum in mundum inducant. Lex enim agnitionem peccati dedit, sed non gratiam, & vires, quibus vinceretur, Christus vero vtrunq; tribuit, & ideo hodie milites designat, quos celestibus armis induit, thorace iustitiæ, scuto fidei, galea spei, gladio diuini verbi, quo regnum Sathane deiecerunt, vnde Paulus. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia à Deo ad destructionem munitionum. Et hoc ipsum Esa. significare, Hieronimus ait, in illis verbis secundum septuaginta versionem. Ad vocem domini superabuntur A Syrii plaga, qua percutiet eos, & erit ei per circuitum, vnde habebat spem auxilij, in quo confidebat, ipsi cum tympanis, & citharis pugnabunt contra eum ex commutatione, quibus verbis ait Hieronymus, significari à Propheta, contra diabolum pugnuros eos, qui ei quondam subditi fuerant, & cum gaudio, atque lætitia certuros, ex commutatione subita, dum intelligentes errorem suum, eius regnum destruent, à quo decepti fuerant. Ad dit vero Propheta, deceptum fuisse demonem, quia putauit regnum suum æternum fore, ait enim. Tu enim ante diem deciperis, nunquid & tibi regnum paratum est? Lætitiâ vero pugnantium Christus explicat, dum ait. Messis quidem multa, eos ad hortatur ad messem, in qua lætitiâ magna esse solet, dicente Psalme. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et Esai. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores captâ prædâ, quando diuidunt spolia.

Vt ergo opus hoc eximium perficiant. Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Aduenit iam gratiæ tempus, de quo Paulus ait. Peccatum vobis non dominetur, non enim estis sub lege, sed sub gratia. Lege naturæ licet integra excusatio peccatori esse non posset, erat tamen aliqualis, dicere enim poterant homines, non plene nouimus peccati malum. Similiter in lege scripta dicere possent, vires mihi lex non concedit ad expugnandum dæmonem. Sed in quo lex infirmabatur per carnem

1. Cor. 10.

Esa. 30.
Hieronimus.

Psal. 125.
Esa. 9.

Rom. 7.

nem, veniens Iesus nobis omnia concessit, & integram cognitionem, & gratiam. Egrediamur ergo à captiuitate peccati in regnum filij Dei. Si enim vti voluerimus remedijs legis gratiæ facile vniversa peccata superabimus, & eruat nobis praua in directa, & aspera in vias planas. Timore perculsi sunt Israelitæ audientes, cum Gigantibus se pugnuros, & redire in Aegyptum disponebant. Sed Iosue, & Caleb aiunt. Terra optima est, & sicut panem, sic eos possumus deuorare, nolite timere. Audisti, o homo, de cælesti patria innumera bona, quæ tibi exploratores nunciauerunt, audisti, dicentem. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. Audisti dicentem. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, audisti dicentem. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Terra ergo illa optima est, terra viuētium, si times inire pugnam cum Sathana, & satellitibus eius, audi Iesum tibi dicentem. Sicut panem, sic eos poteris deuorare, confidite, ait. Ego vici mundum, alligatus est fortis armatus, expoliatus armis suis, quid times? Quid trepidas?

Ne vero timeamus, mittit fortissimos duces, qui nos præcedant, Apostolos, scilicet, & discipulos, quos hodie designat in hoc opus, & sicut olim accepit de spiritu Moyse, & dedit septuaginta viris, qui etiâ prophetauerunt, & Iuuerunt Moysem in regimine populi. Ita pater æternus accipit de spiritu Christi, & dat his septuaginta discipulis, vt eum iuuet in mundi conuersione, qui ei cooperatores sint. Erat mundus in tenebris, infirmus, dormiens, oppressus à diabolo, designat nunc, & mittit lucas, quibus tenos breuellatur, medicos, qui ægros curerent, duces, qui bella contra demones gererent, & animos hominum in pugnam accendat. Quibus denique ait. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, quasi dicat, missus sum ego in mundi salutem, vt sim lux, dominus, rex, medicus, vt demones pellam, vt ægros curam, ita ego vos mitto mea potestate, & munere. Per hos vero discipulos significatur ordo sacerdotum sicut per Apostolos ordo prælatorum, sacerdos vero sacerdos esse debet fidelibus, ad bella spiritualia gerenda. Quia vero Apostoli satis non erant vniverso mundo, discipuli eis adijciunt, in quoniam prælati satis non erant, & aliquando somno opprimedi, mittitur

Num. 14.

1. Cor. 2.
Rom. 8.

Psal. 35.

Ioan. 16.
Luc. 11.

Num. 11.

Ioan. 20.

ordo sacerdotum, & religiosorum, qui eos iuuent. Sicut olim
 obfesso capitolio à Gallis, cū speculatoribus dormientibus Gal-
 li ascenderent per murum, voce anferis excitati Romani sunt,
 ne interirent. Ita aliquibus prælatis dormientibus, excitantur
 fideles à sacerdotibus, & religiosis,

Mat. 18.

Mittit vero binos. Dixerat enim ille, vbi sunt duo, vel tres
 cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Cū ergo
 bini irent, nosse poterant, Deum cum illis esse, & vt mutuo se
 iuuent, iustus enim comitem quærit, ideo de iusto ait Psal. Iu-
 stus vt palma florebit. Inter arbores vero hoc singulare palma
 habet; vt florem, & fructum non producat, nisi proxima illi sit
 alia palma, quasi vir, hinc etiam Apostoli sibi socios in prædica-
 tione adiungebant.

Psal. 91.

Simile.

*Sed. Ante faciē suā, mittit, in omnē ciuitatē, & locū, quo erat ip-
 se venturus.* Primo ante faciē suam eos mittit, vt sunt similes ve-
 natoribus, qui regem comitantur in venatione, & feras inquī-
 runt, quas ad regē perducunt, vt eas ille capiat, & occidat. Ideo

Hiere. 16.

Hieremias ait. Mittam eis multos venatores, & venabūtur eos
 de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarū. Disci-
 pulorum ergo est, animas feras ad Christum ducere, & de cauer-
 nis suis educere, & ad sacramenta deducere, vbi Christus rex

Psal. 44.

Psal. 67.

earum expectat, vt sagittis illis transfigat, de quibus Psal. ait. Sagit-
 tæ tuæ acute, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.
 Increpa ergo o homo prædicator feras arundinis, vt ad Chri-
 stum veniant, & mortuæ peccatis iustitiæ viuant. Deinde ante

1. Cor. 2.

1. Cor. 12.

faciem suam mittit, quasi eis dicat, ita vestrum munus præstare, C
 ac si coram facie meâ essetis, hoc præstabat Paulus cū diceret.
 Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex fini-
 ceritate, sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Et ite-
 rum, coram Deo in Christo loquimur. Sed quis nam est, qui
 adulterat verbum Dei? Primo, qui diuersum sensum Dei ver-
 bo tribuit, quam Deus intenderit. Secundo, qui adulterare dicitur
 Dei verbum, qui plausum populi quærit, vel comparat ad
 eorum, non vero generationem filiorum Dei, & animarum vti-
 litatem. Sicut adulter non filium intendit, sed delictationem.

Vt vero discipuli id non faciant, mittit eos ante faciē suam
 vt sic prædicent, quasi præsens Christus esset.

Et

A Et eadem de causa eos mittit in ciuitatem, & locū, quo erat
 ipse venturus, quo verbo eos vrget, vt videant, quomodo labo-
 rent, ipse enim post eos vadit, vt eorū opus videat. Sicut enim
 discipulus exactius opus exequitur, & perfectius quando no-
 uit, à magistro illud statim inspiciendū. Et cum agricolā seruis
 suis, vel operarijs ait, ite, laborate in vinea mea, ego vos sequor,
 statimq; in vineā ibo, eos his verbis admonet, vt labori incum-
 bant, vt operarij sint inconfusibiles. Ita Christus seruator no-
 ster ait, ite in ciuitates, & loca, ad quæ ego statim ibo, quasi di-
 cat, videbo opera vestra, ideo strenue laborate. Quo doce-
 mur, sic vitam componere nostram, sicque operari, quasi qui
 Deum habemus inspectorem. Hoc considerabant sancti cū di-
 cerent, viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Hinc etiam di-
 citur, omnia corda scrutatur Deus, & vniuersas mentium cogi-
 tationes intelligit. Sicut vero discipulis ait, se venturum, nec
 tamen dicit quando, sic omnibus nobis dixit, venturum se ad
 nos in iudicium, & mortem, non tamen nouimus, quando ve-
 niet, vt semper parati simus. Quidam enim se esse temporis
 Dominos arbitrātur, & quemadmodum si pānus esset, eum di-
 uidunt, dicuntque, hoc tempore delitijs fruar, illo vero poeni-
 tentiam agam, cum tamen nobis dicat cælestis magister. Non
 est vestrum, nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in
 sua potestate. Noli ergo putare in tua esse, quæ in sola Dei po-
 testate sunt.

*3. Reg. 17.
 1. Para. 28.*

B Sed quid eis dicit, cum eos mittit? *Messis quidem multa, ope-
 rarij autem pauci, rogate ergo Dominum messis, vt mittat opera-
 rios in messem suam.* Sub Christi oculis erat tunc vniuersus
 mundus, quem eius potestati pater tradiderat, dicens. Dedi te
 in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.
 Ideo messis multa est, sed operarij pauci sunt, quia omnes que-
 runt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Ideo bonus ope-
 rarius orat Deum, vt alios mittat operarios, qui vtilitatem
 Domini, & non suam quærit, gaudet, cum operarij alij ad-
 ueniunt, qui eum iuuent, vt opus celerius perficiatur. Qui
 vero suam quærit vtilitatem, tristatur, quoniam illius merces
 minuitur, ita qui quærit ea quæ Christi sunt, rogat Domi-
 num messis, vt mittat operarios in messem suam, & illis ad-

Acto. 1.

Esa. 49.

Philip. 2.

Mm 2 uenien-

Philip. 2.

Rom. 10.

Genes. 2.

Beda.
Ezechiel.
Apoc. 1.

uenientibus congratulatur. Non sic, qui querit, que sua sunt. **A** Audi inconfusibilem operarium Paulum, qui ait. Quidam quidem per inuidiam, & contentionem, quidam autē per bonam voluntatē Christum predicant, quid enim, dū omnimodo, siue per occasionem, siue per veritatem Christum annunciant, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Orare vero oportet Dominum, vt operarios mittat, si enim hi non essent, Ecclesia periret. Vnde Paulus, quomodo inuocabant, eum, quem nō crediderunt? Quomodo credent eū, quem nō audierunt? Quomodo audient sine predicante? Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Sicut salutis bonum non agnoscitur, cum habetur, sed cum non habetur, ita concionatorum necessitas nō agnoscitur, nisi cum abfuerint. Statim enim Ethnici omnes essent: Sed quatuor Euangelistę Dei singulari munere ad Ecclesiam B missi sunt, quasi illa quatuor flumina, de quibus in Genesi dicitur. Fons egrediebatur de paradiso ad irrigandam vniuersam superficiem terra, qui inde diuiditur in quatuor capita. Fons quidem Christus est cęlestis magister, cuius doctrina diuisa est in quatuor euangelia, quibus aqua sapientię salutaris continetur. Quanta vero dignitate Euangelistę cęteros emineant, (ait Beda,) testatur Ezechiel, & Ioannes, qui mirabiliter describunt ea quatuor animalia, quę Euangelistas significant, tantę quidem erant dignitatis illi, qui verba, & facta redemptoris scribendo memorię tradiderunt, vt non solum prophético, sed etiam Apostolico essent testimonio commendandi, tantę erant dignitatis, vt vtriusque testamen- C ti scriptura eis meritō testimonium daret, & Apocalypsis 2. capite dicitur. Cum darent quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, proci-derāt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabat viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum. Ex quo colligitur, maximas laudes Deo procedere ab Euangelij scriptoribus. Similiter ergo in terra quoties regni eterni magnificentia ostenditur ex Euangelio, proci- dere omnes debemus. Vere operarij inconfusibiles Euangelistę sunt, recte tractantes verbum veritatis, quod literis mandauerunt, facti chronographi regis cęlestis.

Adijc

A *eris peccator,* quem Christus sanguine redemit. Cur in terra inimicorum es, qui patriam cęlestem propinquam habes? appropinquauit in nos regnum Dei, ad illud nos transferamus, & ego

In festo Sanctorum Apo-
stolorum Simonis
& Iudę.

B *Thema. Hęc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Ioan. 13.*



M Vniuersis sanctorum festis letatur Ecclesia, quia in quolibet sanctorum aliquid inuenit præclarum, laudeque dignum, quod imitari possit, in martyre fortitudinem, in virgine puritatem, in confessore perseverantiam, in doctore lucem. Præcipuo vero gaudio afficitur in Apostolorum festis, quia illi patres, & progenitores eius fuerunt, cui esse, quod habet, acceptum ferre debet. Tum etiam quia vniuersę gratia, atque virtutes, in eis perfectissime fuerunt, de quibus propheta Esaias ait. *Quos enim viderint, eos cognoscunt illos, & dicunt, huiusmodi semen, quod benedixit Dominus. Patres vero in istos, qui nouerunt eum, Apostoli sunt, vt Esaias ait, qui sunt sibi quasi columbę, & quasi columbę ad fenestras suas. Quis hoc columbę, quasi columbę eum pullis suis, nulli vero populi fideles sunt, quos Apostoli Christo genuerunt. Sic Paulus Corinthijs ait, Non vt confundam vos hoc scribo, sed vt scribos in operibus, in omni sermone. Nam si cęteris nullis rebus inuicem habeamus, Christo in se non multos patres, nisi in Christo, quod super Euangelio.*

of. mol
p. 100. 2
p. 100. 3
p. 100. 4

Esai. 61.
Esai. 60.
1. Cor. 4.

vos genui. Reliqui sancti quasi pedagoga sunt, qui fidelium A mores instrunt, Apostoli vero parentes Ecclesie sunt. Quos ideo Christus a mortuis suscitatus fratres vocat, dicens: Vade ad fratres meos, & dic eis. Illi vero tanquam fratres legem impleuerunt, dum defuncto sine liberis Christo fratri semen suscitauerunt desponsati Ecclesie, qua sponsa Christi fuit. Et ideo nobis dederunt nomen, non suum, sed Christi, quos genuerunt Christo, non sibi, & ideo Christiani dicimur, non Paulini, aut Petri. Et hoc significat Paulus, cum dixit, in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, id est, genui vos ego non mihi, sed Christo. Unde fideles carpit Paulus, eo quod dicerent, ego sum Pauli, ego sum Cephe, ego sum Apollo. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Et ideo cum in alteram vitam transijt Christus, eos dicens fratres, ostendit, regenerationis tempus aduenisse, eoque nomine docet, vt legem impleant suscitantes fratris semen. Lex enim fuit, vt si frater sine liberis decederet, frater, aut propinquus vxorem defuncti duceret, & filios procrearet fratri suo, qui sine liberis decesserat, cuius nomen, & hereditatem filij usurpabant. Id vero sancti Apostoli presterunt, quorum festos dies precipuos Ecclesia habet, quia parentum sunt, qui eam Christo genuerunt.

His ergo spiritualibus mundi patribus primum legem suam proponit, quam seruent, & filios seruare doceant, sed quaenam ista lex est? Hac mando vobis, vt diligatis inuicem. C Qui audiret, hac mando vobis, putaret, innumera preceptura, sed vnum precipit, & id facile, vt diligatis inuicem. Recte profecto Iob ait. Excelsus in fortitudine, non est ei similis in legislatoribus. Nullus profecto legislator Christo valet conferri, taceat nunc Trimegistus legislator AEgyptiorum: Licurgus Spartanorum, Solon Atheniensium, Numapompilius Romanorum. Imo vero taceat Moyses legislator Hebræorum, qui legem tulit longam, & asperam, & testamentum confecit clausum, & ita clausum, ac obscurum, vt vsq; in hodiernam diem omnino apertum non sit. Sed audiantus legislatores, cui nullus est similis, audiamus legem, & testamentum ipsius quod est

Ioa. 20.

Dent. 25.
Ruth. 4.

I. Cor. 1.

Dent. 25.
Ruth. 4.

Iob. 36.

A vngue, vt vulgo dicitur, portari potest. Hac mando vobis, vt diligatis inuicem. An non suavis lex ista est? Recte Psal. ait. Dulcis, & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Dulcis profecto, ac melle suauior lex ista est, & merito vir iustus in ea delectatur, & sibi complacet, iuxta illud Psal. & in lege Domini voluntas eius. Vbi pro voluntas, in Hebræo est, hepets, quod significat complacentiam, & delectationem, seu voluptatem. Hinc intelliguntur verba difficilia Psal. magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, in, id est, intra omnes voluntates eius. Quibus verbis Propheta ingetes Deo gratias agit, quod multa in eum beneficia contulerit, & magna opera fecerit in eius vtilitatem, sed precipue, quod ea matrauerint ab animo Dei lubentissimo. Nam quod Hispanie dicimus, de muy entera voluntad, Hebræi dicunt in plurali, omnes voluntates. Qui enim non sponte aliquid efficiunt, solent habere voluntates quasi contrarias, vt amicus ille accommodare voluit amicos, coales panes propter importunitatem, sed voluntate habebat non accommodandi, ni alter instaret importune. Sensus ergo illorum verborum Psal. est. Magna opera Domini, magna beneficia in nos contulit, exquisita in omnes voluntates eius, id est Dei in nos integra voluntas, & infinitus amor fecit, vt excogitaret, inquireret beneficia in nos maxima, quoniam plena voluntate, & voluptate ea prestatbat. Simile est illud Psal. sanctis, qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis. Quæ verba sunt Christi, est que ibi transpositio Hebraica, sensus vero est. In sanctis, qui in terra versantur, Deus mirabilem fecit beneuolentiam, omnis mea voluptas in eis est. Iuxta illud Prouerbiorum, delitiæ meæ esse cum filiis hominibus. Vnde de sanctis, qui erant in celo quasi relictis ad terram descendi, vbi aliqui sancti erant. An non voluptate ad nos descendit, & legem amoris plenam dedit, cum nihil aliud præter dilectionem præcepit. Merito ergo in lege Domini omnis voluntas iusti esse debet, vt integram voluntate ille amplectatur, quod Deus plena voluntate, ac dulcedine cordis dedit.

Integro ergo corde legem audiamus. Hac mando vobis, vt diligatis inuicem. Recte Moyses ait. In dextera eius ignea lex, amoris legem igneam appellat, quia amor ignis dici solet, eam vero in dex-

Psal. 24.

Psal. 1.

Psal. 110.

Luc. 11.

Psal. 135.

Prou. 8.

Dent. 33.

104. 14.

tera tenere dicitur, tum quia eam ipse implet, unde alibi ait, sic-
 cut ego dilexi vos, tum vero quia lex ista facit filios. dextera,
 hereditatio iudicio ad dexteram erunt, qui hanc legem dilectio-
 nis servauerunt. Sed quia ratione hoc dilectionis preceptum adeo
 commendavit Apostolis, & omnibus fidelibus? Respondet
 Apostolis singulari ratione dilectionem commendatam esse, ut
 ea finem conversionis mundi assequerentur. Dixerat enim super-
 ioribus verbis Christus. Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis,
 & fructus vester maneat, ut ergo hunc fructum afferatis, modo
 vobis, ut diligatis invicem, sic enim perficietis, quod dixi, &
 mundum ad me trahetis. Conuenientia instrumenta Deus
 dare consuevit, & apta in finem consequendum, fortissima
 vero dilectio est, ut hominem ad se trahat. Natiuum homi-
 nis ingenium est, amorem duci, nulla similia vincula hominem
 ligant, & dilectionis. Tantum ligabis funibus, leonem ca-
 thenis, hominem dilectione, & beneficijs. Et cum voluit
 Deus, omnia ad se trahere; his vineulis usus est. Unde per
 Oseam ait, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charis-
 tatis. Cor hominis vim non patitur, & ideo amore ducendus,
 sicut Sampson, quod interpretatur, qui vim non patitur, nisi
 in vinculis teneri potuit, sed amore Dalliæ captus est. Omnia
 vincit amor, omnia superat, ideo ignis dicitur, qui omnia do-
 mat. Quid durius ferro, aut metallo? igne tamen liquefit,
 ut quam volueris figuram, ei aptes. Ita cor durum amore leni-
 tur. Ideo nomen fortis dilectioni tribuitur. Fortis est ut mors
 dilectio, sicut enim mors omnia superat, ita amor, sicut mors
 omnia relinquere facit, honores, diuitias, malam consuetudi-
 nem, alienam substantiam, & in diuinitatem, ita amor, si cor tuum
 occupat, omnia relinquere facit. Amor hominem captiuum
 reddit, sed aurea cathena eum ligat, quis vero sic ligatus esset,
 ut exire ab hac captivitate non posset. Hoc fuit Apostolo-
 rum privilegium post Spiritus sancti aduentum, ut in gratia
 ac dilectione confirmati fuerint. Sicut aliquando herie a-
 bris ossa occupat, ut nulla natura vi curari possit, ita dilectio
 in cordibus Apostolorum fuit infixata, ut nulla vi pelli potuerit.
 in quibus illud impletum est, de celo misit ignem in visibus
 meis, & erudiuit me. Hoc igne per uniuersum mundum
 discurre-

Osea. 11.

Iud. 16.

Can. 8.

Thren. 1.

Adiicit vero Christus Dominus. *Ite, ecce ego mitto vos, si-*
cus agnos inter lupos. Ite, ait, sed quo? Ad mellem, ad agrum
 Dominicum, non ad ludum, non in venationem, sed ut triti-
 cum in horrea Domini recondati. Ecce gressus sacerdotis
 quo dirigi debent, ne sit illud Prophecie. Sicut populus, sic &
 sacerdos. De quibusdam enim Sapiens ait. Infames gressus ebri-
 rum, & via peruersa, via eius, via inferi, Christus vero suos
 mittit in messem, dicitque ite, quod illi peregerunt. Unde de-
 eis Psaltes regius ait. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina
 sua, venientes autem venient cum exultatione portantes man-
 nipulos suos.
 Ecce ego mitto vos, Emphasis habent haec verba, Felix Pa-
 paepistola prima ait, his verbis significari auctoritatem Dei
 mittentis, quis enim in uniuersum mundum mittere suos
 posset, nisi Deus? Quis auctoritatem facienda mandata dare
 posset, nisi Deus? quando Deus usurpat hoc pronomen, ut
 aliquid magnum impuit, quod illi solus potest, cum ergo
 ait. Ecce ego mitto vos, idem est, ac si diceret, si alius vos
 mitteret, possetis formidare, & excusationes praetendere. Sed
 cum ego vos mittam, ite sine timore, licet agni litis, ad lu-
 pos, cum enim rex legatos mittit, illis necessaria largitur, ut
 legationem implere possint. Ego ergo vobis dabo os, &
 sapientiam, cui non poterunt resistere, nec contradicere om-
 nes aduersarij vestri. Dabo vobis Spiritum sanctum, ut nihil
 non aggredi possitis. Ego omnipotens vos mitto, Dns fortis,
 & potens; Dominus potens in praelio; ego in vobis ero, &
 pro vobis pugnabo, unusquisque vestrum me in corpore suo
 gerit, ideo Paulus dixit. An experimentum queritis praelian-
 tis in me Christi? Sic Chryostomus legit. Sicut quondam
 constitui Moysen Deum Pharaonis, cum illum ad eum misi,
 ita vos constituo Deos mundi, ad Moysen ait. Veni mittam
 te ad Pharaonem, & ego ero tecum. Missus Moyses diuina au-
 toritate, tanquam Deus esset, loquitur Pharaoni, dicitque.
 Dimitte populum meum, ut faciat michi. Et postea ait.
 Non potest ita fieri, abominaciones enim Aegyptiorum fa-
 crificabimus Domino Deo nostro? Simili auctoritate respon-
 dit Elias regi Achad, non ego turbas Israel, sed tu, & domus
 Sancti. Mm 3 patris

523

Prou. 2.

Prou. 2.

Psal. 125.

Felix.

3. 105.

1. 3. 107.

2. 1. 111.

2. Cor. 13.

Exod. 7.

Exod. 3.

Exod. 8.

3. Reg. 18.

4 Reg. 3.

patris tui, qui dereliquisti Dominum. Eodem imperio loquitur Eliseus ad Ioram. Quid mihi, & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui, vivit Dominus, quia si non vultum Iosaphat Regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. En diuina autoritate loquitur, quia à Deo missus erat. Hinc Dominus ad Hieremiam. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te. Licet ergo agni sitis, lupos superabis. An non Paulus lupo rapax, cum erat spirans minarum, & cedis in discipulos Domini? Sed superatus ab agno est. Sic explicat Augustinus illud, Benjamin Lupus rapax, mane rapiet prædam, & vespere diuidet spolia, mane diripuit prædam, cum iustos persequeretur primum, sed deinde spolia diuisit agnus effectus, cum Christi diuitias, doctrinam, & gratiam fidelibus partitus est. En illud impletum. Habitat lupo cum agno, quia lupo mutatus est in agnurr.

Hier. 2.

Aug.

Gene. 49.

Esa. 11.

Iob. 38.

Greg. 29. mo
zal. c. 11.

Judith. 16.

1. Cor. 1.

Philip. 4.
Rom. 8.

Iob. 17.

Luc. 11.

Sed cur Deus agnos mittit, vt lupos superent? Ad Iob ait. Nunquid ingressus es thesauros niuis? Aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparauit in tempus hostis, in die pugnae, & belli? Hæc verba Gregorius refert ad Christi discipulos minimos, quibus mundum superauit. Sic & in Pharaonem, non misit leones, aut tygnides, sed cynifes, & muscas, & contra Holofernem infirmam mulierem, quod illa canens aciebat, Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus formicæ, non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excessi Gigantes opposuerunt se illi, sed Judith filia Merari dissoluit eum. Harum omnium rationem Paulus dicit. Vt non gloriatur omnis caro coram illo, ideo ea, quæ non sunt elegit, vt ea, quæ sunt, destrueret. Ex quibus colligitur, nihil esse imbecillius homine, cum Deus ab eo recesserit. Nihil vero fortius homine, in quo Deus est, audi Paulum. Omnia possum in eo, qui me confortat, Et iterum. Quis nos separabit à charitate Christi? &c. Quo loco omnibus creaturis se ostendit potentiorum. Si ergo, d homo Deus tibi adest, dic cum Iob. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Lupus memoria prodidit, dixisse Casarem nauæ, qui dice-

A dicebatur Amiclas, mari intumescente, ne timeas, quoniam fortuna Cæsaris tecum est. Et Dominus populo suo ait. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, cur rus, &c. non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est, Si ergo, d homo tecum Deus fuerit, nihil timeas, omnia spera omnia aude. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui speratis in Domino, vt Psal. ait. Si vero Deus à te recessit, time, nihil tibi erit prosperum, nihil efficies arduum. Putabat Sampson, magna se acturum, & nesciebat, quia Dominus recessisset ab eo, & ideo egit nihil. Hinc Sapiens. Fugit impius nemine sequente, iustus vt leo confidit. Sicut ergo agni lupos superant Dei virtute, ita tu superabis omnes vires inimici, passionis, & habitus prauos, Deo ergo adhære, & nihil non procliue videbis.

B Sed attendendum est, qua celeritate suos ire velit Christus, cum subiungit. Nolite portare sacculum, neque peram, & neminem per viam salutaueritis. Id est nullam moram facite, nulla vos res detineat, quia estis Angeli illi veloces, de quibus Esaias ait, ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius, vt ergo tantum resarciatur damnum, oportet, veloces ire Angelos. Sed hinc peccator discat, quanti eius interfit, cito à peccato recedere, cuius enim magis interest hæc festinatio prædicatoris, an peccatoris? Manifestum est, peccatoris plus interesse, sicut imber magis necessarius est terræ, quam nubi. Si ergo prædicator veloci cursu ire debet, vt nulla re detineatur. Quomodo tu miser peccator differes à peccato recedere? Præcipitur medico, vt quam citissime medicinam conficiat, & tu differes eam sumere? Nec ad punctum morari prædicatorem, vult Christus, & tu in annu, & annos differes? Nō sine mysterio Hieremias vocat fugam exitum ex Aegypto, & Babylone. Fugite, ait, de terra Aquilonis, fuga enim cursu effici solet, sic ergo nobis à peccato exiendum est veloci cursu quasi fugientes. Cum egredierentur filij Israel à seruitute Aegypti festinanter, vniuersa peragebant, vt cito exirent, & medunt agnum festinanter, vt ergo eruatis à Dæmonis potestate

Dent. 20.

Psal. 30.

Iud. 16.

Prover. 28.

Esa. 18.

Hier. 75.

tate festina. Si domus tua ardet, vt emaris, per foveas ali-
quando te deijcis, si pestis ciuitatem inuadio, ab ea exis festi-
nus. Quomodo ergo pro animæ salute non facies, quod pro
est prois salute? Noli dicere cum Pharaone cras, nescis enim
an tibi cras erit, venit enim mors concito gradu super equum
temporis, quod velocissime currit, caue ne te intercipiat. Sino
mora curanda nobis animæ salus est. Quando commutatio ali-
qua, emptio, vel negotium se tibi offert, in quo maximum tibi
lucrum cedit, citissime illud perficis, nullam moram facis. Au-
di nunc, quod præ manibus negotium habes, audi commuta-
tionem, quæ tibi offertur, vt ex dæmonis mancipio efficiaris
Dei filius, vt pro inferno æternam acquiras gloriam. Vt relicta
morte æterna, quæ stipendium peccati est, infinita recipias bo-
na cum sapientia Dei. An occasio ista prætermittenda tibi est? B
An differendum pactum hoc?

Sed quid prædicant mundo discipuli? *Appropinquauit in-
uos regnum Dei.* Dicite vniuerso mundo, hucusque regnauit
in te dæmon, peccatû, mors, iam vero prope est, vt morte mea
deleatur, iniquitas, & peccatum, & finem accipiat præuarica-
tio, & adducatur iustitia sempiterna. Iam iam princeps huius
mundi eijcietur foras, & Christus omnia trahet ad se, factus
rex omnium. Expectabat Israel temporale Messia regnû, de
quo discipuli interrogant. Si in tempore hoc restitues regnum
Israel. Et rursum, nos sperabamus, quia ipse esset redempturus
Israel, in quo regno Ioannes, & Iacobus petebant dexteram,
& sinistram. Sed illi, & omnes nos audiamus Paulum, osten-
dentem, quale hoc Christi regnum sit; Regnum Dei non est
esca, & potus, sed gaudium, iustitia, & pax in Spiritu sancto,
hoc regnum stabilire in terra Christus venit, quo super se detes
regnat. Quos pater eruit de potestate tenebrarum, & transla-
uit in regnum filii dilectionis suæ. Hoc regnum appropinqua-
bat tunc, sed nunc stabilitum in terra est. Ad illud ergo ciuis
me transferamur, si in eo non sumus, solue ergo vincula obli-
tuli nigro filii Simon, et quid miserum mancipium dæmonis est
se visisti? *Dauid* nunc te vocat per Phere miam, nunc quod
seruus est. *Israhel*, vniuerso paratus. Quare ergo factus es
prædam in Superstium rugi cuncte ontus? Cur o homo, se hanc
cris.

A discurrerunt, nec defecerunt, similes pilæ ferreæ, quæ à termē
to bellico procedit igne erumpente, ac illum proijciente. Hoc
ergo amore labores facile tolerauerunt, & mundum ad se alle-
xerunt. Hoc igne ducti sunt Simon & Iudas per vniuersum
mundum. Et impletum est illud Esaiæ. Et mittam ex his, qui
saluati fuerint ad gentes, quæ non viderunt gloriam meâ. Ven-
erunt in Persiam, ac Babyloniam. Et impleta est Esaiæ visio
duorum equitum, qui Babylonem vastauerunt, & idola eius cō-
frugerūt. Eximia vero Apostolorum horum charitas, ac fides
ostenditur, in duobus lapidibus ex his, qui in Apocalypsi nu-
merati sunt, quæ fundamenta sunt illius cælestis Ierusalem, in
quibus nomina duodecim Apostolorum scripta erāt. Ex qui-
bus iuxta ordinem Apostolorum conueniunt Simoni & Iu-
dæ Chrysoprassus vel Chrysoprassus, & Hyacinthus. Hyacin-
thus violacei coloris est, de quo Isidorus ait. Hyacinthus non
rutilatæ qualiter. Sed cū facie cæli mutatur, sereno enim per-
spicuis est, atque gratus, nubilo coram oculis euanescit, atque
marcescit. Huic Simon similis est, cælestibus moribus prædi-
tus, ad terrena immutabilis, cum solitis cæli facie mutari soliti
tus, id est, cum Dei volūtate. Chrysoprassus vero viridis est au-
reis interuenientibus guttis, vt Isidorus ait. Qui persimi-
lis Iudas Thadæus est, propter eximiâ eius fidem, & charita-
tem.

Hæc insuper charitas Apostolis nimium commēdata est, quia
ea fortes in mūdi expugnationē redditi sunt. Vt hoc ostendā,
notandum est ex Platone in conuiuio de amore, in oratione
Phedri, duo esse, quæ a pueritia ducere illū debēt, qui sit præ-
clare victurus, in rebus turpib⁹. varecūdia, in honestis studiū,
quæ duo nihil sic præstare potest vt amor. Nā si turpe aliquid
quis agat, nō sic erubescit patrē aut matrē, ac erubescit, si com-
prehēdat ab eo, quæ diligit, ne ab eo vilipēdatur. Si quo pacto
ciuitas, aut exercit⁹ cogi posset, partim ex his, qui amāt, partim
ex his qui amātur, supra quā dici potest, fortiter agerent, admi-
nistrarent quæ singula, dum per verecundiam à turpibus ab-
stinerent, & ad honesta quæ quædam emulatione contendē-
rent. Talisque pauci numerus vniuersos homines superarent.
Erubescere enim summe amant corā amato fugere, fortissimi-
me que.

Dani 9.

Acto. 1.
Luc. 24.

Rom. 14.

Hier. 22.

Esaiæ. 66.

Esai. 21.

Apoca. 21.

Isido. lib. 16.

c. 7.

Isid. lib. 16.

c. 7.

Plato.

meque coram illo pugnaret. Nec quisquam adeo ignarus est, quem amor non inflammet, & ad virtutem diuinum reddat, vt vir fortissimus euadat. Etenim quod Homerus inquit, vim, furoremque à Deo quibusdam heroum inspiratum, hoc amor amantibus dedit. Vnde & pro amatis mori facile putant. Hæc Plato. Missurus ergo Christus suos in bellica discrimina, in quibus multa fortiter patranda, & vira fundenda esset, furorem, & vim in heroes inspirans ait, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem*. Hæc enim dilectione fortes eritis.

Et demum cum statim dicat, vniuersum mundum eis aduersum esse, oportet eos charitate vinciri, & vnum fieri, ne pereant. Hoc enim à natura rebus omnibus insitum est, vt cum contrarium aliquod circumstat, res, vt se tueatur, vnit, ac colligit se. Id vero primi fideles præstiterunt, cum, vt Lucas ait, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Quod Plutar. mire expressit Apophtegmate viri Scythæ, qui moriens filijs dedit frangendas virgas collectas, ac colligatas, quas cum illi frangere non possent, ipse fregit, cum prius eas dissoluisset, & filijs dixit. Si mutuo amore colligati fueritis, nullus vos confringere poterit, si vero ab inuicem separemini infirmus quisque vos perdet.

Postquam dilectionem Apostolis necessariam vidimus, nobis quoque per necessariam esse facile ostendemus. Primo, vt nos fructum afferamus, hic vero fructus noster dilectio est, de quo aliqua superius diximus sermone Beati Barnabæ Apostoli. C Modum vero huius dilectionis alio loco ostendit dicens, sicut ego dilexi vos, quia sicut ille propter se, & nulla sua utilitate inspecta, sed sola bonitate dilexit, ita & nos proximum diligamus propter Deum, non attendentes utilitatem nostram. Est enim in dilectione magna diuersitas: quidam enim proximum diligit propter Deum, quidam vero propter utilitatem ei ex amico prouenientem. Hæc vero diuersitas in Cherubinis olim adumbrata fuit. Nam Cherubini, qui erant in propitiatorio mutuo se respiciebant, vestis tamen vultibus in propitiatorium, qua figura significatur dilectio proximi propter Deum, respice ergo o homo proximum

pro-

A propter Deum, qui medius inter vos est, Deus enim primum diligendus, & propter eum proximus. Sed alios duos Cherubinos in templo fecit Salomon, quorum vultus respiciebāt ianuam templi, qui ostendunt amicitiam huius sæculi, qua inspicit homo utilitatem, quæ sibi prouenit ab amico, ianuam, per quam ipsi prouenit bonum, vel ianuam, per quam ingressus est, is, scilicet, cuius intercessione bona consecutus est, qui illi ianuam fuit, qua ascenderet. Et ideo scriptura ait, facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. Amicitia enim huius sæculi exteriora quærit, in eaque respicit, charitas vero Deum.

B Secundo loco ostendit Christus Dñs persecutiones, quas tolerare oportet Apostolos, quæ ob stare non debent charitati proximorum. Ostendit vero pluribus rationibus eas ab eis sustinendas esse patienter, quarum prior, & efficacissima illa est. *Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit.*

Est energia maxima in his vocibus, me, inquit, qui de cælis propter eum descendi, qui tot ei beneficia contuli. Et priorem me, non enim vos priores in pericula mitto, prius ego hæc subij, tanto ergo exemplo vobis proposito, non est, cur retrocedatis. Commune quidem iustis, & iniustis est, vt multa mala sustineant, sed iniusti sustentiam amiserunt, & impatientes sunt. De quibus Sapiens. Vx ijs, qui perdiderunt sustentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.

C Amissa namque patientia, qua iter rectum est, diuertit impatiens in viam prauam, in odia, in vindictam, & in inia. Iusti vero patiuntur similia, sed animo forti, atque constanti, quia quemadmodum in periculis sanguis ad conuenit, vt illud tueatur, ita in aduersis virtutes omnes accedunt ad cor iusti, vt idleuent consolatione, & ideo in medijs fluctibus constans est. Hinc Chrysostomus ait. Quemadmodum columna, cui recta est, si pondus super eam ponis, ita bitior aut in bono creditur, si vero inclinatur, & distorta, potest in peccato vitiosa iustus rectus est, & ideo pondere non dei iustus peccator vero, qui à regula declinauit, misere cruciatur in tribulatione, & frangitur. Hinc de iusto ait Psaltes, iustus vt palma florebit, non florebit vt peccatores, qui

florent.

Acto. 4.

Plutar.

104. 15.

Exo. 25.

2. Para. 3.

Eccle. 25.

Chryf.

Simile.

Psal. 92.

florent vt gramen terræ, quod virorem, & florem suum subito perdit, sed quemadmodum palma, quæ viuacissima est, & semper viret etiam in hyeme, quia in prosperis, & aduersis diuina gratia virebit, & fructum suauissimum proferet. Et quemadmodum palma, quo magis premitur onere, hoc magis tollit onus, quia sicut cæteræ arbores nimio pondere pressæ in ima descendunt, vt frangantur, Palma vero onere pressa sursum leuatur. Ita iustus tribulatione oppressus sursum cor erigit, & magis in Deum tendit, veluti ignis maximus, qui aere, & aqua incrementum percipit. Id vero à Deo procedit, qui in iusto habitat. Ideo enim rubus ardet, & non comburitur, nec consumitur, quia in ea Deus erat. Hinc Paulus, in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, &c. Sed attendendæ sunt rationes, quibus Christus suos fulcit, ne in persecutione deficiant.

Exod. 3.
2. Cor. 4.

Psal. 43.

Prior illa est. *Scitote, quia me priorè vobis odio habuit.* Quo quisque iustior est, eo plus eum mundus persequitur. Hinc Psaltes. A Estimati sumus sicut oues occisionis. Sicut enim solent hi, qui oues, aut arietes in macellum ducunt, considerare pinguiore, ac meliore, ita mundus eos precipue persequitur, qui virtute, ac iustitia impinguati sunt. Et ita primum Christum Domini in macellum duxit, tanquã agnum pulcherrimum sine macula. Sed dubitari iure potest, qui nam fieri possit, vt Deus odio habeatur, cum obiectum odij sit malum, C Deus vero infinita sit bonitas, & in quantum homo totus sit desiderabilis? Certe Deus in se ipso, & probe cognitus odio haberi non potest, nihil enim in eo mali est, vnde odio haberi possit. Sed aliquando fit, vt homo fingat sibi imaginatione Deum, aliter quam sit in se, & sic odio haberi potest. Sape namque accidit, vt tibi appareat illum, vel illum despectisse, vel te non honorasse, vt debuit, & odio eum prosequeris, cum tamen omni ille vacet culpa, simplici enim corde fecit, quod tu putas aliter factum, & tuac ille gratis odio haberi dicitur, sic etiam à phrenetico odio haberi solet medicus, quod putat sibi malum inferre, & à filio pater, qui cum corripit, & cum id solo amore faciat, putat filius odio facere. Ita omnino Deus noster odio haberi potest, sed gratis odio habetur vt in

A vt in fine Euangelij dicitur, quia medicus, ille est, vulneribus, & ægritudinibus nostris mederi vult, pater est nos corripuens, & quod ille amore ductus facit, putat homo odio fieri, & insanit homo in Deum febre freneticus, cum vitia nobis displicere deberent, non medicus ea curans, vt Augustinus ait.

August.

Cum ergo vos mundus persecutus fuerit, *scitote, id est mentote, Quia me priorè odio habuit.* Contra vniuersas mundi procellas remedium præclarum est Christi memoria, qui easdem sustinuit. Ambrosius in hexamero libro. 5. capite 9. & Basilius homilia 7. in hexamero de equo marino, qui dicitur herinaceus, memoriæ prodiderunt, quod immanetem præfentientem tempestatem, petra alicui adhæret, & sic in medio ipsani maris firmus sistitur, nec vi fluctuum extra mare iactatur.

Ambrosius
Basili.

B Quo nos docet, vt in medio tentationum tribulationum, ac persecutionum memoremur lapidis illius, ab hominibus quidem reprobat, à Deo autem electi, & honorificati, mihi adherere Deo bonum est, ait Psaltes. Hoc ergo refugium nostrum sit. De quo forsitan loquitur Psaltes, cum ait, motes excelsi ceruis, petra refugium herinaceis, id est. Sicut ceruus venatoris videns, in montem excelsum se recipit, vt liber sit, ita herinacius petra se munit ne pereat. Hinc nos Apostolus monet. Recogitate eum, qui talem à peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Præclara hæc Christi ratio est. Quo enim magis rex suaderet militibus, subire labores, est, si in eisdem se ille daret, Christum ergo regem sequamur persecutiones sustinentem. Qui hæreditatem Christi adire cupis, eam cum suo onere accipe, onus vero est illud, quod ipse testamento suo dixit. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, quid ergo mirum, si tu patiaris, vt in alienam intres,

Psal. 72.

Luc. 24.

Sed quoniam difficilis carni est via ista crucis, ac persecutionis, non vnica ratione contentus, secundam adjicit, dicens. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat &c.* Quasi dicat. Quia iusti estis, iniquus mundus vos odit, si ei conformaremini, & iniusti esseis, vos ille diligeret. Multo vero vobis melius est, cum iustitia odium mundi sustinere, quã cum iniquitate

Sanct. Na ejus

eius dilectionem assequi, quæ futilis, ac vana est. Si ergo causam, & originem odij consideretis, magna consolatione afficiemini, vt mundi odium constanti animo toleretis. Hac ratione vsus Paulus in persecutionibus gaudebat, ait enim, Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo, id est, causam considerans, quia pro Christi iustitia, ea patior. Signum ergo recti est, mundo displicere, ab eo odio prosequi, quia simile non agit in simile, vnde Paulus. Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. Aliquando quidem mundus odit iniustum cum sibi dissimilis in aliquo est, iustum vero odit semper, quia contrarius est, præcipue si doctrina eius vitia corrigat.

Cum verò signum recti sit, malis displicere, ab eisque odio haberi, ac persecutiones pati, cum pauci nunc odio habeantur, & persecutiones patiantur, pauci profecto sunt iusti. Præcipue vero pauci discipuli Christi, qui libere veritatem annunciant, & mundo dicant, qualis ille sit. Sed forsitan dicetis, audio oblatrari iustis, ac murmurari de ipsis. Ne obsecro, hanc dicas persecutionem, nec enī est, si enim lapidibus non impetitur iustus, si non crucifigitur, si non suspenditur, persecutionem non patitur. Hæc vero faceret mundus, si ea libertate, qua Apostoli eius mores carperunt, nunc carperent. Sed non id agimus, ideo persecutionem non patimur. Si nunc Simon, & Iudas hanc ingrederentur ciuitatem, & eius mores intuentes, viderent clericorum auaritiam, luxum, domos ornatas, tanquam si principes sæculi essent, eorum in pauperibus subleuandis incuriam, ciborum mensæ apparatus clamarent certè, & in eos inueherentur, ac dicerent. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascentur? Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod agrotum, non sanastis, quod contractum

est, non alligastis, quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quaesistis. Et ò pastor & idolum derelinquens gregem. Si conuentum senatorum aspicerent, in quo quisque sua curat, non vero quæ rei publicæ sunt, vociferarentur, & confunderent fideles, proponentes eis Romanum senatum in quo cum ethnici conuenirent, nihilominus publicam respiciebant vtilitatem. Vnde in Machabæorum libro dicitur, multa bona de Romanis audisse Iudam Machabæum, & inter alia ait. Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant. En non est inuidia, neque zelus inter eos. Nos vero illas, & hæc cernentes, tacemus, canes sumus, non valentes latrare, & ideo persecutionem non patimur. Si etiam mores fidelium deperditos viderent, si iudicum auaritiam, ac tyrannidem, si ministrorum ipsorum rapinas, si nobilium infames gressus, si ludos, si tempus incassum deperditum, si sceminarum indumenta preciosa, & denique morum licentiam, clamarent certe, nec sustinere valerent, diceretque Iudas, quod in sua scripsit canonica. Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Mira energia hominum mores deperditos Iudas arguit. Væ, ait, illis, qui in via Cain abierunt, id est, qui inuidi sunt in fratres. Et errore Balaam &c. Vbi Glossa, errore Balaam pereunt, qui pro amore terrestrium commodorum veritatem quam nouerunt, impugnant. In contradictione Chore pereunt, qui increpatione sanctæ Ecclesiæ nolunt emendari, sed appetitu primatus efferuntur. Dicit præterea. Maculæ conuiuantes, quia non solū in comestationibus, & ebrietatibus pe-

Zacha. 112

1. Mach. 8.

Iudas.]

D. Tho.
Glossa.

2. Cor. 12.

Gala. 1.

Eze. 34.

reunt, & maculantur, sed etiam sunt maculae aliorum, & dicuntur maculae ad maiorem expressionem, & causaliter, quia alios maculant. Dicit eos nubes sine aqua quae solem obnubilat & pluuiam non dant. Arbores autumnales infructuosae, vel quia arbores in autumnum plantatae fructum non referunt, vel quia in autumnum fructus nullus in arboribus est, quia iam collectus. Bis mortuos dicit in corde, scilicet, & opere, eradicatae à Deo, & charitate. Fluctus maris, quia in altum efferantur, & alios conturbant. Sidera errantia, per quae nauigationem nullus dirigere debet, his procella tenebrarum eterna seruata est. Si haec nunc diceremus. Apostolica libertate deperditis hominibus, lapidarent certe nos, at vero taceamus, nihil dicimus, quod eos tangat, ideo persecutionem non patimur.

Tertiam rationem in idem proponit caelestis magister, dicens. *Mementote sermonis, quem ego dixi vobis, non est seruus maior Domino suo &c.* Memoria ait, retinete sermones meos, non enim obliuioni tradendi sunt, ego vero dixi vobis superius capite, scilicet. 13. Ioannis non esse dignioris conditionis seruum, quam Dominum, si ergo ego Dominus ista passus sum, non miremini, si vos serui ea patiamini. Simile quid dixit per Matthaeum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Hac ratione querelas vniuersas eorum, qui tribulantur, abstulit Dominus. ratione manifesta, quia, scilicet, non est seruus maior Domino suo. Finge nunc Dominum seruum habere, & Dominus vilibus induitur pannis, cibis vitur vulgaribus. mensa parca, laborat, & operi tota die incumbit, seruus vero eius otiosi vult tota die, pretiosis induit, & laeta frui mensa, an non diceret, stultum, & inuerecundum seruum esse, qui melioris conditionis esse velit, quam Dominus? An non iuste cum eo expostularetur, si seruus es, cur Domino praeferris vis? De qua vanitate Sapiens ait. *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. An non princeps Christus rex? An non principes Apostoli, quos constituit principes super omnem terram? Hi ambulant quasi serui, vilibus induuntur, cibo*

Ioan. 13.

Mat. 10.

Eccles. 10.

A cibo vulgari vitur, laborat usque ad mortem, tu vero otiosi vis, & frui delictis? Si modo, & Iudas Mesopotamiam Aegyptum, Persidem percurrerunt, & martyrio simul in Perside coronati sunt &c.

Festa Nouembris.

Concio Prima In festo omnium sanctorum.

B Thema. Merces vestra, &c. Matthaei. 5.



Esther. 1. in illo permagnifico conuiuio, quod *Hest. 1.* Assuerus principibus regni sui exhibuit, vt ingens laetitia conuiuus cumlaretur, praecipit rex, reginam Vasthi intrare locum conuiuij, vt sua pulchritudine omnium oculos oblectaret, quae renuit, & ideo à regno est deturbata. Cele-

C bramus hodie Dei conuiuium, quo in sanctis ostendit infinitam bonitatem suam, in quo regina omnium Maria non deest, imo adest omnibus, incredibile adaugens gaudium incredibili sua pulchritudine. Vnde canit Ecclesia, cuius pulchritudine sol, & luna mirantur, & iubilant omnes filij Dei. Quae illis omnibus hodie adest, eos mirifice laetificans, nobis, etiam non deerit eius patrociniū postulantibus. Aue Maria &c.

Vt manifestè appareat, sanctos à nobis maximè venerandos, satis illud esse debet, quod Ioan. 12. Christus ait. Qui mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus, qui est in caelis, & 1. Reg. 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Si enim videre mus regem Hispaniae maximum honorem alicui praestare, quis eum

Ioan. 12.

1. Reg. 2.

Concio I. in festo

340

Psal. 138. non iudicet à se honore afficiendum? Inde *Psal.* Mihi autem ni-
Psal. 14. mishonorati sunt amici tui Deus. Et iusti viri declarans inge-
 nium ait. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus
 timentes autē Dñm glorificat. ¶ Omnes verò causę, atq; ratio-
 nes, quibus honor cuiuspiã deferendus est, in sanctis maximè inue-
 niri, est manifestũ. Primo enim omniũ philosophorũ, imo om-
 niũ hominũ consensu honor virtuti debetur. Vnde *Prou.* 26.
Prou. 26. Sicut qui mittit lapidem in acervũ Mercurij, sic qui tribuit in-
 sapienti honorem. Quem locum sic Septuaginta verterunt. Si-
Ambr. cut qui ligat lapidem infunda, sic qui tribuit insipienti hono-
 rem, & ita legit *Ambros.* lib. 2. exemplo, 7. Sicut enim illud est
 vanũ, nec lapis à funda in alium devenit, sed in ipsa manet, sic
 cum peccator honorificatur, vanum illud est, nec honor in eũ
 peruenit, quia indignus illo est, sed in honorante manet. Vel
 significat. Sicut lapis positus infunda projicitur longè, & perit,
D. Tho. ita honor datus insipienti. *D.* Tho. 2. 2. q. 63. articulo. 3. secun-
 dum nostram versionem hunc locum enarrans, ait. Antiquos
 computasse per lapillos. Mercurium vero dicebant Deum ra-
 tionum. Significat ergo Spiritus sanctus. Sicut qui præter or-
 dinem mittit lapidem in acervum rationum, qui est Mercurij
Ianfe. stulte agit, cumque lucratus non fuerit, lapidem illum ponit,
 sic qui defert stulto honorem. Notat *Iansen.* super hunc lo-
 cum. Pro eo quod nos habemus, acervum Mercurij, Hebræis
 vnica dictio est, Margema, quæ significat congregationem,
 vel acervum lapidum à verbo ragana, quod lapidare, vel lapidi-
 bus obruere significat. Et sic aliqui hunc locum sic explicant.
 Sicut qui projicit lapidem pretiosum in acervum communiũ
 lapidum, quod est indecorum, & perditionem lapidis pretio-
 si, sic qui tribuit insipienti honorem, projicit illum vbi non cõ-
 uenit, sed vbi omnino perit. Alij vero vt Septuaginta, &
 Chaldeus Paraphrastes intelligunt margema significare fun-
 dam, & sic explicant, vt supra dictum est. Alij dicunt
 margema, purpuram significare, & sic sensus est, sicut
 qui ligat lapidem vilem in purpura, veste pretiosa, quod
 est ineptum, sic ineptum facit, qui dat honorem insipienti,
Beda. Beda aliter intelligit, sicut qui apponit lapidem in templum
 Mercurij errat, dans ei diuinum honorem, qui ei non com-
 petit,

A petit, sic qui insipientem honorat, tribuit honorem ei, cui non
 debetur. Nec vero ideo mali superiores honorãdi nõ sunt, qui
 bushonor conceditur, quod Dei personam representant. Om-
 nes vero similitudines propositæ ostendunt virtuti honorem
 deferendum. Et ideo philosophi dixerunt præmium virtutis
 honorem esse, non quod sufficienter virtuti satis fiat honore,
 sed quia non valens mundus altiori præmio eam prosequi, quã
 honore, hunc illi tribuit. Cum enim homo per virtutem efficia-
 tur maximus in ratione hominis, virtus est proprium hominis
 bonum, ideo propter eam honore & æstimatione dignus est,
 non propter exteriora bona, quæ ideo aliena dicuntur à Chri-
 sto Domino, quia adiacentia sunt, non intrinseca. Sicut autem
B pannus non æstimatur propter arcam in qua est repositus, vel
 propter operimentum eius, aliquando enim bonus malis est
 operimentis indutus & è contra, sed propter bonitatem eius
 intrinsecam, sic homo non propter amplam domum, & diui-
 tias multas honore dignus est habendus, sed propter bona in-
 trinseca hominis, quæ habentem faciunt bonum, hæ verò vir-
 tutes sunt, ideo gloria, & honor in omnem animam hominis
 operantis bonum. Cum verò in sanctis fuerit, & nũc sit virtus
 in gradu heroico, atque perfecto, merito eis summus est honor
 deferendus. Voluit Marcus Marcellus Romę templum ædifi-
 care honori dicatum, nec ei permissum est à senatu, nisi prius tẽ-
C plum virtuti edificaret, & vtrumque construxit, coniunctaque
 erant templa, ita tamen vt ad honoris templum ingressus esset
 per templum virtutis, vt quod dictum est, significaretur.

Secundo fortitudini inter virtutes maximus in mundo ho-
 nor defertur. Inde Alexander, Iulius Cęsar, & similes tanto ho-
 nore cumulati sunt. Sed omnis eorum fortitudo collata sanctõ-
 rum fortitudini nihil fuit. Illi enim homines vicerunt, hi dæ-
 mones, quorum tanta fortitudo est, vt non sit potestas super
 terram, quæ comparetur ei. Illi alios vicerunt, hi se ipsos. Et me-
 lior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expug-
 natore vrbium. Omnes ergo sancti fortissimi fuerunt. Vt nũ-
 missam faciamus martyrum fortitudinẽ, quæ in immẽsum om-
 nem aliam excessit.

Tertio honor alicui solet à nobis exhiberi, quia eo valde ege-
 mus,

Luca. 16.

Simile.

Rom. 2.

Sap. 5.

Prou. 16.

miles, quorum mira fortitudo etiam Angelis fuit admiratio-
 ni, pete ab eis animi constantiam in aduersis, desiderium fla-
 grans pro Deo patiendi. Transi in Apostolorum ordinem,
 qui patres nostri extitere, principesque Ecclesiæ, & quasi fi-
 lius coram patre eos, & quenque illorum adora, pete fi-
 dem maximam, charitatem eximiam, qua illi præditi fuere.
 Denique ab his pete paupertatem spiritus, ab illis mansuetu-
 dinē, ab illis pacē, ab illis misericordiā, ab illis in persecutione
 constantiā, ab his lachrymas, ab illis esuriē iustitiæ. Pete etiā ab
 Angelis tutelam. Sed cum ad beatam Virginem peruentum
 fuerit, peruenisti ad turrem Dauid, de qua scriptum est,
 quia mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, om-
 nia ab ea petenda, quæ vniuersalis, & omnium in omnibus est
 interpellatrix, mater est, à qua omnia petere possis. Du-
 bium tibi esse non debet, si elemosynam vt debēs in tanta ci-
 uitate petieris, te sine dubio ditissimum ex ea reuersurum.
 Maximè cum non tibi solum petas, sed vt tabernaculum Deo
 dignum in anima tua construas. Si enim Exod. 35. pro taber-
 naculi constructione omne preciosum offertur ab Israele, &
 1. Paralipo. vltim. pro templi constructione innumera obtule-
 re principes Israel, quomodo principes cælestes tibi mul-
 ta non dabunt, vt in te dignum Deo tabernaculum construas?

Sed qua ratione, ac ordine à nobis in nobis ipsis sit constru-
 endum hoc tabernaculum, ostenditur hodierno Euangelio.
 Et sic hodie nobis proponuntur ambo illa festa antiqua taber-
 naculorum, & cetus, quia & gloria sanctorum, & viæ, quibus
 ad eam deuenere ostenduntur in Euangelio, qui est liber vitæ,
 veritatis, & viæ, dicens nobis, hæc est via, ambulate in ea, &
 non declinetis ab ea, nec ad dexteram nec ad sinistram. Vt
 sic sanctos nos imitemur eorum sequuti vestigia. Videamus
 iam eius verba.

Ascendit in montem. Hunc montem oculis prophetis as-
 piciebat Esa. 2. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons
 domus Domini, & in verticem montium, (id est, mons in
 quo dominus erit) & leuabitur super colles, id est super om-
 nes doctrinas, & fluēt ad eū omnes gētes, & ibūt populi multi,
 & dicent, venite, ascendamus in montem Domini, & ad do-
 mum

Exod. 35.

1. Paral.
vlti.

Esa. 30.

Esa. 2.

Amum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in se-
 mitis eius. Quod virgines martyres, confessores, ad hunc ac-
 cessere montem, vt Christum audirent, docentem vias suas. Re-
 cte vero ait vias suas, cum docere, quia vere docet, quæ opere
 compleuit, si dicit, beati pauperes, ille pro nobis factus est
 pauper, si dicit, beati mites, ille ait, discite à me quia mitis
 sum, & humilis corde. Si beati misericordes, ille est Sama-
 ritanus nostri misertus, si beati pacifici, ille pax nostra, si beati
 mundo corde, ille speculum sine macula, si beati qui perse-
 cutione patiuntur, ille passus multa. Vias etiam dicit,
 quia multi sunt status, in quibus omnibus diuina est sal-
 us. De quo optime Chrysostronus tomo primo, homi-
 lia, super illud astitit regina, &c. Vbi dicit, mare Israeli
 B apertum multis vijs, vt signum esset, in multis statibus salu-
 tem æternam consequi nos posse. Et Iosue. 7. ait Deus,
 Sit quisque miles in suo ordine, ego omnibus ianuas
 aperiam, quibus in Hierico intrent. In quo Deus huma-
 nissimè nos tractauit, relinquens status electionem omni ho-
 mini.

In montem vero conscendit, ait Chrysostr. vt impleret illud
 Esa. 40. Super montem excelsum sta, tu qui euangelizas Sion. Esa. 40.
 Ascendit Moyse montem legem recepturus, sed eam laturus
 descendit, quia nihil ad perfectum adduxit lex. Sed Chri-
 stus in monte legem dat, quia lex eius perfecta est, dans gra-
 tiam, qua eam possis implere. Consilium lex Moyse dabat, sed
 non operari illud, sed Christi lex vtrumque. Licet enim
 in illa lege gratia daretur, sed lex eam non dabat, sed Deus
 ratione Christi habita. Sicut recepturus ab aliquo margaritam
 eximij valoris, partem pretij prius dare soles, dicens sit hoc in
 rationem, & partem pretij eius, quod recepturus es, sed
 data margarita integrum das pretium. Recepturus ergo
 Deus Christi sanguinem, propter illum olim aliquid gratiæ de-
 dit, sed integram gratiam iam recepto sanguine. Hanc gratiam
 iam lex nostra dat, quæ Christum continet. Vnde nulla relin-
 quitur excusatio legem non implenti. Si enim lex præcipit,
 simul etiam dat auxilium, vt impleas præceptum, vnde inex-
 cusabilis omnino redderis, si non impleas. Vnde Pau. Peccatum
 Rom. 6.
 vobis

Matt. 11.
Luc. 10.

Chryso.

Iosue. 7.

Simile.

Simile.

vobis non dominetur, non enim estis sub lege, sed sub gratia. **A** iam datur tibi velle, & perficere. Sicut enim si magnati præciperet rex, vt reginam ab extero regno in Hispaniam deduceret, ille vero se inopia excusaret, si ei ex regis thesauris darentur maxima copia auri, & argenti, nulla reliqua esset excusatio. Si ergo præcipitur tibi vt castus sis, vt patienter mala toleres, & similia, difficilia tibi videntur, & sunt quidem, sed Dei gratia facilia tibi reddentur. Sicut cum Moyse dicitur, educ Israel de Aegypto, ait ille, quomodo ego tantum opus peragere poterō? Ego ero tecum, ait Dñs, quid iam tali adiutore formidā dum. Hoc idem tibi modo dicitur hoc Christi in montem ascensu, ego ero tecum, ego do legem, quæ te ducat in montē, quæ gratiam donet, ne timeas.

Greg.

Et cum sedisset. Nihil sine grandi mysterio in diuina scriptura dictum est. Regula est Greg. homi. 2. in Eze. per tempus, locum, modum, quem scriptura commemorat mysterium aliquod innui. Nūc ergo sedet Christus, vt ostendat, hanc legē perpetuā fore, sedere enim æternitatis est, Dñs in celo sedes eius. Ideo Christus sedere dicitur ad patris dexteram, & Ephes. 2. sancti cum Deo sedere dicuntur, Moyse ergo legem tulit sed

Psal. 10.
Ephes. 2.Psal. 98.
Matt. vlt.
Psal. 10.
Cypria.

temporariam, ac mutādam, ideo super alas Cherubim erat protiatorium, quasi aliquando inde auolaturus Dominus esset, vt dicitur in Psal. At in hac Ecclesia Dñs ait, ero vobiscū vsq; ad consummationē sæculi. Et lex hæc æterna est, vnde Psal. Dñs in templo sancto suo, Dñs in celo sedes eius, non est ausus dicere Dominus in templo sedes eius. Miratur Cyprianus quomodo non irascitur Deus Moyse tabulas frangenti digito Dei scriptas, quas ipsemet Deus fecerat, & illæ tabulæ non franguntur, quas ipsemet Moyse fecit Dei precepto. Sed hoc dicit in mysterio factum esse, quia lex prima a Deo solum data tandē erat finem acceptura, sed quam Deus homo inscriberet, perpetua futura erat. Sed etiam, ostendens quietem, & pacem, quam hæc lex in corde recepta efficit. Pax multa diligentibus legem tuā. Et simul debere quiescere, ac sedari passiones, vt hæc lex audiat, & recipiatur. Auari enim Pharisei deridebant Christum, loquentem mundi contemptum. Stultitia est lex Christi homini inordinatas habenti passiones. Sedeant ergo, & vide

Luc. 26.

bis.

A bis mirabilia de lege Christi.

Et aperiens os suum. Remigius; vbi cumque legitur Dominus os aperuisse, solentem in inspiciendū est, quia magna sunt; quæ sequuntur. Aperiuit Iob os suum, patefaciens, quæ in corde suo erant. Sicut aperto vasis ore patent, quæ in vase continentur. Ita aperto Christi ore patent thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei in eo reconditi. Simul his verbis etiam ostendit, quam libenter loquitur. Solent enim qui grauate loquuntur, vix os aperire, qui vero amanter loquitur aperit os. Vnde 2. Corinth. 16. ait. Os nostrum patet ad vos. **C**orinthij, quia scilicet effundebat in eos viscera sua & in Thessa. 2. Cupiebamus dare vobis non solum Euangelium sed animas nostras, quia carissimæ nobis facti estis. **B** Aperit ergo os suum, volens dare animam suam, viscera sua, aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ Eccles. 44. Præterea, *aperiens os suum.* Tanta gratia diffusa est in Christi labijs, vt solū aperire labia, sit dignum consideratione. Ait Ioseph fratribus, nunc videtis, quod os meum loquatur ad vos. Qui prius per interpretem loquebatur, iam per se ipsum loquens fraterna pandit viscera. Hæc autem oris Dei apertione optabat mundus. De quo præclare Iob. 11. vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex esset lex ei. Quasi dicat. Velles tu, & omnis homo id optat, vt Deus ei loqueretur, & aperiret labia sua, sed nunc quia id non conceditur, ego ad te loquar. Quod ergo Deus loqueretur mundus optauerat, sed vsque hodie non impletur, ante enim multifariam, multisque modis olim loquens Deus patribus in prophetis, nouissimè loquutus est nobis in filio. Cum Deus dicitur locutus ad Abraham, Moyse, sicut Deus loquebatur, sed Angelus in eius figura. Vt modo regium consilium loquitur regis nomine. Sed iam aperiens os suum, immensa sapientiæ fontem effudit, qui cordē latebat, quasi si à mare grediatur fluiuius maximus. Ego quasi fluiuius dorix, id est, medicamentum non enim dorix est singularis quispiam fluiuius, ego quasi que ductus exit de paradiso Eccles. 24. Quia enim hæc aqua sapientiæ est salutaris, ideo dorix, id est, medicamentum appellatur. **E**n iam impletum illud Psal. 77. Aperiam in paraboli os meum,

Remig.

Iob. 2.

2. Cor. 6.

1. Thes. 2.

Eccles. 44.

Gen. 45.

Iob. 11.

Heb. 1.

Eccles. 24.

Psal. 77.

meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Videntes A
ergo Christum os aperire attendamus quasi discipuli diuinam
sapientiam loquentem. Basilius. homil. 1. de laudibus ieiunij
ait. Fregit Moyses tabulas legis videns idololatriam, & vitia po-
puli, indignū iudicans, ebrīū populū lege tali. Antēde ergo ne
tu peccatis tuis indignū te reddas hac diuina doctrina, à teque
tollatur. Quid enim avaritia tua nisi idolorū cultus? Quid dele-
ctatio turpis nisi idolū inhonesti; aufer ergo ista, ne tātō priue-
ris bono. Audi verba Christi ne tibi contingat illud Deut. 18.
vbi ad literam de Christo loquutus pater ait. Ponam verba mea
in ore eius; qui autē verba eius, quæ loquetur in nomine meo
audire noluerit, ego vltor existam. Quam iusta in eum vltio de-
sequiet, qui legem amoris à Deo latam, doctrinam salutis plenā
non receperit, de qua scriptum est, vita sunt inuenientibus, & B
vniuersæ carnis sanitas. Vnde cum Heb. 1. dixisset Pau. Nouissi-
me loquutus est nobis in filio, cōtinuo ca. 2. addit. Propterea
abūdātius oportet, obseruare nos ea, quæ audiimus, ne forte
pereffluam. Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est
firmus, & omnis præuaricatio, & inobediētia accepit iustā merē
dis retributionem quomodo nos effugiemus, si tantam negle-
xerimus salutem, quæ cum initium cepisset enarrandi à Domi-
no &c. Si enim dicto regis inobediens punitur, etiam si pernū-
cium ei mandetur, quomodō punietur, qui inobediens est ipsi
regi per se ipsum præcipienti?

Beati pauperes spiritu. Quam aptē exorditur naturæ autor,
qui que illam probē nouit. Agnoscat desiderum insitum, inna-
tumque beatitudinis immensum, ideo ait, beati &c. August. re-
fert, parasitū in celebratissimis nundinis, coram multis dixisse
dicam omnium vestrum desideria. Et omnibus audientibus
ait, vultis caro vendere, vili emere. Ait vero August. Si diceret,
omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis, diceret, quod nul-
lus non agnosceret in medio cordis situm. Iam ergo Christus
attentionem captat, ostendam vobis ò homines quomodo bea-
ti esse possitis, beati ergo pauperes spiritu. Queritis beati esse, co-
cervatis diuitijs, honoribus, voluptatibus, & beatum dixerunt
populum cui hæc sunt. Sed ego notas vobis faciam vias vitæ.
Via ergo vitæ prima est paupertas spiritus. Non dicit beatus
pau-

A pauperes, sed spiritu pauperes, id est, qui voluntate, & electio-
ne pauperes sunt propter Deum; omnia terrena vilipendentes
Aug. super illud Psal. 83. inclina Domine aurem tuam; quia
inops, & pauper sum ego; ait, Pauper non erat rex Dauid. cum
Rex esset, sed interius pauper erat. Prouer. 13. Est quasi diues,
cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.
Probe enim esse potest, vt aliquādo aliud interius, aliud exteri-
us sit. Sicut multi sunt exterius pauperes, interius diuites desi-
derio, sic contra multi exterius diuites, interius pauperes spi-
ritu. Vnde spiritus paupertas si diffiniatur, est despectus cordis
quo omnia temporalia arbitratu stercorea, ea nihili faciens, etiā
B si ea possideat. Vide diuitem exterius, interius pauperem Iob.
31. Si putavi aurum robur meum, & obryzo dixi, fiducia mea.
Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima repe-
rit manus mea. Ideo Paulus. Diuitibus huius sæculi præcipe,
non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarū suarū. Vidi-
stis virū pauperē in spiritu ante Euangelium. Vide etiam mu-
lierem, Hest. 14. Tu scis, quod abominer signum superbiæ, &
gloriæ meæ, quod est super caput meū, in diebus ostentationis
meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non por-
tem in diebus silentij mei, & quod nunquam lætata sit ancilla
tua, nisi in te Domine. Miranda profecto regina Hester hac in-
re fuit, cum coronā regni, qua insigniebatur diebus solenniori-
bus, cum à populo videbatur, quam dicit superbiæ signum, fue-
rit illi quasi pannus menstruatæ, & detestabilis, non ceterē adhe-
serat regnum cordi illius. Mirum etiam illud, quod nunquam
lætata sit nisi in Deo suo, non in viro, non in diuitijs, & regno.
Sed quia difficile est multas possidere diuitias, nec cor eis ap-
ponere, ideo plurimi non affectu solum, sed effectu diuitias re-
liquerunt, qui omnino apparent spiritu pauperes, dum re ipsa
paupertatem sunt professi. Quanta vero sit difficultas, cum té-
poralia possideas, sine affectu ea possidere, ostendit iuuenis il-
le, qui abiit à Christo tristis, erat enim habens multas possessio-
nes. Vnde Christus intulit conclusionem illam formidandam,
quam difficile est diuitem intrare in regnum cælorum, facilius
est camelum per foramen acus trāsire. Tanta res hæc est, vt gran-
de miraculū à Spiritu sancto dicatur. Beatus vir, qui post aurū
non

Basil.

Deut. 18.

Prou. 4.
Heb. 1.

Aug.

Psal. 143.

Aug.
Psal. 85.
Prou. 13.

Iob. 31.

1. Tim. 6.

Hest. 14.

Matt. 19.

Eccles. 31.

non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris, quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua: Non unum fecit miraculum sed plura, & tanta, ut qui mortuos suscitabant cæcos illuminabant, hæc miracula non ausi facere, omnia dimiserint dicentes, ecce nos reliquimus omnia.

Mat. 19.

Sed dubitas, quid grande ego acquirō in hac rerum omnia abdicatione, ut ex eo beatus dicar? Non unum tantum, sed multa. Primum, gaudium maximum, & à miserijs & curis cor abstractum. Quæ ratione, naturali lumine nota, multi philosophi voluntarie pauperes sunt effecti, ut Socrates, Diogenes, Crates, & Seneca ait, felix paupertas, & læta. Valerius lib. 4. cap. 4. multos refert Romanorum Principes, qui ideo diuitias dimiserunt. Diues enim mille curis angitur, solitudine occupatur, verè captiuus est. Ideo viri dicuntur diuitiarum, quia ille seruus earum.

Valerius.

Psal. 75.

Hæ sunt spinæ quas Christus Dominus dixit semem diuinum suffocare, cor diuitis vere mare est, quod quiescere non potest. Sic ille diues cogitabat, destruam horrea mea &c. Et iustæ Dei iudicio qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Vnde ei dicitur, stulte hac nocte repetent animam tuam.

Luc. 12.

Eccle. 5.

Iosue. 7.

Hinc Iosue. 7. Turbatus est Acham avaritia, & vbi uersum turbauit Israel, donec lapidatus est, diuitiæ enim turbant homines, propter has iudicia, lites, contentiones, bella, etiam inter pios. Hinc non possunt simul habitare Abraham, & Loth, quia multa erat eorum substantia. Est tandem radix omnium malorum cupiditas, quæ eo usque ducit, ut addat Paul. quam quidam appetentes circa fidem naufragauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Ut ergo ab omnibus his difficultatibus libereris, optimum consilium est, cuncta relinquere.

Gen. 13.

1. Tim. 6.

Secundum uero bonum preciosius, quod ex hac paupertate oritur, est, quò te bonis priuas, & euacuas terrenis, eo magis celestibus impleas. Omnia arbitratum sum ut stercora ait Paulus, ut Christum lucrifacerem. Hanc uiam exemplo suo nos Christus docuit, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, natus in stabulo moriens in cruce, uiuens nõ habet ubi caput reclinet. Hæc uia Apostoli tenuerunt, omnia relinquentes. Usque in hæc hora & esurimus, & sitimus & nudifimus & cloperates manibus nostris. Et de alijs sanctis idem ait: egentes, & angustia afflicti. Hi ergo diuissimi sunt

Philip. 3.

2. Cor. 4.

Heb. 11.

Non unum tantum, sed multa. Primum, gaudium maximum, & à miserijs & curis cor abstractum. Quæ ratione, naturali lumine nota, multi philosophi voluntarie pauperes sunt effecti, ut Socrates, Diogenes, Crates, & Seneca ait, felix paupertas, & læta. Valerius lib. 4. cap. 4. multos refert Romanorum Principes, qui ideo diuitias dimiserunt. Diues enim mille curis angitur, solitudine occupatur, verè captiuus est. Ideo viri dicuntur diuitiarum, quia ille seruus earum. Hæ sunt spinæ quas Christus Dominus dixit semem diuinum suffocare, cor diuitis vere mare est, quod quiescere non potest. Sic ille diues cogitabat, destruam horrea mea &c. Et iustæ Dei iudicio qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Vnde ei dicitur, stulte hac nocte repetent animam tuam. Hinc Iosue. 7. Turbatus est Acham avaritia, & vbi uersum turbauit Israel, donec lapidatus est, diuitiæ enim turbant homines, propter has iudicia, lites, contentiones, bella, etiam inter pios. Hinc non possunt simul habitare Abraham, & Loth, quia multa erat eorum substantia. Est tandem radix omnium malorum cupiditas, quæ eo usque ducit, ut addat Paul. quam quidam appetentes circa fidem naufragauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Ut ergo ab omnibus his difficultatibus libereris, optimum consilium est, cuncta relinquere. Secundum uero bonum preciosius, quod ex hac paupertate oritur, est, quò te bonis priuas, & euacuas terrenis, eo magis celestibus impleas. Omnia arbitratum sum ut stercora ait Paulus, ut Christum lucrifacerem. Hanc uiam exemplo suo nos Christus docuit, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, natus in stabulo moriens in cruce, uiuens nõ habet ubi caput reclinet. Hæc uia Apostoli tenuerunt, omnia relinquentes. Usque in hæc hora & esurimus, & sitimus & nudifimus & cloperates manibus nostris. Et de alijs sanctis idem ait: egentes, & angustia afflicti. Hi ergo diuissimi sunt

A sunt bonis celestibus. Inde Paulus 2. Corint. 8. Altissima paupertas eorum abudauit indiuicias simplicitatis eorum, sic enim omnibus rebus reiectis animus adhærens Deo vnus spiritus sit cum eo, & celestibus donis repletur, quod dicit Hieronymus esse centuplum, quod in hac vita eis promittitur.

Hieronymus.

Beati ergo hi pauperes, quoniam ipsorum est regnū celorū, Primo est eorum regnum celorum in hoc mundo, quod dicit Paulus non esse escam, aut potum, sed est iustitia, pax, gaudiū in spiritu sancto. Hoc regnum pauperi cõceditur. Hinc ait Paulus. qui hoc regno fruebatur, sicut tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, pauperes nummis, sed diuites

Roman. 14.

2. Corin. 6.

B gaudio, miseri exterius, interius beati. Esa. 25. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te, Angeli scilicet, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, umbraculum ab æstu, quia, ut dicit Psal. tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Eius etiam est regnum celorum, idest beatitudo. Quod exemplo disce diuitis epulonis in inferno sepulti, & Lazari pauperis in sinum Abrahæ ducti, infelix substantia, cui us finis interitus æternus, felix paupertas, cuius exitus regnum celorū, non quod diuiti negemus hoc regnum, sed quia facilius, ac certius pauper spiritu, qui omnia reliquit, illud assequatur. Sed quomodo hoc regnum peculiariter pauperum sit, qui iudicaturi sunt, uide in secundo nouissimo de iudicio, cum de assessoribus agitur in tomo. 4. mearum concionum.

Esa. 25.

Psal. 10.

Luc. 16.

Sed Augusti. aliter accipit hanc spiritus paupertatem. Dicit enim in sermone Domini in monte, presumptio quidem spiritus audaciam, & superbiam significat, vulgo etiam magnū spiritū superbi habere dicuntur, & merito nam spiritus ventus vocatur, quis uero nesciat, superbos inflatos dici quasi uento distentos? ideo pauperes spiritu recte humiles dicuntur, quasi nõ habentes inflatē spiritū. Eundem sensum sequitur Chyolto mus Romano. 12. non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum, contritum spiritu, & trementem sermones meos? Et hi etiam alia ratione eisdem uerbis significantur. *Beati pauperes spiritu, idest*

Augusti.

Chrysostomus

Roman. 12.

Esa. 66.

Sanct. Oo quos

quos spiritus facit pauperes, ostendens eis, nihil eos esse, nec aliquid boni ex se habere. Sic exponit Hieronymus, qui ideo securi sunt, quia Deus est firmamentum eorum. Esa. 14. Pascuntur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter, requiescent. De quibus Esa. 25. factus est fortitudo pauperi &c. quia dum ipsi dicunt cum Paul. non quod simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, Deus eorum curam gerit, eis factus refugium. Superbi vero sunt, qui aliqua bona sua intuentes, sibi videntur sufficere. De quibus Apo. 3. Dices, quia diues sum, & nullius egeos, & nescis, quia miser es, & miserabilis, & cæcus, & nudus, & pauper. Sæpe in scriptura notantur superbi, quod gloriatur in fortitudine sua, & in multitudine diuitiarum suarum,

Hanc vero humilitatis viam ostendere Christus venit in mundum, quæ prius erat ignota. Hæc prima beatitudo est, quia fundamentum virtutum humilitas. Sicut enim domus priusquam erigatur sursum, deicitur ad ima in fundamento sic cum ad Dei conspectum veniendum Christiano sit, altissimam fabricam construitur necessarium est illi profundum fundamentum, hoc autem humilitas est. Beati ergo humiles, qui rectè fundati, non in se qui arena sunt, sed super firmam petram stabilem ponentes fundamentum, stabilem etiam domum erigunt, & securam, à casuque immunitatem &c.

(. . .)

Concio

A Concio Secūda In festo omnium sanctorum.

Thema. Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in celis.



NOMEN huius Ecclesie in qua versamur est Ecclesia militans. Et Iob. 7. militia est vita hominis super terram. Bene ait super terram, quia qui super cælum sunt triumphant, qui sub terra tanquam victi captiui tenentur obscuro, & vili carcere, qui super terram, pugnamus. In temporali republica quidam attendunt bello, alij gubernationi reipublicæ, alij agris colendis, sed in Ecclesie republica omnes bello intendunt. Vnde omnes sanctos vidit Ioannes palmis ornatos, palma vero post bellum dabantur triumphantibus, omnes ergo pugnarunt, omnes vic-

runt. Sed interrogas, contra quos nobis gerendum est bellum? Respondetur. Sicut Israel inimicos expugnat, qui viæ eius impedimento sunt, & terram promissam vi capiunt, sic nobis pugnandum aduersus inimicos, dæmonem, mundum, & carnem, qui nobis impedimento sunt, & capienda, & debellanda est Hierusalem cælestis, quam vi, & armis, certaminibusque expugnare debemus, quamque sancti bello iam superauerunt. Hinc Psalmus. 47. Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius, ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius. Primum ait, circundate Hierusalem illam cælestem, obsidete eam, & complectimini eam, idest ab obsidione nullomodo cessetis, donec eam capiat. Narrate in turribus eius, idest, narrate turres eius, ex quibus agnosceatis, opulētissimam esse ciuitatem. Ponite corda vestra in virtute eius, idest, considerate innumera bona, quæ in ea sunt,

002 sunt,

Hieron.
Esa. 14.

Esa. 25.
2. Cor. 3.

Apo. 3.

Iob. 7.

Apo. 9.

Psal. 47.

sunt, vt sic accendimini ad eius expugnationem. Distribuite domos eius, id est, postquam vi eam ceperitis, cum in ea sint plures mansiones, eas inter vos distribuite. Hoc etiam significare voluit Ezech. 4. Fili hominis, sume tibi laterem, & scribe in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidiones, & edificabis munitiones. Sic enim Hierusalem, illa celestis ab hominibus capienda est. Quod manifestius Christus ostendit Matthæi. 11. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quod de Ecclesia præsentis, & de Hierusalem celesti intelligitur, vt Bernardus ait. Ad prædam fili mi ascendisti, violenter ergo age, fortiter pugna. In huius signum paradisum terrestrem districto gladio Cherub custodit, vt ostendat nisi per vim, & arma nulli illuc patere ingressum. Si Adam non peccasset, sine bello nobis regnum pateret, sed iam omnes in bellum accingamur, oportet, & cum Cherub pugnandum, qui districtum habet gladium.

Videndum ergo hodie nobis est bellum mirum, quod sancti aduersus regnum cælorum fecerunt, & qualiter illud rapuerunt, vt discamus nos similiter illud debellare. Quid enim putatis fuisse cetum sanctorum dum in hac vita versati sunt, nisi castra valida, ac fortia? Ideo dicitur Ecclesia terribilis vt castrorum acies ordinata, & quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum? Sed antequam videamus hæc moueri castra, vt celum expugnent, & prius quam nos arma capiamus ad eam expugnandam, oportet mitti exploratores fidos, qui vniuersam ciuitatem contemplantur, nobisque referant eius diuitias, vt ad expugnationem eius accendamus, simul nobis ostendant muros, munitionesque, & situm eius, vt videamus, quomodo ordinanda sunt castra nostra, quomodo ciuitas expugnanda. Sic quondam misit Moyles, qui terram promissam explorarent, & vberes eius fructus deducerent, quibus populus accenderetur in bellum. Sic etiam mitti solent, & præmitti exploratores in urbem expugnandam.

Sed quinam in celestem Hierusalem poterunt ex nobis euolare, qui ad nos remeare possint? omnes enim, qui illuc ascendunt, eo etiam permanserunt, nec ad nos redire voluerunt. Nihil

Ahilominus inueniemus exploratores qui ad nos redeant, & ea referant, quæ nos nosse oportet. Quorum primus sit Esai. qui illam celestem Sion contemplatus, ad nos ait. Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ. Oculi tui videbunt Hierusalém ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia solum modo ibi magnificus est Dominus noster. Populum imprudentem non videbis, regem in decore suo videbunt. Dicitur ciuitas solennitatis, quia ibi omnes dies festi sunt, nullus laboris dies, hi enim abierunt. Et ciuitas opulenta, quia ibi magnificus Dominus ostenditur, ibi suas effundit diuitias, ibi aurum quasi lapides, ciuitas omnino secunda perpetua pace, & charitate, vbi Deus videtur facie ad faciem.

Audi exploratorem alium Tobiam, c. 13. Beatus ero, si fuerint reliquæ feminis mei ad videndam claritatem Hierusalem, portæ Hierusalem ex Saphiro, & Smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius, ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vicos eius alleluia cantabitur.

Sed qui omnium melius Ierusalem explorauit, nobisque eam expressit, fuit Euangelista Ioannes Apocalypsi. 21. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam &c. qui vicerit possidebit hæc, erat structura muri eius ex lapide Iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo, fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, & duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, & lucerna eius est agnus, & ciuitas in quadre posita est, & longitudo eius tanta est quanta, & latitudo, murus eius centum quadraginta quatuor cubitorum, & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam &c. Vniuersam lustrauit ciuitatem, non exterius solum eam vidit, sed omnia interiora eius penetravit. Audi ergo ciuitatem verè opulentam. Si nunc diceretur ciuitas apparuisse, quæ tota aurum est, qua auiditate ad eius expugnationem accederes? Vide modo huius ciuitatis diuitias in æstima-biles. Quod si operimentum exterius litera significatum a deo est diuitijs plenum, qualis erit absconditus intus thesaurus? si cortex adeo præclarus, quid obsecro nucleus erit? Ciuitas tam longa

est ac lata, quia ibi omnia cōpleta, nihil desiderandum in ea, hic enim si tibi est substantia multa, deficit nobilitas, vel valetudo, vel filij, non omnia sibi inuicem commensurantur, sed cui plus de vno, minus de altero est, ibi vero omnia simul in vnum cōpleta sunt. Portæ verò eius margaritæ pretiosissimæ, vt verò ex omni parte mundi, & ex omni statu illuc intrare possint, duodecim portas habet, ad quatuor mūdi partes. Tota ciuitas aurū mundum simile vitro mundo, ibi enim totum charitās, & amor omnino purus, sine vlla admixtione, & diaphanum, quia omnes sibi inuicem parent, nihil inuicem abscondentes. Lux eius est agnus, qui est eis lucerna, hæreditas, honos, delicia, quæ omnia quanta sint, dici nō potest, cum erit Deus omnia omnibus, quātus vero Deus sit, qui est eis omnia, quis valeat dicēdo cōsequi? ¶ Obsecro vos, digna ne appareat hæc ciuitas, quæ expugnetur? Hier. ait. Recordamini procul Domini, & Hierusale ascendat super cor vestrum. Verè qui hæc consideraret, glisceret & inhiaret in illam cū Psal. Quā dilecta tabernacula tua Domine virtutū! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domū Dei. Iam ergo auditis exploratoribus, qui præclara nunciant, ordinemus exercitum sanctorum illuc properantium, vt Hierusalem expugnent. Scribam exercitus videamus primū, qui numerum militum descriptū habet. Hic est Ioānes Apoc. 2. in hodierna epistola scribēs. Audiui numerum signatorum etū quæ draginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorū Israel, qui in duodecim diuiduntur partes, vt vnicuique portæ sint milites eā expugnantes. Per hūc vero numerū significantur omnes fideles. Quem etiā numerū vidit idē Ioānes nūc quidē pugnantē, sed postea triumphantem cū agnō Apoc. 14. Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quattuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Sed dicit Ioannes eos signatos ad pugnam, sed quo signo sancti signati sunt? In omni enim bello signantur militibus, vt se inuicem agnoscant, milites hi signum habent Christi crucem. Sic dicitur Ezech. 9. Signa Tau in frontibus eorum, quod antiquitus erat crux, vt Hierem. dicit, signum ergo

Hierem. 51.

Psal. 83.

Apoc. 2.

Apoc. 14.

Ezech. 9.

crux

crux est Christi, qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Et qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, qui vero carnis voluptatibus est deditus, miles non est, signo caret. Violenti rapiunt regnum Dei, qui sibi violentiam inferunt. Hoc vero signum in fronte ponitur, nobisque positum eo loco est in Baptismate, quia non debet erubescere homo Euangelium, sed in illo gloriari, nam qui erubuerit me coram hominibus, erubescam & ego eum coram patre meo. Hoc fuit etiam signum Exod. 12. positum in domibus Israelitarum, vt liberarentur ab Angelo percutiente, quia vtrumque vngentes postem, signum crucis sanguine perficiebant. Sed quis dux huius exercitus? Plane Christus Dñs. Sic Micheas. 5. Ex te exiet mihi dux, qui regat populū meum Israel. Et Esai. ecce testem populis dedi eum, ducē, ac præceptorē gentibus. Hunc regem petebant, & ducem 1. Reg. 18. Egre dietur ante nos rex noster, & pugnabit bella nostra. Vere dux optimus, qui egreditur primus in bellum, & omnia, quæ nos facere precipit, prius ille fecit, si dicit, estote pauperes, ipse primū &c. Denique cepit facere, & docere. Optime ducis munus præstabit, qui potens, sapiens, benignus, hostibusque terribilis est. Pugnamus, ait Pharaō, Israelē, quia Dñs pugnat pro eis, Dñs mihi adiutor, & ego despiciā mimicos meos. Et pone me iuxta te & cuiusvis manus pugnet cōtra me. ¶ Videamus iā milites, ex quibus alij equites, alij pedites sunt, equites merito virgines dicuntur, qui super carnem suam semper steterē, equi vero eorū caro, ait Esai. hi profecto præcipua exercitus istius pars sunt, & nobilissimi hi dicuntur, sicut esse solent in bello equites, qui enim à carne potentissimo inimico victi nunquā sunt, præclaras vires ostenderūt. Horū militū dux Maria, de qua scriptū est. Adducetur regi virgines post eam, quia illa dux est, quæ prima virginitatis statū voto firmavit in mundo. Nec mirum, quod illa ducē agat in bello, hoc enim bellum omnium est, nec ab eo mulieres immunēs. Ideo illius typum gessit fortis Iudith, & Delbora, quæ etiam ducem agebat Israelis. Dux ista terribilis demoni vt castrorum acies ordinata, eius vexillum album, & in eo signa tria sunt, quosofites qui sub tali vexillo, & tanta duce pugnant.

Matt. 16. Gal. 5.

Mat. 11.

Roman. 1. Luc. 9.

Exod. 12.

Miche. 5. Esai. 55.

1. Reg. 18.

Acto. 1.

Exod. 14. Psal. 117.

Iob. 17.

Esai. 31.

Psal. 44.

Iud. 4. Cant. 6.

Reliqui fideles pedestres sunt milites, non enim super ca-
nem stare potuerunt, quorum in castris hic ordo fuit. **A**
Primum enim in hoc ordine patriarche fuerunt, viri magni infide-
in operibus misericordiae, qui etiam Angelos suscipere merue-
runt in hospites. Inter quos dux Abraham. Secundum Pro-
phetas, quibus Deus mysteria reuelabat. Statim sequitur Apo-
stolorum chorus, principes super omnem terram, de quibus
Psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abra-
Luc. 22. ham, inter quos dux Petrus, cui dicitur, & tu aliquando con-
uersus confirma fratres tuos, statim martyrum exercitus se-
quitur, leonibus ferociores. Sancti ludibria & verbera experti
in super & vincula & carceres, secti sunt, tentati sunt. Incredi-
Heb. 11. bilis horum fortitudo, sed Christo auxiliante tot sustinuerunt tor-
Act. 7. menta, ut ostendit ille apparens duci martyrum Stephanus
quasi in adiutorium eius ostendens omnibus marty-
ribus praesto esse, ut eos iuaret. Sequitur continuo confesso-
rum turma, inter quos multi sunt ordines, primus pontificum,
secundus religiosorum, tertius continentium, quartus conu-
gatorum, in quibus omnibus mirabiles extiterunt viri, qui egre-
gia facinora praestiterunt.

Sed quia in praecipuis castris necessarium est, aliquos esse
consilij, qui ea ostendant, in quibus difficultas esse possit, qua-
do cum inimicis contendendum, quo ordine, quando insidie
paranda. Ad haec omnia doctores Ecclesiae sunt, qui a consilijs
sunt in hoc exercitu. Augusti. Ambrosii. Hierony. Grego. &
C similes, quorum innumera, & optima habemus consilia. Sed
quia etiam tubis opus est. Et Num. 10. duas argenteas tubas
dominus praecipit fieri, tuba enim mire animum militum in
pugnam excitat, & equos etiam feroces reddit. Job ubi audierit
buccinam dicit, baba. Tubae hae praedicatorum sunt. *Psal. 49.*
clama, ne cesses, quasi tuba exalta voce tuam, duas vero tubae
significant, vel geminam charitatem, quam dominus iubet pre-
dicare, vel fidem, & opera. Argenteae esse debent, quia predi-
care tenentur illa Dei eloquia, de quibus *Psal. 124.* eloquia Domini
eloquia casta, argentum igne examinatum. *Gen. 32.*
Ecce vnus exercitus sanctorum constitutus, ex omni-
genere, nihil profecto desideratur, ut exercitus sit validus, sed
viam

A viam agant versus Hierusalem. Exercitus multus est, non vna
via omnes incedere possunt, quidam viam amplam mandato-
rum tenent, vxorati scilicet, quidam vero semitas consiliorum,
ut religiosi. Sed vnde discedunt, utique ab hoc mundo nequa, *Psal. 33.*
& ibunt de virtute in virtute, quae tetra sunt obliuiscere ad *Phil. 3.*
interiora se ipsos extendentes, donec perueniant corde, ocu-
lis, & consideratione in caelestem Hierusalem, quia licet corpo-
re in terra sint posita, sed nostra conuersatio in caelis est. Ec-
ce iam prope ciuitatem sunt, oportet modo eam expugnare,
muros eius perforare tormentis, ut possint ciuitatem intrare.
Muri alti sunt centum quadraginta quatuor cubitis in altitudi-
B ne. Nisi ergo suffodiantur, & subitus terram intrent milites, vel
muri rumpantur, intrare non licebit. Tormenta ergo adhibea-
ntur, & bellicae machinae, ut murus deiciatur. Haec vero orationes
& gemitus, considerationes sunt, & torrete (ut alter David,) scriptu-
rae lapides collige, quibus pugnes, ibi consideranda reperies, ibi
orationes, quas iaculati possis in caelum. Quod vero ista caeli mu-
ros penetrant, audi. Oratio humiliantis se penetrat nubes, suspi-
ria nostra, lacrymae, & gemitus, aeternorum desideria, volun-
taria paupertas omnia arma sunt. Vide quomodo his armis cae-
lestes, imo & Deum ipsum vulneramus. Vulnerasti cor meum
foror mea. Spola in vno oculorum tuorum, & in vno crine col-
li tui, vna cogitatione, vna intentione Dei cor vulneramus. Hu-
militate vero muros subitus fodimus, mina facta, qua nobis in-
C trare licet. Caestes ergo vulneramus omni nostro opere vir-
tutis, quod in Euangelio hodie proponitur. Sed sancti militat
etiam in nos, quod vno illi adhuc milites sunt, eorum ostendit
vestites, de quo Abacuc, ut ascendam ad populum, accinsum
nostrum, ac cinctus vocatur quasi miles ad praelium. An no vul-
nerant nos in salutem, dum inspirationibus, & orationibus suis,
nos gemere faciunt, quasi vulneratos. Ellos ergo vulnera-
mus gemitibus nostris, quia commouentur misericordia no-
stra, illi nos vulnerant misericordijs, & inspirationibus, quibus
nos gemere faciunt, & rade a nobis superantur. Maximum pla-
ne, quod homo in hoc bello vincat omnipotentem, & omnem
caelestem militiam, sed misericordia & amore vincitur. An non
de Christo canit Ecclesia, quae te vicit clementia? An non Iacob *Gen. 32.*

nualuit ad Angelum, & Deum in Angelo pugnantiem, quem non dimittit, nisi benedictione suscepta? Sed quæ est benedictio illa utique, non vocaberis ultra Iacob, id est, luctator; sed Israel erit nomen tuum, quia si contra Deum fortis fuisti; & c. O. stedit vero Ose. quod Iacob superauerit Angelum, & Deum in eo his verbis. In fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est. Iob. 30. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me. Et ecce impletum illud Psalmi. Complectimini eam, intrant enim sancti caelestem illam Hierusalem, quam vi capiunt.

Nunc vero spolia eius diuidenda sunt. In bellis nostris, qui fortiores sunt, minus accipiunt de spolijs, sed infirmiores plus, qui tempore, quo fortissimi inimicos iugulant, illi rapiunt. Nonne in celo, in quo spolia omnia coram Christo duce & rego partuntur, ab eoque diuiduntur pro cuiusque merito. Redderunt enim cuique secundum opera sua. Ille transiens ministrat singulis pro merito. Dat primum Apostolis, deinde martyribus, & ceteris reliquis, usque in satietatem. Esai. 9. lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Quanta tunc læticia meminerunt omnium priorum angustiarum, laborum atque certaminum. Erant tamen alij alij certamina, & pericula sua, qui tunc dicebant innumeris ditati bonis, quæ omnem superant cogitatum, tanta nobis reposita bona erant? qui hæc sciret, talia ac tanta esse, quæ non faceret, ut his potiretur bonis? quid fuere omnes angustias nostræ? quid omnis poenitentia labor? quid omnia tormenta verè in paucis vexati, in multis benè disponimur, quod momentaneum, & leue est tribulationis immensum gloriae pondus operatur: non sunt condignæ passiones temporis ad tantam gloriam.

Sed o foelicissimi, terq; quaterq; beati, qui admissi estis ad maximam Assueri conuiuium, ubi omnibus bonis fruimini, misericordiam saltem è mensa adeo opulenta ad pauperem Lazarum famelicum mittite, qui frater vester est, atque ad motes oculos legatur, unde ei veniat adiutorium. O foelices animæ admissæ iam in magni Assueri sponsas, recordamini terræ huius, quæ vicinior fuit, ubi ornata fuistis, ut eius oculis placeretis. Huc ergo ob-

Osee. 12.

Iob. 30.

Luc. 12.

Esai. 9.

Sap. 3.

2. Cor. 4.

Rom. 2.

Hester. 1.

Hester. 2.

A los conuertite vestros, ut aspectu supercaelestium planetarum omnia bona in nos proueniunt. O foelices meliores magni Booz, qui dum hic fuistis, in lachrymis seminastis, nunc vero cum exultatione messem immensam metitis, ex industria projicite spicas aliquas, quas pauper Ruth colligat sine rubore, ut ex superabundantia vestrorum meritorum possit Ecclesia pauperi in terra degens, alij. O foelices exploratores terræ promissæ, in quorum manibus iam botrus est, & omnis illius fructus, animos erigite nostros, ut qui iam per fidem peruenimus ad tantæ terræ conspectum, non deficiamus in via, sed ad eam possidendam intremus. O columbæ sanctæ sedentes iam in ligno vite, ubi sine timore accipitis iam sedetis, respicite fluentia mundi, decurrentesque aquas nostræ miseriae.

B Ogrex ouium sanctarum, quæ ascendistis de lauacro huius mundi, quæ pascimini in montibus Israel, in pascuis vberibus, compatimini quibus, quæ erant in montibus inter leones, & lupos, orate pastorem bonum, nos secum ad vos ducat. Et vos fratres nostri qui sedetis iam sub arbore, cuius fructus dulcis gutturi vestro, ubi fructus colligitis vitæ æternæ, aliquid huius fructus ad nos dimitte. Et tu o sapientissime Salomon, plusquam Salomon, qui nosti ligna, ex quibus hæc caelestis Ierusalém ædificatur, ex Libano mundi huius portata esse, & quoti die portari, da nobis oleum, & panem, ex terra tua, ut agere possimus viam cum Elia usque ad motem Dei Oreb, in quo Deum facie ad faciem videamus, duc nos tanquam dux, ut in te inimicos nostros vtilemus cornu.

C Nos autem fratres pugnam hanc non absolvimus, adhuc nobis bellum est, nec gloriari possumus accincti quasi discincti essemus, quomodo ergo nobis sit pugnandum ostenditur in Evangelio, in quo primum dicitur *Beati pauperes spiritu*. Mirares, iam beatum dicis propter solam spem regni, quale obscuro erit regnum, quod non possessione solū sed spe etiam beatum facit. Si princeps dicitur filius regis Hispanie, qui eius regnum hereditate sperat, cur beatus non dicitur, qui regnum Dei expectat, & fidei est? Maxima profectio beatitudo illa est, quæ etiā sperata sperantibus beat. Sed quid ad hanc in eundem pugnam paupertas prodest? Multum omnino, qui enim pugnaturus est, & luctam vel bellum aggressurus

Ruth. 2.

Num. 12.

Cant. 5.

Cant. 4.

3. Reg. 5.

3. Reg. 19.

aggressurus omnia exuat, quæ ei impedimento esse possunt, oportet. Sic 2. Corinth. 3. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Deut. 20. qui plantauit vineam, domum edificauit, vel sponsam accepit, bellum non ingreditur. Et quando Gedeo hoc in publicam edixit. 2. Reg. 21. ad prælio, non enim aptus est bello qui impeditus est: temporalibus. Unde etiam rete reliquit Petrus. Cum enim in celum aggredda via sit, recedere à terra oportet. Et ut Greg. ait: Luc. Quidam nobis cum diabolo est, ille nudus est, nihil possidens, nudes mur & nos, nam si cum nudo luctetur vestitus, citius succumbit, quia habet, unde teneatur. Memorare quoties de monte deiecerit, & in peccatum impulerit propter aliquid temporale, quo ut indumento utebaris, & inde te tenens vicite. Hinc Casar li. 2. de bello Gallico, & Titus Liuius 3. de bello Carthaginiensi vocant impedimenta belli victualia, & vasa, quæ militibus deferuntur. Multum impediunt hæc milites. Similiter autem bellum spirituale impeditur multis diuitijs. Ideo Grego. vestimenta abijciat, ne succumbat, *beati ergo pauperes*. Secundum maxime necessarium militi est mansuetudo, *beati mihi*, quoniam ipsi possidebunt terram. Mansuetudo facit omnia mala æquo animo tolerari, procedit hæc ab humilitate, & patientia. Et vero maxime necessaria militanti, quoniam innumera sunt in bello incommoda, quæ sine patientia, & mansuetudine tolerari nequeunt, iam enim à fratribus, iam à te ipso, iam à Deo multa tibi venient incommoda, quæ nisi mansuere toleres, aptus non es huic bello. 2. Tim. 3. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Ad omnes, ait, quia ab omnibus orientur tibi incommoda, etiam ab amicis tuis. Et ad Titum. 3. admone illos, subditos esse, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes. Huius virtutis exemplar se nobis Christus ostendit, dicens, discite à me, quia mitis sum. An non mitis, qui quasi agnus mansuetus portabatur ad victimam, qui coram tondeute se obmutuit? Vide quanta ille passus, & sine voce, quasi agnus innocens, & discere ab eo, quicquid male diceretur, non male dicebat. Vide etiam David exemplum, quæ persequitur Saul, & cum illi occidere bis posset, non id fecit, nec

nec

nec de Semei vitus est, quod ille proponit Deo petens ab eo misericordiam. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. De Moyse etiam dicitur, erat mitissimus super omnes homines, qui erant in terra. Num. 12. Nec tamen gubernator propter mansuetudinem, qua maxime indiget, relinquere debet iustitiam, etenim Moyse mansuetissimus occidit idolatras Gregor. 3. parte pastor. cap. 17. ait. Mansuetus sit superior, sed sine iustitiæ præiudicio. Agnus mansuetus Christus, sed facit flagellum ex funiculis, ut eijceret vendentes de templo. Multa ergo tibi mansuetudine dissimulanda sunt, sed cum videris graue peccatum, flagellum sume. Mansuetudinis vero præmium est, *ipsi possidebunt terram*. Glossa, triplex est terra, quam gerimus, quam terimus, quam quærimus. Primo ergo conceditur mihi terra ista, quam terimus, quia sedes ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, Eccl. 10. Sic Dñs terræ Aegypti factus est Ioseph mansuetus. Terram etiã possidet mansuetus, id est homines, qui terra sepe dicuntur, qui omnes mansuetis se tradunt. Eccl. 3. Fili in mansuetudine opera tua perface & super gloriam hominum diligeris. Attende quomodo David mansuetus lucratur Saulem. Quæ persequeris rex Israel, canem mortuum? &c. Continuo mitigatur Saul, & ait, iustior tu es quam ego. Secundo mitis possidet terram, quam gerit, se scilicet, & cor suum, ut explicat Hilarius, quæ profectò maxima est possessio, plusquam si vnuersum mundum possideret. Eccl. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuã. Et in patientia vestra possidebitis animas vestras. Irrogatur tibi iniuria, cares mansuetudine continuo meditaris vindictã, perdis animam tuam, te, & omnia tua amisisti, sed si mansuetus es, tui es Dominus, grandis hæc possessio, grande opus. Melior est patiens viri forti, & qui dominatur animo suo expugnato. re vrbum. Mirabilis plane virtus, quæ hominem in illum quasi reuocat statum, in quo erat in paradiso, cum sui Dominus erat, & omnium. Et terra cordis proferens spinas, & tribulos, mansueti non profert, quia moderatas passiones habet, quibus dominatur. Nec vero terra miti profert spinas. Sicut enim si Adam non peccasset, proferret quidem spinas, sed non Aduerari, sed non homini, ita modo contra mitem nihil pro-

pro-

Psal. 137.

Num. 12.

Grego.

Glossa.

Eccles. 10.

Eccles. 3.

1. Reg. 14.

Hilarius.

Eccles. 10.

Luc. 10.

Prov. 16.

profert mali, quia nihil ei nocet, imo ei omnia proficiunt, & licet inimicus eius proferat ei spinas, sed mitis hunc possidet, cum vincit in bono malum, & quia omnibus ille se subicit, omnia Deus ei subdit. Nec verò in hoc diuina bonitas sinitur cū mite, imo ei dat possidendam terram viuorum, de qua scriptum est, credo videre bona Domini in terra viuentium: & portio mea in terra viuētium. Et de hac terra intelligit Chrysostomus, possidebunt terram, quia ergo mitis se omnibus calcandum præbuit, datur ei cælum calcandum, nec enim minus mirandum est, cor hominis se calcandum præbere, quam cælum, qui ergo primum mirabile fecit, secundum quoque propter hoc in terra sua duplicia possidebunt.

Beati qui lugent &c. Pulchra arma, atque fortissima, ut vim inferamus cælorum regno lachrymæ sunt pœnitentis, propter quas dicit Soto Christum dixisse, à diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, propter pœnitentiam, quæ quasi vim cælo infert, faciens repente ex hoste hæredem. Sed noua profecto doctrina, & mundo inaudita, beati pauperes non diuites mites, non vindictam exercentes, lugentes, non ridentes, nec vero alius quàm Christus hæc dicens credentur. Eccles. 8. inducit mundum aliter loquentem. Laudauit letitia, quod non esset homini bonum sub sole, nisi quod comederet, atque gauderet, & hoc solum secum auferret de labore suo. Hoc quilibet homo dicit, & omnium hominum opera eo intendunt ut gaudeant, & latentur. Quomodo ergo beati qui lugent? Paulus 2. Cori. 7. Duo genera lachrymarum explicat, & tristitiæ. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, sæculi autem tristitia mortem operatur. Sæculi tristitia est, quæ ortum habet ex amissione eorum, quæ inordinate dileximus. Vide tristitiam mulieris filium amittentis, de quo non doluit, cum peccatorem vidit. Hæc tristitia mortem operatur, tum corporis, cui nocet, sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia nocet cori.

Prouerb. 25. Sunt multe inconsolabiles lachrymæ, sicut filii Aarons lachrymis, qui Leuit. 10. etiam sacrificia Dei oblitus est præ tristitia mortis filiorum. De hac Prouerb. 30. Tristitia luge expelle à te multos enim occidit, & non est utilitas illi.

Alia

Alia verò est tristitia fundamentum habens altissimum in Deo, & bonis æternis, & hæc beata tristitia, quæ etiam in maximum cadit animum, imo quo maior animus, eo magis hæc tristitia absorbetur. Hæc tristitia super Ierusalem, & Lazarum Christus plorauit. Triplices vero huiusmodi lachrymæ sunt, quædã enim propter peccata funduntur. Cū enim anima cælesti lumine cõtèplatur Dei immensam bonitatem, & eius beneficia innumera, cõsideratque in eū peccasse à lachrymis teperare non valet. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Laborauit in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis, stratum meum rigabo. Hæc fuerunt lachrymæ Magdalene, & Petri immense. O si nos, scilicet peccator, quantum sit malum, sine Deo esse, quomodo lachrymis te rigares? Deos, quos mihi feci, tulistis, & omnia bona mea, & dicitis quid tibi est? ait Michas Exod. 2. cap. 8. Legit librum legis, in quo viderunt peccata commissa, & flebat omnis populus, cū audiret verba legis, quia ibi audiebant peccata, quæ contra eam admiserunt. Hæc lachrymæ sunt secundum animæ baptisterium. Hoc mare æneum, quo sacrificia lauantur Exod. 30. Hic fons irrigans animã, ut sit quasi hortus irriguus, omni virtute præditus. Hæc natatoria Siloe. hic Iordanis, ubi leprosi mundantur. Hoc mare rubrũ in quo Aegyptij suffocantur. Contribulasti capita draconis in aquis. Sed beati, qui sic lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Prouerb. 14. Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Vere tanta lachrymis illis mixta est consolatio, ut dulces sint. Beati qui sic lugent, quando enim audit. Homo remittuntur tibi peccata tua, tum impletur illud, auditui meo dabis gaudium & lætitiã, & exultabunt ossa humiliata. Hoc gaudium Dauid, cum audiuit, dominus minus quoque transtulit peccatum tuum & ut hoc nobis præberet gaudium, è cælis in terram venit, sicut ipse ait, ut mederer contritis corde. Huius consolationis testes estis omnes, qui vera, ac perfecta confessione peracta, gaudium, & pacem spiritus in cordibus experti estis, maiorem omni humana consolatione.

Alia verò sunt lachrymæ compassionis, cum Christum confiteris

deras

Psal. 26.

Psal. 141.

Chrysost.

Esai. 16.

Soto. in 4.

Eccles. 8.

2. Cor. 7.

Prouerb. 25.

Leuit. 10.

Prouerb. 30.

Esai. 38.

Psal. 37.

Iud. 81.

2. Exod. 8.

Exo. 30.

Ioan. 9.

Exod. 14.

Psal. 73.

Prou. 14.

Psal. 50.

2. Reg. 12.

Esai. 61.

deras prote vulneratum, vel cum proximum vides afflictum. Sicut ploravit Christus super Hierusalem. Iob. 30. Flebam quodam super eum, qui afflictus erat. Huiusmodi lachrymas multas Hieremias fudit, & Samuel, cui dicitur, vsque quotu luges Saul? Aliæ vero sunt lachrymæ, quæ dici possunt irriguum superius, lachrymæ dulcedinis, & amoris, similes illis, quas sponsa propter sui sponsi absentiam fundit. Cum enim anima considerat desponsatam se Christo, quem absentem tam diu videt, lachrymis saturari non potest. Sed dicit superflumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordare mur tui Sion. Sicut captiuus patriæ recordatur, & flet, cogitatque, quando in patriam reuocabor. Anima ergo, quæ se taptiuam agnoscit, & in exilio positam, quomodo non lachryma bitur suspiciens Sion? Petit August. à Deo in soliloquijs B lachrymarum donum, vt illis pro libito satiari valeat. Sed & Patri nostro Ignatio hoc donum concessum est, & aliquid amplius, vt lachrymis imperaret, easque cum vellet haberet, cū nollet cessarent, non cessante tamen diuina consolatione. Et has lachrymas sequi solet spirituale animæ deliquium, quo præ amore deficit, & ait, quia amore langueo, quibus nulla est in creatura consolatio: quæcumque sit illa, imo omnibus dicit illud Esai. 22. recedite, amare flebo, nolite incumbere, vt cõsolemini, & consolatores onerosi omnes vos, vt Iob ait. Ideo clamat. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et cum Magdalena, tulerunt Dominum meum. Et cum Psalm. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi, vbi est Deus tuus?

Sed beati, qui sic lugent, etenim hic consolatur diuina consolatione, sed eos manet summa in cælo consolatio quando implebitur illud Esaiæ. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet dominus Deus lachrymam ab omni facie. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, vide messem, quæ sequitur lachrymarum semina, euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, venientes venient cū exultatione &c. Esai. 61. Dabo eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Felices ergo lachrymæ, & beatæ, quibus talis messis parata est. Modo

enim

Iob. 30.

1 Reg. 16.

Psal. 136.

August.

Cant. 2.

Esai. 22.

Iob. 16.

Psal. 119.

Ioan. 20.

Psal. 41.

Esai. 25.

Apoc. 21.

Psal. 125.

Esai. 61.

Matt. 9.

enim lugent, iuxta illud, auferetur ab eis sponsus, tunc lugent, sed quando eis fuerit redditus, non auferendus in æternum, tunc gaudium vestrum nemo tollit à vobis. Diximus vero merito has lachrymas esse irriguum superius, quia à charitate procedunt. De quo irriguo illud accipi potest, quod filia Caleb patri dixit. Terram arenam dediisti mihi, iunge & irriguam aquis, & dedit eis Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Irriguum superius lachrymæ sunt quæ à Dei dilectione procedunt, inferius verò, quæ à timore, &c.

Vidimus gradus aliquos ex his, quos nobis Christus in Evangelio proponit, quibus in cælum ascendimus, qui difficiles apparent; earum præcipue. Interalia, quæ Ezechiel vidit in domo Domini vnum fuit, palmæ elatæ, ad quas per octo gradus ascendebatur. Palma victoris insignis est, quam sancti in manibus tenent, vt vidit Ioannes in Apocalypsi. Vt hanc consequamur palmam ascendendum nobis est per octo gradus, octo, scilicet, beatitudines. Sed dices, difficilis hic ascensus est, summa enim distantia à terra in cælum est, in qua cum adeo pauci sint gradus, non potest non difficilis ascensus esse, facilis enim ad ascendendum scala illa est, in qua vni pedi altitudinis vnus respondet gradus. Nunc vero à terra in cælum distantia maxima est, & gradus octo sunt, difficilis ergo ascensus iste erit. Ita sane, ideo enim Christus ait, arcta est via, & angusta porta, quæ ducit ad vitam. Sed audi, quo pacto facilis reddatur. In tertio Regum cap. 10. dicitur. Clafsis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thina multa nimis. Fecitque Rex de lignis thinis fulcra domus Domini, & domus regie. Et in 2. Paralipome non dicitur. De lignis thinis fecit gradus in domo Domini, & in domo regia. Ligna illa thina alba erant, & pretiosa, vt Glossa ait, ex quibus gradus, & fulcra facta sunt. Sed quænam sunt fulcra? Lyra in ea verba ait. Rabbi Salomon dicit, quod ex illis lignis fecit Salomon gradus, ad ascendendum de domo Regis in domum

Sanct.

Pp

Domini

Ioan. 16.

Ind. 1.

3. Reg. 10.

Domini, & dicuntur fulcra à fulciendo, quia in lateribus ascensus prædicti erant istaligna, ad quod ascendentes appodiarent se ibi. Erat ergo opus illud, quod vulgo dicitur, *passamano de la escalera para tenerse a la subida, y no cansarse*. Simile opus in hoc Euangelio proponit Christus Dominus. Proponit octo difficiles gradus, octo beatitudines, quibus in cælum ascendas, simul vero proponit fulcra, quibus sustententis, ut facile ascendas, & cuique gradui fulcrum apponit. Si paupertas difficilis gradus est, fulcrum ei apponitur, ut facilis reddatur, eum dicitur, ipsorum est regnum cælorum. Si mansuetudo difficilis est, attende fulcrum appositum, quia misericordes possidebunt terram, hoc fulcro facilis redditur, & sic in reliquis.

Ut vero facilius hic ascensus sit, Angeli in hac scala sunt, ut in scala Jacob, ut nos iuuent ascendentes, eorum implora auxilium, & tibi aderunt. Et in summitate scale Deus est, quem consequeris, si firmiter ascenderis. Ne ergo formides ascensum, licet difficilis appareat, &c.

Incom-

[Faded text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

In Commemoratione omnium fidelium defunctorum!

Thema. Sancta ergo, & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur, &c.
2. Machab. 12.

B



Erba thematis conclusio est, quam Spiritu sancto inspirante colligit author libri Machabeorum ex facto illustri Iudæ Machabei, qui cum pugnasset adversus Gorgiam, cumq; superasset, contigit, paucos ruere Iudeorū, & cū corpora prostratorū tolleret, ut sepeliret cum patribus, inue-

nerunt sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, à quibus lex Deuteronomij prohibet Iudeos, omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. At vero Iudas facta collatione duodecim millia dragmas argenti misit Hierosolimam offerri pro peccatis mortuorum, bene, & religiose de Resurrectione cogitans. Ex quo facto colligitur proposita in themate conclusio: *Sancta ergo, &c.* Hoc ipsum, quod tunc Iudas præstitit, Ecclesia pro fidelibus defunctis præstat, offerens sacrificia, & dona pro peccatis mortuorum. Hoc vero sanctum, & salubre est, ut ostendemus, quia defunctis hæc memoria necessaria est, & nobis proficua, & salutaria.

Deut. 7

C

Pro cuius rei expositione notanda est doctrina Divi Thomæ, remissa culpa per penitentiam sepe manere reatu ad aliquam penam temporalem. Hoc vero manifeste colligitur ex eo, quod Davidi accidit de sacri Regum testatur historia. Ad-

D. Tho. 3. p. 9. 86. art. 4.

2. Reg. 12.

monitus enim de culpa ait, peccavi Domino, & Propheta ad eum, Dominus quoque transiit peccatum tuum, non morieris, **A** verum tamen filius qui natus est tibi morte morietur. Quo loco remissa culpa, mors filij relinquitur illi in poenam. Moysi etiam remissa est culpa dubitationis ad aquas contradictionis, sed poenam subit, dum non ingreditur in terram promissam. Simile quid Absaloni accidit, qui reductus est ad loab, & remissa ei culpa homicidij fuit a Davide, sed per biennium regis faciem non vidit, quod figura eius est, quod cum animabus iustis fuerit, quibus remissa culpa est, sed in purgatorio detinentur, ne Dei faciem videant. Et huius rei rationem assignat D. Tho. Quoniam in peccato duplex est malum, auersio ab incommutabili bono, & conuersio inordinata ad bonum commutabile. Ex parte auersionis consequitur ad peccatum poena infinita, ut qui contra bonum eternum peccauit, in eternum puniatur. Ex parte conuersionis inordinatae sequitur etiam reatus alicuius poene, quia inordinatio culpae non reducit ad ordinem, nisi si quis super poenam, iustum enim est, ut qui voluntati suae plus indulget, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patitur, sic enim erit aequalitas. Vnde in Apocalypsi dicitur, Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Quia tamen haec conuersio est finita, ex hoc non debetur ei aeterna poena, ut patet in peccato veniali, ubi est inordinata conuersio ad bonum commutabile, quia tamen est sine auersione a Deo, debetur ei finita poena. Cum ergo homo remissa mortali culpa gratiam recipit, tollitur auersio a Deo, quia anima ad eum conuertitur, & sic per consequens tollitur infinita poena, potest tamen remanere reatus poenae temporalis propter conuersionem ad commutabile bonum, quando conuersio non est dolorosa, ut huic inordinationi satisfaciatur. Haec vero poena in purgatorio soluitur. Vbi etiam poena venialium tollitur, quae in mundo hoc soluta non est. Sicut enim si vas aureum in fornace non ponatur, sed ibi diu iacere permittatur, licet aureum maneat, tamen impunitas conuersio, & macula inficitur, & ideo mensa regis apta non est, donec purgetur, & lucidum reddatur. Ita anima iusta aureum quidem vas est, ornatum est autem de

Num. 20.

2. Reg. 14.

Apo. 18.

Simile.

pretioso, omni, scilicet, virtute, sed dum in terra conuersatur, maculas peccatorum venialium admittit, dum septies in die cadit, quibus indignus redditur diuino conspectu, donec omnino purus reddatur. Et si ipsi anima optio daretur, ut ante Deum, & curiam vniuersam caelestem apparere vellet cum minima macula, vel igne purgatorio prius mundari, praeligeret igne ardere, licet deorante, dum nulla in ea maneat macula, quam cum illa Dei oculis apparere. Quemadmodum, cum sponsa videnda ab sponso, & omni regis curia est, si macula aliqua foedatur, eligeret potius difficile, & asperum remedium, quo macula tolleretur, quam foeda videri ab sponso, & vniuersa curia. **B** Ut ergo vniuersa maculae tollantur, quae post poenitentiam manent in anima, iniungitur a confessario poenitentiae satisfactio, & indulgentiae a summo Pontifice, & praelatis Ecclesiae. Et tandem relinquitur purgatorium, in quo omnis in hac vita relicta macula in anima iusta purgatur, & tollitur. Hanc doctrinam insigni loco Paulus docet, dum ait, Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam, vniuersiusque opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem. **C** Quae verba exponens Diuus Thomas ait. Sex ponit Diuus Paulus contra se diuisa, ex vna parte aurum, argentum, lapides pretiosos, quae habent quandam inelytam claritatem, pretiositatem, & incensumptibilitatem, ex altera parte alia tria, lignum, stipulam, & foenum, quae sunt obscura, & vilia, & facile ab igne consumuntur. Vnde per tria priora intelligitur aliquid preclarum, & stabile, per posteriora aliquid temporale, & transitorium. Cum autem haec superaedificari dicantur super Christum fundamentum, oportet, haec intelligi in eo, in quo Christus habitat per fidem formatam. Ideo pro horum intelligentia notandum, quod aetas humana sumunt speciem ex obiecto sancto. **Pp 3 du**

Simile.

1. Cor. 3.

D. Tho. in Paulum.

dūplex autem est obiectum humanorum actuum, res corporalis, & res spiritalis. Quę obiecta differunt tripliciter. Primo, nām spiritalia sunt perpetua, corporalia vero transitoria. Vnde Paulus, quę videntur temporalia sunt, quę autem non videntur, eterna. Secundo, quia spiritalia claritate habent, vnde Sapientia, clara est, & quę nunquam marcescit sapientia, corporalia obscuritatem habent ex materia. Tertio quia spiritalia sunt preciosiora corporalibus. Ideo Sapientia, pretiosior est ceteris opibus. Et iterū omne aurum in cōparatione eius arena est exigua, & tanquā lutū estimabitur argētum in conspectu illius. Ideo opera, quibus homo intendit rebus spiritalibus, & diuinis, cōparantur auro, argento, & lapidi pretioso, quę luce solida, clara, & pretiosa, ita tamen, vt per aurum intelligantur ea, quibus homo intendit in ipsum Deum per contemplationem, & amorem. De quo auro dicitur in Apocalypsi, uade tibi, emere à me aurum ignitum. Per argentum vero significantur actus charitatis cū proximis. Ita explicat Glossa. Ideo in Psalmo colūbę describitur de argentate, cuius superior pars, id est, superiora dorsi dicuntur esse in pallore auri. Per lapides pretiosos intelliguntur opera aliarum virtutum, quibus anima ornatur. Vnde dicitur, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Opera vero humana, quibus homo intendit temporalibus, intelliguntur per ligna, fenum, & stipulam, quia homo his comparatur, Iudicum nono, ierunt ligna siluarum, vt eligerent super se Regem, Esaię 40. omnis caro fenum, & Psaltes, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Nunc ergo superadificare aurum, argentum, & lapides pretiosos, est, superadificare opera dilectionis Dei, & proximi, & aliarum virtutum. Superadificare vero lignum, stipulam, & fenum, est intendere operibus humanis. His verō potest homo tripliciter intendere. Primo constituendo in eis finem, & tunc non superadificat super Christum, imo aliud fundamentum collocat, nām finis est fundamentum in apertibilibus. Secundo, ea omnino in Dei gloriam referendo, quia opera specificantur ex fine intento, tunc iam non sunt ligna, fenum, & stipula, sed potius aurum, argentum, & lapides pretiosi. Tertio, cum his rebus afficitur, plusquam operibus

2. Cor. 4.
Sap. 6.

Prom. 3.
Sap. 7.

Apoc. 3.

Psal. 67.

Eccle. 9.

Iudi. 9.

Esai. 40.

Psal. 82.

Arenatur per hæc ab eis, quę Dei sunt, quod est peccare venialiter. Et hoc proprie est superadificare ligna, fenum, & stipulam, non quia ipsa superadificantur proprie loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia habent venialia adiuncta, propter nimium affectum ad ipsa. Quę quidem affectio secundum quod magis, vel minus inhaeret, comparatur vel ligno, vel feno, vel stipulę, quorum vnum est altero solidius.

Sciendum tamen, quod qui spiritalibus intendunt, non carent aliquibus venialibus, & e contra qui temporalibus intendunt, non carent aliquibus actibus spiritalibus, diuersificantur ergo per studium, & vitam, quod hi intendunt, præcipue actibus spiritalibus, illi temporalibus, id est hi dicuntur superadificare aurum, illi ligna. Addit Paulus. Vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit. Quasi dicat. Nunc occultum est, quid superadificet quis, multi enim videntur, superadificare aurum, qui superadificant ligna, quia intentione sua temporalia querunt, licet spiritus uera administrent. Alij contra videntur, ligna adificare, quia intendunt temporalibus, qui tamen aurum adificant, propter optimam intentionem, declarabit hæc omnia dies Domini. Cū illud Sophonię implebitur. Scrutabor Hierusalem in lucernis. Dies vero Dñi dicitur dies mortis, in qua iudiciū particulare fit & dies iudicij, in qua vniuersale omnibus manifestum. Ignis vero probas opera ignis est purgatorij. De quo Iob ait. Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. Si cuius opus manserit, id est, quando ignis purgatorij nihil inuenit, quod consumat quia nihil est superfluum, tunc homo mercedem accipiet operum suorum, quia vt Propheta ait, est merces operi tuo. Et de huiusmodi Esaias ait. Cum transieris per ignem, nõ combureris, & flama non comburet te. Si cuius opus arserit, quia lignum est, aut stipula, ipse saluabitur, sed per ignem purgatorij transibit. Et hoc est, quod Sapientia ait, omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo. Et omne opus electum in fine iustificabitur, & qui operatur illud, honorificabitur in illo. Primum pertinet ad eum, qui superadificauit ligam, fenum, & stipulam. Secundum ad eum, qui

Sopho. 1.

Iob. 23.

Hiere. 31.

Esai. 43.

Eccle. 14.

super edificauit aurum, argentum, & lapides pretiosos. **Hic A**
Diuus Thomas.

Sed huius purgatorij poena quanta sit, nullis verbis pro dignitate explicari valet. Ideo uero durissima est, quia non uoluntate, sed necessitate eam subire iustus. Primo grauissima poena illa est, propter carentiam diuinae uisionis, priuatur enim anima infinito bono per illud tempus. Similis ea poena est illi, qua princeps Hispaniae multaretur, si eo tempore, quo regni possessionem, & gubernationem suscipere deberet, expoliaretur regno per triginta annos, quae grauissima censetur poena. Ita cum iustus sperans in morte sua aeternum regnum, et priuatur per plures annos, grauissime puniatur. Summo uero dolore anima afficitur hac poena, quoniam summo impetu in Deum feratur egressa a corpore. Quemadmodum sagitta, quae maximo impetu in scopulum fertur, si in medio itinere et obijciat grandem lapidem, in illum impacta confingitur, & in minutissimas partes diuiditur. Quo impetu anima a corpore egressa in Deum feratur, dici non potest, non eo impetu modo magnus e caelo caderet, quo anima in caelum ducitur, quia Deus illius centrum est naturale, & eam impellit gratia, & caritas, obijciatur ei in media uia purgatorium, confingitur uero dolore uehementissimo, & in mille dissecatur partes, ut ita dixerim, eo modo, quo spiritus sancti potest. Considera nunc Herodium, qui per integrum diem insecutus est ardeam, sicum proximus illi est, ut eam capiat, & iam quasi inter ungues tenet eum teneres, & a preda capienda impeditur, quae eum in castra afficeret. Similiter si canis leporem insecutus per multas horas, cum iam eam quasi tenet, ab ea capienda detineretur, quibus modo re tangeretur. Nunc ergo mentis, oculos attolle, & intue te animam, quae non per aliquas horas, aut dies, sed per plures annos Deum insecuta est, post eum currens, sicut illa, quae aiebat, trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, cum quae iam prope Deum sit, ut in tantam praedam capiat, detinetur, & impeditur a tantum boni collectione, quae non doleat. Eo dolore agebatur Absalon, quia Dauidis faciem non uidebat, ut diceret, obsecro, ut uideam faciem patris, quod si mihi

Simile.

Simile.

Simile.

Cant. 1.

2. Reg. 14.

Amore est iniquitatis meae, interficiat me. Quid non dicat anima iusti, cui interdicta est diuina uisio?

Secundo purgatorij poena grauissima est propter ignem animam cruciantem, qui idem est cum igne inferni. Vnde Augustinus ait, idem ignis purificat aurum, & paleas comburit, adeo grauis poena illa est, ut si canem uideremus eam se sitinente, commouerentur viscera nostra. De illius duratione certum est, pro criminum qualitate, & poenae pro eis debite, nec in hac uita soluta, magis, minus uel, & diutius animas cruciare. Graues uero sanctorum historiae ostendunt, diu animas in purgatorio detineri.

Ex dictis ista nobis colligenda sunt. Primum sit, animas purgatorij a nobis seruandas, cum in extrema sint necessitate, & in maxima poena, quam licet oculis non cernamus, fide tamen nouimus, quae certior est visu. Praecipue uero tenemur, testamenta implere, & sacrificia, & eleemosynas pro eis offerre, quae pij fideles in testamentis praeeperunt fieri. Clamant quidem anime illae sanctae ex igne purgatorij pro eis, qui eas eleemosynarum sacrificijs, & oratione iuuant, secundum doctorum uirorum sententiam. Clamant uero contra eos, qui bona eorum diripiunt, sibi que usurpant, uel pia legata implent. Quibus accidit illud Prophetae. Bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Hi enim substantiam defuncti deuorant, & in delitijs insumunt, & non compatiuntur super eorum contritione. Recte uero Ioseph missus in foueam, & carcerem, cui fratres comparsi non sunt, animam purgatorij significat. Sancta ergo cogitatio est, pro defunctis exorare, est enim illis haec memoria debita. Et hoc forsitan est, quod Sapiens significat, cum ait. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum da partem septem, nec non & octo, quia ignoras, quid mali futurum sit super terram. Quibus uerbis eleemosyna consulitur, quasi dicat. Semina frumentum tuum in terra irriga, id est, in paupere, praecipue iusto, inuenies enim illud in alio saeculo. Vel altera uel frumentum tuum super flumina decurret, licet enim tibi uideatur amississe te illud, sed inuenies in alia uita. Cum enim eleemosyna datur, uideatur quid emittat in flumina,

Aug.

Amos. 6.

Eccle. 11.

animum, vel mare, quia perditum illud apparet, at vero non sic est, quia nobis seruat in celo. Sunt etiam aquae transeuntes fideles defuncti, qui ut aqua dilabuntur, quicquid vero pro eis prestamus, inueniamus aliquando, ut statim ostendemus. Ad-
dit Sapiens. Da partem septem, hominibus, scilicet, nec non & octo, id est, multis, & omnibus, iuxta illam saluatoris sententiam omni petenti te tribue. Vel septem da partem, id est viuis pauperibus, quia septenario includitur numerus dierum hebdomadae, qua viuimus, & octo hominibus da partem, id est, defunctis, qui transierunt septem huius vitae dies, & sunt in octaua, in alia, scilicet, vita, quia ignoras, quid futuri sit mali super terram. Alij legunt, subtus terram, in purgatorio, scilicet. Vel ignoras, quid mali tibi impendat, ut legit Montanus, & ideo ut a malo omni libereris, da eleemosynam viuis, & defunctis.

Secundo, ex superius dictis colligitur, cauendum nobis esse ab omni peccato, etiam veniali, nec minimum reputandum est illud, cuius causa Christus Dominus animam sponsam suam priuat sui conspectu, & tanto cruciat igne. Si sponsaretur rex praecipuae sceminae, & cum dies nuptiarum adesset, praeciperet reginam in carcerem trudi, & vinculis ferreis alligari, non minimum intercessisse causam putarem, sed maximam. Audi nunc qui sanime iustae accidat propter unum veniale peccatum, cui condignam satisfactionem in hac vita non adhibuit. Desponsata Christo regi erat, dum in hac vita fuit. Sic enim Paulus ait, despondi vos uni viro. Hora vero mortis nuptiarum hora est, qua introducenda est anima in regis domum. De qua Ioannes ait, venerunt nuptiae agni, & vxor eius preparauit se. Si vero tunc minima veniali culpa fedetur, non in regiam ducitur, sed in purgatorium, quod carcer est acerrimum, & durum. Magnum ergo aliquid, nec parui pendendum veniale peccatum est.

Tertio tandem colligitur, oportere, in hac vita poenitentiam a nobis agi, & fructus dignos poenitentiae praestari, iubiles, & indulgentias magnificari, ut a purgatorij igne liberemur. Ex duobus malis quod minus est, eligi oportet, se ergo euadere vis crudelissimas purgatorij poenas, poenitentiam age nunc, ieiunia, cilicia indue, & alia pietatis opera praesta. Quod si haec tibi disti-

A bi difficilia dicis, nec ea posse te sustinere, quomodo sustinebis ignem ardentem, & deuorantem. Quis vestrum poterit habitare cum igne deuorante? Si optio tibi daretur inter duo haec aut per horam in fornace ignis ardere, aut vno die ieiunare, vel cilicio indui, an non hoc eligeres, quia lenius? Scito ergo, vno ieiunio, aut verberatione euadere te dies plures purgatorij, quia voluntaria haec sunt, & ideo magis satisfactoria. Quid ad haec dicit, qui iubilea praetermittit, quae facili negotio consequi potuit. Huc ait Ambrosius spectare verba illa Christi. Esto consentiens aduersario tuo, dum es cum illo in via, ne forte tradat te iudici, & iudex tortori. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Aduersarius noster (ait Ambrosius) est sermo scripturae, nos ad duriores vitam exhortans, aduersarius peccatum, quo damnamur, & conscientia nos accusans, aduersaria virtus, cui resistimus, hic ergo, cum es in via, solue vniuersum, quod debetis federa ini cum virtute, hic enim minori pretio dato persolues, sin minus traderis tortori in purgatorio, ubi reddes nouissimum quadrantem.

Vidimus, sanctam esse cogitationem pro mortuis. Videntur restat, quomodo sit nobis salubris, & utilis. Id vero, multis nominibus manifestum est. Primo nobis est utilis haec memoria defunctorum, & pro illis exhibita opera pia, propter gratitudinem animae iustae ad eum, qui eam iuuit, & obtulit, ut a tantis poenis libera esset. Si opera pia praestans, eripuerit animam a purgatorio, quae ibi per decem annos futura erat, dum maxima beneficia contulisti. Primum, quod per decem illos annos fruetur diuina gloria, & Deificae videat. Secundum, quod a tanto igne per decennium libera erit. Tertium, quod ingens vtrunque beneficium est. Tantum modum est. Deo videre facie ad faciem, etiam per instantem, vbi aliquid gratiae illud mereri nequaquam possent vniuersae creaturae, etiam si Deo causa mille annis igne arderent, quid obsecro erit, illam videre per annos decem. Quanti nunc duces, si per decem annos rex praeficereris videre. Hispania? Quanti, si rosi mundo quanti, si mille mundis? quanti, si infirmis? sed in infir-

Luc. 6.

Simile.

2. Cor. 11.

Apo. 19.

Ambr.
Luc. 12.

in infinitum excedit caeleste illud regnum, quo non caelum, aut terra, sed Deus ipse possidetur. Hoc vero bonum infinitum per decem annos anima obtinet tui causa, qui pro ea condignam satisfactionem obtulisti. Et poteris animae beatitudinem dicere, ego facci, ut his annis Deo fruereis. Sed nunc obsecro, animam beatam potest, & obtineo vniuersum, quod de liberata voluntate à Deo petit, cum ergo videat tui causa tantis bonis frui, quomodo tibi grata non erit? quomodo pro se non orabit? Quod si magni ducitur, cum obsequium regi praestatur, quo ille maxime deuincitur, quomodo magni ducendum non est, cum in animam beatam tantum beneficium collatum est?

Deinde expendendum est illud beneficium, quod anima praestas, cum eam à tantis cruciatibus liberas. Si enim captiuum redimeris, aut liberans, summum munus ei praestas, si tibi pcedis à morte hominem, cum tibi deuincis, ut cum possit tibi gratus sit, & frille Rex esset, multa tibi bona concederet, quomodo multa tibi bona non conferet anima, quam à tam dura seruitute liberasti, à tantis cruciatibus eripuisti? Rex Sodomorum dixit Abraham. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Quibus verbis ei concessit vniuersas diuitias Sodomorum, quia à captiuitate eos eripuerat. Vniuersam etiam Israel gratitudinem ostendit in Iudith, eique immensas gratias egit, quia ab Holoferne protegit, quo pacto putandum est, animam sanctam, gratissimam futuram non esse erga cum, qui eam liberauerit à fornace ignis ardenti? Multa à doctoribus memoriae prodita sunt beneficia, quae hi receperunt, qui post factum ad animas in purgatorio existentes, & nihil est, quod incredibile sit, eas efficere eius gratia, qui in ea tanta contulit beneficia. Salubris ergo, ac utilis nobis ista cogitatio est. Deinde utilis nobis haec memoria defunctorum est, quia cum suffragia Ecclesiae plura sunt, quae pro animabus defunctorum offert, illis praecipue profunt, & maiorem partem ex communibus suffragiis capiunt, qui dum viuerent, memores fuerunt animarum defunctorum, & in earum liberatione intenduerunt. Ita docent doctores plures scholastici. Columbo

Gene. 14.

ago sancta, & salubris haec cogitatio fit, pium profecto ac valde utile est, non solum hac die, sed quotidie hanc habere memoriam defunctorum singulari aliqua oratione. Praecipue vero pro his, quibus deuincti sumus singulari aliqua causa. Lex quaedam est inter Partitae leges, quae ait, si tenetur filius patrem à carcere liberare, cum in ea tenetur propter debita, quibus soluendo non est, magis tenetur, patrem à carcere purgatorij liberare, cum in eo detinentur propter peccatorum debita, est enim carcer iste multo acrior & durior.

Tandem salubris, ac utilis nobis cogitatio, ac memoria defunctorum est, dum nobis reducit in memoriam, quid de nobis agendum sit. Quid enim aliud nobis defuncti loquantur, nisi illud Sapientis. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Longo intervallo videmur à morte distare, sed certè prope est. Nobisque accidit, quod passeri accidere solet, qui in viridi arbore est, dulciterque canit, & omnia circumspicit, nihil sibi timet mali, sed aucupem non videt, à tergo venientem, nec arcum, & sagittam illius, & dum id non prauidet, sagitta percussus interit. An non huic persimilis diues ille fuit, qui dulciter sibi canens aiebat, habes anima mea in annos plurimos, gaude, & epulare? Sed attende aucupem dicentem, hac nocte repetent animam tuam à te, & quae parasti, cuius erunt? An non idem contigit Balthasari in cōuiuio, cum laudabat Deos suos, & epulabatur splendide, vidit vero continuo manum aucupis, sententiam aduersus eum ferentem? Ideo Paulus ait. Dies Domini sicut fur in nocte veniet, quia subito, dum non speratur, venit contritio peccatoris, quia dum adhuc homo orditur, succiditur, & cum inania secum cogitat, & dulciter sibi canit, ac inter delicias est, de medio tollitur.

Utilis ergo defunctorum memoria nobis est, quia mortis cogitatio in nobis efficit, ut ea, quae mundi sunt nihili ducamus. Et hac ratione praecipit Deus ut pena auis in sacrificium offerenda in loco cineris apponerentur, sic enim gratum ei offerebatur sacrificium. Vis holocaustum Deo gratum.

Eccle. 38.

Simile.

Luc. 12.

Dan. 5.

2. Thef. 2.

Leui. 17.

tum esse? pennas primum pone in cineris loco. Sed ais, quæ sunt mihi pennæ? Certe ea omnia, quæ te eleuant, quibus in altum volas. Hic bonitate sua se super omnes erigere vult, ille sapientia, ille diuitijs, ille munere, atque officio, ille dignitate. Hæc ergo vniuersa in loco cineris colloca, in morte, scilicet, & ea despicias, & Deo sacrificium acceptum eris. Diues es? duc diuitias in diem mortis, & videbis illud Sapientis. Non proderunt diuitiæ in die ultionis, & illud Psal. mi, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Simili modo reliquis philosophandum tibi est. Omnia enim humana in morte finem habent. Sicut ergo nauta in puppi sedem collocat, quæ extrema nauigij pars est, & inde vniuersum nauigium recte gubernat, ita si vitam tuam componere, ac probe gubernare vis, in morte sedem colloca tuam, memorare nouissima tua, & non peccabis, imo recte vniuersam vitam diriges. Ideo philosophi dixerunt, sapientis vitam esse mortis meditationem, quia mortis meditatio sapientem, ac iustam vitam efficit. Salubris ergo hæc cogitatio est, quæ salutem animæ adfert æternam. Licet ergo amara sit mortis memoria, sed salutaris est, similisque medicamento, cuius amara potio est, sed salutaris in-

*Prov. 11.
Psal. 48.*

Simile.

firmo, &c.

In octa-

In Octaua omnium sanctorum:

Thema. Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in calis. &c.

Matth. 5.



B O C. singulare est in hoc festo citra aliorum consuetudinem, quod eius octaua dies solenior est festo ipso die. Cum enim his omnibus diebus tot suffragia pro defunctis oblata sint, si ne dubio multi è purgatorio celū euolauerunt, quo efficitur, vt quot annis celebrior sit hæc festiuitas, quia plures hoc anno sancti sunt, quam superiore, & in octaua similiter plures sanctos celebremus, quam in die. Vt ergo de eorum pro nobis intercessione, & de eorum gloria dicamus gratia opus est.

Santos, qui in cælis sunt, pro nobis orare, certa, & indubitata fides est. Quibus dicere possumus quod Iosue. i. dicit Rube-
nitis, & Gaaditis, & dimidiæ tribui Manasse, Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram, vos transite armati ante fratres vestros, & pugnate pro eis, donec det Dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit, possideantque terram, quam Dominus daturus est eis. Hoc autem sancti sine dubio præstant, nos orationibus suis iuuantes. Vnde Hieronymus contra Vigilantium, si sancti adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti. quanto magis post victorias, coronas & triumphos? Vnus Moyses orat pro vniuerso Israele, & exauditur. Stephanus orat pro persecutoribus Paulum iueratus est, ut dicit Augustinus, & Paulo Acto. 17. donantur. 276. anime. Iob orat pro amicis, & eis placatur. Deus, multo ergo magis post

Iosue. 1.

Hiero.

Exo. 32.

Actu. 7.

Aug.

Acto. 27.

Iob. vlt.

FOR-

mortem, cum coram Deo sunt, idem præstabunt, & obtinebunt. Cum enim ad amicitiam pertineat amicum exaudire, sine dubio sancti à Deo exaudiuntur, qui voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.

Rationis huius vis apparebit, si consideres, quod charitas viæ collata charitati patriæ, est quasi puerorum amicitia collata virorum ætatisimo amore. Omnia, quæ hic in viâ sunt, vocat Paulus puerilia, & imperfecta, quæ in alia virilia, & perfecta. Donde occurramus (ait) omnes in virum perfectum, ut iam non simus paruuli. Amor pueri paruus est, & inconstans, sic amor viæ durare diu in actu non potest, & in multis operibus deficit. Si ergo cum dilectio erat puerorum, & cum labore opera amicitia præstabat ad eum tamen feruens fuit sanctorum in nos dilectio, ut continuo pro nobis orarent, teste Paulo, qui sæpius repetit, incessanter se orare pro fidelibus, cum charitas est consummata, nec eius actus interrumpitur, cum sine labore eam ostendere possunt, quid non facient sancti pro nobis? Manifestam, apertamque huius rei promissionem tenemus Petri Apostoli, ante mortem datam, orandi pro nobis post mortem 2. can. capite. 1. Iustum arbitror, quam diu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione certus, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus Iesus Christus significauit mihi, dabo autem operâ, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. 2. etiam

Eph. 4.

2. Pet. 1.

2. Mat. 15.

Machabæorum. 15. vidit Iudas Machabæus Hieremiam, & omniam orantes pro populo Dei post mortem. Sed quantum valeat oratio sancti Deum videntis, patet ex summa amicitia inter Deum & sanctos, quæ multo ætior est quam in viâ. Quid quod locus præmij sanctorum, est cælum, si cut terra locus meriti, merces vestra copiosa est in cælis. Licet enim præmij initium hic detur, sed completa merces in futurum seruetur. Quod vero quis petita obtineat ad mercedem pertinet, mereri exauditionem, huius viæ est, sed obtinere alterius. Licet ergo sancti in hoc mundo degentes multa alijs obtinuerint, tamen in cælis non multa, sed omnia, quæ desiderata voluntate petunt, obtinent, etiam alijs, quod in hac vita contingit. Ex quo sequitur, maxime nobis interesset sanctorum

ami-

A amicos nostros habeamus. Inde Iob. 5. Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Et innumeri temporalia, & spiritualia, etiam primam gratiam accipiunt propter sanctorum intercessionem; quibus affecti fuere, quo qui caret auxilio, non habens patronos sanctos, experietur illud. Iudicium. 18. Percussit tribus Dan Lachis, nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis, ac negotij. Si nostri innumeras necessitates tuas, in quibus es, & eris, cur tibi amicos non concilias, qui tibi auxilia ferant? Conciliantur vero hi amici affectione maxima ad eos, iugi eorum memoria, crebra ad eos oratione, pijs operibus, in eorum venerationem exhibitis.

Secunda ratio intercessionis sanctorum pro nobis colligitur ex illo Heb. 11. Nō acceperunt repromissiones, Deo pro nobis melius aliquid disponere, ut nō sine nobis consummareretur. Nō enim consummati sunt patres antiqui ante Christi aduentum, quo ad gloriam essentialem anime, nec modo, quo ad gloriam corporis sancti consummabuntur sine nobis. In quo Deus pro nobis, melius disposuit, ac prouidit, quia sciētes sancti præsci nō se consummandos ante Christi aduentum, maxime orabant, & feruentissime illum à Deo petebant. Sic etiam modo ordinavit Deus in bonum nostrum, ut sancti, qui in cælo sunt, non omnino in gloria consummentur, donec nos in eadem gloria simus, ut sic non solum nostri, sed etiam sui amore moueantur, & desiderio gloriæ suæ, ut pro nobis orent. Ideo licet essentiali gloria fruantur secundum merita, non tamen gloria corporis, quam tanto expetunt desiderio, ut animæ beatæ pro illa genere dicantur Apocalypsi. 6. & gloria accidentali maxima, quam ex nostra percipient societate, quæ ut recipiant, audirent Apocalypsis. 6. Dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, sic enim fit, ut pro nobis feruentius orent, ex bono nostro eorum etiam consummata gloria pendet. Vnde Psalter. P sal. 141. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. De qua re multa Bernardus in illud Canticorum, dilectus meus mihi, & ego illi. Vbi ait sponsa. Me etiam indiget sponsus meus, sed ut quid? Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad

Sanct.

Qq

latan-

latandū in lētitiā gentis tuę v̄t lauderis cū hēreditate tua. Nec hoc parū est, donec enim hoc perficiatur, nullū Deī opus perfectū erit, renouatio enim omnis creaturę reuelationē filiorū Dei expectat, Angeli impleri ruinas suas desiderāt. Et deniq; cęlestis illa ciuitas, non se perfectam videbit, donec hoc fiat. Audeo dicere, ait Bernardus, mea salute multam me gloriam beatis cumulaturum. Si enim mea conuersione lātati sunt, quid mea æterna salute facient?

Nec vero huic veritati quispiam obstat, quod Christus solus dicatur hominum aduocatus, & mediator. Vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus. Ipse enim se solo talis est, sancti vero per Christum tales sunt, quibus ille nomen hoc, & officii cōmunicauit, sicut & alia. Sicut vnus est magister, pastor, & fundamentum, fecit tamen plures doctores, & pastores, & fundamenta Ecclesię. Vnde ait ille patri. Claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis. Nec vero hoc tollit vnitatem pastoris, magistris, & aduocati, quia ipse est omnia hæc in suo corpore & membris, & illi hæc sunt in Christo, & per Christum, non enim sancti in se, & per se exaudiuntur, sed in Christo, & per Christum, sicut & Paulus ait, an experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Sicut etiam cum maiora opera suis concessit, quam quæ ille fecit, cum ait maiora horum faciet, totum id in gloriam Christi cedit, à quo illa procedunt. Sicut fructus rami à radice, palmitis vero à vite. Sancti sunt veluti speculum Christi, in quibus Christi imago splendet. Sicut enim Christus imago est bonitatis paternæ, & patrem glorificat, ostendens, quæ sunt in ipso, quia omnia quæ habet, à patre sunt. Sic suo modo sancti sunt Christi imago, in quibus mundo apparet, quid Christus sit, omnia ab ipso habent, & quo maiora in ipsis videmus, eo plus Christus glorificatur, qui omnia illa operatur. Sunt sancti Christi figura, eius opus, ideo in omnibus suis Christus glorificatur, sicut cum quispiam alium ex infimo statu in magnum prouehit dicere soles, hic est factura illius. Omnis sanctus à Christo ex nihilo in statum maximū elatus est, omnes factura eius sunt, in omnibus eum glorificantes. Et sicut pater glorificat filium, concedens, quæ in eius nomine ab eo petuntur, sic Christus sanctos,

sanctos, concedens ea, quæ in eorū nomine ab eo postulantur. Imo petere in nomine sanctorū, est petere in Christi nomine, Christus enim, & Ecclesia vnū est corpus. Nec petimus in sanctorū nomine, vt quid separatū à Christo, sed vt vnū sunt, cum Christo, ab ipso participantēs, vt exaudiantur. Nam vides quā merito Ecclesia omnium sanctorū mentem agat, à quibus oratione sua tantā bona sperat. Sed quia quod maximam spem obtinendi petita sanctis tribuit est, pro Christo passos multa esse, vt Paulus ait, tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, restat de vltima beatitudine dicamus. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quæ est vltimus gradus huius scalæ, & difficilior, & quæ magis superat omnem humanum intellectum. Licet enim superet, quod beatus sit pauper, mansuetus, &c. sed maximè humanum superat captum, quod cum iniurijs afficior, faucior, interfacior, non illum, à quo hæc fiunt, odio habeam, sed diligā, & ei beneficiam, nō trister, sed gloriē in tribulationibus, & tunc me beatū dicam, maximū plane hoc, & super omnē rationē. Hæc perfectio est Christiani, nec te putare debes perfectū, donec hūc concesseris gradū, hoc tibi restat agendum, postquam alia perfeceris, imo agendum nihil, sed patiedū. Licet pluribus studijs vacaueris, adhuc restat hoc examē ante gradum suscipiendum, vt qui bona à Deo recipere nouit, mala etiā pro eo sustinere norit. Aurū est Christianus, qui in septē beatitudinibus exercitatus est, sed igne examinandus est, & probandus, vt elaboretur, vt dicere possit, igne me examinasti, & nō est inuēta in me iniquitas. Er Sapi. 3. tāquā aurū in fornace probauit electos Dñs, quoniam Deus tētauit illos, & inuenit eos dignos se, Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & omnes iustos tētatio tribulationis. Nec enim in pace militis fortitudo videtur, nemo vires suas in pace cognoscit, ait Gregorius in illud Job. 33. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerāt nudabūt, quia in tribulatione virtutes apparet, Christiani Christiani triticū est, & seminatur humilitate, & spiritū paupertatis, in quod dicatum est mansuetudine, in terra potro factum, lacrimis irrigatum est, misericordia creuit, spicā misit, & grana sate, & siti in siti, vtilitatem est in arca, & purgati cordis munditia, pacis in

Ignatius.

Job. 23.

Ind. 8.

104. 15.

Dei horrea repositum, nunc molatur oportet, & in camino ponatur, ut panis Deo efficiatur, talis B. Ignatius, qui ait frumetum Christi sum, decibus bestiarum molar, ut panis Dei efficiar. Sic probatus est Abraham, Isaac, Jacob, Job, David, Tobias, Job. 23. ipse scit via meam, & probavit me, quasi aurum, quod penitentiam trahit, Iudith. 8. Omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Si pati hucusque non nosti, probatus non es, ut probatus Dei amicus sis, te multa pati oportet. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, &c.

Sed addit Christus. Propter iustitiam. Non enim sola passio, sed causa iustitiae beatum reddit. Multi enim ut lucra reportent, ut vindictas exercent, ut cupitis fruantur, patiuntur, quorum infames sunt passionibus, & gressus, nedum beatae. Qui etiam patitur, quia malefactor, licet si patienter sustineat, sit ei meritum, sicut cum infirmitatem patienter tolerat, sed nec hic dicitur propter iustitiam pati, sed ille, qui virtutis causa persecutionem tolerat, ut qui propter fidei defensionem, vel propter virtutem, vel quia bonus est, & iustus, persecutionem patitur, vel quia virtutem operatur, vel quia malum declinat. Hos Christus beatos dicit. De quibus 2. Petri. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beatissimi, quoniam quod est honoris, & gloriae, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo vestrum patiatur, ut fur aut homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Hoc enim est quod passionibus nostras gratas Deo facit, ut

1. Pet. 4.

2. Pet. 2.

Philip. 2.

Jacob. 1.

idem Apostolus capit. 2. dixerat. Haec est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustineat quis iniurias, & tristitias patienter in illis. In hoc enim vocati estis, quasi dicat, hoc est esse Christianum. Continuo subiungit exemplum Christi, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Et hoc maximum est signum divinae electionis, pro Christo pati. Unde congratulatur Paulus Philippensibus de hac re. Vobis dicitur, quod si in eum credatis, sed etiam pro illis patiuntur, in hoc enim verus Dei amor ostenditur. Quia et gaudent, cum illi fratres, cum in variis tentationibus in idem suscipiunt, quod probatio fidei vestre patienter patienter patienter autem optime perfectum habet, ut si in

A & integri, in nullo deficientes. Donec patiaris pro Christo, non es perfectus, & integer. Sicut perfectus amicus non probatur, donec pro amico pati noverit, ut dicere possit, aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruerunt illam. Talis Pauli charitas, qui ait. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, &c. Cum ergo te videris pro Christo aliquid pati, gratias Deo age, quia martyr esse cepisti, quod minus tibi est morte, minus es martyrio.

Sed quia naturae difficile est pati, rationibus munienda est, ut libenter illud amplectatur. Quarum prima sit, memoria culparum nostrarum. Prius quam humiliarer ego deliqui, ait Psaltes. Unde cum contra David Absalon insurgeret, & Seimeum malediceret, patienter ferebat, memor peccatorum suorum, & Genes. 44. Merito haec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Id ipsum dicemus in omni tribulatione, si rememoraremur iniquitates nostras, videremus enim omnem afflictionem minus esse quam id, quod pro merito nobis infligendum erat. Iram Domini portabo, quia peccavi ei, Michee. 7. Unde Gregorius, tunc illata conuitia bene toleramus, cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus. Et tanto quis patientius medicum ferrum tolerat, quanto putridum esse cognoscit, quod fecit.

Secunda sit sanctorum exemplum, qui omnes tribulati fuerunt, Jacob. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientiae, Prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Veneramur omnes sanctos eos autem magnificamus, quia sustinuerunt multa, discamus etiam nos, aliqua sustinere, sed maxime intueri Christi exemplum, quod efficacissime movet. Ideo illud maxime Petrus, Paulusque commendat. Hic Hebraeorum. 12. Recogitate eum, qui talem a peccatoribus adversus semetipsum sustinuit contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Et ille. 1. Canonica, capite. 4. Christo autem passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Sicut enim arma operiunt, & securum ducunt, ut teneantur armatum, sic hoc cogitatio nos armat contra omnem tribulationem. Thronorum. 3. dabis ei sicutum cordis laborem tuum. Labor enim, & passio

Cant. 8. Rom. 8.

Psal. 118.

Gene. 44.

Michee. 7. Greg.

Jacob. 5.

Heb. 12.

1. Pet. 4.

Thron. 3.

Christi scutum est cordis aduersus omnia mala.

Habac. 3.

Tertia, futurum præmium regni cælestis, quod laboribus acquiritur, *Habac. 3.* viâ fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, id est, in maximis tribulationibus, eis parasti iter, quod ingredi desidero, ideo ingrediatur putredo in ossibus meis, vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Quis labor non vertetur in gaudium, si attendatur, hanc esse ad cælum viam? *Psalmes ait,* memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi sp̄ dedisti, hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me. Promissio enim regni cælestis consolatio est in omni humiliatione, & viuificat nos mortificatos. Sed quia hæc est omnis nostra consolatio, de hoc nobis latius agendum est, de quo in Euangelio dicitur. *Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in cælis.*

Eph. 1.

Maximè necessaria est Christiano huius mercedis cognitio vt patet ex eo Pauli ad *Eph. 1.* Nō cesso gratias agēs, pro vobis, memoriâ vestri faciēs in orationib⁹ meis, vt De⁹ Dñi nostri Iesu Christi pater glorię det vobis spiritū sapientię, & reuelationis in agnitionē eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiē glorię hereditatis eius in sanctis. Si enim intelligere valeret homo, quid Deus & illius beatiudo sit, plurimū duceret cum audiret, potes illū consequi. Homo omnis boni cupidissimus est, si ergo audiat, potes acquirere thesaurum infinitum, quale nuntium auerit? Vide desiderium illius. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarū, & c. Sitiuit anima mea ad Deū fontē viuū. Qui nō anhelat, non suspirat, nōdum bene nouit, quid Deus sit. Vidē an placeat tibi infinitum bonum eternaliter possidere? Quod bonū Deus est? Dicat ipse, alius enim dicere nō valebit. Ideo *Apocalypsi. 2.* Vincenti dabo māna absconditū, manna est, quid est hoc? quia incomprehensibile est illud bonum, tenens semper in admiratione fruētes. Quam facile ista terra contemneret, qui hanc tantę promissionis magnitudinem contempnaret, quam facile virgo repudiaret viles viros, cui Rex esset sponsus. Sed qualis beatiudo nostra est? Certe diues se suū philosophorum, de hac re sententię, sed Christiana philo-

Psalm. 41.

Philosophia, quæ in omnibus suprema quædam, & infinita dicitur, in hac quoque re sicut in alijs excellit, ponit enim beatitudinem in Dei visione facili, & eius fruitione, quod infinitum est bonum.

Apo. 2.

Sed vt tanti boni magnitudinem aliquomodo assequamur, aduerte. Omnis dilectio fundatur in vnione, & apprehensione alicuius boni, & quanto maius est bonum, & vnio maior, eo delectatio excellentior causatur. Ex quo patet visionem Dei, & delectationem inde prouenientem esse omnē bonum. Ostendam tibi omnē bonum, dicitur Moyse. Si enim homini nunc concederetur simul frui omnire creatura, maximum profectō bonum, & summa esset ei delectatio. Si vero daretur fruitio mille mundorum, cresceret bonum, & delectatio. Cū ergo detur homini apprehendere, & frui bono infinito, an nō omnē hoc est bonum, & infinitum bonum? Cum ergo tibi dicimus, virtutem sequere, non tibi adimimus bonum, & delectationē, sed quomodo assequaris omnem ostendimus. Propter scientiarum speculationem philosophi multa delectabilia dimiserunt, non se delectatione priuantes, sed minorem relinquentes, vt maiori fruereutur, quid si assequi possent cognitionem naturalem supremi Seraphinis, sed hæc nihil est respectu cognitionis beati. Quid est videre Deum? est quasi esse Deū, Aristotel. ait, ex cognoscente & cognito vnum fieri, quod hic magis locum habet, cū Deus non solum sit obiectum, sed & species, qua ipse cognoscitur. Verè similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est.

Præterea vt beatus summo perfunderet gaudio, adinuenit, Deus modū mirabile, quo beatus vnus beatitudinē multam illi obtineret. Si nunc tibi diceretur, tibi seruata est gloria omnium beatorū, an nōn maximam eā futuram sperares? Audi ergo, qua via atque ratione mirabili id Deus effecerit, amor proprius coarctat nos, ac relinquit nos solos nobis ipsis, sed charitas animę dilatat sinus, & bonū alteri⁹ meū facit, quia efficit vt de eo leter, sicut de proprio bono. Maximū charitatis huiusmodi Ego bona recipere nōn possum, nisi quantum capio, charitas suadet, vt omnia ego capiam, quæ aliorum sunt, & vt bono aliorum fruam, ac si meum esset, Bernard. O charitas magna virtus, qua

Exo. 33.

Aristot.

I. Io. 4.

Bernard.

neminem expolians, omnia rapis. Dilige proximum, & omne bonum eius tuum est, rapuisti tibi, & alium non expoliasti. Attende ergo ad inuentionem, & artificium mirum inuentum ab autore omnium bonorum, ut vnus fruatur omnibus bonis, & hoc pacto cum vni benefecit, omnibus benefacit, qui charitate vniti sunt. Ego non possum Deum videre, & eo frui, nisi vnus, charitas facit, ut eo fruar quasi ego solus essem omnis homo, quia bonum alterius meum facit. Si prope fontem esses preciosissimi balsami, & paruum esset tibi vas, optares millia miliarium habere, ut omnia implens, domum portares, est beatus prope fontem boni infiniti, paruum est illi vas, inuenit millia miliarium sanctorum, qui Deo fruuntur, omnes vasa sunt, quibus ille sibi tollit balsami immensam copiam. Si cum omni beatorum vnione haberes, quam pater cum filiis habet, quantum gauderes videns oes filios tuos beatos? multo maior est beatorum vnio, fuit olim in terra eorum vnus, & anima vna, quid in celo? O beatissima patria, o ciuitas gloriosa, verè gloriosae dicta sunt de te ciuitas Dei. Est homo animal sociale, inde tot in mundo congregationes institutae, sed nulla fuit vnquam sine aliquo dissidio. Sed in celo vnus cor vna anima, omnes sibi inuicem bona communicant, tibi vere non est meum, & tuum, frigidum, illud verbum. Nec verò per ea quae diximus, tollitur diuersitas graduum gloriae, ut verum sit, quod dicitur, sicut differt stella ab stella in claritate, sic erit & Resurrectio mortuorum, quia quilibet his omnibus gaudet secundum mensuram charitatis, quae diuersa est in diuersis, vnde diuersa gloria.

Simile.

Acto. 4. Psal. 84.

Chryso. 1. Cor. 13.

Sed iam rationes aliquas perpendamus, quae ab extrinseco ostendunt gloriae immensam magnitudinem. Quarum prima sit immensa bonitas diuina, quam in glorificatione sanctorum ostendere, & effundere vult. Potuit Deus infinitos condere mundos, & se infinitis modis communicare, sed omnia in hoc vnum collegit, ut hanc gentem condere, & exaltaret. Si vniuersis artificibus infinita opera possemus facere, sed in vno die lapidum vnus operem, in quo me ostendere vobis, quod hoc ob praesentem. Hoc quoque opus est finis operum Dei, quo ostendit quod sit deus, ut premium ostendit quod est, quod terra in immensum exegit, adeo ut terra puncta dicatur, hoc mol ostendit.

A ostenditur, caelestia bona incomparabiliter terrena superare. Secunda ratio Aug. lib. 1. de doctrina Christiana, & sermo ne. 2. de Epiphania. Quia iudex, qui nobis praemium daturus est, ipse est, qui sanguinem, & vitam dedit, ut illud nobis acquireret. Quod maxima bona dare possit, manifestum est, quia omnipotens est, & sic non sunt intelligibilia bona tanta quin maiora ille dare possit. Solum de voluntate dubium restare videbatur, an velit maxima dare, sed haec quanta sit, ostendit, dum vitam dedit, ut nobis magna darentur. Qui vitam dedit in precium, quid dabit in premium? Si cum adhuc inimici essemus, reconciliavit nos sanguine suo, amicis quae non dabit? In redemptionis negotio, ducebat difficultia valde. Primum indignitas nostras, quia inimici. Secundum operis difficultas, quia vitam fundere oportebat. Sed in sanctorum glorificatione sunt duo contraria, dignitas, & meritum in sanctis, cui debetur merces de iustitia, & facilitas, difficile enim Deo non est, nos exaltare, quia facile est in oculis Domini, subito honestare pauperem. Duo priora impedimenta maxime obstabant redemptioni nostrae, & adeo obstabant, ut non solum nos tale, quid cogitare Deum facturum, non possemus, sed nec ipsi Seraphini Dei videntes infinitam bonitatem, & misericordiam, nisi Deus reuelasset. Duo vero aduersa maxime facilem reddunt glorificationem sanctorum, imo Deum deuincunt, quia fidem adstrinxit suam. Si ergo contra tanta impedimenta preualuit diuina misericordia, & non obstante demerito nostro, & operis difficultate, adeo fuit magnificus in nostri liberatione, ut sit copiosa redemptio, quantus obsecro, quam immensus, & magnificentissimus erit in praemio debito reddendo, quod sine difficultate dare potest. Hic verba deficiunt, intellectus heret, nos superatos a magnitudine rei agnoscamus, Gene. 47. ait Pharaon ad Ioseph. Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te, terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, Ioseph vero patri, & fratribus suis de possessionem in optimo terra loco. Quod Ioseph figuram Christi gerit, saluatoris nomen ostendit. Quanto intervallo Iesus super Iosephum in suorum dilectione, manifestum est, in potestate etiam quantum superet pater, quia licet secundus sit in trinitate in persona, sed non potestate. Vnde Paulus eum, 1. Corin. 2.

Augusti.

Eccliam

3. 1. 1.

Genes. 47.

1. Corin. 2.

uocat Dominum gloriæ. Bona vero quæ nobis daturus est, ta-
lia esse debent, quæ impleant eius amorem, & æquent deside-
rium boni nostri. Dicit ergo ei pater, hi fratres tui sunt, rationi
consonum est, eos magnificas, Dominus gloriæ es, da eis te-
des, pro vt libuerit. Si ergo res hæc in manibus Christi est, sine
dubio magna bona sanctos expectant, cum ab illis ea sperent
manibus, quæ pro eis cruci affixæ sunt. O diuitiæ omnino in-
estimabiles.

Tertia ratio, quod multa à suis petat, vt eis ista donet. Petit
captiuitatem intellectus, voluntatis amorem super omnia, &
quod parati sint, vitam millies profundere Dei causa & simi-
lia. Quæ omnia licet Dei respectu nihil sint, sed nostra infirmi-
tate considerata opera sunt præclara. Si ergo nos ille adeo libe-
rales, ac magnificos esse vult secum, quantus ille nobiscum erit? B
Et adhuc cum hæc omnia fecerimus, tantum est, quod nobis
ille elargitur, vt dicat gratis se illud dare. Gratia Dei vitæ æterna
ait Paulus, res enim tanta gloria est, vt vnum eius momentum,
non mereretur homo, etiam si mille annis igne arderet, nisi ad-
esset diuina gratia, & promissio.

Ex eo etiam magnitudo gloriæ colligi potest, quod non tam
opera nostra in se præmio afficiuntur ac Christi merita nobis
applicata per bona nostra opera. Sicut. 2. Reg. 19. officia Ber-
zelai in Dauid voluit in filios suos munerari, & sic federunt ad-
melsam Regis. Cum ergo Christi merita etiam in quolibet eius
opere infinita sint, & infinitis mundis sufficerent. Ait Christus
Patri, infinitis hominibus possem merito à te gloriam petere, C
sed paucos eligo, in quos bonitatis tuæ thesauros effundas, col-
ligatur in his, quod in pluribus erat diuidendū, sine dubio hi
maximo sunt præmio afficiendi. Et hac ratione pater ultra con-
dignum præmia dat, quasi rex qui ministro ultra mercedē plu-
ra dona ex liberalitate tribuit, vt eo facto ostendat, merita Chri-
sti immensa, propter quæ sola multa tribuit non alias debita.
Hoc ergo quod ex liberalitate propter Christum ultra merita
sanctis donatur, maximum credendum est esse. Iustus ergo est,
vt Deus paucis magna donet, cum multis potuerit Christus
petere. Sicut quando nobilis vir potuit à rege petere omnibus
propinquis dona, si vni solum petat, maxima illi donanda sunt.

A Cum ergo pater in sanctis muneraturus sit vitam diuinā, quid
non illis dabit? Et hoc est illud. Mensurā bonam, & cōfertam,
& coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinus vestros. Mé-
sura debita erat, sed cōferta, & supereffluens ex liberalitate da-
tur. Et inde fit, vt satiet omnino, nec vnquam fastidiū generet,
quia quando id quod datur, desiderium nō implet, nō quiescit
desiderans, & ideo nihil temporale pacem dat, quia omne
illud minus est desiderio. Sed quādo quod datur superat desi-
deriū, implet desiderium, nec vnquam fastidium generat, quia
plus est, quam desideretur, vnde semper est, quod desideretur
vt satietas fastidiū generare nō possit. Ideo dicitur gloria the-
saurus indeficiens, corona immarcescibilis, semper noua perfe-
uerans, ex eo, enim quod desiderium superat, semper est quo
B fruatur. Hinc Ioan. vidi ciuitatem sanctā Hierusalem nouā, des-
cendentem de cælo, tanquā sponsam ornatam viro suo. Noua
dicitur, quia semper noua apparet, & talis ac tanta, vt digna sit
agni sponsa. Sicut alibi ait, vidimus gloriam eius, gloriam quasi
vnigeniti à patre, id est tanta erat eius gloria quanta decebat fi-
lium Dei. Ita nunc tanta est gloria sponsæ, quanta decet Deū
sponsū, & semper noua, quia sine fastidio. Ideo Seraphini
apud Esa. duabus alis velant faciem, quia Deus est incompre-
hensibilis. Duabus pedes, quia sic gaudent, vt dici aut explicari
non possit. Duabus volant, quia semper eum videre desiderāt,
nec satiantur fastidient.

Demum vero illud ostendit quanta sint gloria donandi san-
C cti, quod membra futuri sunt illius magni capitis Christi, quā-
tum vero ornandum sit mēbrum, vt tanto cōgruat capiti, quis
enarrat? Vna gutta aquæ è cælo allata poterat temperare omnē
inferni ardorem, & ideo ea cōtentus diues erat. Quam dulcis
obsecro, esset mellis gutta, quæ in mare immissa sufficiens esset
omnem ab eo amaritudinem tollere? Nec dum Lazarus Deo
fruebatur facie ad faciē, sed iam prope erat, tantaque cōsolatio-
ne afficiebatur, vt visum esset diuiti, mare tormentorum tol-
lendum gutta aquæ digiti eius. Quid si Deū videret, futurum
speraret? Auget vero gaudiū, quod à mari erepti in trāquillum
portū veniunt. Si quis piam per plures annos longissimam fecit
nauigationem, nec terrā videt, sed innumeris procellis exagita-

Apo. 21.

Esa. 6.

Luc. 16.

tus, cum in portum intrat, quanta cum lætitia ingrediatur, dicat, qui expertus est. Cum ergo homo in hoc mari nauigauerit procellis iaciatus, quando peruenerit in illum gloriæ portum, quomodo lætabitur? Certe torrente voluptatis tuæ pibabis eos. Sed quomodo ego torrentem bibere possim? poteris quidem Deo dilatante os, & cor tuum. Ex quibus de mō sequitur, omnibus neruis intendendum, vt hanc gloriā consequamur, & vniuersa opera nostra in hūc finē dirigenda esse. Si quæ vero aliorum tendūt, perditā putā. Hinc cælestis magister ait. Quādo facis conuiuīū, noli inuitare eos, qui te re inuitent, sed pauperes, vt retribuatur tibi in vt retributione iustorum. Omnia ergo in Dei gloriā facito, alias, perdidisti, licet omne præmiū mundi tibi detur, quia respectu gloriæ nihil est omne, quod tibi dari potest in terra. Ibi erit Deus omnia in omnibus. Quid est mors? negatio eorum, quæ hic sunt; Quid infernus? negatio omnis boni. Quid cælum? affirmatio bonorum omnium, omne bonū. Si nūc comedis, nō ludis, ludis, sed festa nō vides quā vnū bonum, & delectatio aliam impedit. Ibi verō nō sic, sed omne bonum est simul, ostendam tibi omne bonum, anima si mul cum corpore omni bono fruatur. Ideo guttur spōse, quō Deum gustat, non āsimilatur alicui rei, cum reliquorum similitudines proposuerit sponfus, sed solum suauissimum dicitur quia Dei gustus cui āsimiletur, non est. Beatus populus cuius Dominus Deus eius, melius quam Salomōni Christo dicitur, beati serui tui, qui

Psal. 35.

Luc. 14.

Exo. 33.

Psal. 143.
3. Reg. 10.

stant coram te semper, &c.

In festo

A. In festo Sancti Martini Confessoris, & Pontificis.

Thema. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum. Lucæ. 11.



ITERA Euangelij obscura est, & ideo primum breuiter explicanda. Dixerat Christus Dominus se plus esse Salomone, & Iona: nec mirum, cum illi serui, iste Dominus esset. Nunc addit de se, quod cum sit lucerna mundi, non debet esse in abscondito, sed se manifestare operibus, & sermone, vt omnes intrantes Ecclesiam eo illuminentur. Sed quia de se, qui est communis omnium lucerna dixerat, hinc sumpta occasione de lucerna speciali, quæ in vno quoque homine est, loquitur, quæ non semper est lux, vt prior, & ideo docet, quo pacto nō obscurada sit. Ait ergo. Lucerna corporis, ostēdens, quomodo corporalia sint agenda, est oculus, quo claro existente, omnia corporis opera clara efficiuntur, tanquam in luce facta. Sed si oculus sit lippidus, fiunt opera mala, & tenebrosa. Quibus verbis significat cælestis magister, esse in quolibet hominum interiorem oculum, rationem, scilicet, quæ est lucerna dirigens opera, & cum hæc est simplex, sine contrarij admistione, corpus est simplex, & lucidum, id est, vniuersa hominis opera sunt clara. Si vero hic interior oculus nequam fuerit, opera praua erunt. Omnis enim malitia operis, prouenit ex alio qua.

C

qua admixtione extranei, quæ est in ratione, lumen enim naturale rationi inditum in bonum tendit, & in virtutem dirigit, admixtione vero extranei deprauatur. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint, idest, vide, ne ratio tua ob tenebrefcat, & nitorem amittat, vt aurum mixtum terra. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, idest, opera tua clara, & bona, non habens aliquam partem tenebrarum, tunc erit totum lucidum, & sicut lucerna illuminabit te. Idest. Cum opera tua bona sunt, tunc ratio tua est lucerna illuminans te, & omnia tua clarificans. Vel aliter. Cum opera tua sunt clara, & lucida, à lucerna interiori, ratione, scilicet, tunc lucerna fulgoris, Christus, scilicet, qui est lucerna communis, illuminabit te. Nam ipse ait. Si quis facit voluntatem Dei, hic cognoscet de doctrina mea, an ex Deo sit. Qui vero non recipit doctrinam Christi, lucernæ communis, habet lucernam rationis tenebrosam. In lumine ergo tuo videmus lumen, cum bene viuentes Christum agnoscimus. Ideo gratiam petamus per Mariam, qua illuminetur mens nostra.

Duplex ex dictis colligitur hominis lucerna, extrinseca, & intrinseca. Extrinseca, & communis Christus Dominus est, intrinseca, & specialis cuique, ratio est. Sicut etiam corporis duplex est lucerna, extrinseca, & communis sol, intrinseca, & specialis lumen oculi.

Prior lucerna Christus est, super crucis candelabrum, positus, vt sit lumen ad reuelationem gentium, qui venit, illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Et ideo ipse se appellat lucem mundi. Et in eo impletum Euangelista testatur illud Esaiæ. Populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam, sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Hanc lucem petebat Psalter, cum diceret, emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Et huius figura precessit in Dauid, qui dictus est lucerna Israel. Vnde ad eum serui dicunt, iam nō egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Iure vero Christus lucerna mundi dicitur, lux, & sol, quia sicut lumine vniuersa manifestatur quæ, & quæ sunt, & lumen efficit, vt certa de rebus iudicia habeamus,

omne.

omne enim, quod manifestatur, lumē est, ait Paulus, explicari vero Diuus Thomas, idest, lumine aliquo manifestatur. Itaque per Christum, & eius doctrinam iudicium rectum de rebus habetur, quod lumen si non adsit, omnia tenebræ, & error erunt. Erat mundus in tenebris ante Christum. Et ideo innumerum in eo errores, tum in Dei cognitione, tum in his, quæ ad mores, pertinent. An non in tenebris versabantur, qui ligna, & lapides, & dæmones colebant, qui innumeris irretiti vitijs, nesciebant, vbi corruerent, qui caduca, & peritura magni ducebant, cum æterna, aut non cognoscerent, aut paruipenderent. Venit Christus in mundum factus mundi lucerna, & Dei scientiam attulit, æterna manifestauit, temporalia nihil esse ostendit opere, & verbo, ecce lucernam illuminantem. Sicut enim condito primo Adamo veniunt ad eum vniuersa animalia, & eis nomina imposuit, & omne, quod vocauit Adam ipsum est nomen eius. Ita veniente in mundum secundo Adamo cælesti, nomina rebus ipse imponit autoritative, vt ita loquar, & quodcunque vocat hic secundus Adam, ipsum est nomen eius, quicquid cæcus dixerit mundus. Quod ille honorem dixit, verus est honos, quod ille pretiosum docuit, verè pretiosum est, quod abiectum, & vile, itidem nihili, censendum est, quidquid cæca hominum iudicia dicant.

Incertum, & varium hominis iudicium est, & ideo conueniens regula esse non potest, nunc bonum diceret lapidem Lydium, in cuius contactu appareret nunc hoc metallum aurum, postea argentum, postea æs? Regula certa esse debet, ne sit regula Lesbica. Humanum iudicium varium est, quod nunc ei placet, postea displicet, quod nunc illi pretiosum est, postea vile apparet, non ergo conueniens regula esse potest. Stella Elice, vt regula nauigationis sit, stabilis, & fixa esse debet. Hinc nobis humana iudicia irridenda sunt, cum Paulo, qui ait. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui autem iudicat me, Dominus est, quia est Deus verax, & omnis homo mēdax, vt idem Paulus ait. Lucerna ergo certa, inuariabilis, quæ obscurari non potest, Christus est, cuius luce dirigendi sumus, quam inspicere debemus.

Iusti.

Ioan. 7.

Psal. 35.

Luc. 1.

Ioan. 9.

Matt. 4.

Esai. 9.

Psal. 42.

2. Cori. 21.

Eph. 5. 13.
D. Tho. 1. 1.

Genes. 2.

1. Cor. 4.

Rom. 3.

Ioan. 11.
1. Reg. 3.
Sap. 5.
Iusti hanc nunc lucernam vident, & opera sua eius luce diriguunt, & ideo eis accidit illud, qui ambulat in luce non offendit, quia lucem huius mundi videt. Peccatori vero accidit illud Heli, non poterat videre, priusquam extingueretur lucerna Domini. Cum lucem lucerna praebebat, videri non poterat, cum lucerna extinguebatur, videbat. Ita peccator nunc cum ei Christus lucet, non videt, licet oculos habeat, videbit vero in nocte, cum ablata ab eo lux fuerit. Sicut nox tua. Tunc dicet, quid nobis profuit superbia? diuitiarum iactantia quid contulit nobis? in inferno dicet, ergo errauimus, & sol iustitiae non ortus est nobis, sed tunc videbit, cum videre nihil proficiet, tunc errorem agnoscet, cum illum corrigere non valebit. Nunc ergo inspicere lucernam Christum, qui te illuminat, nunc cum dies est, quando operari vales, cum manus solute sunt, postea enim ligatis manibus, & pedibus proijcietur peccator in tenebras.

Iob. 16.
Psal. 141.
Chryf.
Psal. 118.
Esa. 30.
Esa. 48.
Deinde Christus lucerna dicitur, quia nocte ambulans lucem praebebat, ut rectam viam teneant. Qui iter difficile in nocte agit, lucem quaerit, qua dirigat pedes in viam pacis. Vita nostra via est. Hinc Iob, breues dies hominis transeunt, & semita, per quam non reuertar, ambulo. Rectam vero tenere viam, vel ab ea declinare, tanti hominis interest, quanti est, vel Deum amittere, vel eum consequi. In via hac mille sunt laquei, deceptores plures. Hinc Psaltes, in via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Miratur Chrysostomus homilia decima in epistolam ad Romanos, quod insidiatorem daemone non timemus, cum viam agens paucas audies grafsatores in via esse. Curat te decipere daemone, curat, & mundus prauis exemplis, & opinionibus. Sed aduersus haec omnia Christus lucerna factus est, & dux viae fidelis. Hinc Psaltes. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Hinc Esaias, & erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, & aures tuae audient verba post tergum monentis, haec est via, ambulate in ea. Et idem. Ego Deus docens te vtilia, & gubernans te in via, qua ambulas.

Qua in re illud valde considerandum est, & praecipue attende.

A dendum, quod cum in mundum venerit ille, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei, & hominum praecceptorem se constituerit, innumeraque secreta caelestia, & terrena docere potuerit, nihil tamen docuit, nisi viam in caelum, non caelorum numerum; aut influentias, non herbarum proprietates, ut Salomon, non Angelorum ordines, sed ea solum, quae ad salutem aeternam consequendam apta erant, docuit nos humilitatem, mansuetudinem, misericordiam, charitatem. Attende, quam recte impleuerit, quod per Esai. dixerat, ego Deus docens te vtilia, non subtilia, aut curiosa, & gubernans te in via, qua ambulas. Et ideo sapiens ait, cibabit illum pane vitae, & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potabit illum, verè sapientia vitae, & sapientia salutaris illa dicitur, quae nos docet, salutem consequi aeternam. Et ideo Petrus ait, quo ibimus? verba vitae aeternae habes, quia verba Christi eò tendebant, ut docerent, quomodo aeterna, vita conquirenda esset. Scientia verò salutaris haec est, nosse, quo pacto salutem consequaris; reliquae verò si cum hac conferantur inania sunt. Hinc Iob timor Domini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligetia. Hinc vero docemur, multa vana, & curiosa relinquere, quae ad salutem non conducunt. Hinc sapiens, in multis esto quasi inscius. Et Ieremias ait. Stultus populus meus non cognouit, filij insipientes sunt, sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

Christus ergo lucerna nobis est. Nec ille solum, sed sancti etiam lucernae nobis sunt. Sic enim superius de Dauid diximus, lucernam fuisse Israelis, & de Baptista Christus ait, ille erat lucerna ardens, & lucens. Et vniversum de sanctis omnibus pronunciat Apostolus, in medio nationis prauae, atque peruersae, inter quos lucetis tanquam luminaria in mundo, verbum vitae continentia. Inter hos verò beatus Martinus merito lucerna Ecclesiae dicitur, cum luce sua illam illustrauerit plurimum. Quidam lucere volunt sicut sol, qui sic mundum illuminat, ut integer in se maneat, nec consumitur. Sed Christus, Martinus, & sancti luxerunt tanquam lucernae, quae dum lucerent, consumuntur, minuuntur, & deficiunt, vide Christum lucere, nam quomodo luxerit, Christus passus est pro nobis, vobis

Sanct. Rr relinquens

Eccles. 15.

Ioan. 6.

Iob. 28.

Eccles. 32.

Ieremi. 4.

Ioan. 5.

Philipp. 2.

Pet. 2.

relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Consumma-
 tus in passione est, vt nobis lux esset, & exemplum, in cruce
 constitutus, vt in candelabro esset, vbi ab omnibus vi-
 deretur. Sed nunc attendamus Martinum lucernam, qui
 etiam luxit consummatus, imminutus, & moriens. Audi dicē-
 tem. Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso la-
 borem. In ianua cæli pedem iam posuerat, & tamen ait, si ne-
 cessarius sum ouibus, gloriam nunc relinquam, & labores plu-
 rimos sustinere non recusabo. An non lucerna est, qui sic lu-
 cet? An non hæc Apostolica illa charitas, qua Paulus cupit, ana-
 thema esse à Christo pro fratribus? Sed silentio prætereundum
 non est egregiam illud factum, quod Christus Dominus com-
 mendauit, & Angelis ostendit. Pallium enim diuisit, vt
 pauperi daret, cum aliud, quod tribueret, non haberet. En lu-
 cerna, quæ consumitur, vt luceat. Et Christus ait, hac
 me veste Martinus catechumenus contexit. Mirum profe-
 cto, quod homo Deo vestem tribuat, habitu inuentus vt ho-
 mo, vestem humanitatis suscepit ex Mariæ visceribus. Et nunc
 iterum vt priorem vestem operiat, vestem à Martino acci-
 pit.

Sed attendendum, quomodo lucerna nostra, nos doceat,
 quid operari debeamus. Mediam vestem tribuit Deo, mediam
 sibi seruat, quidam namque vestem à paupere tollunt, quidam
 vestis nullam partem pauperi dant, quidam integram vestem
 dant, quidam vero mediam cum Martino, & hi sunt, qui re-
 cte agunt. Sed quis est, qui vestem à paupere tollit? Ille certe,
 de quo apud Iob dicitur, abstulisti enim pignus fratrum tuo-
 rum sine causa, & nudos spoliasti vestibus, aquam lasso non de-
 disti, & esurienti subtraxisti panem. De ijs etiam, qui pauperi
 vestem auferunt ait Iacobus, non ne diuites per potentiam op-
 primunt vos, & trahunt ad iudicia? Alij vero contra integrū
 pallium pauperi dare volunt, etiam si ipsi nudi maneant. Ad
 quos Paulus ait. Non vt alijs sit remissio, vobis autem tri-
 bulatio, sed ex æqualitate. Quasi dicat. Non omnem substā-
 tiam detis pauperi, vt vos nudi sitis. Necesse fuit, vt Paulus hoc
 prædicaret eo tempore, cum charitate feruente homines vni-
 uersas substantias pauperi dare volebant. Iam vero cum reser-

xit

Axit charitas multorum, necesse est, prædicare, ne pauperem
 spoliemus, id enim plures faciunt, quibus illud Sapientis con-
 tinget: Dens putridus, & pes lassus, qui sperat in infideli in die
 angustiarum, & amittit pallium in die frigoris. Quænam dies angu-
 stiarum est? Certe dies mortis, dies iudicij, tunc enim peccator di-
 cet, angustiarum sunt mihi vndique. Quis eo die habebit pedem
 lassum, ne fugere iram Dei possit, nec in cælum viam agere?
 quis dentem putridum, quo edere non valebit? Certe qui spe-
 rat in infideli. Sed quis sperat in infideli? Qui confidit in diui-
 tijs suis corruet, ait Sapiens, hic sperabat in infideli mamonā, &
 ideo corruit, quia amittit pallium in die frigoris. Qui enim
 nunc surripit pallium pauperis, tunc pallium proprium amit-
 tit, cum eo indigeat in diem frigoris. Hinc Ioannes, Beatus
 qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Custodit, ve-
 ro vestimenta sua, qui pauperi tribuit, in cælo enim ponit,
 vbi nec erugo neque tinea demolitur, vbi fures non effodiunt,
 neque furantur. Confici ergo cura multas vestes tibi, ve-
 niat dies mortis, quæ dies frigoris est, & pallio non indueris.
 quia vt Psaltes ait, cum interierit, non sumet omnia. Sed ais,
 & ita multi loquuntur, eleemosynarum non fiunt, quia diuitiarum
 iam non sunt, substantia multorum perijt. Sed ego è diuerso
 dico, ideo substantia multorum perijt, ideo diuitiarum non sunt,
 quia eleemosynarum non fiunt, sic enim saluator ait, date, & dabi-
 tur vobis. Hoc in Martino videre licebit, qui diuiso pallio
 Christum contexit, vt ipse ait, & ipse etiam Martinus opertus
 fuit. Esaias aiebat olim. Pallium breue est, duos operire non
 potest. Sed ecce Martini pallium duos operit, Christum, &
 Martinum, quia eleemosyna diuitias non tollit, sed auget, vt
 nos docuit vidua Sareptana. Merito ergo Martinus lucerna
 dicitur ardens, & lucens, ideo hodie nobis proponitur in exem-
 plū, vt qui ingressi sumus Ecclesiā lumen videamus. Vidimus
 Christū lucernā esse, diximus, sanctos lucernas esse. Nūc ad lu-
 cernas intrinsecas veniamus, de quibus multa in Euāgelio dicūt.

Diximus, lucernam, & oculum hominis rationem esse. Vi-
 de ergo, ait Iesus, ne lumen, quod in te est, tenebre sint. Di-
 xit vero hæc verba his, qui inuidia, & odio commoti, eum di-
 cebant blasphemum. Nobilissimum, & ingenium est, viuere

R r 2. secun-

Rom. 9.

Iob. 22.

Iaco. 2.

2. Cor. 8.

Prou. 25.

Prou. 11.

Apo. 16.

Mat. 6.

Psal. 48.

Luc. 6.

Esai. 28.

3. Reg. 17.

Aristo.
Seneca.

secundum rationem, & hanc vitam beatam Aristoteles dixit, & Seneca ait, hoc maximum hominis præmium esse, operatum fuisse secundum rationem, & quæ hominem decet. Quia cū pars rationis, quæ in homine est, sit diuina, qui secundum rationem uiuit, homo diuinus est, qui uero contra rationem, homo non est. Hinc est, quod ingenii & nobiles viri promissis stant, mendacium execrantur, detractionem fugiunt, etiam de inimicis bona loquuntur, furta non faciunt, ira non facile corripuntur, iniuriæ uerba non dicunt, quia hæc omnia, & similia abiecta iudicant, & inhonesta, nec uirum decere. Si ergo oculus hic rationis simplex fuerit, nec in eo tenebræ sint, nihil mali in homine est, sed totum corpus lucidum erit.

Sed cum tenebræ in ratione sunt, plurima in homine mala proueniunt, semper peccans est ignorans, quia inconsideratio in eo est, & iudicium errans in singulari præcipiens, fac hoc peccatum.

Sed quibus de causis obscuratur ratio hominis, ut tenebra dicatur? ex multis certè. Primo per ignorantiam, sicut illi, de quibus dicitur. Filij Heli filij Belial, nescientes Dominum, nec officium sacerdotum. Plurima mala oriuntur ex ignorantia diuinæ legis. Ideo Paulus ait. Si quis ignorat, ignorabitur. Quod uerbū durius dici potest Christiano quàm ignorabitur? Quod nam illud uerbum asperum, de quo Psaltes. nisi illud, nescio vos? Illos uero Deus nescit, qui nescierunt eum. Ideo Paulus. Eui gilate iusti, & nolite peccare, ad reuerentiam uobis dico, ignorantiam enim Dei quidam habent. Ideo Esaias ait. Propterea captus ductus est populus meus quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius sitit exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino, & descenderunt fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique eius ad eum. Id quod Propheeta dixit olim, impletum nunc uidemus, maxima enim ignorantia legis Dei laborat populus Christianus, & ideo innumeram damnantur. Superant nos Iudæi, Saraceni, ethnici in legis scientia, illi enim leges huiusmodi probe norunt, & fideles uero legem suam non nouerunt, & in rationem nescit dare, si interrogentur, & populus profecto in speciem dici potest. Quod

I. Reg. 22.
I. Cor. 14.

I Cor. 15.
Esai. 5.

A Quod si diuinæ legis ignorantia reprehensibilis semper fuit nunc tamen maxime, postquam Christus magister noster factus reuelauit nobis secreta cælestia, nunc præcipua ratione tenetur homo Deum agnoscere, & ideo grauius peccat, si ignoret. Et hoc est illud Ioannis. Hoc est iudiciū, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Huius uero ignorantie mala plurima sunt, ignorans enim fræno caret, & ideo liberius peccat, & ad infortunatissimum flatum deuenit, qui est, Dei & bonorum ipsius despectus. Sicut contra diuinæ legis scientia ruat, ut recte uiuamus. Hinc Psaltes. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Quis enim in regem suum peccauit, si eum agnoscat, & ab eo plura beneficia acceperit & maiora speret? Sicut ergo fulcitur domus columnis, ita anima scientia Dei, quæ cum abest, ruit uersa domus. Corpus ergo, quod corrumpitur, aggrauat animam, lex uero Dei cognita eam fulcit, & erigit. Deinde hæc ignorantia non solum plura efficit peccata, sed & plures peccatores. Ideo Esaias ubi supra dixit, dilatabit infernus os suum absque termino. Pauci enim damnantur, qui agnoscant, & uideant se ipsos damnari, plures uero, qui id nesciunt, quia nesciunt, ubi corruant. Sicut plures aues capiuntur laqueis absconditis ab aucupe, quam manifestis. Hinc Psaltes, nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Sicut ergo auis uidens cibum, & non laqueum, accedit, & capitur, ita ignorans Christianus inspicit escam delectationis, nec aspicit Deum, inferni æternas pœnas, & ideo peccat. Deinde hæc ignorantia efficit, ut postquam homo in peccata incidit, nesciat uti remedio, quia illud ignorat, & medicamina non adhibet, quia ea nescit. Cauendum ergo maxime, ne ratio nostra ignorantia labore, tunc enim tenebra fit.

Secundo, passio uehemens, & excedens rationem obscurat, & in tenebras conuertit. Hinc Daniel ad senem ait, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Hinc Aristoteles dixit, qualis unusquisque est, talis finis sibi uidetur, id est, qualiter affectu quis est dispositus, ita iudicat. Hinc sententia omnium philosophorum, ut prudentia in intellectu cõstet, necessarium est passiones appetitus per uirtutes morales sedari, Sanct. Rr 3 quia

Ioan. 1.
1. ad
1. Cor.

Ps. 81.

Dani. 13.
Arist.

quia cum vehemens est affectus intellectū excecatur. Sicut enim vapores à terra surgentes obscurant diem, & solem; ita passionnes appetitus rationem, & adeo obscurant, vt rectum appareat, quod turpe est. Hinc deridebant Iudæi Christū de contemptu diuitiarum disserentem, quia erant auari. Et ad superbos ipse aiebat. Quo modo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Et demum Paulus ait. Obscuratū est insipiēs cor eorū, putantes se esse sapiētes, stulti facti sunt. Vide ergo, ne lumē, quod in te est, tenebræ sint, & Deū consule humilioratione. Sicut enim sol nebulā aufert, ita & Deus mentis caliginem. Consule etiā eos, qui à Christo dicuntur lux mundi, & excessum passionum tolle, & nimium tui amorem, sic enim fiet, vt oculus tuus sit simplex, & ab eo procedant lucida cuncta.

Sed & illud silentio prætereundum nō est, quod superius diximus significari illis verbis, *si corpus tuum lucidum fuerit &c. sicut lucerna fulgoris illuminabit te*. Illud vero est, quod sicut ratio simplex, & lucida illuminat vniuersa hominis opera, vt lucida, & iusta sint, ita bona opera rationem illuminat, vt lucidior sit, intellectus voluntatem illuminat, & voluntas recta intellectum, quia vt philosophi aiunt, causę sunt sibi inuicem causę.

Eccle. Hinc Sapiens. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, plusquam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Hinc Psaltes, à mandatis tuis intellexi. Hinc Gregorius in homilia ait. Non illuminantur discipuli Christum audientes, & illuminantur eum pascentes. Huius verò rei ratio prima est, quia puro, & simplici cordi abundantior Deus lucem tribuit, pura etenim vita efficit hominem Spiritus sancti templum, in quo ille habitans lumine complet. Hinc Ioannes. Vnctio docet vos de omnibus, sicut enim purum speculum obiectum soli, non solum fit lucidius, sed & illuminat alia, ita pura vita illuminat intellectum, Deo lucem dignam præbente filio lucis. Hinc Iob. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulans in tenebris. Et Esaias, implebit splendoribus animam tuam. Secūda eiusdem rei ratio est, quod intellectus, & voluntas mutuo se iuant, intellectus etenim illuminatus mouet, & illuminat voluntatem

Luc. 16.
Ioa. 5.
Rom. 1.

Eccle.
Psal. 104.
Grego.

I. Ioa. 2.

Iob. 29.

Esai. 58.

Aratem, vt amet Deum, & vicissim voluntas amans mouet intellectum, vt dilectum cogitet, mediteturque, & sic amplio rem recipit lucem.

Plures sancti, atque doctores per simplicem oculum intelligunt intentionis puritatem, qua soli Deo placere desideramus, ex qua prouenit, vt opera nostra recta sint. Cum enim plura attendantur in opere, vt rectū sit, præcipuè attenditur intentio finis, à qua bonitatē, & speciē actus humani fortiūtur. Vnde Gre. Sicut domus fabrica colūnis, colūnæ autē basibus inniuntur, ita bona opera nostra virtutibus, virtutes autem intima intentione innixæ subsistunt, Dei ergo voluntas, & eius gloria nobis quaerenda est in omni opere. Ideo Paul. ait. Siue comeditis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriā Dei facite. Quem admodum omnia, quæ in templo erant, vel aurum, vel deaurata erant, ita quicquid in anima (quæ Dei templum est viuū) fuerit, vel charitas, vel à charitate imperatum, & ipsa deauratum esse oportet. Quid vero mirum, exigi à te, vt Dei amore ducaris in operibus tuis, cum ipse tui amore ductus, tanta opera peregerit? potest quidem homo recta operari propter Gehennæ metum. Hac enim ratione Hieronymus ad Eustochium ait, se damnaſſe ad horrendum deserti carcerē. Potest similiter propter gloriæ retributionem bona agere. Sic enim Psaltes agebat, cum diceret, inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Sed in his homini sistendum non est, sed vltius procedendum, se suaque vniuersa in Deum, & eius gloriam referens, & vniuersa sua bona in eum vt vltimum finem dirigere. Et ideo perfecta charitas foras mittit timorem, & vt Bernardus ait, charitas mercenaria non est, sed sine mercede maxima non est. Et hac de re calumniari voluit dæmō sanctissimum Iob, quod ad hanc charitatem non peruenisset, sed sola mercede ductus bona ageret. Vnde cū Dominus diceret, nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus? Respondit, nūquid Iob frustra timet Deū? non ne tu vallaſti domum eius per circuitum? &c. Quasi dicat. Sola mercede ducitur, vt te timeat, & tibi obsequatur, nō gloriā quaerit tuā, sed propriū commodum. Sed Iob vir cum esset simplex, oculū etiam simplicem habebat, & vnam eā

Gre. 9.

1. Cor. 10.

3. Reg. 6.

Hiero.

Psal. 118.

1. Ioa. 4.

Ber.

Iob. 1.

intentionem, qua soli Deo placere intendebat. Et cum pro filijs sacrificia offerebat, licet eorum bonum attenderet, Deū tamen præcipuè intendebat, nos docens, vt cum pia opera facimus pro filijs à Deo impetrandis, vel pro ipsorum, & nostræ salute, pro frugibus terræ, & similibus, non in his gradum facimus, sed præcipuè opera illa præstemus Dei causæ, & ipsū temporale, quod assequi curamus, in Deum referamus. Sic enim fiet, vt opera nostra maxima mercede sint digna. Licet enim charitas mercenaria non sit, vt ex Bernardo diximus, maximā tamen mercedem assequitur. Et sicut aurum purum in summo habetur precio inter metalla. Ita opus à pura profectum charitate summi est apud Deum meriti. Hinc Ioannes. Suadeo tibi, emere à me aurū ignitum, vt locuples fias. Hoc enim est, quod hominem diuitem reddit, si charitatem habeat, qua omnia opera sua aurea reddat, dum ea in Dei gloriam facit. Vulgo iactatur, petram esse philosophicam, vel quintam quandam essentiam, quæ aurum purissimum est, quo facile efficitur, vt vniuersa metalla in aurum mutantur, quod ego commentū potius credo, quam veritatem, licet plures nostra hac tempestate curauerint, hunc efficere lapidem, vt diuites essent. Non hoc Deus concessit, vt diuites in mundo simus, cōcessit vero in spiritalibus, cum charitatem diffundit per Spiritum sanctum in cordibus nostris, quæ aurum purum, & ignitum est, quo omnia nostra in aurum mutare possumus, & diuites fieri in bonis operibus, quæ quanlibet sint minima, si hac charitate fiant, maximi apud Deum sunt meriti, & ei præcipuè placent. Et hac de re sponsam ille commendat suam, cum ait, vulnerasti cor meū. C

foror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Mirum profecto est, posse hominem vulnerare Dei cor. Sed que erit adeo violenta sagitta, vt imparsibilem Deum vulnerare possit? Certe vnus, & simplex oculus, vnica intentio, quæ fertur in Deū, vnus capillus, vna cogitatio diuinæ gloriæ. Si hunc oculum simplicem habeas, sagitta tibi est, qua Dei cor vulneres, petra tibi est, qua vniuersa in aurum mutes.

Sed inquires, quo pacto homo sui amans ad hoc perueniet, vt sui oblitus propter Deū operetur? Audi ethnicum de hac re differentem, vt noueris facile tibi id esse, si gratia vti volueris, quam

A quam illa non agnoui. Seneca de beneficijs ait. Propositum est nobis, secundum rerum naturam viuere, & Deorum exemplum sequi. Dij autem quodcunque faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationē sequuntur, nisi forte existimas, illos fructum operum suorum ex fumo extorum, & thuris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuunt, quātis terras fructibus impleant, omnia ista sine mercede, sine villo ad ipsos proueniente commodo faciunt. Hæc quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat seruet, non ad res honestas conducta veniat, pudeat, vllum venale esse beneficium, gratuitos habemus Deos, si Deos quidem imitaris, da & ingratis beneficia, nā & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. Hæc B ille, Deus vtilitatem non quærit, sed nec quærere potest, quia nihil illi adijci potest, tu ergo noli vtilitate duci, sed honestate, & si vtilitatem quæris, eā in Dei gloriam quære, & ita simplicem habebis oculum, qui lucerna erit te illuminans.

Demum hanc tuam lucernam non sub modio ponas, sed super candelabrum. Sub modio enim lucernam collocat, qui bonis operibus terminum præscribit, qui caritatem solis amicis tribuit, cum tamen latum debeat esse hoc mandatum, & ad omnes extendi, qui parce seminat, paruam tribuens elemosynam qui semel in anno confitetur, qui parum orat. Hi omnes sub modio lucernam ponunt. Sed qui dimidium palliū pauperi tribuit, vt Martinus, qui anathema optat esse à Christo pro fratribus, vt ipse optauit, qui iugiter bonis operibus intendit, vt ille intendebat, hic super candelabrum lucernam ponit. Qui in populo est exemplū bonorū operū lucerna est super candelabrum constituta, vt qui ingrediuntur, lumen videant, videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

R r 5 In festo

Seneca

Matt. 5.

In festo Præsentationis Beatae Mariæ.

Thema. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.
Matthæi. i.



Irabilis in omnibus Maria est, sed verborum ipsius potestas plane admirabilis. Potuit enim verbo suo Christum è sinu patris in uterum suum deducere. Potuit verbis, & salutatione vniuersam Zachariæ domum Spiritu sancto implere.

Poterit ergo nunc Christum Dominum, & eius Spiritum ad corda nostra spiritualiter ducere. Sed præcipue hodierna die, quia Dei cor in mundum dulcissimum est, ac gratissimum. Quia hodie ei obtulit mundus gratissimum donum, & post filij sibi oblato donum, nullum huic valet comparari. Hodie enim in templum Maria ducitur, vt Christo desponsetur. Illa hodie maxima recepit dona. Sed non illa duntaxat, sed & nos omnes, si disponi voluerimus. Cuius rei præcessit figura in Rebecca, quæ cum assumpta fuit in sponsam Isaac, plura recepit dona ab Eliezer, quæ Isaac misit. Adijcit vero diuina scriptura. Fratribus quoque eius & matri munera obtulit. Hodie ergo nobis donabuntur dona gratiæ, quia damus fororem nostram sponsam Christo Domino. Ad eam vero accedamus, eam salutemus, & dicamus, quod fratres Rebecca dixerunt, soror nostra es, crescas in mille millia, & nos tua causa, & intercessione crescamus. Salutemus eam. Ave Maria.

1. Reg. 12.

Similes quidem nomine, sed plus similes re fuerunt Anna mater Samuelis, & Anna Mariæ mater, adeo, vt sorores ex eadem classe esse videantur. Illa enim longa vexata sterilitate, & ob hoc contemptui habita, orauit Dominum, vt prolem acciperet, vouens se eam Domino consecraturam. Exaudita oratio illius

A illius est, accepitque Samraelem, quem ablactatū in tabernaculū duxit. Simili ratione Anna Mariæ mater post longam sterilitatem accepit Mariam, quam oratione impetrauit, & trimam in templo hodie offert. Ita Gregorius Nissenus in homilia de humana Christi generatione. Ita etiam sanctissimus, & diuinus Euodius in epistola, qui fuit primus post Petrum Antiochenæ Ecclesiæ episcopus, quem Ignatius in epistola ad Antiochenos appellat beatissimum. Et Nicephorus dicit diuinum. Ita etiam sanctus Germanus patriarcha Constantinopolitanus, & diuus Andreas Cretensis sermone de dormitione Beatæ Mariæ, & alij plures.

Nissen.

Euodius.

Germanus.
Andreas.

B Sciendum ergo, à constructione tabernaculi aliquas fuisse deuotas mulieres, quæ spreta sæculi vanitate soli Deo vacabant. De quibus meminit Moyse dicens. Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Hæ namque specula sua Domino offerebant. Et quidam dicunt, has mulieres dici exercitū Domini, ita Rabbinius Abenacara in c. 38. Exo. Et has mulieres violabat filij Heli, vt dicit Ioseph li. quinto antiquitatum c. 11. & manifestè colligitur ex 1. Regum, dum ait, dormiebant cum mulieribus. Quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Quos ideo Deus occidit, quoniam zelo singulari mouetur in eos, qui sacras virgines violant, quæ ipsi us singulari ratione sponsæ sunt.

Exo. 38.

1. Reg. 2.
Iosephus.

Cum vero templum constructum fuit à Salomone, locus habitationis his virginibus constructus est inter altare & parietem templi. Vbi habitabant, ac orabant. Ita Gregorius Nissenus vbi supra, & Origenes tractatu. 26. in Matthæum, qui addit. Beatam Mariam etiam Christo nato ibi orasse, quod cum alij reprehenderent, Zachariæ pater Ioannis defendit. Idem asserit Cyrillus Alexandrinus libro aduersus Antropomar. capite. 27. & Theophylactus in caput Matthæi. 23. & Cedrenus in compendio historiarum. De his virginibus dicitur 2. Machab. 3. Virgines, quæ cõclusæ erant, ob tumultū exortū ad Oniā sumraum sacerdotem confugerunt.

Nisse.

Orige.

Cyri.

Theophi.

Cedrenus.

2. Mach. 3.

Hic etiam fuit mos ab initio nascentis Ecclesiæ Christi, vt virgines Deo dicarentur, quæ olim diaconissæ dicte sunt. De quibus Clemens libro secundo constitutionum Apostolicarū, capite.

Clemens.

capite.

Ignatius. capite. 61. & Ignatius in epistola ad Antiochenos, & **Tertullia** A
Tertul. nus libro primo ad uxorem, & libro de castitate. De quibus ex
Nicepho. Cæsareis redditibus alendis literas dedit Constantinus magnus
ad præfectos prouinciarum, vt refert Nicephorus libro. 8. histo
riæ Ecclesiasticæ. cap. 26. Et his fœminis regulam Basilus de
dit, vt dicit Gregorius Nazianzenus in oratione de laudibus
Hierony. Basilij. Has vero Hieronymus in epistola ad Eustochium: Non
Aug. nas, & Augustinus in Psalmum. 83. sanctimonialia appellat. Ex
quibus patet antiquitas religionum fœminarum.

Hodie ergo celebri festo colimus diem, quo Beata Maria
ducta est in templum à parentibus, cum trima esset, vt ibi soli
Deo vacaret. Quod festum in oriente per antiquum est, de quo
extant homilia sanctorum, quos supra memorauimus. Nunc
vero in Ecclesia Romana anno. 1581. institutum est à Sixto B
quinto.

Sed qua ratione nunc Deo offertur Maria? non vnica rei
huius ratio est. Prima, vt ea, quæ mater Dei futura erat, omni-
bustitulis, & rationibus esset Dei. Et ideo hodie Dei efficitur
parentum voto, & donatione. Ipsi Ecclesia tribuit verba illa Sa
pientia, Dominus possedit me in initio viarum suarum. Voluit
vero Deus, vt Maria omnino ipsius esset, ideo millies eam di-
cit suam in Canticis, columba mea, formosa mea, perfecta mea.
Grande profecto miraculum, quod in natura humana, quæ sem
per fugit à Deo à primo Ad peccato, quo primus parens fu-
git, inueniretur fœmina, quæ in nullare, vel in minima cogita
tione à Deo fugeret, aut recederet, & ideo de ea verba illa Iob C
accipi possunt. Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius
fit, & ad eam possit ascendere. Pater enim filio annunciat, quod
ad Mariam diuertere potest, & licet cum venit à pectore patris
in vterum matris, descendisse dicatur, tamen cum à celis, &
thronis in Mariam venit, ascendisse dicitur, quia in altiorem ve
nit locum, ac digniorem, & ideo ait. Ad eam possit ascendere.
Est Maria aurum illud optimum, quod gignitur fluitio paradisi,
quod mirè elaborandum est, vt annulus ex eo fiat, in quo la
pis infiniti pretij verbum diuinum ponatur, & ideo vt elabore
tur aurum, in templum venit. Est Maria domus saltus, quam si
bi in Libano edificauit Salomon, vt sibi in delitijs esset, cum ta
men

A men regiam haberet in Ierusalem, quia Christus, dominus in
pectore patris, vt regia habitans, voluit in delicias suas. domū
ædificare in vtero Virginis, vt delitiæ eius essent cum filijs ho-
minum. Proportio vero magna requiritur inter regiam, & do
mum saltus, nec enim regi conueniens est tugurium in saltu.
Sed obsecro, qualis domus fabricata in Maria est, vt ad eam di
uertere digne posset, qui ex patris pectore descēdebat? Adeo
mira, ac miranda in domo saltus Salomō posuit, vt ibi defecit
spiritus reginæ austru, referente Iosepho. Tata enim Maria est,
vt deficiat mens illam contemplans. Voluit quidem Deus. Ma
riæ esse omnibus titulis, & nominibus: oportuit vero, vt ipsa il
lius esset eodem pacto. Et ideo in templum ducitur. Vt verū
fit illud Canticorum. Dilectus meus mihi, & ego illi. Hinc no
bis colligendum est, vt si velimus, totum Deum nobis dona
ri, vt sit ille nobis omnia, nos etiam totos Deo tradamus, & mu
nus hodie Deo offeramus, quo nos, & omnia nostra. Deo. de
mus. Velles quidem, o homo, quod Deus omnino tuus esset,
nihil sui à te reseruaret, sed omnia tibi esset, rectè postulas. Sed
audi iustam Dei legem. Quantum mihi dederis de te ipso, tan
tum tibi tradam ex me, nihil ergo tibi serua, totum te dono da
Deo, & Deus tuus erit omnino. Hoc vero profectum, & bo
na nostra impedit, quod Deo nos non tradimus totos. Sicut
enim pars ligni missa in ignem, ignitur, quæ vero, in igne non
est frigida est, ita ea parte, qua nos Deo damus, sancti sumus.
Sed plura Deo subtrahimus. Audi, quid Paulus oret. Ipse au
tem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus ve
ster, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini no
stri Iesu Christi seruetur. Fidelis est, qui vocauit vos, qui etiam
faciet. **Secundo**, offertur hodie Maria in templo. Quam admodum
cum vis pulcherrimam tibi depingi, imaginera, offers pijs or
tabulam optimam, vel eum vis aliquas litteras præcipuas, titu
lare que tibi scribi, quaris membranam optimam, quam scrip
tori offers. Erat quidem imago illa vna. Deo in mente patris,
erat verbum illud in Dei corde, hinc illud eructauerat. Sed
in lumine inaccessibili non videtur, imago non illam nobis non
licebat, verbum illud legere non poteramus. Hinc Baruc. 3.
bat.

Iosephus.

Cant. 2.

1. Thessa. 5.

Simile.

Baruc. 3.

bat. Non est, qui scire possit vias eius, neque qui excogitet
Esai. 45. semitas eius, sed qui scit vniuersa, nouit eam, sapientiam scilicet. Et Esaias, Vere tu es Deus absconditus. Desiderabat mundus hanc imaginem videre, hoc verbum legere, vt dicere posset cum Ioanne. Quod vidimus, quod audiuius, quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Et vita manifestata est, quæ erat apud patrem. Ad hoc ergo defertur hodie Maria, quæ membrana est, tabula est præclara, in qua imago patris ponatur, verbum patris scribatur. Sicut primis tabulis fractis Moyses alias præparauit, in quibus Dei digito lex secundo scriberetur. Ita euacuato priori mandato, ac lege, lex dulcedinis, ac amoris scribenda fuit. Et ideo Maria in tempus ducitur, eius vero in templum conscensus merito celebri die agitur, quia prænuncium est remedij hominum, quoniam sicut olim ascendente
2. Ioa. 1.
Exo. 34.
3. Reg. 18.
Esai. 45. nubecula parua de mari, ait Elias, magna descendet pluuia, qua terræ sterilitas finem accipiet. Ita ascendente Maria in templum, expectare cito possumus pluuiam illam voluntariam, quæ sepegauit Deus hereditati suæ. Nunc implebitur illud Esaiæ, rorate cæli de super, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul.

Tertio in templum Maria venit, vt pugnam cum Deo ineat & eum superet, ac in terram deiiciat. Templum verò locus est huius certaminis, stadium, in quo curritur, quia in eo agone nobis cum Deo cõtendendum est. Pro rei huius intelligentia aduertendum est. Quod licet Deus pura, ac mera gratia decreverit, in mundum venire factus homo, voluit tamen mundum disponi, ad eum dignè suscipiendum; & vt mundus id mereretur, non quidem de condigno, & iustitia, sed de congruo, vt diuus Thomas, & alij dicunt. Quia sancti patres meritis, & oratione obstruuerunt, vt Deus descenderet; non quidem iustitia id exigente, sed quia conueniens fuit, vt Deus homo fieret; id exigentibus, ac postulantibus tot sanctorum meritis, & orationibus. Sed hoc meritum de congruo impletum non fuit, donec Maria in mundum veniret, & suis meritis, ac oratione Deum à cælis in terram deduceret. Illa vltima linea, ac manus hanc operi inposita, scilicet, an hanc rem sub odoratus fuerit. Homerius in lege enim nature fuit aliqua, hæc oblecta cognitio in carnatio

nationis in sanctis, à quibus philosophi aliqua didicerunt. Finxit ergo Homerus mirabilem catenam, quam magnificet Plato, Augustinus, Macrobius, & alij, & ea dicitur Catena Homeri. De qua ipse ait, quod cum Iupiter vellet brachij sui potentiam ostendere, dixit ad vniuersos Deos, ego faciam catenam, eam que manu tenebo in cælo, in extrema vero illius parte, quæ terram tanget, multa erunt catenulæ. Vos ergo omnes descendite in terram & quisque catenulam suam teneat. Et conatu vniuerso posito, curate me in terram trahere, ego vero conabor solus vt in cælum vos ducam, & ita fiet, quo liquido patebit omni potentia mea. Quid hac fictione significare voluerit Homerus incertum est, multæ enim expositiones à doctoribus traditæ sunt. Sed forsitan Dei in mundum descensum significare voluit, Catena profecto Christi genealogia, quæ in euangelio traditur est, quisque Patriarcharum, ac regum annulus est catenæ. Omnes vero sancti conati sunt, vt Deum à cælis in terram deducerent. Sed nullus id perficere valuit, donec illa venit. De qua natus est Iesus. Hæc ipsum traxit in terram, hæc inuincibilem superauit. Eadem vero catena nos Deus duxit in cælum. Sed vnde catenæ vis tanta? Certe quia vltima eius pars Maria est. Hæc omnes iustos longo interuallo superauit. Hæc vniuersa peccata bonitate sua vicit. Et cum vniuersa hominum peccata conarentur, ne Deus in terram veniret, illa ea omnia bonitate superauit sua, effecitque, vt descenderet. Illa tandem Deum vicit, & margaritam, quæ in patris pectore erat, sibi vsurpauit, verbum, scilicet, diuinum. In stadio quidem omnes currunt, sed vnus accipit brauium. Margarita, quæ tanquam præmium sanctis proposita fuit, Christus fuit. Vniuersi cucurrerunt, vt illud arriperent. Sed omnes iuxta fidem defuncti sunt, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes. Exultauit Abraham, vt videret diem Christi, vidit, & gauisus est, vidit quidem, sed non potuit arripere. Sic eum vidit Iacob in iugum scalæ, sed non ascendit per eam, odoratus est illum Isaac, eum dixit. Ecce odor filij mei quasi odor agri pleni, sed gustare non potuit, vsque ad summitatem virgæ peruenit Iacob, vt eum arriperet, sed non valuit, vnde dixit, salutare tuum expectabo Domine. Præclarum cursum cõfecit Ioseph, qui

Heb. 11.

Gen. 28.

Gen. 27.

Gen. 42.

qui vt expeditius curreret, pallium reliquit. Sed ad vmbra-
lum peruenit, cum dictus est saluator mundi in Christi figura. **A**
Maria vero ita foeliciter cucurrit, ita aquila magna volauit, vt
ad cedrum altissimam parueniret, ad patrem, scilicet, & medul-
lam arriperet, & margaritum, quod in eius pectore erat. Illud
vero pater ei dedit, cum in eius vtero Christum posuit, & in ei-
pectore.

Foelix profecto nuncium, atque præclarum hominibus, dū
monile, quod in patris pectore erat, quod super Cherubim vo-
lauerat, & inueniri difficile poterat, quia altissimum posuerat
refugium suum. Iam facile inuenitur, in brachijs Mariæ iam
est. Imo & in sacerdotis manu, vt cum facile recipias. Quis ve-
ro eum ad nos adduxit? Maria plane, foelix profecto mulier,
quæ ad Deum vsque peruenit cursu suo. Sed vt foelicem hunc **B**
cursum absoluat, à longe, ac retro, vt vulgo dicitur, cursum in-
choat. Quidam enim sero cursum inchoant, qui sero agnoscūt
bonitatem infinitam, pulchritudinem antiquam. Quidam ve-
ro ab infantia currere cæperunt, vt Samuel. Alij ex vtero matris
vt Hieremias, & Ioannes. Sed Maria, tanquam ea, quæ multo
maiorē cursum perfectura erat, à conceptione currere cæ-
pit. Et cum triennis esset, in templum properat, & tandem Chri-
stum ad nos deducit. De qua natus est Iesus. Cauendum verò
valdè, ac timendum nobis est, si cursum istum tarde inchoa-
mus. Sicut ille, qui saltum magnum perfecturus est, cursum à
longe sumit, vt cum saltandum est, magnum terre spacium præ-
teruolet. Sicut ille, qui ex hac vita in aliam migraturus est, & Deū
assequi conatur, caueat ad mortem differre pœnitentiam, sal-
tus certe magnus est, à longe ergo capiendus est. cursus, ne in-
baratrum incidamus. Hinc nos Paulus monet. Sic currite, vt
comprehendatis. Currendum ergo est, vt ab infantia Deo nos
offeramus, sicut hodie Maria oblata est. Parentes vero id agere
cum filijs debent, quod parentes Mariæ, qui eam ducunt in
templum, cū infans esset, & quod pater Tobie, de quo sic scrip-
tum est, genuit filium. Quem ab infantia sua timere Deum, do-
cuit, & abstinere ab omni peccato. Id ipsum Salomonis mater
præstabat, vt ipse ait. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus,
& vnigenitus coram matre mea. Et docebat me, atque dicebat
posside

1. Cor. 9.

Tob. 1.

Prou. 4.

A posside sapientiam, posside prudentiam, ne dimittas eam, &
custodiet te, dilige eam, & conseruabit te. Hinc Ieremias. **Bo** Thren. 3.
num est viro, cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Cū
enim ab infantia virtuti quis incumbit, est ei quasi à natura in-
sita. Quia enim Samuel à puero in templo fuit sanctissimus e-
uasit. Sicut enim qui ab infantia in aula regia nutritur, & inser-
uit principi, postea illi gratior est, ac plura beneficia recipit. Ita
qui Deo ab infantia adhæret. Quod apud Deum allegabat
Psaltes, cū diceret. In te proiectus sum ex vtero, de ventre **Psal. 21.**
matris meę tu es projector meus. Hoc hodierna die exemplo **Gen. 8.**
suo nobis Maria ostendit. Emissus ab arca coruus est, nec re-
uersus, cadauere forsā illectus. Emissa columba est, & non in-
neniens, vbi requiesceret pes eius, regressa est in arcam, defe-
rens oliuæ ramum. Omnes à Deo emittimur per creationem, **Chryf.**
sed peccator in creaturis manet, non verò sic Maria. Chryso-
stomus ait. Sicut aqua non ea est prædita soliditate, vt quispiam in
ea figere gradum possit, quia continuò labitur. Ita in mūdo
nihil est, in quo consistere possimus, & ideò colubę similes
simus, dicamusque cum Psalte. Quis dabit mihi pennas sicut **Psal. 54.**
columbæ, & volabo, & requiescam, in Deo, scilicet, meo. Et **Cant. 2.**
ideò vocat sponsus sponsam quasi columbam, veni columba
mea. Ramum verò oliuæ Maria sine felle columba defert, ora-
tionem, scilicet, implens illud Pauli. Sine intermissione ora-
te, & illud. Meditabor vt columba. Etiam dum columba cibū
sumit, cælum respicit, granum ore capit, & cælum suspicit. **1. Tes. 5.**
Ita Maria agebat, omniaq; in Dei gloriam referebat. **Esa. 38.**

C Sed opere præcium erit, nosse, quo pacto Maria in templo
educata sit qualemque vitam egerit. Continuò sedes liquisti
paruula auitas, templi adytis oblata parentum debita votis.
Sed quid in templo egeris, quomodo fueris conuersata, nosse
cupimus. Sententia concors sanctorū est, & ea certissima, singu-
lari Spiritus sancti prouidentia Mariæ esse educatā. Si enim singu-
lari cura, Sās, Samuel, & Baptista educati sunt, qui ad mun-
dicia à Deo electi. Maria, quæ adeo digniori muneri præ-
parabatur, singularissima (si sic loqui licet) cura nutrienda erat,
vt in omnibus esset absolutissima. Vt fundamenta huius divi-
ne domus tui congruerent edificio. Vnde sicut in vetero

Sancti. Sc. mo.

3. Reg 5. mo, quæ Mariæ typus fuit, in fundamentis iacti sunt pretiosi lapides. Ita in Mariæ initijs summæ virtutes effulserunt. Hinc de eâ canit Ecclesia. Cû essem paruula, placui altissimo. Hinc Damas. li. 4. de fide orthodoxa, c. 15. ait, Maria in tēplū adducta, & oblata, nō secus ac oliuā fructiferā se præstitit, quæ in domo Dei plantata, & diuino spiritu impinguata, fructus pulcherrimos protulit, & virtutū omnium domiciliū effecta est. Grego. in comē. in oratione de Maria in tēplo oblata ait. Erāt Mariæ mores incompa-
 rables, & agēdæ vitæ ratio cōposita virtutibus, & plena diuinis reuelationibus. Cōsiderandū enim est, Mariā similitē fuisse pulcherrimæ imagini, quā præcipu° pictor regi depingit, licet enim cū reliquas imagines depingit, aliquid ipse faciat, multa tamē relinquit faciēda ministris, & pictorib° rudib°. Cū vero imaginē regi depingit, nihil illi° alijs permittit agēdū, sed ipse op° inchoat, ac perficit, quia in ea imagine nihil esse debet, quod vndiq; perfectū nō sit. Ita plane, cū in reliquis sanctis multa De° pro diuina sua bonitate posuerit bona, singulari eis reddita gratia, in plurib° tamē eos permisit agere vt homines, errare, decipi, labi, vel minus perfectē agere. At cū Maria ei perficiēda fuit, in qua attendit, nō solū quod ab ipso fieret, sed etiā quod regi maximo parabatur, quod sapiētia edificabat sibi domū, parabat sibi tabernaculū, omnia, quæ ad eā spectāt, manu propria perfecit, & singulari gratia vniuersa ornauit, vt nihil esset nō absolutissimum. Si enim cū mundū condidit primo Adæ, vbi dignitas hominis, cui fiebat, per exigua erat, vidit cūcta, quæ fecerāt, & erāt valde bona, qui attēdit se ipsum, qui ea faciēbat, cuius opera perfecta sunt. Cū secundū mundū condidit Adæ cęlesti, Mariam, scilicet, quæ nō minor mūdus dici debet, sed maior. Quia quæ cęli, & terra capere nō poterāt, suo cōtulit in gremio, in cuius mūdi cōstructione attēdere debuit, nō solū quis illum efficeret, sed cui. Quo pacto in eo nō erūt omnia valde bona, ac perfecta?
 Sciendū ergo est, quod eo tēporis mōmēto, quo rationis vltus Mariæ datus est, eā omnino diuinus amor possedit, nihil in ea relinquēs nō ignitū. Quicquid præter Deū erat, nihil ducebat, vnde à mūdana glōria, laudēq; sic abhorrebat, sicuti corruptū serē, qui fetore suo plures inficit. Et sicut animus alicui negotio nimis intentus, ad alia sit nullus. Ita Maria Deo intēdebat, vt
 alijs

A alijs omnibus nulla esset, vt iure vsurparet illud Cant. Ego dilectio meo, & ad me cōuersio eius. Et veluti accidēs pendēs à sub-
 stantia, ita à Deo pēdebat Maria, nihil cogitabat præter Deum, & contēplata Dei innumeras misericordias, præcipuē verō illā, qua homo fieri & mori decreuerat, nec aliud à nobis exigere præter sui amorē, decreuit eū toto corde diligere, vt nihil illi° alteri cōcederet. Et sic corpus gubernare decreuit, vt soli Deo seruiret. Et sicut nauclerus, nauim gubernans, memoria tenet pericula, à quibus cauere debet, & portū, quo pergit, vt illuc nauim applicet. Sic Maria corp° suū ab omni Scylla, & Charybdi eripere cupiēs, ne propinquorū cōuersatio ei impedimento esset, ne tota in Deum curreret, tēplū adit.

In tēplo vero ab Angelo nutrita fuit, qui ei cibum afferebat
 B vt Hieron. affirmat vbi supra, & Cedren. in com. histor. & Gre. Hieron. Nicomed. vbi supra. Nec id adeo mirū, cū alijs sanctis sit concessum. Regula vero Ber. sit nihil Mariæ negatū, quod alijs sit concessum. Et recte ait Gre. Nicomediensis, vidimus, Deū ei dedisse filiū, quid mirū, quod reliqua omnia præstet? Sabel. lib. 2. exēplorū ca. 4. & 9. ait, maiorū esse traditionem, quod Maria à prima luce vsq; ad tertiā orationi vacabat. A tertia vsque ad meridiem operi manū incūbebat. Statim parcissime cibū sumebat. Reliquū vero temporis lectroni scripturæ impendebat, & eius meditationi. Galat. li. 7. de arcanis catholicæ veritatis cap. 5. ait, Omnia Virginis mēbra à pedibus vsque ad caput, omnesq; eius sensus, & cogitationes animę imperio absque repugnantia obtemperasse. A deo vt oculi eius nihil illiciti vnquam aspexerint, imo nec oculos vnquam leuauit, nisi orans. Atq; eo spiritu prophetię donata est, vt si forte aliquid illicitū audire, vel videre debuisset, illico eius aures, & oculi clauderētur. Ita vt nō nisi volū tati diuinę seruire viderēt. Nec hoc mirū videri debet, quomodo enim sūma Mariæ gratia, & virtutes latere potuerunt, vt exterius non apparerent. Addit vero Ambrosius lib. 2. de virgini. Adeo Dei charitate plenam fuisse, vt etiam cum corpus dormiret, eius vigilaret animus, vnde in Canticis ait. Ego dormio, & cor meum vigilat. Quæ verba ad Mariam pertinere adnotauit Rupertus libro. 7. in Cantica. Si ergo Paulus in tertiū raptus est cęlū, si Baptista mira eleuatus contemplatione fuit, & si alij

Rupertus. viri sancti inebriati fuerunt charitate, & extra se facti, si reuelationes plures habuerunt, Maria multo his maiora recepit, vt ait Rupertus libro. 3. in Cantica, quia fecit in illa magna, qui potens est. Hanc introduxit rex in cellam vinariâ, vt eâ inebriaret. Cor eius, & caro exultauerunt in Deum viuum. Fuit Maria tota celestis, tota diuina, quia sedes illius futura erat, qui ait. Cælum mihi sedes est. Hinc demum Ambr. vbi supra ait, talis fuit vt vnus vita omnium esset disciplina. Et ideo Ecclesia ait. Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo. Et iterum. Cuius vita incluta cunctas illustrat Ecclesias. Et tandem ait Dion. Cartusianus lib. 1. 2. & 3. de præconijs Mariæ, ad Originalis iustitiæ statum peruenisse melius quam Adam, quia in eo nulla fuit rebellio; & plena erat gratia, ac omni ornata virtute.

Bonauent. Sed illud mirandum est, quod D. Bouauent. in meditationibus de vita Christi capite. 3. ait. Reuelasse Beatam Mariam sanctæ Elisabethæ hæc verba. Filia tu credis, quod omnem gratiam, quam habui, habuerim sine labore. Sed non est ita, imo dico tibi quod nullam gratiam, donum, vel virtutem habui à Deo sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lacrimis, & multa afflictione, dicendo, cogitando semper placidam sibi, sicut sciebam, & poteram, excepta sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in vtero matris. Et ideo pro firmo scias, quod nulla gratia descendit in animam, nisi per orationem, & corporis afflictionem, hucusque Mariæ reuelatio. Ex qua re docemur, operi, ac labori incumbere, vt perfectionem, ac virtutem acquiramus. Sine labore, ac afflictione perfici cupimus, sed id nonnulli præstatur, cum Mariæ nihil concessum sit sine labore. re excepta priori sanctificatione, labora ergo sicut bonus miles Christi Iesu, vt coronam consequaris &c.

In festo

A In festo Beatæ Catherinæ virginis, & martyris.

Thema. Simile est regnum calorum decem virginibus &c. Mat. 25.

INter alia, quæ illustrem reddunt ciuitatem Ierusalem celestem, vnum est, varietas ciuium illius, quam attendit Ioannes, cum ait. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis. Sicut in terra insignis illa ciuitas esset, in qua ex vniuerso hominum genere, & ex omninatione ciues præcipui inuenirentur. Ecclesia militans simili de causa ornatur varietate statuum. Hinc Psaltes ait. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Licet enim vestis aurea iustorum sit vna, sed simul est multiplex in diuersis virtutum officijs pro statuum diuersitate. Hinc etiam Paulus confert humano corpori, in quo diuersa sunt membra nec enim totum illud est oculus, aut manus. Et sicut in regis domo plures, diuersique ministri sunt, & omnes regi obsequantur, ita in Ecclesia diuersitas est ministrantium.

Sed varietas ista statuum reducitur ad duo præcipua. Sicut diuersitas corporum ad alia duo, nempe, ad cælum & terram, qua propter dicitur. In principio creauit Deus cælum, & terram. Ita Ecclesiæ status ad virginitatem, & matrimonium. Virginitas est: cælum, propter incorruptionem, & celsitudinem. Matrimonium vero terra propter fecunditatem. Et ideo cum Ecclesia diceretur. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te, ait ipsa. Quid videbis in Sunamite, nisi charos castrorum? Quia sicut in castris duo sunt ordines mi-

Sanct. Ss 3 litum,

litum, equeſtres, & pedefires, ita in Eccleſia virginis, & vxora-
 ti. Equites virginis ſunt, qui ſuper equos ſunt ſuorum corpo-
 rum, a quibus in terram deiectionis ſunt. Quibus accommoda-
 ri poteſt illud Eſaiæ, quod in alium ſenſum ipſe dixit, equi eo-
 rum caro. Equites ergo illi ſunt, qui ſuper carnem ſedentes, ei-
 que dominantes, Deo militant. Et rurſum virginis equitatus
 Dei dicitur, quia caro, quæ alijs eſt viciorum materia, ac fomes
 ipſis ſeruit ad iuſtitiam, & ut ſpiritus in illa pugnet, & per eam
 vincat. Ad quod reſpexiſſe Paulus videtur, cum ait. Sicut exhi-
 buiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad ini-
 quitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitie in ſan-
 ctificationem. Loquitur ea verba Paulus continentibus, qui
 prius ſuperati à carne fuerunt. Verba vero poſteriora virgini-
 bus conueniunt, qui exhibent corpora ſua, ut ſeruiant iuſtitie
 in ſanctificationem. Sed ais, mirum valde eſt, cum caro equus
 fit ferrox, in domitus, & effrenis, qua ratione iuſto pugnari poſ-
 ſit. Certe manſueltcere caro poteſt, & frenari, ſi dure tractetur.
 Et ideo virginis, ut in ea pugnare poſſint, non eam delicate nu-
 triunt, ut in craſſata recalcitret, & aſcenſorem in terram deijciat
 id enim agere ſolet equus nimium in craſſatus, nec in curſum
 ductus. Illud ergo virginis præſtant, quod Dominus Ieſue
 ait. Equos eorum ſubneruabis. In quem locum Origenes ait.
 Equus ſubneruatur, cum caro ieiunijs, & poenitentia affligitur,
 ne contra ſpiritum pugnare poſſit. Licet ergo alij ſint milites
 in Domini exercitu, qui pedefires ſunt, quoniam carni in
 aliquibus aſſentientes, nec omnino ei imperantes, aduerſum
 illicita pugnant, quos vxoratos dicimus, tamen quia virginis
 ſunt pars potior dominici gregis, ut Cyprianus ait, & fortiffimi
 milites in Chriſti exercitu, ideo ab eis nomen uſurpat Eccleſia,
 & ſimilis dicitur decem virginibus. Et ideo in canticis ad ip-
 ſam ait. Equitatus meo in curribus Pharaonis aſſimilauit te ami-
 ca mea.

Dicuntur etiam virginis Dei equitatus, quia certamen caſti-
 tatis fortiffimum eſt, in quod ſolum fortiffimi milites deſcen-
 dere poſſunt. De quo proinde ſaluator ait. Qui poteſt capere ca-
 piat. Et cuilibet virginum dici illud poteſt, quod de Ieſu Sa-
 piens ait. Certamen forte dedit ei, ut uinceret. Quod non ſolum
 dictum

A dictum eſt propter multa, quæ ſuſtinuit, ſed etiam quia luxuriam
 ſuperauit, & à domina abſtinuit, etiam cum ab ea ſolicitaretur.
 Unde Auguſtinus ait. Inter omnia certamina Chriſtianorum
 duriora ſunt prælia caſtitalis, nam ibi continua pugna, & rarior
 victoria. Et Bernardus. Differunt quidem inter ſe virgo, & An-
 gelus, ſed ſcelicitate, non virtute. Nam etſi huius caſtitas ſceli-
 cior, illius tamen fortior eſſe cognoscitur. Et in huius fortitudi-
 nis oſtentionem laureola donatur virgo, de qua re multa dixi-
 mus in concione beatæ Agnetis. Hanc virginum inſignem for-
 titudinem agnouerunt patres illi eremite, qui in collatione om-
 nium conſenſu dixerunt. Maius miraculum eſt de carne propria
 fomitem eradicare luxuriæ, quam expellere immundos ſpiri-
 tus de corporibus alienis. Et maior eſt virtus libidinem carnis
 Bextinguere, quam nequitijs dæmonum extrinſecus ſubiugare.

Ex quibus patet, virginum ſtatum altiffimum in Eccleſia eſſe. Eccleſ. 26
 Hinc Sapiens. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata.
 omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.
 Gratia ſuper gratiam, id eſt, gratia ſuperans alias gratias, id eſt,
 eximia eſt gratia mulier ſancta, & virgo. Omnis vero pondera-
 tio non eſt illa digna, id eſt, nihil conferri poteſt virgini, exce-
 dit enim cuncta. Et ita ait Auguſtinus, & Hieronymus contra
 Iouinianum in omni hominum genere optimus virgo fuit. In
 ter homines optimus Chriſtus, hic virgo fuit. Inter mulieres
 optima Maria, hæc virgo fuit, inter Apoſtolos Paulus per excel-
 lentiam Apoſtulus dicitur, & virgo hic fuit. Inter martyres Ste-
 phanus, & Laurentius, virginis exitere. Inter prophetas Ioan-
 nes Baptiſta, virgo fuit. Inter Euangelistas, Ioannes, virgo fuit.
 Inter confeflores Martinus, Antonius, Baſilius, virginis fue-
 runt. Addit Hieronymus. Sicut ſe habent hæc metalla, ferrum
 argentum, aurum, ita ſe habent, coniugium, viduitas, virginitas.
 Auguſtinus ait. Sicut ſe habent ſtella, luna, ſol, ita illi tres ſta-
 tus, virginitas autem ſol eſt, per quam efficitur homo par An-
 gelis, quod diſtat cælum à terra, Angelus ab homine, hoc di-
 ſtat virgo à non virgine, quia quod Angelus natura eſt, virgo
 eſt gratia.

Inter has virginis poſt Mariam merito ſecundo loco Catherina

Eſai. 31.

Rom. 6.

Ieſue. 11.
Orig.

Cant.

Mat. 19.
Sap. 10.

Aug.

Bern.

Eccleſ. 26

Hierony.

Aug.

adnumeranda est, quam ea singulari gloria ornauit, cum filio A suo vnigenito desponsauit, quo facto eam in nupurum, & filiam suscepit. Vere fuit virgo sapiens, & vna de numero prudentum, quæ accepit oleum in vase suo. Virgo quidem fuit purissima, & adeo sapiens, vt vniuersam mundi sapientiam superauerit, & quinquaginta sapientes conuerterit ad fidem, & tantum olei in anima sua accepit, vt in corpus eius redundauerit, & nunc sepulchrum illius oleum manat. Et eius corpus tanquam Angelicum Angeli sepelierunt, quia Angelus illa erat gratia. Mirum profecto sepulchrum, quod Angeli Angelo extruxerunt. Sileant miracula Memphis, sileat Mausoleum, & Aegypti pyramides. Nullus regum, aut imperatorum ab Angelis sepelitur nisi virgo, quæ Angelus est. Si ergo Catherina virgo purissima est, si martyr illustrissima, si doctrix sapientum, quis dubitet, tribus eam ornari coronis in cælesti regno? B

Sed quomodo virgo hæc vigilauerit, & sponsum exceperit videbimus facile, si litteram Euangelij explanauerimus. In ea verò parabola proponitur, ex qua eam conclusionem cælestis magister concludit, vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Hæc enim diuersitas est inter iustos, & peccatores, quod iustus timet, pauetque, & de salute æterna sollicitus est, & ideo maxima cura se parat, ne imparatus inueniatur. Peccator vero yana securitate confusus salutem suam negligit, & ideo imparatus inuenitur. Audi iustum sollicitum, etiam cum sibi morti proximus iam videretur, ait enim, Putas ne, saltem ibi erit requies mihi? quasi dicat, in hac vita iam nullam requiem expecto, quia morti proximus sum, sed num in alia vita erit mihi requies? In quæ verba multa dicit Gregorius de sollicitudine iusti, quam Christus vigiliam dicit, sicut contra peccatorum incuriam somnum appellat. In illa Ionæ tempestate nauæ nauitum alleuiabant, Deum orabant, vela complicabant. At Ionas descendit in feriora nauis, & dormiebat sopore graui. Sæpe au diuimus, & manifesta experientia agnoscimus, vitam nostram nauigationem esse periculis plenam, quam in nauis corporis peragimus. Sed tempus nobis tranquillum non est, sed iugis tempestas, atque procella, innumera enim adsunt pericula, tentationes, atque Syrtis. Hoc attendentes iusti vigilat, seq; cu-

stodire

A stodire curant. Hinc Esaias. Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stas totis noctibus. Et dominus in Apoc. Ecce venio sicut fur, beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Et attendens iustus per sensuum rimulas aquam subintrare, quæ nauim mergere potest, eam foras sacramentorum frequentia pellere curat. Peccator tamen similis Ionæ dormit, negligitque. Descendit ad inferiora nauis cum Ionæ, in sensuali enim delectatione vitam agit, quod explicat Psaltes, cum ait, transierunt in affectum cordis, reliquerunt rectam rationem, quæ locus naturalis hominis est, & transierunt ad affectus cordis, qui locus est bestiarum. Ibi vero dormiunt, quasi tempestas nulla esset. Quod mirè expressit Sapiens, cum ait. Et eris sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, verberauerunt me, sed non dolui; traxerunt me, & non sensi. Aqua peccatorum immensa in eos intrat, qua demergendi sunt in profundum, sed non curant, imo vt Iob ait. Abominabilis, & inuitis homo, qui bibit iniquitatem quasi aquam. Et sic impius, cum in profundum malorum venerit contemnit. C

Ut homines ab hoc excitaret somno venit Christus in mundum. Ita loquitur pater filio per Esaiam. Dedit te in foedus populi, vt suscitares terram; vt possideres hæreditates dissipatas, vt diceret his, qui victi sunt, exite, & his, qui in tenebris, reuelamini. In vniuersa vita sua nihil aliud egit, quam discurrere per ciuitates, & castella, ac dicere omnibus, vigilate. Et vt opus hoc tandem perageret, sicut David è rupe vocauit Saul, & Abner, eosque excitauit. Ita Christus crucem ascendit, & ibi clamore valido homines vocauit, clamauit quidem voce magna, clamauit summa sua charitate, humilitate, patientia; an non clamores hos audies? Deus tui causa in cruce est; & tu in eum peccas? Certè qui tantum clamorem non audit, mortuus potius quàm dormiens iudicandus est.

Sed nunc parabola videtur, vt nos excitet. Et ea est. Simile est regnum calorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suis etc. Ad fideles hæc parabola dirigitur. Fides enim virgines in scriptura dicuntur, sicut idola & adulteri appellantur.

S. S.

quia

Esai. 21.

Apoc. 16.

Psal. 72.

Prou. 23.

Iob. 13.

Esai. 49.

1. Reg. 26.

Iob. 17.

Ionæ. 2.

quia Deo relicto, qui vir erat legitimus ad Deos alienos diuertere A
runt. Nec vero de omnibus fidelibus parabola loquitur, sed de
his, qui multa virtutum opera præstant, ait enim exisse obuiam
sponso, cum lampadibus, quæ opera pia significant. Sed terret
valde, quod ex his plures damnentur. Quod ij in infernum des-
cendant, qui deprauatis moribus sunt, qui nihil boni agere cu-
rant, sed desperantes tradiderunt se impudicitæ, & omni im-
munditiæ, mirum non est. At vero quod ex ijs, qui multa ope-
ra pia faciunt, plurimi damnentur, terribile est, ac tremendum.
Quid enim sibi putat futurum, qui omnino peccatis se tradi-
dit? Hoc est, quod Petrus dixit. Si iustus vix saluabitur, impius,
& peccator vbi parebunt? Sed qua ratione illi damnantur, qui
bona plura præstiterunt? Certe, quia exteriora bona egerunt, sed
oleum charitatis non habuerunt interius. Considera ergo an B
exteriora, quæ agis à vera charitate procedant, an aliquid la-
teat in corde, quod Dei dilectioni super omnia contrarium
sit, si enim honor, aut diuitiæ, aut quid aliud in corde lateat,
quod pluris facias quàm Deum, oleum caruisti, & tanquam fatuus
à regno excluderis.

Sed mira similitudine exponit Christus Dominus curam,
qua parare animas nostras debem⁹, vt ei occurramus. Ait enim
similes nos esse debere virginibus, quæ se ornant, vt regijs nup-
tijijs assistant, & festiua gaudia in nuptijs celebrèt. Si enim nunc
rex nuptias faceret filio suo, & in eas vocaret vniuersos regni
sui principes, tum viros tum fœminas, vt festiua gaudia agerent C
ludi militaribus viri, saltibus vero fœminæ, viri quidem præcla-
re se ornarent, sed fœminæ supra modum, vt tunc in pulchritu-
dine, & gloria regis oculis, & principum apparent, & ideo cul-
tum vestium nimium curarent, ornamenta lapillorum, capillo-
rum pulchritudinem, capiti præcipua ornamenta aptarent. Eâ
à nobis Christus exigit curam, vt ei occurramus cum vniuersa
rum virtutum ornamento. Plorauit Arsenius visa muliere orna-
ta, dicens. Nunquam ego sic curauim animam ornare, ac ista cor-
pus. Mira profecto hominum vècordia est, qui plus ornant cor-
pora, vt mundo placeant, quam animas vt Deo. Cum ergo or-
natas, ac comptas mulieres videris, plora, quia non sic tu animâ
ornas, vt Deo sponso placeas.

Sed

A Sed quinque, ait, erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quo-
modo fatua dicitur anima, quæ exit obuiam Christo, & lampades
bonorum operum defert? Certè iure fatua dicitur, quæ mul-
ta bona opera præstat, & multum laborem ponit in Dei obse-
quio, & vniuersa hæc amittit, quia oleum charitatis, secum non
detulit. An non stultus dicendus es, qui ieiunas, elemosynas
præstas, & similia multa bona peragis, & vniuersa amittis, quia
in Dei gratia ea non fuisti operatus, quia aliquid in corde
latebat, quod Deo præponebas, quia iniuriam non remisisti,
vel tandem in statu peccati ea fecisti. Audi Paulum I. Cor. 13:
B Videte vos metipfos, ne perdatiis, quæ operati estis.
Memoria retinendum verbum illud est, videte vos metipfos
id est, considerate interiora vestra, circumspicite vniuersum
cor, ne forte oleum charitatis vobis desit, & vacua sint merce-
de opera vestra, stultus enim est qui sic laborat, vt nulla ei merce-
des detur.

Sed attendendū est, tū fatuas tū prudentes exisse obuiâ spōso,
quia omnibus fidelibus dicitur, quod Abrahæ dictū est. Egredere
de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Sed
quo pacto exhibimus? Certè exhibimus obuiâ Deo, si intra nos
metipfos intrauerimus. Mirū profecto est, quod tūc exeat ho-
mo, cū intrat. Intrauit Angel⁹, & nō exiit obuiâ Deo, quia plu-
res in se diuitias vidit in quibus māsit, nec processit in occursum
Dei, & ideo perditus miserè est. Sed si homo verè in se ingredi-
tur, videbit miseriam tantā, vt libèter à se exeat, vt Deo occurrat.
C Sed quid est exire à se? Abnegare se, mortificare se. Si à te non
exieris, Deū nō inuenies. Audi quid spōsæ acciderit querenti spō-
sum, ait illa. In lectulo meo per noctē quesiui, quæ diligat animam
meam, quesiui illū, & nō inueni. Bernar. ait. Si extra lectulum suum
procederet sponsa, & in cruce, quæ est sponsi lectulus, eū que-
reret, inueniret certè. Planè vt Deū inueniat intellect⁹ noster,
exire debet à se, & ideo Paulus fidē appellat captiuitatē intelle-
ctus, in captiuitatem redigentes intellectum in obsequiū Chri-
sti, quia sicut captiuus ducitur in alienam patriam, ita intelle-
ctus volens naturalitèr videre, à se exit, dum credit, quæ
non videt. Simili ratione voluntas exire debet à se, dum se
permittens à diuinæ voluntatē, à vèritate, turuere, ait

Sapiens.

Eccle. 18. Sapiens. Idest, exire à se, non duci desiderijs proprijs, sed Dei beneplacito. Fatuæ virgines exierunt obuiam sponso, sed solo intellectu, quo fidei credebāt, & aliquali volūtatis mortificatione, qua aliqua pia opera prestabant. Sed non omnino exierant voluntate, quia oleum charitatis non habuerunt, charitas vero est, quæ voluntatem omnino extra se ducit, vt Deo obuiam veniat, & ideo extasim dicitur facere, quia efficit, vt sui oblitus homo in amatum tendat. Prudentes virgines oleum habentes omnino exierunt. Audi Paulum, qui exitum, & oleum deferendū **Heb. 13. 1** monet. Exeamus ad eum extra castra, improprium ipsius portantes, idest, nosmetipsos mortificantes. Et inferius ait. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostijs promeretur Deus. En oleum charitatis, quod à nobis, dū **B** eximus, deferentem est. Charitas etiam à iustis defertur; cum ex hac vita migrant, quia in celo fides, & spes non erit, at vero charitas nunquam excidit, vt Paulus ait.

1. Cor. 13.

Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormiunt. Dormire peccare est grauius, ac letaliter, dormire est peccare venialiter, & negligenter aliqua agere. Omnes vero virgines dormiunt, vel dormitant, quia in peccata incidunt, vel mortalia, vel venialia. Si dormire non esset peccare, & somnus peccatum significaret, non Paulus dixisset, hora est iam, nos de somno surgere. Et iterum. Non dormiamus, sicut & ceteri. Et surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Dormitare vero, quod non est perfecte dormire, **C** peccare venialiter est, peccatum enim veniale non contra Deum est, sed præter.

Rom. 13.

1. Thes. 5.

Ephe. 5.

Mat. 24.

2. Pet. 3.

Sed audi prauum hominis ingenium, vnde occasionem nascitur dormiendi? quia moram facit sponso. Sic iniquus seruus in corde suo dixit, moram facit Dominus meus; & ideo cepit percutere conseruos, & manducare, ac bibere cum ebriosis. Diuina bonitas, ac misericordia nos expectat, vt penitentiam agamus, & lento gradu procedat in vindictam, & ideo moram facit. Hinc perversi colligunt, posse se libere peccare. Audi Petrum de his loquentem. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes, ubi est promissio, aut aduentus eius?

Ex

A Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quod mundus aqua inundatus perijt. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, neles aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Aduenit autem dies Domini vt fur. Similes homines fuerunt tempore Ezechielis, ad quos ille ait. Quod est prouerbum istud vobis in terra Israel dicentium. In longum differuntur dies, & peribit omnis visio. Quasi dicat. Multi restant dies, in quibus nihil mali accidet: & postea Deo placebit, vt nihil mali eueniat. Ita nunc impij dicere solent, multi anni vitæ **B** nobis restant, moram faciet dominus. Et cum venerit, penitebo. His vero falsis cogitationibus respondet dominus per Mattheum. Quod si dixerit malus ille seruus, moram facit dominus meus, non veniet &c. Veniet dominus in die, qua non sperat, diuidetque eum, & partem eius ponet cum hypocritis. Præclare vero Petrus vbi supra occurrit impiorum rationi, dicentium, mutatio nulla veniet in mundo. Satis enim fuit diluuium, quod omnibus constat, fuisse, in quo mundus perijt, vt simile expectemus per ignem efficiendum in iudicio. Et licet vniuersale iudicium proximum non sit, iudicium tamen tuum, quod in morte fiet, proximum est, cuius consideratio efficit, vt negligentes non simus. Et ideo Psaltes, vt linguam suam frænaret ab iniurijs, & conuitio, cum consisteret peccator ad **C** uersum eum, orat Dominum. Notum fac Domine finem meum id est, ostende mihi, me iam iam mori, morti proximum esse. Ecce (ait) mensurabiles posuisti dies meos, quo loco est verbum hebræum Thefacot, quod significat mensuram quatuor digitorum. Breues certè dies hominis sunt, pauci, & mali, qui digitis numerari possunt vnus manus, & supererit digitus vnus. Et tandem concludit, & substantia mea tanquam nihilum ante te, idest, duratio mea, & consistentia nulla est. Et tandem Petrus concludit, hanc Dei moram ex diuina procedere misericordia, dolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti, qui diuina misericordia perversi male vtuntur. Peccauit Angelus, & statim dānatus fuit, nec expectatus ad penitentiam. Homo vero expectatus, sed tandem venit dñs, vnde subditur.

Media

1. Thes. 5.

Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit &c. **A**
 Exce quomodo media nocte veniat tanquam fur. Hinc Paulus, *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* Quod vero de iudicij vniuersalis die dicitur, id ipsum, de morte cuiusque dicere possumus, media nocte dominus venit, cum minus speratur eius aduentus, ab eo, qui moritur, & ab alijs. Hinc procedit, vt ferè semper de morte hominum miremur, ac dicamus, fieri ne potuit, vt ille adeo cito moreretur? Mors quidem noua in mundo non est, vt admirationem pariat, sed quod nunc mors adueniat, illud miramur, quia tunc non sperabatur. Fei . . . nibus accidit, quod diuini illi dicenti. Anima habes multa bona posita in annos plurimos, *requiesce, comede, bibe, epulare.* Dixit autem illi Deus. *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Media nocte ingressus Ægyptû interfecit vniuersa primo genita.* Quia sicut cum auis in viridi est arbore, & forsan dulciter canens, vel cibum capiens, aueps inopinatus adest, qui missa sagitta eam interficit, ita repentinus homini adueniet interitus, cum minus illud cogitabat. Sicut ergo fur illud tempus expectat, quo pater familias dormit, ac securus est, ita Deus qua hora nõ putatis, adueniet. Hinc Sapiens. *Nescit homo finem suum.* Sed sicut pisces hamo, & aues laqueo, ita homines capiuntur tempore malo. Nullus putat, se cito moriturum, sed pure putat ad iuuentutem se peruerturum, iuuenis ad virilem ætatem, vir ad senectam, senex ad ætatem decrepitam, & cum in ea est, non putat eò anno se moriturum. Vt vero securus nullus sit, mortem Deus immittit omni hominum ætati. **C**

Luc. 12.

Exod. 12.

Simile.

Eccle. 9.

Hierony.

Fatua autem sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro. Im paratas

Fatua autem sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro. Im paratas

A paratas eas inuenit sponsus, charitatem non habebat, quæ lux, & vita reliquarum virtutum cum sit, si ea non adsit, lampades virtutum extinguuntur. Sed attende diuersum iustorum, & peccatorum ingenium, ait Chrys. Omnes volumus oleum charitatis habere, omnes desideramus Dei amici esse. Sed iusti hoc charitatis, & amicitie oleum in vita vniuersa habere volunt. At vero peccator in vita quidem amicus huius mundi esse vult, & in morte cum Deo amicitias componere vellet. Licet vero poenitentia in morte vera esse possit, raro tamen ea inuenitur, & ideo poenitentia illa secuta non est, quia an sit vera, plena, & ex toto corde, dubitatur. His enim, qui in morte poenitentiam agunt id accidere solet, quod homini, in quem exagitatus taurus irruit, fugit ille, omnes vociferantur, cum vero taurum prope se homo videt, pallium proijcit, vel vt taurum detineat, vel vt liberius currat: si vero discrimen illud euadat, & saluus sit, quia pallium non ex corde dimisit, sed vt periculum euaderet, statim pallium repetit, & iterum eo se induit. Ita omnino videas hominem, qui multa bona aliena possidet, qui inimicitias gerit, in lectum incidere, grauat infirmitas, impetit eum mors, en taurum eum insequentem, tunc pallium relinquit, & testamento confecto præcipit multa dominis restitui, amicitias componit, promittit vitam se in melius mutaturum. Sed si discrimen hoc euasit, & integræ salutis restituitur, iterum pallio se induit, bonis alienis fruitur, inimicitias gerit vt prius, & quæ mundi sunt, sectatur. Signum profecto illud est, veram non fuisse poenitentiam, nec pallium ex corde reliquisse. **C** Sera hæc poenitentia, quæ in morte est, dubia est, & hic sensus est huius parabolæ, quam hodie Christus proponit, in qua fatuæ dicuntur virgines, quæ oleum tunc curant, cum sponsus adest, quia fatuus omnino est, qui tunc bene viuere vult, cum iam viuendum non est, qui in mortem poenitentiam differt. His vero vt in plurimum accidit, quod virginibus fatuis, vt audiunt, nescio vos. Ex quo nobis illud colligere oportet, quod Sapiens monet. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquet anni, de quibus dicas, non mihi placeat.

Chrys.

Simile.

Eccle. 12.

Eccle. 12.

Ideo

*Ideo vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Nullū aliud ver-
bū ita in Euangelio repetitum est, ac hoc, vigilate. Quo no-
bis significat Dominus, ita nostra gerere, vt semper parati simus
ad mortem, nihilque nobis restet aliud agendum, cum audierim-
us veni, quam ire, cum nobis dictum fuerit, ecce sponsus ve-
nit, nisi procedere, nec tunc oleum quærendum est, nec aliud
agendum. Si ergo nosse vis, quando vt Christianum decet, vi-
uas, quando virgo sis prudens, quando vigilare diceris, tūc cer-
te, cum tua omnia ita disposueris, vt si tibi diceretur, nunc tibi
migrandum ex hac vita est, dicas migremus hinc. Nunc ergo
attende te ipsum, & circumspecte, an ita tua omnia disposueris,
vt si nunc audires. Moriendum tibi est nunc, nihil tibi aliud re-
staret agendum, quam mori, & tunc prudens virgo es, sin-
nus, fatua. Attende, quid Moyse dicat Dominus. Ascende in mō-
tem istum. Abarin, in montem Nebo, & vide terram Chanaā,
quam ego tradam filijs Israel obtinendam, & morere in mōte.
Mortuusque est ibi iubente Domino, vt postea dicitur. Mirabi-
lis planè vir Moyse, qui obediuit Deo vsq; ad mortem. Et mi-
rabilis eius vigilia fuit, qui vt moreretur, inducias non petijt, ni-
hil agendum illi supererat, & ideo statim mortuus est. Hoc con-
siliū semper vigilandi nobis Christus tradidit pluribus para-
bolis. Et Luca. 12. capite; & Matth. 24. & Marci. 13. quod vo-
bis dico, omnib; dico, vigilate. Maximi momēti res ista est que
toties nobis à Chrō proponit. Si enim vigilaueris, dies ille nō
tibi veniet, vt fur nō vigilātib; enim vt fur aduenit, vigilās enim
illū expectat. Hinc in Apoc. Chr̄s ait. Si nō vigilaueris, veniā
ad te tanquam fur. Et Paulus. Vos autem fratres non estis in te-
nebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. Dormien-
tibus mors vt fur adest, qui omnibus eos bonos expoliat.*

Vigilantibus vero secus; quia illam expectant, & non solum bona non auferet, sed eterna bona tribuit &c.

In die

In die Beati Andreae Apostoli.

*Thoma. Venite post me, faciam vos
fieri piscatores hominum, &c.*

Matth. 4.



Volens Christus Dominus illud inchoa-
re ædificium, ad quod perficiendum in
mundum venerat, de quo loquitur ad
eū pater Esai. 51. Posui verba mea in ore
tuo, & in vmbra manus meæ protexite,
vt plantes cælos, & fundes terram, & dica-
cas ad Sion, populus meus est tu. Primos
ad hoc lapides Apostolos elegit, qui fundamenta huius ædifi-
cij futuri erant, quos ex aquis colligit, vt hodie patet, Iosue. 4. Iosue. 4.
Cum siccaisset Dominus Iordanem, vt esset trāsitus in terram
promissam, ait Dominus ad Iosue. Præcipe, vt tollant de me-
dio Iordanis alueo duodecim durissimos lapides, quos pone-
tis in loco castrorum. Et quando interrogauerint vos filij ve-
stri, dicentes, quid sibi volunt lapides isti? respondebitis eis,
defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, idcir-
co positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel in
æternum. Fluius impediens trāsitum in cælum peccata erāt,
quæ per Christum ablata sunt, & iustis eum sequentibus facta
est noua via in cælum.

Quia nihil nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Ie-
su, qui non secundum carnem ambulant. De quo mirabili ait
Habac. Viam fecisti in mari equistuis, in luto aquarum multa-
rum. In huius miraculi testimonium, colliguntur duodecim
lapides de medio aquarum, duodecim Apostoli, qui reuoluit
& testes, & monumentum sunt, quia eorum labore hoc factum

Sanct.

Tt

est

Acto. 1.

est opus. Vnde interroganti, quid sibi videntur Apostoli? Dixerunt, hi sunt testes redemptionis Christi, vnde que nolite in celis aperte, testes denique totius Euangelij. Cum vnus Iudas descisset, ait Petrus, alium intelligendum testem Christi, hi ergo sunt fundamenta fidei nostræ, & Ecclesiæ celestis.

Esa. 43.
Esa. 60.

Sed mirum videtur, ad tantum edificium, viles eligi lapides. Adeo amplum, & magnificum edificium hoc futurum fuit, vt de eodictum sit, ne memineris priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego creo noua, & non erunt in memoria priora. Et iterum, ponate in superbiam populorum, gaudium in generatione & generationem. Nihilominus tamen abiectos lapides ad hoc eligit, & ideo ambulans iuxta mare Galilee, &c. Si potentes quæreret, ambularet iuxta Romam, si sapientes iuxta Græciam, sed quia stulta eligit, & ea, quæ non sunt, ambulat iuxta mare Galilee.

Ind. 7.

Ioseph.

Exo. 1.

2. Cor. 10.

Ind. 9.

2. Reg. 12.

Rom. 2.

Acto. 13.

Esa. 1.

Habac. 1.

Sicut vt vincantur Madianitæ eliguntur tercenti infirmiores, qui tanto inimicorum metu correpti erant, vt non auderent se in terram prosternere, vt biberent, sed manu aquam lambebant, vt ait Iosephus lib. 10. antiquita. Sicut ergo ex Aegypti aquis principem Synagogæ Moysen eduxit, ita ex Galilee aquis principes Ecclesiæ. Hoc vero factum asserit Paul. vt non gloriatur omnis caro, cum enim vili instrumento opus grande perficitur, non instrumento, sed principali agententi gloria tribuitur. Sic orat Iudith. Erit enim hoc memoriale nominis tui, dum manus sceminæ deiecerit eum 2. Reg. 12. cum iam capienda esset vrbs, ait Ioab, vocate Dauid regem, ne nomini meo adscribatur victoria. Iustum, equumque erat ne alicui hominum adscriberetur tanta Euangelij victoria, adeo piscatores huius belli duces elegit. Gloriosissimi profecto principes, ex quorum mirabilibus effectis Deo maxima gloria resultauit. Et infelicissimi fideles, illi quorum talia sunt opera, vt de eis dicatur, propter vos nomē Dei blasphematur inter gentes, Pau. Acto. 13. citat ex Prophetis, peccatores vocari contemptores, Esa. 1. ipsi vero spreuerunt me, videte contemptores, & admiramini. Et quare Domine non respicis contemptores? Mirabile profecto Dei infinitam maiestatem, ab Angelis adoratam, ab homine contemptui haberi. Sed tandem, qui me contemnant erunt ignobiles, & qui glorificauerunt me,

me, glorificabo eum. Sic glorificari sunt Apostoli, licet peripse ma essent huiusmodi, quia illi Deum glorificauerunt. Nobisque illud contingit, quod intranti in sculptoris domum, qui duos videt truncos viles, sed post tempus illuc egrediens, inuenit ex truncis vilibus factas imagines Petri, & Andreæ, eaque adorat, sic abiecti hi piscatores, & contemptui habiti, nunc a mundo adorantur, glorificanturque, & merito, quia per eos glorificatus est Deus.

Venite post me. Primus prædestinationis effectus vocatio est, quos prædestinauit hos & vocauit, vt nossent illud, nos vos me elegistis, sed ego elegi vos. Vnde cum vides hominem in melius mutatum, dicit, vocauit eum Deus, quia nemo venit

ad me, nisi pater meus traxerit eum. Quod hoc perspicies exemplo. Sagitta apta nata est in duo tendere loca, in cætrum, & in scopum, sed hac diuersitate, quod ad centrum per seipsam tendere potest, nullo dirigente, sed vt in scopum tendat, opus est sagittante, qui eam dirigat. Sic homo vt descendat, atq; deficiat per se illud efficit, ac porerit, sed vt in finem supernaturalem tendat, qui est scopus noster, indiget dirigente, & destinante, directio illa destinatio est, ars dirigentis prædestinatio dicitur, Deus ergo prædestinatione sua nos destinat, dirigitque in finem supernaturalem. Hoc vero efficit primum vocatione sua quam etiam vocationem multis exhibet, etiam non prædestinatis, vt notat Augus. lib. 83. questio. q. 68. Vbi notat ad regis conuiuium nullum venisse non vocatum, sed non omnes vocati venerunt. Vocant Angeli etiam generos Loth, sed exire noluerunt. Loth vero exiit efficaci vocatione, ita prædestinatos efficaciter vocat, facitque omnia relinquere, sic hos modo vocat, & postea Paulum, qui ait ad Galat. 1. Cum autem pla-

guit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, continuo non acquieui carni, & sanguini.

Sed duplex est vocandi modus. Primus quo quis vocat ad se, secundus quo vocat versus se, primus originem festinam, secundo medium, & viam, addit enim nobis via est, quod est finis, & via, quod est medium, de vtroq; dicimus. Ostitit se finem, cum ait, venite ad me omnes, qui labiatis, & operati

Ioan. 16
Ioan. 6

Simile

Aug.
Matt. 22
Genes. 19

Galat. 1

Matt. 11

estis. Ad me, ait, tanquam ad finem, & terminum motus, vestri. **A**
 Sed qui veniri sunt? Qui laborant? Sed quomodo laborat, qui in
 delicijs est? vel quomodo reficietur cruce Christi, & doloribus
 eius? Vere laborat peccator, & gravi onere pressus est, & omnis
 mandata consolation non quietem prestat, & uniuersa omnia est,
 sed ab vno humero in aliud onus transfertur, & hoc consola-
 tionem dicit, & leuamen. Lassaris ludo, deambulas lassaris de
 ambulatione, ludis, lassaris ludo, cum amico colloqueris, lassaris
 colloquio, qui es in lecto, omnia, omnia onus, & pondus
 sunt, sed ab vno humero in aliud trahis illud, nihil est, quod non
 molestia afficiat, quod non grauet, ideo cito relinquitur. Et si
 modo dicitis, hoc onus non sentio, dormis modo, & euigilabis in
 alia vita, sentiesque, & dices, lassati sumus in via iniquitatis, re-
 cte ergo laborantes vocati.

Sap. 5.
 Sap. 5.

B Sed quomodo hic laborans reficietur a Christo, cum eius
 debeat accipere crucem? Respondetur, labor bonorum nobi-
 lis, & honorificus est, labor vero malorum vilis, & infamis,
 ideo primus honor appellatur, secundus labor. Preficitur
 dux bellorum, & laborat quidem, sed honore eum a rege affe-
 ctum dicitis. Laborat in triemi damnatus ob culpa, hic vere
 labor dicitur, quia infamis. Sic infames gressus eorum, dicitur
 de peccatorum labore. At de iustis, honestavit illum in
 laboribus, & compleuit labores illius. Quia ut dicit Petrus,
 quod est honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, super vos re-
 quiescet.

Prouer. 2.
 Eccl. 14.
 Sap. 10.
 I. Pet. 4.

C Sed modo aliter vocat, *venite post me*, inuenis se medium
 & viam. Sicut enim in difficilem viam ductorem quæris, &
 Thobias filio ait, inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat
 tecum. Multo potiori iure in viam casti ductore opus nobis
 est. De illa enim, Christus asserit, pauci inueniunt eam.
 Maxima fuit in nos miserisordia, talem habere ductorem,
 Christum, scilicet. Quod ponderat Esai. 30. Erunt opuli
 tui, & casti. Deceptio in futurum dicitur, & dicitur quod verbum
 post segetem inuenit, dicitur est via, ambulatio in terra. O hanc
 de sanctis dicitur, nam in hunc moram Deo, non solum quod
 eorum, & laborantibus, paucis in hunc moram Deo, non solum quod
 sed etiam, quia de hunc moram Deo, non solum quod

Thob. 5.
 Matt. 7.
 Esai. 30.
 Gen. 17.

A habebant, ideo ante Deum ambulabant, quia eum precedebat
 hominem factum. Nos vero ambulamus post Deum, quia
 Deus graditur ante nos, quod maxime nos deincit, vt eum
 sequamur. Sumus vero similes posteriori ex his, qui horum
 terre promissæ portabat, qui horum intuebatur precedentem.
 Sed nota verbum illud, *post me*, quasi famuli herum sequen-
 tes.

Gene. 33.
 Iosue. 3.

Sic Iacob ad Esau Gene. 33. Præcedat Dominus meus ante
 feruum suum, & sequar paulatim vestigia eius. Sic præcedit ar-
 ca Israelitas in Iordanem, illi sequuntur. Quo signatur, quod
 sicut Dominus præcedens ministrum ducit, quo vult, sic nos
 Deus præcedit, vt ducamur, quo ille voluerit, non nos præce-
 cedamus, vt velimus eum ad nostram ducere voluntatem. Non.

Matt. 26.

B quod ego volo, sed quod tu. Sic Petro dicitur. Vade post me.
 Sathana, id est, non ego te sequi debeo, sed tu me. Et sicut se-
 quens semper intuetur precedentem, sic homo Deum. Proui-
 debam Dominum in conspectu meo semper, ait Psaltes. Sed
 quomodo Christum sequatur Andreas, mirum est, quia sequi-
 tur eum vsque ad viæ finem, vsque ad crucem. Multi quidem
 non solum vsque ad crucem Christum non sequuntur, ino-
 crucis inimici sunt. De quibus Paulus, multi ambulanti, quos se-
 pe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis
 Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Hi
 sunt quorum omnis cura est, vt sibi placeant, nihilque crucis
 experiantur. An non hi stultissimi? Stultus in huius positus, vi-
 det hanc viam planam, & delectabilem, illam asperam, atque duram,
 & arripit delectabilem, nec interrogat, an illa recta tendat
 in patriam, sapiens vero, si nouit per asperam in patriam tende-
 re, eam sequitur, ita peccator viam dulcem tenet, iustus asperam,
 licet pedes eius in ea pungatur, nam Christi etiam caput
 punctum fuit spinis.

Matt. 26.
 Philip. 3.

C Alij Christum sequuntur, sed à longe, vt Petrus, qui seque-
 batur Esau à longe, iunior imperfectus erat, & hinc tandem eo de-
 uenire quo Petrus deuenit, Christum negasset in domo tue
 sustineret ministrum, quod esset eum propinquum comitari, sed à
 longe, non solum quod esse videretur, & me tecum esse in dicit
 minis, si forte occideret. Recte Christus dicitur, qui ambulat

Matt. 26.
 Luc. 9.

me coram hominibus, erubescam & ego cū coram patre meo. **A**lij vero sequūtur Christum, & adeo proximi illi sunt, vt vsq; ad crucem cum eo perueniant, horū Andreas vnus est qui nō solum vsque ad crucem peruenit, sed cum ea latatus sic est, vt ei amatoria multa dixerit. Pauci admodum fuere sanctorum, qui amatoria huius mūdi dixerint tormentorum suorū instrumentis. Vnde miratus hoc Bernar. interrogat. Homo ne hic est, an Angelus? Respondet. Homo quidem, sed melior Angelis. Sicut enim circulus aureus pretiosior est argenteo, sed talē poteris argenteo addere lapillum, vt multo pretiosior sit circulo aureo, sic natura Angelica humanam excedit perfectione, sed tanta gratia esse potest in humana, vt excedat Angelicam. Sed aliud est hic miraculum perpendendum, quod scite Bernard. tradit. Timet, tremetque Christus appropinquante passione, & discipulus letatur, & gaudet, num discipulus supra magistrum? Respondet Bernard. Christi infirmitas nostra fortitudo est, & sicut Adā tollitur os, vt Euā detur, & repletur carne pro esse, ita inde roboratur Ecclesia, vnde infirmatus est Christus. Illa ergo Christi infirmitas nostra est. hęc fortitudo Andreae Christi est. os eius est Andreae datum. Felices prorsus anime, quę gloriatur in cruce, quibus coningit quod Delbora. Iud. 4. Erat Delbora Prophetis, quę iudicabat populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quę nomine illius vocabatur. Felix anima, quę in arduis ponens nidum suum, in cruce, scilicet, ibi habitat, & inde vniuersa iudicat. ibi princeps iudicatus est mundi, ibi omnia, quę mundi sunt condemnantur.

Bern.

Simile.

Bern.

Genes. 2.

Iud. 4.

Ofec. 2.

Ios. 5.

Matt. 10.

In Andrea impletum videmus ad literam illud Ofec. 2. & dabo ei vittores ex eodem loco, & valem Achor, ad aperendam spem, & canet tibi iuxta dies iuuentutis sue. Promittit Deus Ecclesie vittores ex eodē loco, idest, Apostolos ex eadē Ecclesia desumptos, & in super valle Achor. De quo valle Ios. 5. dicit, in eo lapidauit Acha, dicitur namque vallis Achor, idest, in babilonis, quia forte sic confurba dicitur. Valem ergo in babilonis, & in tribulatione promittit Deus suis in pramio. Sic in dicit Euangelio dicitur, et tunc respiciunt persecutionibus. Erba ad aperendam spem. Mō enim spes in spe, in spe, in spe cum

A tunc pro Deo passi fuerint. Et canet tibi iuxta dies iuuentutis sue, idest, in medio tribulationum gaudebit, & canet, vt canere solebat in consolationibus, quas initio accepit. An non canit in valle Achor Andreas salutans crucem? & cum ea gaudens?

Et sic etiam in eo impletum est illud Esai. 65. Eterunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum, populo meo, qui requisierunt me. Gregibus & armentis suis promittit Deus munera, sed diuersa diuersis. Greges minora animalia sunt, vt oues, arietes, caprę. Armenta maiora sunt, vt boues, bufali cateli. Minoribus ergo animalibus Dei, promittit campestria, pasua vberima, vitam, **B** scilicet, tranquillam, consolatione abundantem. At armentis, maioribus animantibus promittit vallem Achor, tribulationem, scilicet, & crucem. Ecce cubile Andreae, qui fuit armentum maius, crux est, vallis Achor est, qui in cruce requiem inuenit, armentum maius est, de quo dicitur, hi sunt, qui venerunt de magna tribulatione. Maximum ergo, quod spectamus in Andrea, & in quo imitari eum debemus, est, in tribulatione canere. Es in cruce paupertatis, infirmitatis, doloris, infamie? Cane tibi, gloriare ea in cruce cum Paulo, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Vnde Iacob. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideris. Quia sapienti maximum donum crux, & tribulatio est. Vnde Paulus. Vobis donatum est, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Hoc vero armentis suis Deus concedit. Sicut enim piscis Sabalus oua sua, & filios paruulos in fluuiorum aquis dulcibus reponit, cum vero creuerint, inundans hyberno tempore aqua eos rapit, & in mare mergit, vbi pisces grandes fiunt. Sic dum iustus paruulus est, aquis dulcibus a Deo nutritur, cum vero creuerit, in mare mergitur tribulationum, in vallem ducitur Achor. Sic Moyses grandis factus, negavit se filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias estimans impropriū Christi thesauro A Egyptiorum.

Esa. 65.

Apo. 7.

Rom. 5.

Iaco. 1.

Philip. 1.

Simile.

Heb. 11.

Sed audi quid ad hos magnos Christus dicat, *faciā vos fieri pisca-*

piscatores hominum. Primus hominum piscator Deus est, & ha-
 mus eius bonitas infinita est, qua homines capit. Duo habere
 debet hamus, vt piscibus capieris aptus sit, primū vt fortis sit,
 vt teneat piscem, quem semel caperit, secundum suauitatem
 esse, qua capiat pisces. Præclarus ergo hamus Dei bonitas est,
 fortitudo enim illius maxima est, vt quem semel ceperit forti-
 ter teneat. Vnde Christus Ioan. 10. Nemo rapiet eas de manu
 mea. Qua diuinæ bonitatis fortitudine filius Paulus dicebat.
 Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, &c. Suauitas
 vero esse, quæ in hoc hamo est, summa est. De qua Psal. Quam
 magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Et suavis Domi-
 nus vniuersis. Tanta verò hæc, tum fortitudo, tum dulcedo est,
 vt qui plene hamum traiecit, qui omnino gustauerit, vt bea-
 tus, impossibile sit nõ trahi, necessario diligit Deum. Sed quia
 oportet hamum traieci, vt piscis piscari possit, ideo Deus infi-
 nitam suam bonitatem studuit ostendere, qua recte agnita ho-
 mines raperet, & ideo vniuersum condidit, quo diuina boni-
 tas maxime manifestatur, vt omnium ad se corda traheret. Sa-
 pien. 16. à magnitudine speciei creaturæ, poterit creator ho-
 rum cognoscibiliter videri. In omni enim creatura apparet a-
 quæ gutta, perfectionis scintilla, quæ emanat à Deo in crea-
 turam existente, Greg. sicut in montis cauerna immensa aqua
 est, quæ per rimulas montis guttatim emergit, qui siti maxima
 fatigatur aquæ guttas profluentes colligit, sed si rupto monte
 aquam immensam intus clausam biberet, tunc plene sitim se-
 daret. Sic intra creaturas Deus consistens, infinitum bonum
 cum sit, guttam bonitatis per quamlibet creaturam emittit,
 quam homo gustat, sed si videretur intus latens bonitas infini-
 ta, plene satiaret, sed guttis illis se vt potest nunc manifestat, gut-
 tas nunc bibimus, ideo non plene satiamur, erit cum torrente
 voluptatis nos satiet.

Sed audi malorum ingenium, quod escæ erat, vt in Deum
 traherentur, est illis finis, & eo impediuntur, ne in Deum ten-
 dant. Et veluti pisces callidi, qui escam hanc corroduunt exterius
 nec omnino escam, & hamum traieciunt, ita peccator in his si-
 sicit creaturis, quæ ei diuinam ostendunt bonitatem, quam ta-
 men ille non curat. De quibus Sapien. 14. Creaturæ Dei in
 odium

odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in
 insipientiam pedibus insipientium. Sed quam merito dictum
 sit, pedibus insipientium, facile agnosceretur hoc subiecto exem-
 plo. Mittit sponsus sponsæ effigiem, & imaginem sui, vt eum
 diligat, ei afficiatur, eum desideret, si illa accepta imagine, pul-
 cherrima, adeo ei afficeretur, vt obliuio sponso, imagini despõ-
 saretur, eam solum diligeret, sponsum non curaret, an non in-
 sapiens, sicut virgo hæc esset, & merito inter fatuas virgi-
 nes computanda? Vide si Dei hæc de te querela sit illa Ezech.
 16. Vbi exprobrās peccata Israelis ait. Fecisti tibi imagines ma-
 culas, & fornicata es in eis. Quid enim creatura omnis ama-
 bilis, pulchraque est, nisi imago Dei, quam ad te misit, vt ex
 ea colligeres sponsi tui pulchritudinem, ac decorem, & sic
 eum desiderares, eumque diligeres? tu verò imagini adhæsi-
 sti, ei nupsisti, eam dilexisti, obliuio vero Deo, qui spõsus tuus
 est. Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris, ait
 ipse per Hieremiam.

Videns ergo Deus, hunc piscandi modum nõ ex voto suc-
 cedere, sed creaturas, & earum cognitionem impedimento po-
 tius esse hominibus, ne in eum tenderent, aliud piscandi ge-
 nus aduenit. De quo Paulus 1. Corin. 1. loquitur, vt ibi ex-
 plicat D. Tho. Nam quia in Dei sapientia non cognouit mun-
 dus per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam prædica-
 tionis saluos facere credentes, id est, cum Deus suam sapien-
 tiam ostendisset in creaturis, in quas sapientiam effudit suam, nec ta-
 men earum cognitione in Deum deuenirent, placuit Deo
 aliam aperire viam, qua homines intelligerent Deum. Ha-
 bent enim se creaturæ ad Dei sapientiam manifestandam vt
 verba hominis ad sapientiam, quam manifestat in corde laten-
 te. Sicut ergo magister, qui verbis curauit docere discipulos,
 cum videt suam sapientiam, illis verbis non intelligi, nec perci-
 pi à discipulis eorum tarditate, alia verba excogitat, quibus eis
 mentem aperiat suam, ita videns Deus manifestasse se sapien-
 tiam hominibus per creaturas, nec ab hominibus fuisse intel-
 lectam, placuit ei aliter manifestare, per stultitiam scilicet præ-
 dicationis, scilicet, per fidei prædicationem, quæ stultæ videtur
 humana sapientiæ, ad quam stultos eligit prædicatos, qui sci-

Simile.

Ezech. 16.

Hierem. 2.

1. Cor. 1.

D. Tho.

De 2.

4. 2. 2.

De 2.

Ioa. 10.

Rom. 8.

Psal. 30.

Psal. 144.

Sap. 16.

Grego.

Sap. 14.

licet humana sapientia nō pollēt, quos hodie in piscatores ele-
git hominū. Vnde prēmiserat Paul⁹. Vbi sapiēs? vbi scribā? vbi
inquisitor huius sæculi? quasi dicat, non inuenietis tales inter
Christi Apostolos, sed Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioan-
nem. His ergo dicit, *faciam vos fieri piscatores hominum.* Eides
hic Apostolorum commendatur, grande munus est homines
piscari, cum ad illud descenderit è cælo Dominus. Vnde ergo
tibi ò Andrea vires ad hoc suppetunt? Certe sicut credidit
Abraham Deo, & in spe contra spem credidit, nec considera-
uit corpus suum emortuum, & sic reputatum est ei ad iusti-
tiam. Credidit Moyses Deo, & fide aggressus est grande
opus, quale fuit, Israel ab Aegypto liberare, & obtinuit
tandem. Sic vocantur Apostoli, vt piscatores sint regum,
imperatorum, sapientum. Vbi retia in hanc capturam? Cre-
diderunt Deo, & obtinuerunt, & sicut crediderunt, factum
est illis.

Si homines piscandos dicit Christus, sine dubio homines
piscas sunt, & in aquis sunt mundi huius, & piscatores Apo-
sto-
li sunt, hæc ergo omnia perpendamus. Et primo locus horum
piscium mare recte dicitur. Quid enim sæculum hoc nisi ma-
re est? In hoc pisces grandes, parui, & mediocres, sed omnes in
aqua amara maris natant, hæc aluntur. Putas solum paruos in
aquis salis esse? procedant in medium imperatores, regesque
terrarum, coronis, & sceptis ornati, procedant aulici eorum,
procedant principes, & omnes dicent, esse se in aquis amaris,
salisque maris, quæ amariore sunt aquis Marat, & fontibus
Ierico, sed quia hic hi non sunt, vt hanc testentur veritatem,
pro eis eam testabitur Spiritus sanctus Iob. 26. Ecce Gigantes
gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Vbi Grego. per Gi-
gantes potētes sæculi, & superbos intelligit, nam quanto quis
hic altius erigitur, tãto curis grauioribus oneratur. Licet enim
olla eis videatur dulcissima parata, nunquam deest, qui eis ama-
ras colocynthidas in eam mittat, vt clament, & dicant, mors
in olla. Vt Aman fortunatissimo contigit, cui Mardocheus
colocynthidas dedit, dum eum non adorabat. Hinc dicunt,
potius se mori, quam viuere. Hos potentes, cum in peccatis
versantur, vocat Iudas in sua difficili canonica, fluctus feri-
tis

Iob. 26.
Greg.

4. Reg. 4.

Iud.

Aris despumantes suas confusiones. Videbis fluctum maris tã-
quam monte in altum venire, quasi terram absorbere velit, sed
cum litus, arenamque cōtingit, deficit, nihil relinquens præter
gracilem spumam, & paleas, immunditiamque, ò homo super-
be, & insane, quasi mare elatum, quod quiescere nō valet, om-
nes tuæ celsitudines in spumam, & confusionem deficiunt.
Videbis potentem quasi fluctum maris, sine vt in oram veniat
maris, in sepulcrum, & tunc in illa die peribunt omnes cogita-
tiones eorum, & eorum memoria non erit amplius, vt ipsi tan-
dem dicent, & prius dixit Sap. 5. Omnia transisse velut nauem,
cuius nec vestigium manet. Transit nauicula, nec curas, quia
parua est, venit nauis immensa grandi strepitu, tanta aquæ diui-
sione, sed cum pertransierit, nec eius vestigium erit. Transeūt
per mare mundi huius pauperes nauiculis suis, transeunt reges
nauibus magnis, qualis erat illa Tyri, & cū transeūt, magnus fit
sonitus, sed cum trāsierint, perit memoria eorum cum sonitu.
Vidi impium super exaltatum sicut cedros Libani, transiui, &
ecce non erat,

Mundus ergo mare est, sed vide turbatum mare. Ingredi-
tur mare Ionas, insurgit tempestas, solliciti sunt omnes, qui in
nauis sunt, sed Ionas propter quem tempestas orta est, dormit,
& gubernator ait, vela depomite, aquam extrahite, vento re-
sistite. Sed ò gubernator, noli putare, hanc tempestatem casu
factam, propter peccatorem Ionam orta est. Inuenit eum nau-
clerus, & ait, quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum
tuum, si forte recogitet de nobis. An non vides Ecclesie tem-
pestatem? quid putas in causa esse? Certe peccata, si peccas, cre-
de, quia propter peccata tua in tempestate Ecclesia est, quo-
modo ergo sopore deprimeris? Quod si solum tu dormiras,
tolerandum forte esset, sed cum Deus se nobiscum gerat ad
eum modum, quo nos gerimus cum illo, quando nos dormi-
mus, dormit ipse. Sic dormit Christus in nauicula, & procella
insurgit. Quid est Deum tot Ecclesie dissimulare periculum?
Dormit Christus. Qua ratione ille dormit? Quia te dormis.
Ideo expergefacimini ebrii. Excita tu Christum dormientem,
dicque illi, exurge, quare obdormis Domine, exurge, & de re-
pellas iniquam salua nos, perimus.

Simil.

Sap. 5.

Hiere. 27.

Psal. 9.

Psal. 36.

Iona. 2.

Ioc. 7.

Psal. 43.

Lug. 4.

Vidi.

Habac. 1.
Aug.
Psal. 6.

Vidimus mare, videamus pisces in eo commorantes, qui pisci cãdi sunt, de quibus Habac. Et facies homines quasi pisces maris, August. in illud Psal. Omnia subiecit sub pedibus eius, &c. & pisces maris, qui perambulãt semitas maris, dicitur per hæc animalia intelligi omne genus peccatorum, quos Christo piscandos pater dedit. Merito verò peccator piscis dicitur. Primum sicut piscis in aqua fortis est, & velox, industria pollet, ac viribus sed si in terram trahatur, nihil potest, tantisper mouetur, & cito moritur. Sic peccator ad ea, quæ mundi sunt, diligens, acutus, fortis, sollicitus, sed si ad negotia animæ cum diuertat, statim torpet, Sapientes sunt, vt faciant malum, bene autem facere nescierunt. Sunt quidam pisces qui sitigulari ratione improborum figuram gerunt, Leuit. 11. Pisces, qui sine aulis, & scamis sunt, immundi Deo reputantur, vt anguila. Quod exponens Greg. 5. Moral. cap. 6. ait. Pisces, qui habent penulas, soltus dare super aquas solent, soli ergo sunt electi, qui in eo quod imis deseruiunt, aliquando ad superna conscendere mentis saltibus sciunt, ne semper in profundis curarum lateant, & nullã eos amoris summi quasi liberi aeris aura contingat. Quod bene in duobus illis fratribus designatur Genes. 25. Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. In venatione Esau eorum vita significatur, qui exterioribus voluptatibus fusi, carnem sequuntur. Qui & agricola dicitur, quia amatores huius sæculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt, Iacob verò simplex domi manet, quia in exterioribus curis spargi refuges, simplex in cogitatione intra conscientiam suam habitat. Squamas etiam hi non habent pisces, quia quo ictibus resistat, peccator non habet, omni vulnere, omni que tentationi obnoxius est, vidimus mare, & pisces, videamus piscatores Apostolos, qui Dei adiutores sunt, Diony. omnium diuinorum diuinissimum est, Deo cooperari in animarum salute. Sed piscatores sumus, non venatores, hrenim postea succederet. Hinc Hier. 16. Ecce mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores. Piscator passus per assumptore rete sine strepitu domum exijt, & multis piscibus collectis, domum redijt. At vero venator

Hiere. 4

Leui. 11.

Greg.

Gene. 25.

Diony.

Hiere. 16.

ator diues antequam exeat, vt venatur, nocte strepitus plena domus est; summo mane similiter, multis comitibus procedit & post multos labores, ac sudores tandem auem vnã venatur. Sic antiqui prædicatores, piscatores erant, sine strepitu, nõ in persuasibilibus humane sapientiæ verbis, sed in virtute spiritus, maximum tamen fructum referabant. Sed iam venatores sumus, nocte præcedente pulsatur campana in concidendum, similiter summo mane campana pulsatur, & post multos clamores, post multa verba composita ferè nihil fructus colligitur. Et huius ratio est, quia plurimi sunt de quibus Paul. ait, ad ulte irantes verbum Dei. Sed quisnam adulter est, & quis maritus verbi Dei? Certe maritus filios intedit, adulter delectationem solum. Ita veri prædicatores curant Dei filios in spiritu procreare. Sicut Paul. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Falsi vero prædicatores adulteri sunt, qui hos filios non intendunt, sed suum nomen, delectationemque, Eia. ego. Deus tuus docens te vtilia. Vbi Hieron. non subtilia. Ideo prædicante Paulo Athenis, multi ex ius, qui fuerant curiosi sectati, combusserunt libros multos magni pretij. Multa vero in auditoribus culpa est, qui curiosi audire desiderant. Nescis consistere peccata tua, de eis dolere, & vanas desideras theologias? Hæc fuit inscitia Adæ, cui data sunt arbores duæ, altera scientiæ, altera vitæ, edit de ligno scientiæ, reliquit lignum vitæ, & perditus est.

Illi continuo relinquitur. Maximum est homini remedia nisi continuo accipiat vulneri, & sanguinem teneat, & vulnus curat, ne putrefiat. Quando te Deus vocat, continuo dic cum Samuele. Loquere Domine audi seruus tuus. Ideo tanta cura præcipit offerri sibi agnunt ad nicaulã, antequam consideretur, & virulum antequam in gurgitibus portaret, quia antequam mundus rondeat te, antequam super te mittat gravem suum, idem Deo offerendus es. Ambros. ait, multis contingere, quod Dionys. f. qui videns idolum veste aurea contectum; carnis pulchritudine, nullum modo tale pallium, concurrenre idolo; in vberibus multum eras pondus, ubi bera omni tempore non tãta faciebant. Sic mundum vultu suum, in cuius conuentione quos

2. Corint. 4. & 4.

Galat. 4.

Esa. 48.

Hiero.

Acto. 19.

1. Reg. 3.

Leui. 16.

Num. 19.

Ambro.

ni, ideo nunquam Deum sequuntur, iuuentuti non conuenire. A
dicunt, tunc enim homini gaudendum, mundoque fruendū,
-ferio vero confecto, iam non licere per aetatem virtutum offi-
-ciji se tradere, & ideo licet à Deo vocentur, non eum sequun-
-tur. Sed certum est, virtutis officia omni tempore conuenien-
-tibus inesse. Bonum est virō cum portauerit iugum ab adolef-
-centia sua.

Thren. 3.

Augusti.

Exod. 8.

Ambro.

Psal. 49.

Sed ait, sequar Christum, sed postea Augustinus. 8. confes-
-sio. Omnis peccator ait, aliquando Deum sequar, sed non modo
Exo. 8. ait Moyse, constitue mihi tempus, quando deprece-
-pro te, & pro seruis tuis, vt abigantur ranae à te, & ab omni
A Egypto. Qui respondit, Cras. Operuerse, atque scelerse, ait
Ambrosius, cur nō hodie dixisti, sed in crastinum differis? Non
ne melius esset continuo à te recedere malū? Figura est Pha-
-tao peccatoris conuersionem differentis. Ideo hodie si vocem
-eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. An non irreueren-
-tia summa Deum vocantem continuo, non sequi nō nisi deten-
-tum? Qualis irreuerentia in regem esset, si eo vocante, vt eum
-sequeris, respondeas, sequar, sed vsque mane non passum, ho-
-die enim est mihi negotium, & quod negotium? palam mihi
-colligendae sunt, an haec excusatio est? Dic mihi quare deti-
-neris cum à Deo vocatus sis, ne post eum venias? Dicere
-profecto erubesceres, facere ergo magis erubescendum
-est.

Psal. 17.

Dionys.

Apo.

Vidit alios duos fratres. Sed quid vidit in his, & illis, vt vo-
-caret eos? Primo vocat hos, quia vult. Hinc Psalm. Sabauum me
-fecit, quoniam voluit me. Sed & in eis aliquid videt, quod ei
-placuit, quod fratres similes esse conspexit, quod maxime pla-
-cet ei. Sententia Dionysii & Augustini est, inter creaturas cor-
-poras solem esse, qui maxime Deum representet, cuius pul-
-chritudini nulla comparari potest, & vnum eius radium nō ef-
-ficiet omnis corporea natura, penetrat celos omnes, viscera
-terre, aquas, & arenas maris, omnia humis, & in spacia im-
-plet, alta, infima, propinqua, remota. Quibus Deum represen-
-tat, cuius bonitas in omnia se diffundit, humilia respicit, illu-
-minat, inuocantem hominem, cuius iohannem, vt hodie manifestum
-est.

atum est. Et quemadmodum vt ad te sol ingredatur, non
-expectat, vniuersam ei aperias fenestram, sed vlt per paruu-
-lam rimulam, ingreditur, sic licet posset Deus merito dicere,
-nolo animam tuam ingredi, nisi totam eam mihi aperias, sed
-non sic, sed qui stat ad ostium, & pulsat, si tantillum aperias,
-eo ad te ingreditur. Centurio rimulam aperit Eleutheryia,
- & per eam ingreditur ad eum. Eunuchus aliam, libri sancti
-lectionem, & per eam ingressus est. Ad hos fratres hodie in-
-greditur, quia fratres eos videt, animo concordet, quod ei
-gratisimum est. Quia vbi fuerint duo, vel tres congregati
-in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Amator est vni-
-tatis, & pacis, & vbi haec sunt, signum est, ad quod ille vo-
-litat continuo. Quisque illud potissimum respicit, quod ei
-maxime placet, nam trahit sua quēque voluptas. Intran-
-tes ciuitatem magnam, qui affectus est architecturae, aedificia
-considerat, qui templis, templa, qui picturis, picturas. Tu er-
-go Domine ad quid respicies? ad quae afficeris?

Super quem respiciam, ait ille per Esai. nisi super pau-
-perculum, & tremetem sermones meos? Respicit hos fra-
-tres, vere pauperculos, & tremetes sermonem Domini,
-nam continuo vocati eum sequuntur: quia hoc Domini in-
-genium agnouit. Psalm. ait. Respice in me, & miserere mei,
-quia vnicus, & pauper sum ego. Multi conqueruntur, quod
-à Deo non respiciuntur. Vide ne forte de illis sis, quibus di-
-citur, dicis, quia diues sum, & nullius egeo, cum sis pauper,
- & agnosce te pauperem, & nihil esse, respicierisque à Deo,
-Matth. 24. dicunt discipuli Christo, magister non aspicias
-quales lapides, & quales structurae? Sed non superba aedifi-
-cia contemplatur Christus, humilia respicit, alta à longe
-cognoscit, Audi & alia, quae Dei rapiunt oculos, quia ra-
-piunt & animum, Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spi-
-ritui meo, quae sunt probata coram Deo, & hominibus, con-
-cordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier benefibi
-consentientes. Libenter ergo haec aspicit Deus, quoniam
-haec placent ei, idem sentiamus omnes, idem loquamur, &
-beneplacitum Deo erit in nobis, & respiciet nos. Attēde
-hoc in Zacharia, & Elisabet, ambo idem dicunt. Alter scribit,
-Ioan-

Apo. 10.
Apo. 8.

Matt. 18.

Esa. 66.

Psal. 24.

Apo. 3.

Matt. 24.

Eccles. 25.

Apo. 1.

Luc. 1. Ioannes est homo eius, altera nequaquam, sed vocabitur A.
Gene. 11. Ioannes. Diuisio linguarum maledictio fuit ædificantium.
Psal. 54. Babel, vt cum peteret aquam quis, alter ei porrigeret lignum.
Psal. 54. In ultionem inimicorū Dei ait Psalm. Diuide linguas eorum.
Ose. 10. Cum diuisas linguas in domo videris, & viro dicente vnum, mulier diuersum loquitur, frater asseuerante, frater negat, eos perditos iudicare potes. Hinc Oseas. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vt ergo te respiciat Deus, esto cōfentens, non fratri solū, sed & aduersario tuo in via. Quod si ad hoc necesse fuerit, te aliqua pati aliquid iuris tui amittere, amitti oportet, ne charitas amittatur. Sic Petri animum billosū patienter Andreas tolerabat. Si enim tabulæ duæ iungendæ sunt, vt aliquid operis ex eis conficiatur, si quæque dicat, ego tangenda nō sum, nec ex me aliquid adimendum, nullo pacto coniungi poterunt, cum omnino integræ sint, sed eas dolari, & expoliari necessarium est, vt opus conficiatur. Hinc tibi discendum est, vt animo cum proximo tuo cōiungaris, vt charitatem serues, vt structura domus ex te & illo efficiatur, amittendum tibi aliquid de iure tuo, nec integer esse debes, alias solus eris. Vt autem soli.

Simile.

Reficientes retia sua. Iam hoc factō ostenditur, quid à Ioanne postea perficiendum sit. Ille enim qui nunc retia reficit, postea retia Euangeliorum reficit. Non quod in eis defectus aliquis esset, sed quia de Christi diuinitate non adeo manifeste fuerant loquuti alij Euangelistæ, propter quod multi pisces è reti Ecclesiæ exibant, reficit retia Ioannes, manifestissime, & multis edisserens Christi diuinitatem contra Ebionem, & Cherinthum. Quo factō etiam ostendit, Dei verbum proponentibus, vt doctrinæ rete reficiamus, rumpunt enim eam pisces grandes, qui ea nolunt contineri. Verbi gratia. Doctrina sanctorum est, diuersos esse status, vnde diuersi vestitus, & cultus. Hinc occasionem sumit vanitatis, quæ viro nupsit, vt pretiosas induat vestes, ac superfluas, cum nuptis dixerit Petrus. Quarum nō sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Reficienda ergo doctrina est, vt sic diuersa indumenta concedantur secularibus.

1. Pet. 3.

Abus, vt vana non sint. Simili ratione in alijs refici oportet doctrinam. Doctrina est, non est deficiendum in his, ad quæ status obligat, vt deuotioni inseruiatur. Hinc alter sumit occasionem, vt omnem relinquat deuotionem, vt sacramenta non frequenter, &c. reficienda ergo doctrina est, vt sic ea, quæ statum decet, impleas, vt non relinquantur plurima pietatis opera, quæ simul præstare potes.

Præterea omnibus exemplum relinquunt Iacobus, & Ioannes retia reficientes, vt conscientiam nostram reficiamus. Sicut enim rete rūpitur, vel quia lapides, lignaq; colligit, vel quia rupi adhæsit. Sic omnia in mari mundi huius piscantes, rete conscientiæ nostræ per peccatum sæpe rumpimus, dum autē rete ruptum est, piscibus colligendis aptum non est. Sic dum mortali peccato obnoxij sumus, nihil gratia, aut gloriæ dignum efficiamus. Inspiciamus ergo rete conscientiæ nostræ, an peccato ruptum sit, & reficiamus illud, ne labores nostri vani sint. De examine ad hoc adhibendo, & exemplo Dei nostri, qui videbat opera, quæ faciebat, plura à nobis dicenda sunt in secundo tomo nostrarum concionum,

Dominica 4. post pentecostem, ex qua concione plura alia ad hanc colligi possunt, &c.

Sanct.

Vv

Festa

Festa Decembris: A

De B. Nicolao, vide in com-
muni confess. Pontifi.

De Beato Ambrosio, vide
in communi Doctorum.

Concio Prima, In cōceptio-
ne B. Mariæ Virginis B

Thema. De quantum est Iesus. Ec.
Match. 1.



Tingit Deus noster à fine vsque ad finē
fortiter, sed suauiter vniuersa disponit,
vt Sapiens ait. Hæc vero suavis Dei dis-
positio in eo potissimū cōsistit, quod cer-
to ordine, statutisque legibus vtitur in
mundi gubernatione, quas regulariter
obseruat, & quibus vniuersi ordo cōser-
uatur. Sic cibum homini præstat, terræq;

fructus pluvia, sole, & agricultura, sic etiam salutem infirmo
præstat medicamentis varijs. Sed ordini ipsius vniuersi conue-
niens fuit, rationique consonum, vt aliquando Deus hunc or-
dinem non seruet, sed mirabilia efficeret, miraculaque
patraret, quibus Dei omnipotentia manifesta omnibus fieret
nec

Sap. 8.

A nec eum legibus alligatum, veluti si causa foret non libera,
sed naturalis, & se potius ostenderet liberrimam causam,
Dominum naturæ, & super omnem legem, & ordinem
principem existere. Hac ratione plura in Aegypto mirabi-
lia operatus est, & in deserto. Hac solem stare voluit medio
in curtu, & aliquando etiam retro incedere per decem lineas,
& similia multa fecit, quibus eum glorificatum scriptura testa-
tur. Qui vero hæc diuina opera, quæ miracula dicuntur,
& super omnem regulam, & ordinem sunt, metiri volue-
rit communi regula, omnino errabit, quia super illa
sunt.

Propōnitur, hodierna festiuitate opus Dei Mariæ. Domus
Dei, quam sibi sapiētia ædificauit, thronus eius mirabilis, arca
Dei, in qua omnes diuini thesauri sunt. Inter quæ opera
B Mariam annūmerandam censet? an inter miracula, an vero
inter opera, quæ legibus cōmunique ordini subiecta sunt?
Vere si de Maria recte sentiendum, loquendumque nobis est,
eam dicere debemus prodigium, miraculum, & non miracu-
lum duntaxat, sed præstantissimum orbis terræ miraculum,
vt eam dicit Diuus Ephren, quæ proinde super omnem le-
gem, ac ordinem est. Hoc nomine eam cenlet D. Ignatius
in epistola ad Ioannem Euangelistam, dicens. Hæc & alia ex-
citauerunt viscera nostra, & cogunt valde desiderare, aspectū
huius, si fas sit fari, sacratissimi monstri, & cælestis prodigij. Di-
cit eam prodigium, dicit etiam monstrum quia sicut mon-
strum præter legem est, sic & Maria, & qui eam secundum
legem ordinariam iudicauerit, penitus aberrabit. Eodem no-
mine, scilicet, præstantissimum orbis terræ miraculum eam
nūcupat Chrylōstomus. Imo & Ioannes (secundum plurimum
sanctorū expositionē) cū ait signum magnū apparuit in cæ-
lo, mulier amicta tole, &c. dicitur verò Maria signum mag-
num, quia prodigium, & miraculum est exitium. Eadem est
visio illa magna de qua Moyses. Vadam, & videbo visionem
hanc magnā. Et accedentibus, vt Mariæ cōtemplētur, Bernar-
ditus Merito quidem admirans Moyses sancte, & curiosius desi-
deras intueri, verubrumen solue calceamenta de pedibus tuis

Ephren.
Ignatius.

Chrylōst.
Apoc. 12.

Exod. 3.
Bern.

C

Num. 7.

& in uoluerat pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis. Nec immerito diuerso ordine, alijsque legibus Maria condita fuit, quam reliqui omnes mortales, quoniam in eum finem condita est, ut mater Dei esset. Sicut namque fuit pondus sanctuarij longe diuersum à pondere prophano, & vulgari, & omnino maius. Ita licet in pondere, numero, & mensura uniuersa Dominus fecerit, intelligendum tamen est, pondus Mariæ, quæ Dei sanctuarium est, diuersum omnino extitisse, diuersaque mensura illi concessam fuisse gratiam, quam reliquis.

Id vero, quod à nobis dictum est, facile constabit, si naturam, si & gratiam Mariæ spectes. Vidisti aliquando virginem, & matrem? Naturæ lex hac in re mutatur in Mariam, an non hoc miraculum, & grande miraculum? Vidisti aliquando mulierem, quæ mater sit parentis sui? innotatur in hac re natura in Maria. Vidisti ne mulierem, sine mestrui, sine dolore, sine infirmitate? En naturæ leges mutantur in Maria. Sed & gratiæ leges in ea innotatas consideremus. Vidisti gratiam viæ maiorem gratiæ patriæ? Vidisti mulierem sine inordinato appetitu motu, sine ullo veniali delicto? An non hoc prodigium? Ad illud considerandum nos vocat Psalm. Venite, & videte opera Domini, prodigia, quæ posuit super terram, auferens bella usque ad finem terræ, arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Prodigia hæc sunt in virginis terra, in qua bellum nullum est appetitus contra rationem, sed pax summa, tranquillitas immensa. En leges uniuersas in Maria mutatas, en Mariam legibus solutam. Sicut uirgo Augusta legibus tenetur, sed ut dicitur in lege, princeps legibus. ff. de legibus, ex priuilegio legibus non tenetur, sic diuino priuilegio Maria à legibus soluitur, tum naturæ, tum gratiæ.

Hodierna celebritate nobis proponitur Mariæ immunitas à lege originalis culpæ, & quam ab alijs legibus solutam offendimus, ab hac etiam lege liberam nunc dicimus, atque adeo originale peccatum non contraxisse, quod secundum legem

omnes posterius Ad generatione propagati cōtrahunt. Ab hac lege Mariam immunem futuram, & in ea diuersam seruandam legem esse, ut scilicet omni ex parte sancta esset, nec aliquid non sanctum in ea reperiendum, ostendit in figura Deus Ezechieli. Cui concessit, ut domum videret Dei, dixit autem illi, ista, ait est lex domus in summitate montis, omnis finis eius in circuitu sanctam sanctorum est, hæc est ergo lex domus. Profecto domum Dei decet sanctitudo, ut Psalm. ait & ideo lex domus Dei est, undique sancta sit nihilque in ea sit non sanctum, undique sanctitate circumuallata, ut nullus sit locus, quo peccatum in eam intrare possit.

Qua in re proponitur nobis exemplum domus nostræ construendæ. Erigit Deus in terra domum sibi hodierna die, ut mundum perditum erigat, primum vero, quod in domo sua collocat, gratia, sanctitasque est, & omnis virtus. Non sic in mundo usu venire solet, sed ut homo domum stabilit filijs, curat, multam coaceruare substantiam, honoresque, sicque stabilitam domum suam credit, etiam si virtus ab ea procul sit, Ambros. regnum, domus, respublica, in qua virtus corrui, stare nullo modo potest, multa regna, multæque domus funditus euersæ sunt vnus virtutis defectu, vel quia iustitia, vel temperantia caruerunt, vel castitate, aut misericordia. Si ergo vnus virtutis defectus, regna disturbat, quo pacto domus stabit tua, si nulla virtute fulciatur?

Prædicens Tobias Niniue vastitatem, ait. Video enim quod iniquitas eius finem dabit ei. Dum religio, iustitiaque fuit in Israel, prosperatum est illius regnum, cum ea defecere, finem accepit, quia ut Sapiens ait. Iustitia cleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum. Virtutes namque columnæ sunt, quibus domus fulcitur. De quibus Sapiens loquitur. Sapientia ædificauit sibi domum & excidit columnas septem, id est, virtutes septem, quibus fulcitur. Qua ratione construere volens Christus Dominus Ecclesiam perpetuam, eam sanctitate firmavit, ac stabiluit, eam sanctam efficit, unde dicitur, credo sanctam Ecclesiam. Curandum

Sanct.

Vv 3

randum

Ezech. 43.

Psal. 64.

Ambro.

Tobi. 4.

P 114.

Prou. 9.

randum ergo tibi domitux est, vt primum omnium **A**
 tus in ea sit, ac dominetur, sic enim domus tua stabit, cum su-
 per firmam petram fuerit fundata, & nec venti, nec flumina
 eam diruent. Hinc Sapiens, Sapientia edificabitur domus, &
 prudentia roborabitur.

Qua etiam in re nobis exemplo Maria est, illa namque ab
 initio sancta est, nullo vnquam temporis momento peccato
 abnoxia. Ne ergo tu dicas, vt multi dicunt, sanctus ero, &
 mundus, in templum Dei me consecrabo, sed non nunc,
 modo enim indulgere volo ventri, deseruire cupiditatibus,
 postea vero Deo me tradam. Miser, quid te dicere putas
 aliud, quam nunc stabulum bestiarum esse volo, postea Dei
 templum efficiar? Si Deum aliquando suscepturus es, cur
 non modo? Inspice Mariam continuo sanctam, & impollu-
 tam, & omni præditam virtute, in qua illud Esaiæ impletum
 est. Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus si-
 mul ad ornandum locum sanctificationis tuæ, & locum
 pedum meorum glorificabo. Quasi dicat, omni te orna-
 bo virtute, & gratia initio, ex quo efficietur, quod inferius
 Propheta eodem capite ait. Non audietur ultra iniquitas in
 terra tua, vastitas, & contritio in terminis tuis, quia in con-
 ceptione ornata omni gratia fuit Maria, & in ea sic roborata,
 ac confirmata, vt per totam vitam nullo actuali peccato,
 vel veniali fuerit inquinata. Quod signum est purissimæ illius
 conceptionis. Sic namque August. arguit de Christo nullum
 habuit actualé peccatum, ergo nec originale. Domum ergo
 tuam sanctifica, templum statim construe, in quo Deus habi-
 tare possit.

Sed cum plura miracula in Maria effecta dixerimus,
 inter quæ hoc enumerauimus, sine peccato eam conce-
 ptam, & addiderimus, totam Mariam miraculum esse,
 & præstantissimum orbis terræ miraculum, opera pretium
 erit inquirere, qua ratione Deus voluerit Mariam mira-
 culum esse, & hoc miraculum conceptionis eius purissi-
 mæ efficere, quod adeo mirum est, vt aliquibus appareat in-
 credible.

Respon-

A Respondetur, Deum aliquando mira aliqua opera præ-
 stare, & super omnem legem, & ordinem, eo quod in fi-
 nem maximum, ac præstantissimum rem illam miram ordi-
 nat. Hac ratione vt Paulum lucraretur, rem miram pere-
 git, descendit de cælo ipsemet, nec hominis vel Angeli mi-
 nisterio usus est in eius conuersionem, eo quod vas electionis
 efficere voluerit, quod portaret eius nomen coram regibus,
 & gentibus, & filiis Israel, vt plus omnibus laboraret, vt vni-
 uersum mundum illuminaret. Vt rem tam mirabilem face-
 ret, oportuit, vt mirabiliter etiam de cælo descenderet, eum
 que ipse alloqueretur. Similiter etiam plura mira in Ioan-
 ne Baptista effecit, vt conceptionem miram sanctificatio-
 nem in vtero, Prophetam esse ante quam natum, in teneris
 annis eremitam, quia in eum finem eum in mundum destina-
 uit, vt Christum digito ostenderet, eumque baptizaret. Simili-
 ratione Spiritum sanctum misit in spiritu vehementi, lingu-
 que igneis, propter mirabilem effectum conuersionis totius
 vniuersi ministerio duodecim piscatorum.

B Secundo vero mirabilia aliqua, & super omnem legem
 Deus efficere solet honoris sui causa, cum forte aliquis con-
 tumax cum eo contendere vult. Hac ratione Pharaonem mi-
 rabili quadam via cum exercitu suo in mare misit. Et Sena-
 cherib exercitum interfecit, eo quod cum Deo Israel con-
 tendere voluerunt, nec ei subijci.

C Tertio tandem mirabilia Deus præstat, vt se supremum
 ostendat Dominum, nulli legi subiectum, sed omnia quæcun-
 que vult potens in cælo, & terra, & hæc mirabilia efficit, quia
 potens est, seque potentem ostendere vult.

h Propter hæc omnia oportuit, Mariam immunem con-
 seruari ab originali labe, & plura alia mira in illa effici. Pri-
 mum propter mirum finem, in quem illa ordinata à Deo erat.
 Quis obsecro explicare valeat, quam sit mirum Deum homi-
 nem fieri, Mariæ filium, ex substantia matris genitum, &
 deo illius filium, vt sit illa quasi pater, & mater eius, non
 enim ille patrem habet, vt homo est, sicut nec mater, vt
 Deus est. Et sic Maria Christus debet quod tu patri, &

Vv 4 matri

Pror. 24.

Esai. 60.

August.

Acto. 9.

Luc. 1.

Acto. 2.

matri tuæ, qui potuerit tantâ explicare rē, tā inauditum prodigium dicendo exequare, ille etiam dicere poterit, qualia miracula in Maria efficienda erant, in finem tantum. Hinc Anselmus de laudibus virginis ait. Excedere Angelicam cognitionem dona Mariæ concessa, nec mirum, cum ratio causa que eorum excefferit Angelorum intelligentiam. Vnde quicquid humanum assequi valet ingenium, minus est eo, quod Mariæ concessum est. Ideoque sole perhibetur amicta, quia sicut illum nullus oculus hominis directe contemplari potest, ita nec mentis humanæ oculus Mariæ gratias. Vnde cum immaculata conceptio humano ingenio assequi possit, hæc, & alia plura, multoque maiora Mariæ concessa credamus. Res adeo mira, qualis est Deus homo, Mariæ que filius, mira plura postulabat, atque exigebat. Quis enim diceret in se bona, ac diuitias, non deberi Dei matri? Dei domo? quid magnum dici potest si Dei maiestati conferatur, quid illi non debetur? Quid vero dicere poterit, aliquid Mariæ defuisse ex his, quæ infinitam Dei maiestatem decet? Si ergo magna mirabilia que tibi apparent ea, quæ de Maria audis, oculos cōuertere in finem, in quem illa ordinata fuit, & tibi facilia omnia apparebunt. Hunc in scopum dirigi verba illa Dauidis videntur, quæ de Mariæ figura, templo, scilicet, elocutus est. Cum enim in numeras ille congregasset diuitias in templi fabricam easque mirarentur principes Israel, ait Dauid. Grande opus est, sed non homini preparatur habitatio, sed Deo. Quasi dicat. Mirum vobis videtur ac incredibile, tot diuitias in domo vna construenda infumendas, græde quidem erit opus, quod eis confici poterit, sed attendite, Deo domum constructi, non homini, & tunc videbitis, hæc omnia minus esse, quam quod Deo debetur hæc, & plura decet, in Dei domo infumari. Sic prorsus cum magnalia Mariæ audis, dices, grande opus est non ab auro, immaculata conceptio, grande opus est, immaculata vita, græde opus est, summa gratia, grande opus est, sed ad morte, Deo domum hæc omnia decet, & tunc grande vesse, si dominum in nobis maiestatem in se ipso ostendit. Secunda triumphalis habitatio, ut scilicet in nobis purissima cōceptionis in Maria, efficeretur propter filij eius honorem.

De-

Ansel.

Apo. 12.

E. Para. 29.

A

B

C

A De decus enim Christi esset, si eum diceremus filium peccatricis. Nec satis est dicere, eam peccato fuisse obnoxiam, ante quam Christus ex ea gigneretur; dedecus enim filij est, si mater eius infamia notetur, etiam antequam eum gignat. Sicut ergo Deus cum in munus aliquod hominem vocat, idoneum eum facit munere tanto. Idoneos, ait Paulus, nos fecit ministros noui testamenti, Sapiens enim ea, quæ sunt ad finem cōueniēter fini aptat. Et iura dicunt, cum princeps assumit aliquem in dignitatē cum eo dispensat, si forte aliqua ratio e in capax illius redditus fuerat. Cū ergo Mariā in Dei matrē elegerit, eam præparauit à cōceptione in hunc finē. Dixit Elijzer. Hæc est mulier, quam præparauit Dauidus filio Domini mei. Dicamus & nos, hæc est mulier, quam pater præparauit filio suo vni genito, ideoq; inuenisse dicitur, gratiā apud Deū. Nec idonea esset mater Dei, si aliquando macula fuisset infecta; esset enim hoc dedecus filio. Hinc Cyrillus contra Nestorium ait, propter filium temerariū non est in Maria virgine ponere culpam aliquam, vel peccatum. Et B. August. lib. de natura, & gratia contra Pelagianos ca. 36. ait, excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullā prorsus cum de peccatis agitur, habere volo questionē. Inde quoniam scimus, quod ei plūs gratiæ collatum fuerit; ad vincendū omnino esse parte peccatum, quia concipere, & parere meruit eam, quæ constat nullum habuisse peccatum, hac ergo virgine excepta, nullus sanctus absque peccato. Expendenda nunc illa verba sunt propter honorem Domini. Sicut utgo propter Christi honorem caruit omnino peccato veniale, omni infirmitate, omni denique imperfectiōne propter eum deus originali carere debuit. Et hoc Paulus significat, dicens Secundus homo de celo caelosis, id est, de virgine cælesti in cōtaminatā, purissimā illi ipsum attingens ad patris honorem, cum habeant communitatem vniūque filium; sicque affinitate patris eterno continentia sit, & qualis cōsanguinitate. Ille etiam honor ad Spiritum sanctum pertinet, cum oib; illa præcipua spēs sit, eodoneque omnino in deo essent, Angelis hīs. Euangeliā superate concepi quæ hęc conditio sua, quo dicitur quib; orant, si in peccato concepta fuisset.

2. Cor. 3.

Gene. 24.

Cyrl.

Aug.

1. Cor. 15.

Vv 5;

Demum;

Demum tertia de causa ea ab omni peccato imminē Deus fecit, ut potentiam suam manifestam faciat, legibusque nullo modo se subiectum, sed prohibito eas mutare: quod cum ille debuerit facere cui alteri creaturæ id conferre debuit quam matri? sine dubio in ea diuinam potentiam ostensam, illa declarat dicens. Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius, sicut enim si miraculi causam quæras, audies, fecit hoc Deus, qui potens est, sic mira multa in se Maria videns, hanc omnium rationem reddit, fecit mihi magna, qui potens est. Addit vero & misericordia eius à progenie in progenies, alijs misericordiam exhibitam dicit, cum enim in peccata lapsi fuerint, misericordia omnes indigent, ut saluentur. Sibi vero potentiam arrogat. Licet enim misericordia etiam indigerit, ne in peccatum laberetur, tamen quia misericordia ei exhibitæ super omnem legem fuit, & potentia absoluta Deus circa eam usus fuerit, recte hanc illi adfuisse memorat. Omnis ergo causa, & ratio, qua miracula effici solent in Maria fuit, ut mira multa in ea efficerentur, & mirabile hoc purissimæ conceptionis. Merito ergo de ea Psal. sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate, quia sancta Maria est, & mirabilis in gratia, domusque celestibus, ipsi ab omnipotente Deo concessis.

Sed cum omni ex parte mirabilem Mariam fuisse oportuerit, decuit tamen ut præcipue mirabilior esset hæc in re, ut scilicet, à peccato omni, quam longissimè abesset, quia est illa. De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Oportuit mirabilia multa esse in Mariæ corpore, & ad hæc mirabiliora in anima, ut illum concipere, & parere mereretur, qui Deus est. At præcipuam miraculum in Maria efficiendum, illud fuit, ut omni labe peccati careret, quia est illa, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, qui ideo summo odio peccatum detestatur. Ut Deus est, infinito illud præsequitur odio, ut homo est, immensa etiam detestatio: ne illud exoratur. Et in hæc causam solam se cruci, mortique tradidit, quæ illud omnino destrueret, atque deleteret. De qua vides multa sermone de Mariæ Natiuitate, quam longissimè ergo à peccato eam distare oportuit,

quæ

A quæ illum erat conceptura, & paritura. Expendamus nunc matris Dei dignitatem, quæ his verbis exprimitur, de qua natus est Iesus, & ex ea illud facile colligemus. Cum primus Adam è sopore euigilans Euam conspexit, ait. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quæ verba sic explicat Hierony. Hoc nunc id est, hæc vice ita factum est, ut è primo Adamo Eva prodiret, quasi innuat, postea, alteraque vice aliter efficiendum esse, ut, scilicet, secundus Adam ab Eva procederet secunda, factus ex muliere, ut Paulus ait. Sicut ergo inter primum Adam & Euam multa fuere, in quibus maxime conuenirent. Ita inter Mariam & Christum, multa in uicem data & accepta dona sunt. Ille ab ea suscepit naturam humanam, illa ab eo gratiam, quæ participatio est diuinæ naturæ. Illa præstitit ei pulcherrimam, & omnibus numeris confirmatam naturam, ille matri concessit excellentissimam gratiam. Quam ille à matre accepit naturam, numquam dimisit, quam illa accepit à filio gratiam, numquam amisit. Quæ parte ille homo est, filius Mariæ est, quia ab ea humanitatem sumpsit. Quæ parte illa gratia ornata est, filia filii sui est, quia à filio gratiam suscepit. Neq; ista tam diuersa inter se aduersantur, aut mutuo contradicunt. Sicut nec in filio diuina, & humana natura, humana & diuina voluntas.

Quia ergo Maria mater Dei est, innumera in ea mirabilia esse oportuit, præcipue vero ut omni careret peccato etiam originali. In cuius rei ostensionem uti possumus argumento Pauli Hebr. 1. litera dumtaxat mutata. Ait ille de Christo Domino. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Nos de Maria dicamus. Tanto melior Angelis effecta, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit: Angelis ministrorum seruumque nomen concessum est. Omnes sunt administratores spiritus, Pau. ait. Et Psal. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammas ignis. Conferuntur istis, ut eorum quidam Ioanni dixit. A Matre nomen Mater, & deus, quod quædam regis domo inter reges regum regis

Gen. 1. 17

Hier.

Gala. 4.

Heb. 1.

Psal. 103.

Aboc. 19.

matrem, & ministros, hoc in Dei domo interest, inter Mariam, & Angelorum, sanctorumque cetum. Quod si in Angelis, & viris sanctissimis mirabilia multa ab eo effecta sunt, qui dicitur mirabilis in sanctis suis, quæ erunt mira, quæ in Maria posita erunt. Qualis oblectatio, quantaque illa mulier futura est, quam Deus matrem dicit, quantaque hac ratione dominam appellat, & illi se subditum confiteatur. Merito Diuus Anselm. in oratione ad Mariam, ait. O nimis exaltata, quam sequi conatur affectus animæ meæ, quo aufugis aciem mentis meæ? O pulchra ad intuum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, quo euadis capacitatem cordis mei? Mirares, in quam sublimi contemplor Mariam locatam, omnis naturæ à Deo est creata, & omnis Dei natura ex Maria est nata, Deus omnia creauit, & Maria Deum genuit, Deus qui omnia fecit, se ex Maria fecit, & sic omnia, quæ fecerat, refecit, hucusque Anselmus.

Psal. 67.

D. Ansel.

Ex quibus colligitur, Mariam ab omni originali labe immunam esse. Si namque Angelis concessa gratia est primo conditionis suæ instanti, si illis omnimoda puritas data, qua ratione matri Dei reginæ Angelorum, hæc neganda erant?

Simile.

De Arminio naturales philosophi tradunt, tanta eum puritate nitere, sicque sordem omnem abhorrere, vt si in ostio foræ ipsius lutum apponatur, illam nullo modo ingrediatur, etiam si vita ei eripienda sit, etiam si insequentibus canes videat qui eum lacerent. Ne ergo in luto pedem ponat, capi se, & interfici permittit. Idque titulus, stemaque Arminij est. Male mori, quam fedari. Quid de infinita Dei puritate credendum est? Num Mariam ingrederetur, si in ea impurum aliquid fuisset? Merito Psal. Domum Dei decet sanctitudo, nec enim congruum Deo habitaculum fuisset, si vel minima culpa maculata foret.

Psal. 92.

At dicunt aliqui, mundata fuit, priusquam Deus in eam intraret, etiam quæ citissime. Si tam cito liberanda fuit, & hoc super omnem legem, qua ratione per illud in facili labi potest? Quid enim hoc tempus periret, si nunc regina liberandam per breue tempus inimicis tradere? Si nunc

Simile.
A regina in Hispaniam veniret, vt regi iungeretur coniugio, cuncte per mare viam ageret, classis adueniret Turcarum, vt eam captivam duceret, classis vero prope esset Hispanica, quæ eam facili negotio liberare posset. Si dux Hispanicæ classis diceret, permittamus nunc reginam à Turcis capi, de honestari, conculcari, iniurijs affici, continuo, eam liberabimus ab hostium manibus. An non merito ad eum dices, vt quid regina capienda, & dehonestanda, si continuo liberanda est? An non melius multo erit, vt in manus inimicorum minime veniat? Si ergo Mariam cæli reginam dicimus, Dei matrem confitemur, si post instantem liberandam, cur non in instanti primo libera? cur eam demonis seruum, vel ad instantem, Dei inimicam dicamus?

Psal. 1.
B Hinc etiam nobis illud ediscendum est, nec ad momentum in peccato consistere. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit, sed in lege Domini voluntas eius.

Maximum omninoque fugiendum, ac vitandum malum, est peccato stetitisse vel ad instantem, ideo nobis summe cauendum, vt Mariam imitemur, &c.

Concio.

Concio Secunda, in conceptione Beatæ Mariæ.

Thema. De qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Matth. 1.



CVM iam hominibus placatis Deus voluit apparere, tabernaculum sibi construi statuit, in quo inter homines habitaret, illud vero voluit hominum donarijs, eorum pecunia, & sumptibus effici. Potuisset quidem, à celo illud demittere, sed voluit in terra confici, & ex his, quæ

Israel voluntarie in id opus obtulit. Ne vero quisquã se excularet, causans paupertatẽ suã, & ob eã causam nihil dono daret in tabernaculi constructionem, præcepit, de pilis caprarum opera menta tabernaculi fieri, vt qui pauper esset, nec aurum, gemmas, aut argentum haberet, quæ dono daret, saltẽ pilos caprarum offerre posset. Tabernaculum illud typum gessisse Mariæ, nullus est, qui dubitet. Sumptibus vero nostris, ac pia largitate Mariæ tabernaculum cõficitur, cû conceptio illius immaculata non de fide nobis credenda proponitur, sed deuotioni nostra relinquitur, ac pietati, quam in Mariam nos habere decet. In huius etiã virginis laudem omnis creatura afferre tenetur, quia cû omnibus illa bene fecerit, ab omnibus merito est prædicanda, vnde illa ait. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. quia omnibus generationibus salutem attulit. Beati spiritus in hac festiuitate offerent aurum, gemmas, & reliqua precio digna, nos vero pusilli pilos caprarum offeremus, sed nec hos recusat, & renuit Maria, hos excipit tãquam pia mater. Donum hoc perexiguum est, ni accedat gratia, illud ornans, ac eleuans, hanc petamus per Mariam.

Si de

A Si de Deo nostro vera dicenda sunt, ac prædicanda, magna vtique prædicanda sunt quia magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Hoc Christiana religio à ceteris mundi sectis differt, quod illæ quidem ridicula, vana, & abiecta de Deo loquuntur, at Christiana religio, maxima, & quæ Deum plane decet. De dijs gentium ea prædicabant eorũ chronographi, quæ dedecus omnino essent, etiã hominibus de plebe infamis, vnde martyres dicere solebãt idolorũ cultoribus. Sit Mater tua similis Veneri, quam colis, meretrix, Mercurio impostori, Ioui crudeli, & impudico. Et nũc Iudei, & Sarraceni ea de Deo prædicant, quæ blasphema, & infama sunt. De quibus Psal. narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. At Christiana religio nihil nisi infinitum de Deo prædicat, imensum enim nulla alia decet nisi immensa. Si vero obijcias. An nõ dicimus, Deũ hominẽ factũ, crucifixũ, & mortuũ? Et hæc parua videtur. Sed ego dico, parua nõ sunt, sed maxima, quia signa sunt infinite bonitatis, amoris, & misericordie, & quæ Deũ in his infinitum ostendunt. Hoc vero in laudẽ Dei maxime cedit, nihil enim quæ gloriosum, quã optimũ esse, & ideo prædicatur. Deo optimo, quã maxime licet enim in Deo omnia vnũ sint, nobis tamẽ præcipuus titulus, & quo maxime honoramus quem volumus honorare est, cum eum optimum dicimus. Si ergo nosse vis, quæ sunt illa, quæ Christiana religio superaddit ad ea, quæ de Deo nostro lumine naturali cognoscimus, ea plane sunt, quæ ostendunt in eo infinitam bonitatem, misericordiam, ac amorem. Et huiusmodi sunt, Deum hominem fieri, crucifigi, mori, &c. Nihil ergo nõ imensum de Deo prædicamus, sed nec prædicare possumus, si modo vera prædicamus.

Ad eundem modũ si de Maria vera dicenda sunt, semper magna prædicanda sunt, quia omnia, quæ ad eã pertinet, magna sunt. Fecit, inquit illa, mihi magna, qui potens est. Eius figuram expressit Iudith, de qua dicitur, magna facta est in Bethulia, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum. Quis ergo verbum malum audeat loqui de Maria? An non verbum malum, an nõ vile, & infimum, maculata conceptio. Indigna prorsus locutio Maria, quæ magna est. Hæc est mulier illa, de qua dicitur signum magnum apparuit in celo. Hæc rubus illa de qua

Moy.

Exo. 35.

Luc. 1.

Psal. 116.

Psal. 116.

Luc. 1.

Judit. 16.

Apoc. 17.

Exod. 3. Moyses, vadam, & videbo visionem hanc magnā. Hæc domus **A**
2. Par. 4. Dei, de qua Salomō, Domus, quā ædificare cupio, magna esse
 debet, quia magnus Dñs Deus noster super omnes Deos. Hęc
1. Bnc. 3. ille, de qua Baruc. O Israel quā magna est domus Dñi, & quā
 ingens locus possessionis eius. Hęc demū altare illud, de quo
Iosue. 22. Iosue. 22. Ruben. Gad, & Manasse ante Iordanē ædificauerūt
 altare infinitæ magnitudinis, quod vocauerunt testimonium
 nostrum, quod Dominus ipse sit Deus. Interrogat vero Israel
 ædificatores huius altaris. Num alium Deum colitis, qui aiunt
 non, nec hoc altare sacrificij est, id enim solum tabernaculum
 esse oportet, sed testimonium est, quod etiam noster est Deus
 sicut est vester, ideo altare testimonij dicatur. Vere altare Ma
 ria est, in qua posita est imago vera patris, non depicta sed vi
 ua, est vero testimonij altare, quo ostenditur Deum esse no
 strum, ne vnquam Angeli dicere valeant, Deum illorum esse,
Esaï. 7. nō hominum. Ecce Maria factus est Emanuel, id est, nobiscū
 Deus, nobis ergo datus est Deus per Mariam, nobis natus. Di
 citur vero infinitæ magnitudinis esse, quia cum Dei mater
 sit, infinita dignitate erecta, eluataque est. Vnde cum omnia,
 quæ ad Mariam pertinent, huic infinitæ dignitati proportio
 nari debeant, oportet illa omnia maxima esse, hinc maxima
 conceptio, maxima natiuitas, maxima vita, maxima mors. Sed
 quæ magna non capiet illa, quæ Deum ipsum capit? Aliqui
 bus aliqua ita magna videntur, vt Maria illa non capiat.
 Sed vere quæ Deum capit, reliqua omnia facile capiet, mi
 nora omnia sunt Deo, qui intra hanc domum contine
 tur, **C**

Sed nunc adeo parua Maria videtur, vt magnum de illa di
 ci non possit, infans est vnus diei, quid magnum de illa prædi
 care possumus?

3. Reg. 5. Multa profecto, ac præcipua, quorum primū illud sit quod
 de templo Salomonis dictum est. Tu scis, ait Salomon ad Hi
 ran, voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit ædi
 ficare domū nomini Dei sui propter bella imminentiā per cir
 cuitum, nunc autem requiem dedit Deus mihi per circuitum,
 & non est Sathan, nec occursum malus, ideo cogito ædificare
 domum Domino, sicut templum illud ædificari ceptum
 est,

A est, cum bellum non esset, cum Sathan non esset, nec occursum
 malus. Sic Maria formata, conceptaque est nullo imminente
 bello, sine occursum villo malo, Sathan, & omne peccatum
 procul absuit, & hoc est, quod hodierna festiuitate recolimus,
 neque vero id duntaxat, sed secundum adde, vt videas, de infan
 tili puella magna esse, & præclara, quæ dicantur, non solum
 namque omne peccatum absuit, sed maxima gratia adfuit, do
 na cælestia quam plurima, & ingentia illi concessa fuere in con
 ceptione. Nec vllus sanctorum tanta gratia ornatus fuit in fine
 vite, quanta Maria in conceptione sua, quia sapientia ædifica
 uit sibi hanc domum, & multo aliter Deus ædificia construit
 quam homo. Cum tu domum ædificas, in eius fundamen
 tis lapides collocas non elaboratos manu artificis, sed rudes,
B ac impolitos, elaboratos vero ac cultos lapides seruas in su
 periorem ædificij partem, quo ab omnibus cerni, spectari
 que possint. Non sic Deus ædificare solet. In fundamen
 tis enim optimos ponit, & pretiosos collocat lapides maxime
 que elaboratos. Attende hoc in Ecclesia, quam ille fundauit,
 atque extruxit, primum posuit in fundamento lapidem Chri
 stum Dominum. De quo Paul. Fundamentum aliud ne
 mo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Chri
 stus Iesus. Sed quam sit pretiosus hic lapis, quis dicat? Ab ho
 minibus quidem reprobatus, sed à Deo electus, & honorifica
 tus est. De quo Esaias. Ecce ego mittam in fundamentis Sion
 lapidem angularem, lapidem probatum, pretiosum, in funda
 mento fundatū. Cōtinuo vero adiecit fundamēta alia huic pri
 mō lapidi proxima Apostolos, super ædificati super fundamētū
 Apostolorū, Paul. ait, & Ierusalē cælestis duodecim fundamē
 ta Ioānes videt duodecim lapides pretiosos, & in illis scripta mo
 mina duodecim Apostolorū agni. Hi etiā lapides pretiosissimi
 extiterē. Ad huius rei instar sapientia ædificauit sibi domū Mariā.
 Cū nos ædificamur, in cōceptione, vbi fundamētū collocat ho
 minis, nihil pretiosū inuenies, sed rudia, ac impolita vniuersa.
 At in Mariæ conceptione cum à Deo ædificata sit, singulari
 prudentia pretiosissimi moti sunt lapilli gratiarum cæle
 stium, & donorum. Quia ratione cogit egum. In templi
 constructione scriptura meminit, in pretiosum obprobrium
 Sanct. Xx fun

741.1.1.1

Pron. 9.

1. Cor. 3.

Esaï. 28.

Eph. 2.

Apo. 21.

3. Reg. 5.

021.1.1.1

fundamento à Salomone locatus, vt significaretur, in Mariæ A
 constructione, quæ templo illo figurabatur, simile quid à Deo
 agendum esse, vt scilicet, innumeratarum dona ei conce-
 derentur in purissima conceptione.

Nec id in Maria effectum fuisse, adeo est mirandum. Est nã
 que illa celestis illa Ierusalem, cui per Psalmistã dicitur, Lauda
 Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, quoniam con-
 fortavit seras portarum tuarum & benedixit filiis tuis in te, qui
 posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Mittamus
 nunc reliqua, & solum illud expendamus, adipe frumenti sa-
 tiat te. Quasi dicat. Alijs sic farina conceditur, vt simul cù ad-
 ipe frumenti furfures accipiant, tibi vero frumenti adipe, sã
 nãque simile, ac flos sine villo furfure datur, id vero facile erit B
 conspiciere, si per singula discurramus. Vxor filios parit, sã
 na filiorum conceditur, sed quot ibi furfures sint patet. Simi-
 liter virgini, furfur est quod filio careat. Sed Mariæ virginitas,
 filiusque conceditur. En procul abest omne furfur. Petro, Pau-
 loque concessa gloria animæ est, en frumenti adipe, sed si fur-
 fures spectare velis, attende, in cinerem versa eorum corpora.
 At Mariæ gloria corporis, & animæ tribuitur, nullum ergo fur-
 fur. Similiter omni Adẽ filio in conceptione natura concedi-
 tur, quæ farina est, sed culpa continuo adest, quæ furfur est.
 At Mariæ adeps duntaxat frumenti datur, cui simul gratia cù
 natura conceditur, sicut Angelis, de quibus præclare August.
 ait. Deus erat simul condens naturam, & largiens gratiã. Qua
 si dicat, hac manu naturã, illã vero gratiam conferrebat. C

August.

Sed prætereundum, non est verbum illud Psalmistæ, satiat te,
 quia vsque ad satietatẽ concessa gratia Mariæ est. Hinc Hiero-
 nymus. Alijs datã est gratia per partes, sed Mariæ tota se infu-
 dit gratiæ plenitudo. Hinc Psal. fluminis impetus letificat ciui-
 tatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Quib-
 verbis exprimitur præcipuus sanctificationis modus, mirabilis
 Dei tabernaculi, cum gratiarum flumẽ in ipsam intrasse per-
 hibetur. Non ergo aquæ vas, non panis huc cella Mariæ con-
 cessa, sed flumen in te grana gratiarum in omnia panis integra.
 Illud vero præcipuus verbis explicasse Psal. videtur, cum ait.
 Laudate Dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento vir-
 tutis

Psal. 150

tutis eius. Merito quidem in sanctis suis laudandus Deus est,
 qui mirabilis in eis est, & multo mirabilior qui in toto vnuer-
 so. Sed quod obsecro est firmamentũ illud, quod inter sanctos
 adeo præcipuum est, vt eregione eorum ponatur, solumq; no-
 minetur, cum ante ceteros omnis sanctorum dictus esset. Sine
 dubio firmamentum illud Maria est, quæ è regione sanctorum
 omnium posita, ea sola illos omnes superat longo intervallo.
 Sed quid est in Maria, vt firmamenti nomen ei tribuamus? Ma-
 xima profecto, ac præcipua similitudo. Firmamentum enim
 à philosophis dicitur octaua sphaera, quæ innumeris est ornata
 stellis, & maximis, quæque sciat illare videntur, hoc vero cæ-
 lum præcipua ratione Mariam significat, quæ animatum cæ-
 lum à Damasceno dicitur. Et primo cælum Maria est, quia
 cum cælum locus sit beatorum, in Mariæ vtero Christus ho-
 mo vidit diuinam essentiam, cælum ergo illa est, cælestis tota
 Maria est, nec in illa aliquid non cælestè reperiẽs, sed & firma-
 mentum est, octauaque sphaera merito dicitur, quia cum reli-
 qui cæli vna obtentur stella, firmamentum innumeris ornatur
 & maximis, in hac vero re inter alia Maria omnes sanctos super-
 ruit, quod illi quidem ornati sunt omni virtute, nec enim vnã
 virtus sine alia inueniri potest, sed quilibet eorum vna præci-
 pua virtute præditus est, qua excelluit, propter quam de eorum
 quolibet concinit Ecclesia, non est inuentus similis illi, qui cõ-
 seruaret legem excelsi. Et illam optimo iure planetam cæli il-
 lius dices, quo illud præcipue ornatur, sic Apostoli charitate,
 propheta spe, Martyres fortitudine, virgines puritate, cõfes-
 sores loganimitate præditi, ornatiq; fuere. At vero si oculos in
 Mariam conuertas, firmamentum videbis innumeris decoratũ
 stellis, quia omni virtute, & gratia ornatam conspicias, & om-
 nis in ea virtus sic splenduit, vt in earũ qualibet consummata
 perfecta que fuerit, & omnes reliquos iustos superauerit lon-
 go intervallo, qua ratione Maria etiam merito secundum no-
 men suum mare dicitur, quia sicut initio mundi congregatio
 nes aquarum appellauit Maria, sic origine Ecclesiæ congrega-
 tiones gratiarum appellauit Maria. Quia ratione de ea dicitur
 Cant. 4. Sicut curris David: collum tuum, mille clypeis per-

Dam. ser. de
 Assump.

Gen. 1.

Can. 4.

Rupertus.

det ex ea, omnis armatura fortium, Mariam Ecclesie collum esse merito Rupertus ait, quia sicut collum caput corpori vnit sic Maria Christus in Ecclesie copulauit, & sicut omnis capitis influxus ad corpus per collum descendit, ita per Mariam omnis gratia in Ecclesia à Christo procedit. Hoc ergo collum Maria similis perhibetur turri David, in qua omnis est armatura fortium quia in ea omnis virtus sanctorum est. In ea fides Abraham, prophetarum scientia, fortitudo martyrum, puritas virginum, & denique omnis lapis pretiosus, operimentum eius. Felicissima profus Maria quae omnium virtutum fructu vberissima est. Sicut hæc terra hunc producere fructum, illa alium, sed omnibus laudibus extollenda illa esset, quæ omni fructu abundaret, Felicitas vero ista seruata est terræ illi, ex qua veritas orta est, quæ fructum dedit suum, cum Christum peperit, & fructum item suum cum omni virtutis germen in illa pullulauit.

Simile.

Sed mirum aliud in hoc firmamento, Maria, non est silentio prætereundum, in quo similem se præbuit firmamento materiali, & quod nã illud? certè. Stelle inferiorum celorum, quæ planetæ dicuntur, quia prope nos sunt, non scintillant, quæ vero in firmamento sunt, quia remotissime sunt, scintillant, est autem ea, vt ita dicam, scintillatio, oculi titubatio, non valentis plene, secureque conspicerem rem adeo remotissimam. Quam in re nobis ostenditur, quam longo interuallo Mariæ virtutes superent aliorum sanctorum virtutes vel excellentissimas, sanctorum enim dona & facinora egregia atque virtutes mirabiles quidè stelle celestes sunt, attamen planetarum more à nobis plene conspici possunt, imitari facile eos possumus, & plures eorum equare, ac si volumus superare. Si enim Abraham filium obtulit, multi nunc id efficerent, si Deus præciperet. Si martyres pro fide decertantes, sanguinem fuderunt suum, plurimi hac tempestate id etiam præstant, præstarentque multi alij, si tyranni adessent. Sic etiam virginum puritas, prophetarum spes à multis hodiernis imitatione equalitur. At Mariæ dona, gratia, atque virtutes stelle sunt firmamenti, adeo remotæ, vt scintillent, quisnam eas assequi valeat, quis vel conspectu plane consequi possit? Imitari, si placet, virginem

Aginem esse, & matrem, conceptionem purissimam, nullo prauo affici motu, nulla, vel leui culpa inquinari? Adeo hæc sublimitia sunt, vt titubent, ac contremiscant oculi nostri debiles ad horum conspectum, & nisi fide oculis mentis firmaretur, plura horum conspicerem non valeret. Quam ratione mira hæc Mariæ pulchritudo merito pulchritudine, ac decore incredibili Hesther reginæ significatur, de qua dicitur, incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa videbatur. An non incredibilis pulchritudo, virgo mater? & cætera quæ de Maria diximus? Si ergo nosse vis, quæ sint, quæ dignè de Maria dicantur, planè illa, quæ incredibilia sunt, quæ inintelligibilia, quæ inuestigabilia, hæc stellæ decent hoc firmamentum, ad quorum conspectum oculus mentis nostræ titubet, ac contremiscat. Huiusmodi verò est immaculata conceptio, digna planè stella cælo tanto. Dic obsecro, si rex nunc tibi diceret, quare mihi sponsam, sed incredibili pulchritudine eam præditam esse oportet, ita vt nec nequus in ea sit. Adduceres ne ei in sponsam, mulierem turpem, sædam, atque deformem? Tanta pulchritudine expetiuit sibi sponsam Dei filius, vt ad eam dici possit, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, nec nequum venialis delicti in ea passus est, quo modo ergo deformitas tanta, qualis originalis est culpa, in ea inuenienda fuit, quæ de monis seruam. Deique inimicam constitueret?

Esthe. 2.

Simile.

Can. 4.

Fingamus ergo nunc Mariæ animam corpus ingredientem timore correptam, num inficienda esset, cum domum luteam ingrederetur, sicut omnium hominum animæ inficiuntur, ponendo se delodo, vt vulgo dici solet. Dicamusque ei ne timeas Maria, quia inuenisti gratiam apud Deum, quæ verba, vt apertius præsentis festiuitati accommodentur, resque melius percipiatur, fingamus animas prius à Deo creati, quam infundi, sicut quorundam fuit error, omnes initio mundi à Deo esse creatas, deinde vero corporibus successu temporis infundi, quod quidem error est. Sed nunc illud fingamus effectum, potuit enim fieri, maxime cum non educantur de potentia materie, vt brutorum forme, posito ergo casu possibili, quod omnes animæ simul creatæ forent, & cuique diceretur cuius corporis una quæque esset habitura commercium, illisque prædicerentur

Luc. 1.

tur status, munera fortunęque ipsis parata. Huic diceret ingre-
 dieris ð anima in corpus pulchrum, optime dispositum & eris
 rex, consul, dux, tibi parati honores, diuitiæ &c. Tu vero con-
 tra miserum ingredieris corpus, eris vilis, abiectusque homo,
 an non secundum diuersitatem eorum, quæ illis prænuncian-
 tur, aliæ animæ lætitiā perfunderentur, aliæ contra dolore,
 atque mæstitia? si vero has animas fingamus diuina ornatas gra-
 tia, non adeo dolerent, & si dura, & aspera eis nunciarentur fu-
 tura in vita, nec enim ea illis obstarent, ne Deum tandem in
 beata patria assequerentur, imo vero iacturam opum, aut filio-
 rum, ægritudines, acerbos casus agnoscerent nõ esse signa irati
 Dei, imo tum maximè clementis, qui seruos suos per ignem, &
 aquam vectos, ducit ad refrigerium. Atque adeo hæc malorũ
 genera bono animo animæ iustę expectarent, & se se ad ea fe-
 renda firmissimas, imperterritasque præberent. Sed finge vni
 earum sicloquentem Angelum Dei nuncium. Parat tibi o ani-
 ma omnipotens rerum conditor, elegans, pulchrum, decorũ
 corpus, cui infundaris, corpus inquam egregię puellę, & inter
 Adę filias faciliè principis, puellã in quã, quã ipse sibi Deº in scri-
 tabili, & æterno consilio prælegit sibi matrẽ, matrẽ inquam,
 sed virgineo pudore integro parituram, parituram inquam, sed
 partum dolorum expertem. Ad hæc quis non videt hilarescẽ-
 tem animam, lætabundam, exultantẽ, nec se præ gaudio capiẽ-
 tem? Sed nondum finitum oraculum est, prosequitur Ange-
 lus, attende ð anima, & adhuc aduertito, audies quod nolles
 audiuisse, nõ recanto palinodiam, in his, quę hucusque præci-
 nuĩ, sed triste aliquid tibi denuncio, quod futura sis tantisper
 Deo inimica sed cito mundaberis. Quo affectu nunc hanc ani-
 mam affectam putas? Vtique summo dolore, & si ei optio cõ-
 cederetur, præligeret, si iusta esset, ac sancta, vt diximus,
 illis omniibus bonis non potiri, nec corpori coniungi vt euade-
 ret culpam illam, quam contracturam sciebat in vnione corpo-
 ris & animæ, diceretque, nolo illa omnia bona, si tantisper fu-
 tura sum Deo inimica, *contal contrapeso*, vt vulgo dicitur. Et
 quod tunc in ea metus fuisset, nunc detestatio est. Dicamus
 ergo nunc animæ Mariæ sic trementi, ac trepidanti corporis
 ingressum. Ne timeas Mariæ, inuenisti gratiam apud Deum,
 omnino

A omnino ex quo manifestè colligitur, in Maria nõ fuisse pecca-
 tũ, quod si illa præciuisset, & vitare posset, præligeret, nõ esse,
 quã sic esse. Ne ergo timeas, tu enim spõsa lummi sacerdotis es,
 quę secundum legẽ nec vidua, nec repudiata, nec alienigena
 futura erat. Tu terra nõ maledicta secundo Adę formando præ-
 parata. Tu terra sacerdotalis ab omni-immunis tributo? Tu
 arca testamẽti de qua Leuit. 10. dicitur. Cum surgeret arca ad
 ambulandum, dicebat Moyses. Exurgat Deus, & dissipentur
 inimici eius, in conceptione vero tua viam vitę inchoas, tunc
 inimici omnes dissipantur, & fugiunt. Si in sepulchro nouo,
 & sindone mundareponendum fuit emortuum Christi cor-

B pus, quo loco reponendum, cum opere Spiritus sancti forma-
 tũ est, nisi in Maria, in qua nusquã demõ habitasset. Si mater Sã
 psonis prohibetur ab omni immũda esca, an nõ mater Dei. Tu
 demũ Hierusalẽ illa es, cui promittitur 4 Reg. 19. Assyrius nõ
 intrabit in eam, nec circumdabit eã, nec vero sagitta eius muros
 Hierusalem penetrabit. Quibus verbis in figura ostenditur li-
 beram Mariam ab omni peccato mortali, veniali ac, originali. Eã
 enim animam Assyrius intrat, ac vastat, quæ per mortale pecca-
 tum demõnem in se admittit. Eam vero Assyrius circũdat, quę
 venialia admittit. Est enim veniale peccatum dispositio ad mor-
 tale, & cum veniali culpæ anima obnoxia est, demõnem pati-
 tur se circumdantẽ, appropinquantẽque, vt expugnet. Origina-
 le vero peccatum significatur sagitta, quæ à longe mittitur,

C quia à primo parente in omnes posteros hæc labes descendit.
 Tu ergo ð Maria, quæ ciuitas Hierusalem es, nihil horum pa-
 tieris. Tu ergo nobis es ciuitas refugij, tu nobis Elice, tu no-
 bis Cynosura per altum. In te securi sumus, ac in ciuita-
 te munita, ad te nobis confugiendum, quæ firmissima tur-
 ris es. Sicut ergo turris fortissima nomen Domini, & quæ
 nis, qui confugerit ad illam, saluabitur, ad eum modum turris
 fortissima Maria, turris Dauid, in qua omnis est armatura for-
 tium, & omnis, qui ad eam confugerit, saluus erit, est namque
 illa terribilis, vt castrorum acies ordinata. Sed quomodo
 pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum
 acies, & pulchritudo namque, & terribilitas non bene
 conuenire videntur. Vtique diuisit hæc Deus in homi-

Deut. 21.

Gene. 47.
Leui. 10.Iud. 13.
4. Reg. 19.

Pro. 18.

num genere, viris dedit fortitudinem, foeminis pulchritudinē. **A**
Sed in Maria vniuersa bona congeffit, illa pulchra est vt sol, at
que luna, illa fortis ac terribilis vt castrorum acies, ad eam ergo
confugiamus vt saluemur &c.

Concio Tertia in Concep- tione Beatæ Mariæ.

*Thema. Dominus possedit me in ini-
tio viarum suarum, antequam quicquam
faceret à principio. Prou. 8.*



Vid dulcius, quid ve suauius, quã de Ma-
ria loqui? An non seruus Domini sui do-
mum, in qua pascitur, agnoscere tenerur,
an non ad eam venire, & eius in dulcedi-
ne recordari? Quid vero Maria sit, audi.
Non est hic aliud, nisi domus Dei, & por-
ta cæli. Quando enim Deo optimo, & ma-
ximo cõplacuit, in terris habitare, & cum

hominibus conuersari, Mariam in domum elegit suam: Dixit-
que illud Psal. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Si nosse, vis,
quo in loco omnia bona, omnes thesaurus suos repositos, ac re-
conditos Deus habeat, scito in Maria domo sacros condidisse.
Eam scrutatus fuerat, inspexeratque prophetis oculis, qui
dixit, gloria, & diuitie in domo eius. Non facile lætatur re-
gius Pfates, sed vnum fuit, quod eum summa affectu lætitia. Læ-
tatur, ait, nam in his, quæ dicta sunt mihi. Sed quæ nam nunc læ-
tanti lætati ad te peruenerunt d. rex? num insignis aliqua hostium
victoria? num classis aliqua ex Ophir venio tibi aurum onu-
ta? Non ista me lætificauerunt. Quid ergo in domum Domini
niibi

A ni ibimus. Et quid boni inde tibi? Replebimur, ait bo-
nis domus tua. Attende innumeram huius domus bona,
dum ait, replebimur in bonis eius. O domus ingens do-
mus ditissima, domus thesauri Dei, in qua omnes Dei thesauri
reconditi, o domus in qua omnis excuditur moneta, & pecu-
nia redemptionis nostræ confecta est, eique figura humanæ
naturæ impressa, domus omni abundans bono, in qua reple-
mur bonis, in qua omnis qui petit accipit. Si ergo similes dis-
sipatori filio per alienas diuagati domos sumus, redeamus in
domum patris, licet enim peccatis deformati alieni ab hac do-
mo videamur, sed loquela ostendet nos ad hanc domum perti-
nere, si Mariam salutantes, dicamus. Aue Maria.

B Dulcedine diximus plenum esse, de Maria loqui, de ea ho-
die nobis agendum est. Sed quid in hac festiuitate dicendum
vtique in conceptione illi datam primam, maximamque gra-
tiam, nec vnquam peccati labe infectam. Ostendenda ergo Ma-
riæ nobilitas, ac ingenuitas est, eamque liberam dicimus ab om-
ni peccati tributo, tanquam sacerdotalis Aegypti terra, que
nulli tributo obnoxia fuit. Hæc hodierna festiuitas: sed num id
hodie nobis probandum est, multisque rationibus ostenden-
dum. Absit, probatione in re manifesta opus non est, ne Ma-
riam iniuria affectisse videamur. An non contumeliosus videre
ris in nobilissimum virum, regni principem vel magnatem, si
ab eo peteres, vt nobilitatis tibi ostenderet e hirographum, quod
vulgo dicitur executoria de su hidalguia. Ab infimis de plebe
hæc exigenda sunt nobilitatis testimonia, non à principibus.
Sic plane Mariæ irrogaretur iniuria, si excellentissimam illius
nobilitatem, ac ab omni peccato libertatem, quæ tā est manife-
sta vniuersæ Ecclesiæ consensu, probare nunc argumētis, & te-
stimonijs tentaremus. Illud ergo tanquam manifestum relin-
quamus, & hac ratione Pius Papa quintus decreuit motu pro-
prio, ne in hanc rem rationes adducerentur, cum ad populum
conciones habentur.

Quid quod, si hæc virginis Mariæ nobilitas in dubium, ac
discrimen vocaretur, maximum adhuc nos eam liberam omni-
no, & ab omni peccati labe immunem credere, ac predicare
oporteret, quod hoc exemplo facile perspicias. Est tibi ani-

Simile.

cus vnice tibi charus, dilectissimusque, eius vero nobilitas in dubitum vocatur, nec iudicis est illustrata sententia. Omnibus vero iudex concessit, vt eum nobile habeant vel ignobilem, vt cuique placuerit, eum que admittant ad nobilium munera, vel excludant, dum in lite, & discrimine res versatur. Quid te vrgo, cum amico isto prestares, num eum tu nobilem diceres? num ad munera nobilium admitteres? an vero excluderes? Manifesta res hæc est, dum enim tibi liceret, eum nobilem habere, in munera nobilium admittere, id plane faceres amicitia hoc à te impetrante, nec enim te iactare posses illi amicissimum, si, cum eum posses hoc honore afficere, non afficeres. Sit ergo in equilibrio virginis ingenuitas, liceat tibi eam ingenuam dicere vel ignobilem, si ei te plurima debere fateris, si te illi deustum dicis, & præcipua deuotione ei addictum, an non eam honore hoc afficies, an non dices, eam nobilem, & ab omni labe immunem? Summa vero nobilitas, ac ingenuitas hæc est, ab omni peccato liberam esse. Quando ergo res ista dubia esset, nos omnes in hanc sententiam conuenire oporteret, quod nulla originali labe sit infecta. Hoc manifestis verbis Ansel. ait in epistola de cõceptione Virginis, (quem citat Gerson in sermone de conceptione Mariæ, in fine illius.) Non est, inquit, verus amator virginis, qui respuit diem suæ conceptionis. colere. At res hæc dubia iã non est. Licet enim fide certa id non teneatur, sed communis Ecclesiæ consensus, ratio vrgens, & Ecclesiæ festiuitas, id adeo manifestum faciunt, vt in ea re explicanda verba plura non sint infumenda, nec huius nobilitatis Mariæ testimonia expetenda. Ad altiora ergo de Maria dicenda sermonẽ conuertamus.

Ansel.
Gerson.

Dominus, ait, possedit me in initio viarum suarum. Hæc verba de diuina sapientia ad litteram dicta sunt. Ea vero Ecclesia Mariæ tribuit, illaque sibi vsurpat. Cuius obsecro oculi, etiam si aquilini sint, contemplari poterunt Mariæ celsitudinem, quæ tanta est, vt sibi merito vsurpet verba, quæ de increata sapientia dicta sunt? Adeo mirabili modo diuinum esse participauit, tantam ex diuino illo fonte hausit aquam, tam magnam partem accepit diuinorum bonorum, adeo facta similis Deo est, sic in eã se ille efformauit, vt sicut videntes hominem summa præditum sapien-

A sapientia, dicere solemus, illum videri, ipsam esse sapientiã. Sic Mariæ tribuuntur diuina nomina, non, quod illa Deus sit, creatura enim est, sic tamen diuinis donis ornatur, diuitijs cælestibus affluit, vt diuina illi nomina demus. Omnis quidẽ iustus diuinam participat similitudinẽ, & quasi quidam Deus est, cum in eo efficitur illud Pauli. Nos autem reuelata facie gloriã Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, diuersi si modo tamen secundum diuersitatem participationis gratiæ Dei, quæ cum fuerit in Maria plenissima, fuit etiam plenissima assimilatio diuinæ sapientiæ, & bonitati.

2. Cor. 3^o

Ad cuius explicationẽ notandum ex D. Tho. opusculo de charitate Dei in fine, diuinam similitudinem diuersimode hic per gratiam, & in cælo per facialem visionem participari à sanctis. Quod hoc exemplo apparet. Cum speculo obijcitur res aliqua, distantia rei speciem emittentis, & speculi recipientis, causat diuersitatem similitudinis, nam quo minor distantia, eo maior similitudo. Vera enim, & tota facies resultat in speculo distante, sed in minus distante plenius secundum quantitatem, & ideo similis. Si ergo plura specula obijciantur alicui faciei in diuersa distantia, in omnibus illis speculis tota facies splendet, & eius similitudo, sed in equaliter, in eo enim, quod longius abest, minor apparet facies, in eo quod propius, maior, in eo quod proxime obijcitur, æqualis est imago rei representatæ, Deus ergo est, qui in cordibus ipsum diligentium imprimit speciem, & similitudinem suam, & omnis iustus per gratiam, & beatus per facialem visionem, recipit in se vt in speculo totam Dei faciem, quia Deus non habet partem & partem, sed non recipit eam totaliter, secundum totam quantitatem virtutis. In solo Dei filio resplendet diuina imago omnino totaliter & infinite, vt est in patre, in omni vero creatura, quæ finita est, atque adeo à Deo elongata, recipitur quidem diuina facies, & tota facies, & imago eius completa, sed non recipitur totaliter secundum plenam eius magnitudinem, propter distantiam, non quidem loci, sed diuersitatis. Quo vero creatura magis appropinquat creatori, eo efficitur speculũ consuetius, vt plenius repræsentet, & recipiat diuinam imaginem. Sic Angeli superiores, & sancti præstantiores plenius recipiunt diuinam similitudinem, quam inferiores.

D. Tho.

Simile.

res.

res. Ut vero se representaret præcipuè Deus fecit sibi propin- **A**
 quissimum speculum beatissimam virginem Mariam, quæ in
 cognoscendo, & diligendo Deum, omnium creaturam perso-
 narum communitatè, inæstimabiliter excessit, quæ dicitur spe-
 culû sine macula. De qua Bernar. Hanc Domine fecisti imagi-
 nem bonitatis tuæ quia Deo omniû propinquissima est, adeo-
 que proxima, vt in vtero suo Dei imaginem non participatam,
 sed veram, & infinitam continere valuerit. Hæc D. Tho. Atque
 adeo vt Deo simillima verba sibi diuina vsurpat, dicens *Dom-
 nus possedit me in initio viarum suarum.* Sed mysterio nõ vacat,
 nomina vsurpare diuina, & verba illa, quæ de se ipsa sapientia,
 loquitur, cum enim omnis creatura aliquid Dei representet, tã
 quam eius participatio, & quælibet earum theatrum mundi hũ **B**
 ius ingrediatur, vt aliquid Dei hominibus ostendat. Maria in-
 ter vniuersas creaturas personam egit diuinæ sapientiæ eius si-
 militudinem induit, eam præcipuè representauit, vnde loqui-
 tur verbis sapientiæ, ac si ipsa sapientia esset. Et huius ratio mul-
 tiplex est, prima quia Mariæ condidit sapientiã singulari quadã
 arte, atque, industria adhibita. Sicut enim cũ tibi lis est diffici-
 lis, & ambigua, & in eius actibus, ac scriptis multa sibi inuicem
 aduersa, atque pugnancia sunt, multos iuris peritos consulis
 eosque conuenire facis, vt re maturius à multis considerata, tã-
 dem veritas eruatur. Sic prorsus Deus noster cum simplici ver-
 bo, fiat, scilicet, omnes condidisset creaturas, dũ hominẽ con- **C**
 dere voluit, quia in eo contraria, & opposita multa, erant caro
 & spiritus, appetitus & volũtas, cõsultatione, & singulari quadã
 prouidentia vsus est, dicens faciamus hominẽ. Singulari ergo
 sapientia opus fuit in hominis conditione, vt inter se aduersa
 faceret conuenire. Cum ergo Maria condenda fuit, opus erãt
 summa sapientiã diuersa namque, & inter se maximè distantia
 in ea conuenire debuerunt, qualia sunt mater & virgo, creatu-
 ra, genitrix creatoris, filia Adẽ sine culpa. Singulari ergo prou-
 identiã, ac sapientiã edificauit sibi domum, ideo verba sapientiæ
 illa vsurpat.

In idem secundã ratio est, quod sapientiam ipsam in vtero
 gestauit. Sed hæc Dei similitudinem solum habuit, vt ceteri san-
 cti, sed Deum ipsum sapientiam in reãtam in vtero portare me-
 ruit

Aruit. Pretiosus omnis lapillus inde pretio dignus cõsetur, quod
 solis splendorem imitetur, quod influentiam peculiarem solis
 acceperit, qua efficitur, vt splendeat, & illustrior ceteris sit. Sed
 mirabilis plane ille lapillus foret, qui non influentiam duntaxat
 solis contineret, sed ipsum etiam solem intra se haberet. Iusti
 omnes solis iustitiæ radios susceperunt, & inde in pretio mag-
 no habentur super reliquos homines. At Maria hoc ipsum ha-
 buit super omnes sanctos, & præterea ipsum continet intra se
 iustitiæ solem. En mulierem amicientem solem, & solem
 etiam amictam, mirabilis plane mulier, & quæ merito
 sapientiæ verba sibi arrogat, quasi ipsa sapientia esset.

Tertia verò ad idem ratio est, quod in Maria diuina sapien-
 tia voluerit sui ipsius imaginem efficere, & sui speciem omni-
 bus in illa exhibere. Naturalissimum viuentibus est, teste Ari-
 stotele, naturam communicare suam, sibi ipsis similia efficien-
 do, Deus vero maximè viuens est, ideo hoc ei maximè propriũ.
 Principio ergo ad intra Deus id præstitit generatione diuini ver-
 bi, quod similitudo, imagoque patris est. Sed ad extra id ipsum
 effecit in Lucifero, qui propterea dicitur signaculum similitu-
 dinis, quibus verbis exprimitur, simile quid in Lucifero effe-
 ctum ei, quod efficitur, cum sigillo in cera impresso similitudo
 sigilli in cera manet expressa, sic se Deus in Lucifero expres-
 sit. Sed deleta figura hæc est peccato, licet quæ naturalis erat si-
 militudo manserit, gratuita tamen, & supernaturalis quæ omni-
 ex parte maior erat, penitus sperit. Aliud ergo signaculum simi-
 litudinis, aliud gratiæ exemplar constitucendum fuit. Hoc ergo

Cin Maria factum est, sicut enim omnia quæ *Holosemis* fuisse
 probata sunt, data sunt *Iudithæ* eo, quod eius amputauerit ca-
 put. Ita prorsus Mariæ concedenda ea omnia sunt, quæ Luci-
 feri fuerunt, quia eius caput contriuit, & multa plura, atque am-
 pliora. Cõcessum ergo ei est, vt sit signaculũ similitudinis, ima-
 go Dei perfecta, ipsum exprimens, atque adeo eius verba vsur-
 pans. Sicut vero Deum imago ista representauit, vt *Dionysium*
Aretopaganum fide contineri oportuerit, ne eam vt Deum verũ
 coleret. Intra vero quo progreditur imago, in se habet, cum
 sic ad vitam rem exprimit, vt ipsamet res esse videatur. Sed ipsi
 peccati õ beate *Dionysi*, quæ exteriora sunt Mariæ, illi tibi sine

Ber.

Simile.

Gen. 2.


Simile.

Apo. 12.

Arist.

Eze. 28.

Iud. 13.



Psal. 44.

Cant. 1.

Cant. 4.

Gen. 2.

riora ei⁹ videre liceret, quid de Maria diceret? Omnis naq; glo-
 ria filia regis ab intus. Sicut enim tabernaculi exteriora pelli-
 bus caprinis, & cilicijis operiebantur, interiora vero pretiosif-
 sima erant. Sic exteriora, quae in Maria apparebant, non adeo
 erant pretiosa, ac interiora. Hinc illa loquitur, *nigra sum, sed for-*
mosa filiae Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Sa-
lomonis. Quasi dicat. Sicut Arabum tabernacula exteriora vilia
sunt, interius vero ornamenta continent pretiosa, & sicut ten-
toria Salomonis parata in belli tempus exteriora nigra, interius
ornata auro, & argento, sic se habet pulchritudo mea, exteriora
namque omnia parui sunt momenti, si cum his, quae intrin-
secus latent, conferantur. Hinc est, quod sponsus Mariam praecipue
in Canticis laudans, cum exteriora eius multis laudauerit, ait,
absque eo quod intrinsecus laet. Quasi dicat, ea quae exte-
rius apparent, aliquo modo laudari possunt, ea tamen, quae inte-
riora sunt, nullis verbis nullis laudibus commendari pro digni-
tate valet. Si ergo ipsae quae minora erant in Maria, visis, tale quid
de ea pronunciant Dionysius, quid diceret, si ei interiora vide-
re liceret.

Simillima quidem Deo Maria est, atque adeo ipsi cum Ma-
 ria contigit illud ipsum, quod Adamo Eva inspecta. Adduxe-
 rat Deus uniuersa animantia ad Adam, ut videret, quid voca-
 ret ea, Ad vero non inueniebatur similis, solus ergo erat Ada,
 nec societatem inire potuit, aut foedus cum villo animalium. Vbi
 vero Euam contempsit, ait. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro
 de carne mea. Quasi dicat. Haec est, quae mihi placet, hanc ego
 querebam, hanc amabo, huic sociabor. Illud hoc nunc, hispane
 dicitur, *esto si, esto es lo que yo quera.* Qua ratione dixit De-
 faciamus ei adiutorium simile sibi. Adhuc modum pater eter-
 nus adduxit filio suo uniuersos iustos, qui Mariam precesserat,
 sed omnes illi animalia erant, alia quidem munda, alia immunda,
 sed verbo diuino non inueniebatur similis, nec enim similitu-
 do dicitur esse, inter duo alba, si unum est album, ut decem, aliud
 vero album, ut unum. Licet ergo aliqua similitudo sit inter Chri-
 stum & Abraham, Isaac, & Iacob, sed remota nimium, Adhuc no-
 habet Deus quocumque societatem in ea, id eo carnem non assu-
 sit, donec Maria in specula ait, hoc nunc, esto si, ex hac carne mihi
 sumam,

A sumam, hanc ego, querebam, hanc exoptaba, ex hac carnem libes
 ter suscipiam quia dilectus meus mihi, & ego illi, *somos para en*
mo. Hoc explicat diuina sapientia verbis illis. Hanc amauit, &
 exquisiuit a iuuentute mea, & quesiuit sponsam mihi eam assu-
 mere, & amator factus sum formae illius, hac mihi simillima
 est. Qua ratione Anselmus ait. Decuit virginem ea puritate oi-
 tere, qua maior sub Deo requireret intelligi, ex quo patet mani-
 feste, quam ab omni peccato libera fuerit, quae Dei perfectissi-
 ma imago est, quae sapientiam sic exprimit, ut verba nominaq;
 sapientiae sibi usurpet.

Sed iam verba illius perpendamus. *Dominus ait, possedit me in*
initio viarum suarum, ante quam quicquam faceret a principio.
 Sed quanam sunt viae Dei? Via in ciuitatem, illa dicitur, qua in
 B ciuitatem ihesus. *Via ergo Dei, sunt ea, quibus in Dei*
 cognitionem ac dilectionem venire possumus. *Via ergo*
 Dei creaturae sunt, nos enim ducunt in Deum cog-
 nitione & amore. Hinc Sapiens, a magnitudine enim spe-
 ciei creaturae non cognoscibiliter poterit creator haberi ad-
 deri. *Cum enim omnis creatura participatio sit diuina esse,*
 omnis illa ostendit aliquid Dei. Vnde infert Sapiens. *Sap. 13.*
 Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scien-
 tia Dei, & de his, quae videntur bona, non potuerunt intellige-
 re eum, qui est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis
 esset artifex. Hi profecto in via steterunt: nec ad terminum per-
 uenerunt. Quo contra ille, qui ait. Bonum est, confitemur Domi-
 no, & psallere non mihi tuo altis, ne quia delectastime domine

C in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. His ocu-
 lis conspicienda omnis creatura est, ut aliquid Dei, ut videret ip-
 sum, ut imago illius, ut per eam Deum cognoscatur, & diligamus,
 Omnis enim pulchritudo creaturae ostendit infinitam Dei
 pulchritudinem, omne pretiosum, thesaurum Dei infinitum,
 & sic scala nobis est omnis creatura, qua in Lumen conscenda-
 mus, sed ut *Psal. ibidem* ait, *vir insipiens non cognoscat, & stultus*
non intelliget haec, quae creaturam videntem in eam gradum co-
git, neque in eam. Deum progreditur. Vidit in nullis. Post-
quam viderit, super ea gradum fecit, vidit in precium, & v-
na pergressus non est insipiens, & stultus est, non vidit in e-
 am.

Cant. 2.

Sap. 8.

Amph. 1.

Sap. 13.

Sap. 13.

Psal. 95.

Simile.

anulus

Job. 40.
Cap. 14.

illis factus stultę sponsę, cui sponsus mittit sui ipsius effigiem **A**
expressam, vt ipsi afficiatur eumque desideret, illa verò in ima-
gine sponsi sibi adeo complacet, vt sponsum non curet, sed ima-
gini desponsatur & propter illā sponsum obliuiscitur suum. An
non insipientia magna hæc? Merito ergo Psal. Vir insipiens nõ
cognoscet &c. His insipientibus creaturę scandalum & laquei
sunt, ideo scriptum est. Creaturę Dei in odium factę sunt. Et
in tentationem animę hominum, & in mulcipulant pedibus in-
sipientium. Vię ergo Dei creaturę sunt, qua ratione de Lucife-
ro dicitur, ipse est initium viarũ Dei, quia potissima, primaque
omnium creaturarum fuit.

Nunc igitur Maria ait, *Dominus possedit me in initio viarum* **B**
suarum. Sed qua ratione illud Maria dicere potest, initio nam-
que creaturarum facti sunt Adam & Eua, quomodo ergo Ma-
ria? Respondetur, philosophistricũ est illud, primũ in intētionē
est posterius in executione. Vis cõstruere domũ primũ in tua
intētionē, illud profecto est, vt tibi cõstruas cubicula, in quib⁹
habites, sed hoc est, vltimũ, quod executioni mandatur, prius
enim fundamenta collocas, parietes erigis, & demum cubicu-
la, quę primo cogitaueras edificas. Sic ergo cũ De⁹ fabricā hęc,
atque molem grandem ædificare voluit, primum quod inten-
dit fuit, Iesum, & Mariam quę fuerunt cubicula in quibus ha-
bitat plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, vere, & realiter,
non figura. Cum ergo illi sint præcipuum inter ea omnia, quę
Deus condidit, ea Deus primũ intendit, tanquã finē omnium **C**
operum suorũ, reliqua vero omnia quę condidit, voluit, vt me-
dia in hunc finem, licet ergo ea executione sint vltima, sed in-
tentione priora exitere, & ideo merito Maria ait *Dominus pos-
sedit me in initio viarum suarum*, quia eam intendit primum an-
te omnem creaturam. Sicut ergo pictor primum inten-
dit imaginem pingere in tabula, quę imago sit Marię, vel Chri-
sti Domini, sed multa etiam alia superaddit, & pingit, quę orna-
mento sint præcipue figura, illamque exornēt. Ita Deus quod
præcipue intendit efficere in hac vniuersi tabula fuit Christus
& Maria, sed in eorum ornatu, ne solum essent, cõdidit reliqua
vniuersa, tum visibilia tum invisibilia, præcipuum ergo, atque
primum à Deo intentum Iesus & Maria sunt. Et hæc fuit sen-
ten-
tu-

Simile.

simile

Galatinus.

Atentia Hebræorum antiquorum, referente Galatino lib. 7. de
arcanis fidei. Nam inter eos Rabbi ille, qui tantę fuit apud
iplos autoritatis, vt ipsum dicerent Rabbenu Hachados, id est
magistrum sanctum nostrum, in libro quem Galeracea, id est
reuelatorem arcanorum nuncupauit, respondens ad sextā An-
tonini consulis Romani petitionem, hæc ait. Agnoscens Deus
Adam peccaturum, & totum orbem infecturum, nolebat mũ-
dum creare, verbum autē Dei instabat esse creandum. Vidēs
vero Deus benedictus, ex Israel excidendam esse illam prima-
riam, ex qua Messias futurus erat, huius petrę dilectione (quę
mater Messię est) & Messię mundum condidit, quod arcanum
dictum est Hierem. 33. Nisi pactum meum steterit, diem ac no- **B**
ctemleges cęlo, & terrę non posuissē. Hęc Rabbenus ille. Le-
gitque Hieremias locum aliqua diuersitate à nostra vulgata. Ad-
dit vero Galatinus hæc nomina Iesus & Maria hebraice eundē
constituere numerũ, quę constituit nomen Hebræũ, quod
ponitur loco illius dictionis pactũ, quod est berit, qui nume-
rus est. 612. Quasi dicat Hieremias, nisi pactum meum esset, id
est, nisi Iesus & Maria essent, nisi illud pactum meum cum natu-
ra humana esse deberet, mundum neutiquam cõdidissē. Cũ
enim mundus sit propter hominē, & homo propter beatitudi-
nem, quę impedita erat Adę peccato, si Iesus & Maria non es-
sent, qui remedium huic malo attulerunt, nulla mundi consti-
tuēdi ratio superesset, & nisi illi fuissent, qui finis sunt operum
C Dei, ea, quę media sunt, in vanum fierent, est ergo Maria finis
operum Dei, primaque in eius intentione, ex quo eius excellē-
tia miraque perfectio colligitur, & quam erat omnino perficiē-
da, nullaque macula vnquam deturpanda.

Quibus omnibus addendũ est. Ex Francisco veneto in Har-
monia mundi Cantico. 1. tomo. 5. c. 6. Fuisse reconditissimum
Hebræorum arcanum, vnã apud Deum esse primam creatu-
rarum, quę omnium reliquarum perfectionem continet, quã
illi vocat, Mitatron Sarapin, quod sonat princeps facierum, cu-
ius est, semper vultui Dei assistere, & eius munus, ac officiu est,
introducere reliquos omnes benemeritos ad Dei conspectũ
& hanc dicunt cum Moysē loquatur in rubo, eumque subue-
nisse, vt tandem videret, loquereturque cum Deo facie ad fa-

Fran. venet.

Sanct. Y y ciem

ciem. Hoc vero munus priusquam Maria in mundum venisset, attribuitur supremis seraphinis, Maria tunc vices gerens, sed Mariae munus hoc proprium est, ut patet ex supputatione numerorum, quam mysterijs plenam Hebraei dicunt, nomen vero Mariae in Hebraeis constituit numerum 290. & eundem reddunt numerum extreme littere illorum nominum Mitatto Sarapenim. Est ergo Mariae munus, quod sit mater Dei, mater etiam hominum, Deo proxima, homines introducens ad Dei conspectum, universalis hominum interpellatrix coram Deo, omniumque bonorum nostrorum causa, in omnes namque se extendit eius misericordia. Quam vero plena sit misericordia, vel ex eo colligitur, quod in utero portavit ipsam misericordiam, eum scilicet, de quo scriptum est, Deus meus misericordia mea. Si enim quid manu attrectasti aromata, eorum odorem retines. Si, quia parvas guttas odoriferæ aquæ in hintea projicias, odore plenus est, quid mirum misericordiae odorem Mariæ inesse, quæ sic Christum Dñm contrectavit, quæ rore caelesti sic irrorata est. Iudith 16. dicitur, Porro Iudith uniuersa vasa bellica Holoseris, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa fuit. Iudith in cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Oblulerat se discrimini, ut populus eriperet, offert etiam omnia illi concessa à populo templo ornanda, ut ibi G. explicat & Nicolaus de Lyra, quo significatum est Mariam se ipsam, filiumque suum pro nobis sepe patri eterno obtulisse. Et deinde omnem gratiam sibi concessam, & quam apud Dominum illa inuenit, in comòdum, bonumque nostram ab ea offerri, ut nos ornemur, hic illa obsecrat, & orat, & gratia sua obtinet. Ad eam ergo supplices accedamus, ad eius genua obuoluamur, teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis, potens est enim, nepe vellus est meum. Dñm inter rorem & aream, & mulier inter solem & lunam, Maria inter Christum & Ecclesiam constituta.

Psal. 58. Simile.

Iud. 16.

Glossa. Lyra.

Bernar.

De Beata Lucia vide in comuni virginum.

In festo expectationis partus Beatæ Mariæ.

Thema. Missus est Angelus Gabriel à Deo etc. Luca. 1.



Briplex festum hodierna die celebramus. Primum Annunciationis beatæ Mariæ, incarnationisq; diuini verbi. Cum enim illud festum in quadragesima celebretur, cum Ecclesia præcipue attendit Christi passioni, prælati Hispaniæ placuit in concilio Toletano decimo, quod tempore Reicundi Gotorum regis celebratum est, ut hoc etiam tempore celebri festo incarnationis memoria ageretur. Secundum, quod hodie celebramus est, partus expectationem, & aduentus Christi desiderium. Tertium denique festum agimus diem perpetuæ virginitati Mariæ. Tres enim venerunt in Hispaniam hæretici, ut suscitarent peruersum dogma Heliudij, quod mire confutauerat Hieronymus, eos vero confutauit

Csanctus Ildephonsus, & ideo meruit hac die à beata Maria suscipere casulam. Vulgo dicitur festum hoc beatæ Mariæ. O, quia litera hæc uniuersa, quæ diximus, significat. Incarnationem quidem, quia sicut in litera. o. principium iungitur finita in incarnatione ille, qui ait, ego sum, principium, humanæ naturæ copulatus est. Expectatio vero mundi, ac desiderium aduentus, ac natiuitatis Christi, exprimitur apte per. o. quod optantis interiectio est. Et ideo ab hac die antiphonæ celebres, quarum initio. o. ponitur, inchoantur, quibus mundi desiderium exprimitur aduentus Christi Domini. O. denique virginitatem Mariæ præclare explicat, quia litera est omnino clausa, & ideo rectè illam significat, de qua Ezechiel ait, por-

Conc.

Ioa. 8.

Ezech. 44.

ta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Sed quid est, erit clausa principi? Certè princeps transiit per eam, & nihilominus clausa ei fuit, quia inuiolatus fuit partus. Simili verò ratione omnibus nobis clausa, & patens est, clausa virginitate, sed patens intercessione. Vnde de ea Pfaltes ait. Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam, sed si iustis solum patet, quid miseri peccatores agent? Humiliantur, & ad eam veniant, vt gratiam obtineat, humiliati ergo salutemus eam. Aue Maria.

Psal. 117.

Desiderium, quo mûdus desideravit Christi aduentum, & natiuitatem, nullis verbis exprimi potest. Cum enim innumeris premeretur malis, & omnium remedium in eo solum esset, illum summis votis desiderauerunt. A deo vt dictus sit desiderium mundi, & desideratus cunctis gentibus? Desideravit ergo mundus Christum, vt infirmus morti proximus medicum, vt captiui redemptorem, vt obsessi ab hostibus liberatorem, vt mendici diuitem, qui eos aleret, vt subditi regem, qui eos à tyranno eriperet. Hinc Jacob moriens ait. Salutare tuum expectabo Domine. Est denique Christus. O. & desiderium mundi. Hoc est illud. O. Dauidis, cum dixit. O. si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. Non adeo ei in desiderijs fuit aqua cisternæ illius, quam allatam non bibit. Sed Domino libauit, potissimum ergo expetiuit Christum Dominum, qui aqua illa est, de qua Propheta eam etiam sicut Dauid sitiens, ait. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Hæc verò aqua cisternæ Bethlehemiticæ in porta esse describitur, quia in Maria est, quam orientalem portam diximus, & in Bethlehem natus erat Christus Dominus.

Aggei. 2.

Gene. 49.

1 Paral. 11.

Esa. 64.

Bern.

Sed. O. illud impletum nobis est, quod antiquis in tanto fuit desiderio. Nec vero nos in eo pretio illud habemus, quo antiqui habuerunt. Confundor, ac erubesco, ait Bernadus, quod nos tepide eum suscipimus, quem patres maximo desiderauerunt feruore. Accidit vero hac in re nobis, quod vulgo dici solet, bonum salutis non agnoscitur, nisi cum illa deest nobis, & infirmitate vrgemur. Cum Christus aberat, tunc bonum.

A bonum illius magis agnoscebatur, quia plura desiderabantur in hominibus, quæ eis deerant. Sed quænam ista? multa plane, De functis quidem manifestum est, desiderari multa, quoniam in limbo tenebantur, donec Christus veniret. Viuis vero, quoniam nouerant cæli ianuas occlusas, sacramenta, & legem gratiæ non conferre, nec vero facere ex attrito contritum, nisi forte circumcisiõne, nec copiã gratiæ, & auxiliij cælestis tunc concedi. Et hinc Esaias attendens propter inopiam gratiæ, nisi forte circumcisiõne, nec copiã gratiæ, & auxiliij cælestis tunc concedi. Et hinc Esaias attendens propter inopiam gratiæ parum à se, & reliquis prophetis fructum colligi, ab Apostolis vero eximium, ac maximum propter gratiæ animas irrigantis abundantiam, aiebat, ad Apostolos loquens. Beati, qui feminatis super omnes aquas id est, super terram irriguam, quæ multum fructum dat. Felices ergo nos putemus, qui in lege gratiæ sumus, quibus Christus adest, quibus ianua cæli aperta est, quibus sacramenta plena gratia dantur, quibus effunditur gratia copiosa.

Esa. 32.

Sed num restat nobis aliquod. o. quod optemus. Restat plane. Illud vero est, vt effectus aduentus Christi in nobis cõpleatur, vt ille nobis, & in nobis nascatur. Omnes enim iniusti dicent illud Sapiētis, sol iustitiæ nõ ortus est nobis, quia licet vniuerso mûdo Christus nascatur, nõ tamẽ omnibus proficit, illud ergo nũc. o. nostrũ esse debet, vt illius participemus dona. Nullus est homo, in hoc mundo, qui non habeat suum. o. vt ita nunc loqui liceat, per. o. vero desiderium intimum cordis accipe. Quidã enim ait. o. Quis innumeras possideret diuitias, alius ait. Quis honores obtineret, alius vero, o. quis delicijs fruere. Hæc. o. vel desideria Deo festum diem non agunt, imo infestum: vniuersa vero ista superflua. o. ac desideria Christi de medio tollere voluit. Vnde ait Zacharias. Et ego ero tui, ait Dñs, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. o. o. o. fugite de terra aquilonis, dicit Dominus. O Sion iuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. Lauda, & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. O illud Zachariæ diuersum aliquomodo est ab. o. quod hodie celebramus, sed illius sententia conuenit cum eo, quod nunc dicebamus. Exhortantis enim, & vocantis est. o. Zachariæ. Ait vero, veniam ego in mundum, & ero in gloria in medio Ecclesiæ, id est, illam glorificabo, & ornabo, ideo vos fideles fugite à

Sap. 5.

Zacha. 2.

Babylone, id est, à mundo hoc, qui nomine Babylonis saepe in A scriptura significatur. Id ipsum Propheta significat, quod beatus Iohannes, cū ait. Fratres nolite diligere mundū, nec ea, quæ in mundo sunt. Nihil enim in mundo est desiderabile, nulli illius bona. o. dici possunt; quia illa clausa omnino litera est, nihil vero mundi cor claudit, & implet, solus Deus id præstat. Et si nosse vis, ad quid Deus factus sit homo, certe ut ista. o. ac desideria carnis tolleret. Vnde Ecclesia. o. admirabile commercium & c. largitus est nobis suam deitatem. Sed quomodo. o. ac desideria carnis abstulit homo factus? Certe duplici via, ac ratione id fecit. Primo carnem assumpsit sine ijs, quæ illa optat, ac desiderat, sine diuitijs, honoribus, ac voluptatibus, quæ omnia ille spreuit, ac nihili duxit, quo facto hominem docuit, illa spernere, ac pro nihilo habere. Idque mundo accidit id videnti, quod accidere solet ijs, qui falsas margaritas vidunt, & magis non in pretio habent, quia putant pretiosissimas esse, sed si ad sit lapidarius, qui eas probe noscit, & illas despectu habeat, dicens falsas, ac adulterinas esse, statim reliqui eas nihili ducunt. Simile quidem est regnum cælorum homini negociatori, quæ reanti bonas margaritas. Putabant vero homines pretiosâ esse se, quæ in mundo sunt, & vano colore decepti estimabant hic veras esse diuitias, ac gloriâ, sed de cælo venit rerum possessor optimus, qui pretium omnium nouit, & hæc vniuersa vana esse ostendit, ea despexit, quid homo faciat id videns? Secundo vero id ipsum fecit, cum largitus est nobis suam deitatem, & hominem diuinum fecit, sic enim caduca, & peritura à corde facile abstulit. Sicut enim virgo, quæ nuptias optat, si forte princeps maximus eam adamauerit, inferiores amatores statim despicit. Ita profecto humana natura nuptias Verbo in Christo, & animæ nostræ illi desponsatæ cum sint, quid mirum si sola cælestia diligat, & terrenâ posthabeat? O ergo, ac desiderium nostrum Christus sit, & bona spiritualia, quæ ille detulit, quibus ipse possidetur. Hoc. o. restat in nobis implendum, & ideo illud nobis præcipuo desiderio expetendum est.

Sed quoniam de tribus ijs, quæ initio diximus hodie celo

Abrahi, in Euangelio præcipue agitur, ad eius explicationem descendamus. *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Desiderabat mundus Christi aduentum, quis tantam rem nunciabit? Certe Angelus Gabriel. Venit Achimas currens, ut Dauidi victoriam suorum nunciaret. Et ait Dauid, bonus vir bonum nuntium portans venit. Certe bonus vir Gabriel, nuntium præclarum gestabit, prospera enim olim nunciauit semper. Sed ad hominum negotia peragenda non satis foret, si homo mitteretur, quid necesse fuit, Angelum venire? Id enim simile esse videtur ei, quod rex nunc faceret, si regni principem ad rusticorum negotia componenda mitteret. Conueniens certe nuntius nunc

B Angelus est, etiam si supremus forte Seraphinorum sit Gabriel, ut Bernardo placet. Si attendas dignitatem mittentis, & eius, ad quem mittitur, & negotij, ad quod mittitur: Deus mittens est, quid mirum si Angelum mittat? De eo scriptum est: qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, vel ignem vrentem, id est, qui spiritus cælestes facit angelos, id est, nuncios suos, & tanta ipse charitate in homines ardet, ut ministros suos faciat eadem charitate ardere in hominum salutem, libenterque huic operi incumbere, ut qui nos præcipuo diligunt amore; Et cum angeli videant venire Deum ipsum, & hominem fieri propter homines, quid mirum, si illi libenter in id opus veniant? Si attendas etiam Mariam, ad quam mittitur, & opus, ad quod mittitur, non mirum est, si Angelus veniat, nec quod supremus Seraphin, vel si alius eo longe maior esset. Sed cur Gabriel mittitur, qui interpretatur, fortitudo Dei? Vult Deus cū homine societatem inire, homini quidem utile, ac gloriosâ, Deo vero humilè, ac laboriosâ. Sed quæ nā hæc societas? Da, ait Deus homini, mihi tua, dabo ego tibi mea. Sed quid homo dare poterit, cū ipsa vanitas, & miseria sit? Nihilominus Deus ea suscipere vult, quæ sunt hominis, ait enim, da mihi imbecillitatem tuâ, suscipe vero fortitudinem meâ, da mihi dolores tuos, dabo tibi gloriam meam, da mihi mortem tuâ, dabo tibi vitam meam, da mihi peccata tua, ut ea solvam, accipe gratiam meam. Vides quam merito Ecclesia dicat. o. admirabile commercium & c. Diuersam profecto societatem nobiscum inire mundus vult, bona enim nostra auferre conatur, & mala sua tribuere. Sed non

videtur huius nunciij conuenies nuncijs Gabriel, qui est forti-
 tudo Dei, sed alius, qui diceretur, infirmitas Dei. Nunciare vis
 Domine aduentum tuum in carne infantili, tenera, vagiente,
 & miserijs nostris subdita, hoc autem infirmum Dei Paulus ap-
 pellant, ergo hæc conuenientius nunciaret Angelus, qui dice-
 retur infirmitas Dei. Nihilominus hoc nunciat Gabriel, & eo
 tenienter nunciat, qui fortitudo Dei dicitur, quia hoc infir-
 mum Dei, vt Paulus ait, fortius est omnibus hominibus. Et
 eain re præcipuè Dei fortitudo ostensa fuit, cum infirmis ar-
 mis debellauit aereas potestates. Quid enim mirum esset, si for-
 titudine, ac maiestate sua demones superaret? Mirum vero val-
 de est, quod infirmitate nostra circumdatus, victor euadat. So-
 let homo dicere, cum alium despicit, ligate mihi manus, & pe-
 des, & ligatus eum superabo. Hoc profecto mirabile in Chri-
 sto factum est, infans enim fascia ligatus in præsepi. Cruci affi-
 xus manibus, ac pedibus, mortem superat, infernum expoliat,
 demonem vincit, ac ligat fortem armatum, maxima profecto
 fortitudo ista est. Hinc hodie Maria cecinit. Fecit potentiam
 in brachio suo &c. Hinc Leo papa ait. In quo certamine, pro
 nobis inuito, magno, & mirabili æquitatis iure pugnatum est,
 dum non dominus in sua maiestate, sed in nostra humilitate
 congregitur. Non regijs Saulis armis pugnat Dauid contra
 Goliath, sed vilibus. Quod si vincentem alloquamur Christum,
 sicut Dalila victorem Sampsonem, in quo est hæc maxima
 fortitudo tua? audiemus, in tenuissimis esse capillis, quia in fir-
 mis armis demonem superauit.

Sed videamus iam ad quam personam Gabriel mittatur. Ad
 virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Rectè An-
 gelus mittitur ad virginem, quæ Angelis similis est, seruans per-
 gratiam, quod ille per naturam. Et vt Paulus ait, mulier in nupta
 & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spi-
 ritu. Virginitatem vero voto confirmauit, vt ait Diuus Tho-
 mas, quia perfectior est virginitas, si voto confirmetur, fuit ve-
 ro in Maria perfectissima. Sicut enim historie tradunt de aliqui-
 bus magnanimis, & insignibus viris, quod à pueritia signa præ-
 clari animi dederunt, quibus apparebat omnis futura magna-
 nimitas. Vt de Alexandro traditur, cum se bar puer, quoniam

Philippus

A Philippus pater tot regna sibi subiugabat, nihil enim mihi re-
 linquet, aiebat, quid ego faciam? Sic & de Cyro, & alijs plura
 traduntur similia. Ita planè Maria, quæ eò tandem processura
 erat, vt omnem superaret creaturam incomparabiliter, ab in-
 eunte ætate huius magnitudinis indicia, & specimen præbuit,
 & ideo se Deo omnino consecrauit, & virginitatem vouit. Cu-
 ius rei duplex in ea ratio fuit. Prior naturæ Mariæ perfectio-
 summa, perfectissima enim etiam in natura condita fuit, vt ex
 ea perfectissima humanitas Christo sumeretur: fuit enim illa te-
 la, ex qua sibi vestem confecit. Vnde natura perfectissima in-
 stigante magnanima fuit Maria, & nihil vile, & abiectum cogi-
 tabat, nedum faceret. Est autem fortis infimè nubere, & vir-
 ginitatem amittere, vt constat ex illo, sub viri potestate eris,
 & ex illo quod Loth ait, habeo filias, humiliate eas. Atque a-
 deo Maria magnanima cum esset, sic humiliari, non pa-
 teretur. Sed potissima huius rei ratio fuit summa gratia Mariæ
 concessa, qua fomes omnino ab ea sublatus est, & tranquillitas
 in ea cælestis fuit, & cogitationes omnes diuina, cum vero di-
 uinum quid sit virginem esse, ad id semper illa aspirauit. Et li-
 cèt ei postea pater filium suum dederit, id tamen fuit salua in-
 tegritate, sicut enim ille generat filium sine vlla corruptione,
 ita & Mariæ generandum concessit, quia idem est filius. Actio-
 nes autem, quæ terminantur ad eundem terminum, eodem mo-
 do fiunt. Licèt enim Maria hominem pepererit, sed is est, qui
 in principio erat verbum. Verbi vero hæc est natura, vt sine mè-
 tis corruptione producarum, imo cum perfectione maxima,
 Cimo mentis corruptio perfecti verbi generationem non pati-
 tur, vt diuus Thomas ait: quando enim mens non est integra,
 nõ potest perfectè cõcipere. Filius autè Mariæ est verbu perfe-
 ctissimū, ideo necessaria fuit summa integritas, vt cõciperetur &
 pareretur. Hæc vero virginitas fuit summa laudis in Maria. Pri-
 mo, quia cum res aliqua difficilis, ac ardua est, primus, qui eam
 persequitur, summam meretur laudem & amplissimam mercedem,
 plusquam illi, qui eum sequuntur. Vt ille, qui Indorum regio-
 nem prius penetravit. Prima vero Maria fuit, quæ virginitatis
 statum voto firmatum inuenit, qui tanta laudis est, ad eoque
 arduus, vt de cœlestis magister dixerit, qui potest capere, ca-

Gen. 3.

Gen. 18.

Matth. 19.

piat. Secundo vero eximia laudis in Maria fuit virginitas, propter finem, in quem ordinata fuit. Sententia Augustini est in libro de nuptijs, matrimonium Abraham & quale fuisse virginitati Ioannis, nec in minori habendum pretio, quia finis illius matrimonij fuit, vt Deus homo gigneretur. Si ergo matrimonium, quod infimum est, ratione huius finis adeo excelsum redditum est, quam excelsa erit Mariae virginitas, quae in se altissima cum fuerit, in eum finem directe ordinata fuit, & immediate, vt Deum nobis hominem daret.

Sed attendenda sunt verba Lucæ. *Ad virginem desponsatæ viro.* Quod optimum erat, virginitas, scilicet, opertum erat desponsatione exteriori, exterius non virgo apparebat, sed nuptiæ interiori vero virgo erat. Iustorum namque ingenium est, vt interiora magis perficere curent, quam exteriora. Hinc sponsus ait. Murennulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Ecce aurum interius erat, exterius vero argentum, quo vermiculatae erant murennulae. Sed an non melius foret, si è diuerso fieret, vt murennulae argenteae essent, aurum vero desuper imponeretur? Ita plane efficiunt filij huius sæculi, quorum omnis gloria in exterioribus est, exterius fulgent, interius sordent, exterius se pulchra dealbata, & speciosa, interius putredo, & vermis. Sed non ita iustus, imo vero vt Psalter ait, omnis gloria filiae regis ab intus. Et ideo sponsa ait, nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, quae exterius deformes, interius pulchrae. Sicut tabernaculum Dei, quod interiori aureum erat, exterius pellibus operiebatur. Ideo laudans sponsus exteriora sponsae, adijcit, absque eo, quod intrinsecus latet, id enim non laudat, quia maius est omni laude. Curandum ergo nobis est animam perficere, ac ornare, potius quam corpus. Et cum anima virtutum officijs ornatur, potius nobis curandum est interiora perficere, quam exteriora, interius fulgeat aurum charitatis, & mortificatio passionum, ac mundi despectus, haec enim interiora potiora censenda sunt.

Licet vero virgo desponsata esset, sed in cognita viro, virgoque purissima. Voluit vero Deus carnem assumere ex purissima virgine, quia effectus futurus erat incarnationis, vt caro nostra

A nostra purificaretur, & caro carnem non speret, sed spiritum: omnis quippe caro per peccatum corruerat viam suam, sed in carne verbum Dei ponitur, vt diuina iam efficiatur, & caelestis, vt dicere possimus cum Psalte. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Id vero efficitur, cum caro mortificata carnalia despicit, & caelestia appetit, & aspera libenter amplectitur, dicens, cinerem tanquam panem manducabam. Nec mirum, quod caro diuinum saporem contingat, cum Deum in se habeat. Ideo namque simile dicitur regnum calorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentatum est totum. Insipida siquidem farina est, sed fermentum in ea positum saporem praestat. Ita carnem nostram, quae insipida fuerat, verbum Dei suscipiens, quod fermentum est, caelestem reddidit, & diuinus aduenit spiritus in carnem, qui omnem illius gloriam abstulit, quae flos saeculi est. Quia omnis caro fenum, & omnis gloria eius vt flos fanis. Exiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini insufflauit in eo. Ex diuina verbi incarnatione, & ex eius spiritu ortum habuit, quod plures pueri, & puellae mundum, & eius delicias spreuerint, ac reliquerint, & ad martyria alacres festinarent, quia insufflauit Deus in carnem, & flos illius cecidit. Posuerunt Philistaei arcam iuxta Dag on, quem illa deiecit continuo, & licet iterum eum crexerint, illa trucidat, quia Deus non patitur carnem nostram sibi à latere esse, quasi aequalem, ideo caput tollit, non enim illa caput erigere, sed obsequi, & seruire debet. Vbi Deus habitat, caro non dominatur, quod si illam Dominari videas, longe ab eo loco Deus est. Ad hoc ille venit in mundum, vt idola eius euerteret, ne ergo rursum ea erigas. Quicquid tanquam finem in anima erigis, idola erigis, ideo Paulus, quorum Deus venter est. Sicut ergo inaccessus carbo ponitur in plurimorum carbonum medio, vt eos incendat, ita Christus homo factus, ignis consumens est, & in medio omnium ponitur, vt nos igniat. Accedamus ergo ad eum, precipue in Eucharistia, vt accendamus, & ignem caelestem participemus, quem ille à caelis attulit.

Ingressus angelus etc. De Angelis salutatione vide in concione de Annuntiatione beate Mariae. Nunc ad Mariae responsionem,

Aug.

Cant. 1.

Psal. 44.

Cant. 1.

Cant. 4.

Psal. 83.

Psal. 101.

Mat. 13.

Esa. 40.

1. Reg. 5.

Philip. 3.

no. C.

nom. & turbationem omnium. *Quæ cum audisset turbata esset, & cogitabat, qualis esset ista saluatio.* Nunc cum ac legationem Angelus audiuit, acriter dicitur nunc facia vultaque Mariæ. Vultus ex his, in quibus dignitas, ac valor, ut ita dicam, personæ alicuius ostenditur, est, si legatum, qui ad se venit super negotio maximo conficiendo, preclare audiat prudenterque eum tractet, ac illi apte respondeat. Considera nunc Mariam, quæ legatum ex celo suscepit Seraphinum altissimum, & negotium, quod tractabatur, infiniti eras poteris, & missus iam à Deo. Videmus ergo, quomodo Maria cum eo se habeat, quidque illi respondeat. Summæ enim eius virtutes nunc præcipue splenduerunt, charitas, fides, spes, prudentia, humilitas, obediencia, virginitas. Omnes enim hæc virtutes nunc obuiam processerunt venienti regi virtutis, & in civitatem suam intraui, & vniuersæ ornate sunt supra modum, ut regem exciperent suum. Et homines causa fuit, quod nunc supremis his virtutum actibus eo Maria processit, ut Dei digna mater efficeretur, ac eum mereretur in vtero concepere. Scripsit vero, ista Lucas, quæ à Maria excepit, cui fuit charissimus. Nunc fides præcipuam se ostendit credens ineffabile mysterium. Vnde ait beata Elisabeth, Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Nunc in Deum spes fulsit, dum ei se tota, & honoris suum committit, cum solo videri posset, eam adulteram ex aliquo hominū concepisse. Nunc charitas omnium virtutum regina processit. Cuius est, vnum facere cum dilecto, & Mariam sic Christo coniunxit, ut vnum nunc reputentur. Nunc virginitas eo processit, ut matris Dei dignitatē cum acciperet, doleret si virginitatē amittere deberet. Nunc humilitas mirabilem se exhibuit, dū quæ in Dei matrem assumitur, ancillam se nominat. Nunc prudentia apparet, dum turbata est in sermone Angeli, & cogitabat qualis esset ista saluatio, sicut examen apum procedere solet ex suo paruo domicilio, ita ex Maria examen virtutum nunc procedit. Merito de ea pronunciauit Diuinus Dionysius, cum eam intueri meruit. Iure virgo Maria abscondita hominum oculis est, si enim in publicum prodiret, & cum hominibus conuersaretur, infirmis occasio præberetur, & idololatras officerentur, eam enim, ut Deum verum adorarent, videat

Luo. 1.

Dion.

A videntes summam vultus maiestatem, & in verbis, ac factis prudentiam, ac omnium virtutum excellentiam. Ostendit vero Lucas omnino oppositam Euz Mariam, & ex Euz historia quasi textit Mariæ historiam. Sicut enim tunc missus est à Lucifero dæmon, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Adā, & nomen virginis Eua, & ingressus ad eā dixit, cur præcepit vobis Deus &c. Ita nunc missus est Angelus Gabriel à Deo ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, & nomen virginis Maria. Sed nimium expendendum est, valdeque mirandum quod Eua turbata non sit, cum audiret dæmonem loquentem sibi per serpentem: id enim horrorem nunc induceret, & quasi cum serpentibus fuerit illa commorata, & cum dæmonibus conuersata, nihil timeret, non turbatur. Quam diuersa ratione Maria procedit, prudens, & circumspecta est, ideo turbatur, etiam Angelica locutione, turbatur vero tanquam humilis de tam magna saluatione. Verbum Græcum, quod habetur Ioannis. 3. *Ioan. 3.* cum ait. Descendente Angelo turbabatur aqua, idē ponitur à Luca nunc, cum asserit, Mariam turbatam. Sed domina quid nunc turbaris? vbi magnanimus spiritus tuus. Audit Sara pariturā se filium ab Angelo, & non turbatur, sed ridet, quid tu turbaris? *Gen. 19.* Respondet Bernardus, & Beda. Suspiciata est, ne forte esset Angelus Sathane, vidit epistolę inscriptionem, nec sibi conueniens videbatur. Optabat enim illa, ac postulabat à Deo ut ancilla, & serua esset matris Messie, nunc vero assumi se videt in matrem Dei, & ideo cogitabat, qualis esset ista saluatio. Vbi græce habetur, quanta esset ista saluatio, quam grandis, quam magnifica, cū dicitur vnica inter mulieres, quod soli Messie matri proprium erat.

Videns Angelus turbationem Mariæ ex humilitate procedere, ut sciat se Angelum esse lucis, eā iuuat in humilitatem, dicens. *Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum.* Quasi dicat. Nō tibi do arrogantiæ causā, sed humilitatis, licet enim præcipui, ac maximi sint tituli, quos tibi dedi, sed illi ex Dei gratia processerunt, non ex te, nec quisquam extolli debet ex his, quæ à gratia sunt. Inuenisti, ait, id est, casu inuenisti, id enim verbū græcum significat, quasi qui thesaurum reperit aliud agens, gratia ergo tibi concessa est Dei munere, non merito tuo. Sic

Noy

Exo. 33. Moyſi ait, inueniſti gratiam coram me, & noui te ex nomine. **A**
Gen. 6. Et de Noë dicitur, inuenit gratiam coram Deo. Sic etiam de
Eſther. 3. Eſther dicitur. Habuit Eſther gratiam, & miſericordiam coram
 Affuero ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capi
 te eius. Id ipſum Mariæ cum Deo accidit. Non ergo oppoſiti
 ſunt humilitati hi magni tituli, imo iuuant humilitatem in eo,
Eccleſ. 3. qui nouit Dei dona eſſe. Hinc ſapiens, quanto maior es, humi-
 lia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.
 Tandem Maria ait. *Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum
 uerbum tuum.* Mirabile profecto fuit uerbum illud Mariæ,
 fiat, cum quo aliud, fiat, vniuerſorum hominum conuenit, de
Pſal. 105. quo Pſaltes. Et dicet omnis populus fiat, fiat. Mirabile profecto
 fuit olim illud Dei fiat, cum dixit fiat lux, & facta eſt lux, fiat fir-
 mamentum, & factum eſt, cum ipſe dixit, & facta ſunt vniuerſa. **B**
 Mira profecto Dei potentia, qui uerbo ſuo tanta condidit,
 ſed mirabilius eſt fiat Mariæ, quo effectum eſt, ut Deus homo
 fieret, facta enim lux eſt hominum, illuminans omnes, fa-
 ctum eſt celum in Chriſto Domino. Ad Mariam
 ergo accedamus nos, ut uerbo ſuo ac ora
 tione in nobis formetur
 Chriſtus &c.

In feſto

AA In feſto ſancti Thomæ
 Apoſtoli.

Thema. Quia uidiſti me Thomæ, credi-
 diſti, beati qui non uiderunt, & credide-
 runt. Ioannis. 20.



B Mnia, quæ ſanctorum ſunt, maxima ſunt, quo-
 niam illi maximi ſunt, & ideo vniuerſa, quæ ad
 eos pertinent, magna digna conſideratione. In-
 ter quæ non minimū eſt, quibus uis, ac modis,
 Deus uſus fit, ut ad ſe traheret vniuerſos præ-
 deſtinatos, nullus eorum perierit, ut filios Dei, qui erant diſperſi,
 congregaret in vnum. Ad patrē ait. Quos dediſti mihi, ego cu-
 ſtodiui, & nemo ex eis periit. Qui nunc vniuerſum mundi au-
 rum congregaturus eſſet in vnā maſſam, diuerſis uis, ac ratio-
 nibus illud perficere deberet, aliud enim ex infima terra, aliud
 ex mari, aliud ex hoc, aliud ex illo regno colligere deberet. Ita
 collecturus in vnum Dei filios, qui erant diſperſi, Chriſtus Do-
 minus, qui merito aurum dici poſſunt, diuerſis uis ac ratio-
 nibus utitur, & ex diuerſis locis congregat, hos ex Hiſpania, illos
 ab extremis terræ, alios ab inſulis, hos ex Maurorū gente, illos
 ex Iudæa. Ideo Eſaias ait. Ab oriente adducam ſemen tuum, &
 ab occidente congregabo te. Dicā Aquiloni da, & Auſtro poli pro-
 hibete, afferite filios meos de lōginquo, & filias meus ab extremis
 terre. In hoc opere, quod opus Dei dicitur per excellētia, ſunt
 mirabilia Dei geſta, quæ cū nobis manifeſte oſtenderit in celo,
 mirabimur plane, & obſtupeſcemus, dicētes illud Apocalypſis. *Apoc. 5.*
 Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo ex omni tribu,
 & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro reg-
 nū. Eſt hoc certe prædeſtinati forſe eſt, quā Deo loco habet, ut
 ſi oporteat, niſi ſalvandi cauſa, vniuerſum mundum euerteret,
 nulli

Joan. 11.
Joan. 17.

Eſai. 43.

Apoc. 5.

Tob. 13.

Dani. 10.

Chrysof.

Simile.

Acto. 9.

2. Timo. 2.

2. Tim. 2.

nulli labori parcat. Quod adeo verum est, vt hac de causa vo-
luerit, populum suum vniuersum in captiuitatem duci, vt ali-
qui ethnicorum, qui in sorte predestinatorum erant, salui fie-
rent. Hoc manifestis verbis Tobias asserit, loquens Israelitis.
Ideo disperfit vos inter gentes, quas ignorant eum, vt vos enar-
retis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius De-
us preter eum. Et hoc intendebat Angelus regni Persarum apud
Danielem, cum resistebat Angelo Israelis, nec volebat popu-
lum Dei a captiuitate exire, vt proficerent in melius aliqui Per-
sæ. Et Chrysostomus de laudibus Pauli asserit. Cū delata fuit
vniuersa tribus Benjamin, relictos fuisse sexcentos viros, prop-
ter Paulū ex ea tribu nasciturum. Et tandem, sicut cum in ani-
mo tuo decreuisti rem aliquam tibi emere, quia nimirum tibi
placuit, & nullum pretium non dare statuisti, vt eam habeas,
licet cures, minori emere precio, tamen cum id perficere ne-
queas, vniuersum das, quod venditor postulat, & aliquando
dicere soles: mitte manum in marsupium, & quod volueris ac-
cipe. Ita Deus firmiter statuit omnem predestinatum ad se tra-
here, & nullum non pro eo precium dare, ideo quicquid hac
de causa factu opus fuerit, perficiet. Vide felicem hanc prede-
stinatorum sortem in Thoma, qui vnus ex eis, & inter præ-
cipuos erat. Statuit ille Christi resurrectionem non credere,
nisi cum videat, & vulnera contrectaret, Deus vero id ei con-
cedit, dicens affer manum tuam, & mitte in latus meum &c.
& noli esse incredulus, sed fidelis. Quasi ei dicat. Vniuersum,
quod postulas pro anima tua, accipe, mitte manum in crume-
nam, & cape quod libuerit, sic etiam cum oportuit, iterum de
cælo descendere propter Paulum, id fecit. Sunt enim electi fru-
ctus, & finis mundi huius, cum vniuersa propter electos sint
condita. Quod si Paulus ait, omnia sustineo propter electos
vt & ipsi salutem consequantur, quid obsecro dicet electorū
pater, & caput Christus? Nullus ergo electorum tandem pe-
ribit, quicquid mundus, & demon machinetur. Hinc Paulus,
sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc,
cognouit dominus, qui sunt eius. Quasi dicat. Licet Hyme-
neus, & Filetus hæretici curent, subvertere fidem, non poterunt,
præcipue in electis, quia fundamentum Dei firmum stat.

Hoc

A Hoc vero fundamentum illi sunt, quos Deus voluit funda-
menta esse Ecclesiæ, firmiter perseverantes in fide, & gratia,
& ideo licet concurrant flumina, & venti, non decident. Et
addit Paulus, habens hoc signaculum, id est, hoc est signum
huius firmitatis, Ioannis. 3. Qui autem acceperit testimo-
nium eius, signauit, quia Deus verax est. Et hoc est primum
signaculum ex parte diuinæ predestinationis, nouit Domi-
nus, qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate, omnis, qui in-
uocat nomen Domini, quia enim libere operatur electus, se-
cundum signum predestinationis est, discessus ab iniquitate.
Hæc Diuus Thomas in ea Pauli verba. Hoc vero signum ele-
ctionis ostenditur etiam hodie in Beato Thoma.

B Eius vero infidelitas primum in Euangelio proponitur,
cum credere noluit discipulis omnibus annunciantibus Chri-
sti Resurrectionem. Sed dices, in die sanctorum solenni illud
peragendum est, quod Sapiens ait, Sapientiam eius enarra-
bunt gentes, & laudem eius enuntiabit Ecclesia, qua ergo de
causa stultitia, & infidelitas sancti Thomæ nobis proponitur?
Multis quidem de causis.

Primo, vt diuina gloria, & misericordia illustretur, quæ
nouit ex contracto vase mirabile vas efficere, ex vase con-
tumeliæ vas gloriæ, vas admirabile opus excelsi. Sic offen-
sum Hieremiæ est in domo figuli, qui vas contractum repa-
rauit. Contractus Angelus est, non tamen reparatus, con-
fractus homo reparatur Dei misericordia. Terga vertit An-
gelus Deo, nec illum insequutus Deus est, sed in æternum
dereliquit. Terga dedit homo Deo, & eum Deus pro sua
insequitur bonitate. Hinc Esaias ait. Et erunt oculi tui
videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audiunt verba
post tergum monentis, hæc est via. Quasi videbat homo
Deum, cum in paradiso ei bonum ostendit, sed terga vertit
Deo homo, cum superbiendo ab eo recessit, non tamen eum
Deus derelinquit, vt Angelum, sed fugientem insequitur, &
audit homo fugiens verba Dei post tergum monentis, hæc
est via. Simili ratione cum reliquis hominibus se habet Deus.
Quasi videt Deum homo, qui in Dei gratia est, quoniam facit ad

Sanct.

Zz

Deum

Ioan. 3.

Eccle. 39.

Hierem. 28.

Esa. 30.

Deum conuersam habet. Sed terga vertit cum peccat, & Deū derelinquit, si cum alio homine id faceret, irasceretur ille, ac dereliqueret despicientem se. Sed non sic Deus, quia misericordia eius magna est super nos, insequitur Deus fugientes, obsecrat contemnentes, & reducere in amicitiam suam conatur hostes suos. In finitæ bonitatis indicium hoc est, quo Dei gloria præcipue illustratur, & cum quisque sanctorum potius velit Deum honorificari, quam se ipsum, dicentibus uniuersis, illud Ioan. illum oportet crescere, me autem minui, dū Dei gloria illustretur, gratissimum sancto cuique est, si eius ingentia scelera uniuersis manifesta fiant.

Ioan. 3.

Secundo, sanctorum peccata nobis manifesta fiunt in die laudis ipsorum, quoniam in electis, præcipue in principibus id diuina gratia effecit, ut in eo, in quo deliquerunt, postea adeo fuerunt insignes virtute, ut illud magis in eis sit laude dignum.

Audisti Magdalene impuram vitam, scito ergo, postea ad Angelicam ascendisse puritatem, & ubi abundauit delictum, super abundauit & gratia, & quæ insignis fuerat in immunditia, insignior facta est in castitate. Audis Petri leuitatem, dum ad puellæ vocem Christum negauit, intellige summam fidei firmitatem ei traditam, tanquam Ecclesiæ fundamento. Legisti Pauli persecutionem in sanctos, scito, postea acerrimum fuisse Christi defensorem, fidei propagatorem, & plura fidei causa patientem. Id ipsum Thomæ accidit, incredulus fuit, sed postea ita fide enituit, ut diceret. Dominus meus, & Deus meus. Et Ecclesia eius fidem nobis imitandam proponit. Unde in oratione ait, & fidem eius cōgrua deuotione sectemur. Quia in re Deo cum sanctis id accidere solet, quod principi cum vase pretiosissimo, cuius forte basis confracta fuit, non ebriam vas projicit, aut collidit, sed potius auri basim ei confici iubet quo vas pretiosius, ac pulchrius redditur. Ita profecto iustus at cecidit, De quibus Psaltes ait. Cum ceciderit, non collidetur, frangitur quidem aliqua ex parte, sed non omnino perit, ideo Deus gratia, ac donis suis eum sic ornat, & fracturam resarcit ut pretiosior reddatur, quam antea fuerit.

Sed

A Sed quodnam peccatum Thomæ fuit? Voluit videre, ut crederet, sic enim ait. *Nisi uidero in manibus eius, &c.* Duo nobis sunt magistri valde inter se diuersi, sensus, & fides. Qui sensu ducitur, similis est brutis, quorum ductor sensus est. Fides uero assentitur non uisus. Sensui credere uoluit Thomas. Cui similes homines sunt, qui, nisi mercedem oculis eorum subijcias, nihil operantur, cum tamen operari debeant fide, & spe futurorum. De qua re præclare Oseas loquitur, Ephraim uitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius, ascendam super Ephraim, arabit Iudas, & confringet sibi sulcos Iacob. In quorum uerborum explanatione notandum est, hoc distare inter triturantem, & aratorem, quod bos triturans coram oculis pabulum habet, & potest, cum uoluerit, cibum sumere, arans uero non sic, expectare enim debet messem. Nunc ergo Oseas ait, populus meus diligit trituram, quia in temporalibus delectari cupit, quæ habet coram oculis, & quæ capere potest, cum uoluerit, promissi ei temporalia, & caduca, & ille in eis sistit, diligit trituram. Sed ego faciam, ut aret, & confringat sulcos, id est, ego docebo eum spiritualia diligere, & contemplari, quæ non uident, sed sperant. An non ita edocti erant illi, de quibus Paulus. Non contemplantibus nobis, quæ uidentur, sed quæ non uidentur, quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ non uidentur æterna. Hinc Sapiens monet. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & usque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius, in opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quasi dicat. Sicut qui seminat, & arat, in spe arat, non enim præsens est fructus, sed absens, ita disciplinam suscipe, licet statim tibi merces non reddatur, reddetur certe, sed sustine, id est expecta bonos fructus illius, noli sensu duci, sed fide. Vis, oculis tuis subijciam homines diligentes trituram, & sensu non fide ductos? Si rex diceret, quoties hominum quisque confessus fuerit, & sacram synaxim susceperit, dabo ei mille aureos numos, quot nam essent, qui hoc temporali premio ille sit sacramenta sepius susceperent? Certe annuumeri, Deus uero ait, dabo gratiam, & gloriam, & ferem nullis.

Ose. 10.

2. Cor. 4.

Eccles. 6.

moctur. An non hæc maior merces? an non merces magna nimis? est certe; sed illa oculis cernitur, statim red-
ditur, hæc vero expectanda est, ille triturat, qui illam acci-
pit, hic, qui hanc seminat; & arat. Nunc ergo recte Sapiens
ait, si agricola seminat, & arat spe fructus colligendi, tu simi-
liter operare. Quia ergo Thomas sensu duci voluit, non fide,
deliquit.

Sed licet Thomas incredulus fuerit, & deliquerit; aliquid
boni præseferbat, & ostendebat. Et quod nam illud? Cer-
te quemadmodum is, qui nimio desiderio aliquid cupit, dif-
ficile credit, id se habere, nisi viderit, & manibus contracta-
verit, ita Thomas præcipuo desiderio desideravit Christi
Resurrectionem, & eum dilexerat nimium, & ideo non ple-
ne credit, Christum suscitatum. Sicut si auaro dicas, thesau-
rus infinitus est in agro tuo, non credit, nisi videat. Sicut Ia-
cob, qui viderat intinctam sanguine tunicam Ioseph, non cre-
dit vndecim filijs dicentibus ipsum viuere, & regnare in Aegy-
pto, quia illud valde cupiebat, & vehemèter filium diligebat.
Ita nunc Thomas viderat Christi corpus sanguine intinctum,
viderat mortuum, cum nunc audit, eum viuere, & regnare
non credit, nisi videat, quia id ardentè desiderat. Præci-
puus vero Apostoli Thomæ amor in Christum ostendi-
tur, cum reliquis Apostolis trepidantibus, iterum venire in
Iudæam cum Christo, ipse ait. Eamus & nos; & moriamur
cum illo. Mortem non timet, dum Christum comitetur.

Per similia verba ista Thomæ sunt verba Ethai, quibus ad
David ait; viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex, quia
in quocumque doto fueris, siue in morte, siue in vita, ibi
erit seruus tuus. Quæ verba magnificet David, & ideo eum
ducem constituit vnum detribus, qui præcipui erant. Ita
nobis datus in ducem Thomas est, præclarus profecto dux,
qui mortem non timet. Præclare Ethnicus dixit, præstare
exercitum ceruorum, in quo dux leo est, exercitui leonum, in quo
ceruus dux præfertur. Præclarus ergo dux Thomas, qui leo est
quod fides, & ad nullius pauet occursum, nec ipsius quidem mortis
Eamus, & nos, & moriamur cum illo. Dux quidem leo est nobis,
sed visum videre timidos ceruos? Thomas ait, & amur,
riamur,

riamur, nos vero ire post Christum nolumus ad vitam præ eli-
gis mori cum dæmone, quam viuere cum Christo, mancipiū
diaboli esse, quam regnare cum Deo. Cum Christus vocat te,
quo putas te vocari? ad vitam, an ad mortem? Si in mortem
vocareris, dicere deberes, eamus, & moriamur cum illo, sed ad
vitam vocaris. Audi ipsum dicentem, ego veni, ut vitam ha-
beant, & ut abundantius habeant. Cum a dæmone voca-
ris, quo putas te vocari, nisi in mortem æternam? quia, ut
cælestis magister ait, fur non venit, nisi ut mactet, & per-
dat. Hinc Psaltes ait. Quis est homo, qui vult vitam,
diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a ma-
lo, & labia tua ne loquantur dolum, diuertere a malo, & fac bo-
num, inquire pacem. Hanc hodie offert Christus dicens, pax
vobis.

Sed ut incredulitatem Thomæ auferat Iesus, & summa
um fide pollere faciat, iterum Apostolis apparet, & tunc ibi
Thomas erat, ad quem ait, *infer digitum tuum, &c.* Loquitur
verbum Dei verba amoris, & dulcedinis plena, verba, quæ pro-
cedunt à pectore, & corde transfixo, non lancea solum, sed
amore. Quasi pater videns filium animam agentem, qui ait,
quid vis? fiat, ut volueris. Et quemadmodum cum columba
reuertitur in arcam, educit manum Noe, & eam recipit in ar-
cam, ita cum manum suam Thomas mitteret in Christi latus,
per foramen illud misit manum suam Christus, & apprehen-
dit Thomæ manum, & factus tunc est ex coruo columba, &
desert in ore oliuæ ramum, confessionem, scilicet, illam. *Do-
minus meus, & Deus meus.* Sed ò Domine mirabilia opera tua
sunt, & quæ humanum superant intellectum, ante lucem ve-
nit Magdalena in monumentum arogantibus onusta, & cum
discipuli recederent, ipsa non recelsit, sed cum lachrymis ibi
perseuerauit, appares ei tandem, & tamen cum pedes tuos tan-
gere voluit, ais, noli me tangere, nec summitatē pedum tan-
gere ei permististi, nunc vero incredulo discipulo appares, non
solum pedes tangere, permittis, sed manum mittere in velle-
ra, qua ratione singulare hoc donum ei concedis? Certe, quia
necessarium hæc fuit, ut Thomæ incredulitas tolleretur, &
in initio concionis diximus, nihil Deus relinquit, quod ad

Ioan. 10.

Psal. 33.

Gen. 3.

et salutem necessarium sit.

Maximum profecto donum Thomæ concessum fuit, quis enim ad Nili originem peruenit? Quis ad fontem paradisi unde vniversa terra irrigatur? En paradisi cælestis fontes manu contrèctat Thomas. O Felix manus, quæ in horologio mytico Achaz horam diuinæ misericordiæ designas, & hominibus ostendis. Si ergo bona omnia cupimus, manus, & cor & nos vniversos his Christi vulneribus applicemus. Similem dicit Paulus hominem gemini, quod in trunco inseritur, vt fructum referat, quod vim omnem à trunco recipit, in quo insertus est. Inserimur nos in Christo Domino, vt fructum referamus, sed quo in loco? Certe vulnera Christi Domini scissuræ sunt utriusque, quæ ideo facta sunt, vt eis nos inferamur. Si ergo his plagis adhaerimus, si in eas ingrediamur, omnem vim, ac virtutem accipiemus. Sic enim Thomæ accidit, cum primum ad hæc vulnera accessit, remedium inuenit. Solent aliquando infirmi ita male se habere, vt medicus dicat, tollite eos, & ducite in patriam, ibi enim aera conuenientia naturæ ipsorum sunt, & terra natia, ibi melius habebunt. Vulnera Christi patria nostra sunt, in quibus nati, & renati Deo sumus, & in filios Dei regenerati, ibi omnis ægritudo tollitur. Hinc de se refert Hieronymus, quod cum molestissimis carnis tentationibus virgeretur, & nullo medicamento adhibito remedium inueniret, ad vulnera Christi cum primum accederet, non medelam solam reperiēbat, sed Angelicam experiebatur puritatem. Vt ad hæc veniamus vulnera nos sponsus inuitat. Surge, propra amica mea, columba mea, & veni, in foraminibus Petræ in cauerna maceræ. Si columba es putehra, gratias age vulneribus Christi, coruus enim cras, natura filius iræ, accede ergo, & propra, ne distuleris, veni ad foramina petræ, ad Christi vulnera. cauerna maceræ vulnus est lateris. Optabat Moyses videre faciem Dei, ad quem Deus, postero die videbis, ponam te in foramine petræ, nunc enim faciem meam videre non poteris. In celo Dei faciem contemplantur, nunc vero in foraminibus Petræ, in vulneribus Christi nostram coram consistuimus, illuc confugiamus in tentatione.

Rom. 11.

Simile.

Hieron.

Cant. 2.

Exod. 33.

tentatione, sicut columba ad foramen petræ, si ab herodio insectetur. Si ergo videris animam tuam tentationibus impugnari, fuge tanquam columba ad foramen petræ, considera vulnera illa, in eis abscondere, & tutus eris, quia ad turram David confugisti, altissimi posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, ibi fortitudinem accipies, quæ non solum ab inimicis non vincaris, sed eos superes, ac fugere facias.

Psal. 90.

Vnde putas, tantam fortitudinem in Apostolis fuisse, vt in omnem terram exiret sonus eorum? Vnde Thomas ea virtute præditus est, vt vsq; ad vltimos terræ fines peruenerit? Certe, quia in his Christi vulneribus nidum constituerat. Expertus Thomas fuit vulnerum vim, & ideo perpetuo his vulneribus mente adhaesit. Sic etiam reliqui Apostoli egerunt, de quibus proinde Esa. ait. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? & quasi columbæ ad fenestras suas. Præclara similitudine Apostolicam prædicationem Propheta describit. Sicut enim sol mittens radios in mare, & terram vapores sursum leuat, qui in nubem congelati, aquam continent, vento vero ducuntur per vniversam terram, & eam irrigant. Ita ventus sol iustitiæ in mundum, & radios oculorum mittens in mare Galilæe hos, & illos discipulos inde educit, ex alio loco alios, sursum eos leuat, & doctrine sanctæ aqua salutari replet, vêtus verò Spiritus sancti eos duxit, & disperfit per vniversum mundum, quem aqua doctrinæ impleuerunt, sed ita aliorum mentes frigant, vt ipsi sibi sint simplices vt columbæ, & ad fenestras volant, cum in Christi vulnera consideratione veniunt, vt in habitaculis sibi faciunt, & inde aquam hauriunt doctrine, quam in populos effundant.

Esa. 60.

Sed opere pretium erit nosse, quibus rationibus adductus sit Christus Dominus, vt post Resurrectionem suam vulnera reliquerit in carne gloriosa. Prior huius rei ratio est, vt gloria sua consuleret, sunt enim ei gloriosa vulnera in quibus ipse præcipue gloriatur, Augustinus asserit manum tyranni cicatrices post Resurrectionem manuras in eorum gloriam, si enim gloriatur nunc miles in vulneribus acceptis

Aug. 20. de civit. c. 22.

in pralio contra infideles gesto, quid mirum gloriatur mar-
 tyr in vulneribus pro Christo susceptis? Fortiter miles agit,
 cum inimicum percutit, non cum percutitur, & tamen glo-
 riatur de vulnere, quia signum est, quo ostenditur, in pralio
 stetit viriliter, & pugnavit in hostes. Sed fortissime agit mar-
 tyr, cum vulnera patitur pro Christo, quid ergo mirum, si in
 eis gloriatur, & ea in eius gloriam relinquuntur in æternum?
 Sic ergo in gloriam Christi vulnera relicta sunt, ipse enim iu-
 re in eis gloriatur, quia tota bonitate, amore, & patris obe-
 dientia ea passus est. Vnde ad patientes pro Christo Petrus
 ait. Quod enim est honoris, & gloriæ, & virtutis Dei super
 vos requiescet. Pasionem dicit honorem, & gloriam Dei.
 Hic attendenda est immensa Christi in nos misericordia,
 non solum pati pro nobis voluit, sed in passione gloriatur,
 quod minoris misericordiæ non est, quam ipsa passio. Mi-
 rum quidem non est, hominem gloriari de his, quæ Dei
 causa patitur, admirandum valde, quod Deus gloriatur in pas-
 sione pro homine suscepta, & in sui gloriam servet vulnera in
 carne sua.

1. Pet. 4.

Gen. 6.

Secundo, vulnera servat, ut ostendat, non pœnitere se se,
 quod passus pro nobis fuerit. Posset forsan aliquis cogitare,
 visa hominum ingratitude, pœnituisse Christum, quod
 pro ingratis passus sit. Pœnituit enim eum, quod homi-
 nem fecisset, qui omnis caro corruperat viam suam, pœni-
 tuit eum, quod constituerit Saul Regem, qui inobediens
 fuit, simili ratione pœnitere posset, quod homo factus sit,
 quod crucem subierit, sed quia de hac re pœnituit nunquam
 nec pœnitebit, ideo vulnera servat, nec delet. Sicut voluit,
 ut mortuus cum esset, lancea latus eius aperiretur, ut novis-
 simus, nos ab eo diligi, etiam mortuo, Christi namque pas-
 sio, non est passio, duntaxat, sicut illius, qui nunc a iudice
 damnatur in mortem, sed est etiam actio. Cum nunc a iudi-
 ce damnatur homo ad mortem, patitur solum, id est, pœnitentiam
 mortis, illius a iudice inquiri oportet, qui eum dampnat.
 Non talis mors Christi est, ipsa enim tradidit se in mortem
 in mortem, oblitus est, quia ipse voluit, & ideo oblitus tollit

A tollit animam meam à me, ego eam pono propria volunta-
 te, ego in me ipsum sententiam fero, ut meam in hominès
 dilectionem ostendam, & eadem de causa vulnera servat,
 ut testes sint immensa dilectionis Christi in nos. Iulio Cæ-
 sari renuptis, id est, militem illius strenuum prodicionem
 in ipsum Cæsarem machinari, qua suspitione commotus
 Cæsar fuit, id vero sciens miles ad Cæsarem venit, & ei
 cicatrices vulnerum ostendit, quæ passus in bello fue-
 rat ipsius causa, quod factum plenam fidelitatis ipsius satis-
 factionem Cæsari habuit. Ut ergo homo certus sit de Christi
 in se dilectione, nihil dubitet, vulnera servat, quæ semper
 ostendunt, multum pro nobis passus esse.

B videtur Thomas Christi vulnera, & ideo similia pati vo-
 luit, reliquos confossus est, ut verus minister fidei, ac Evan-
 gelij esset. Sicut Paulus, qui ait. Cuius factus sum ego Pau-
 lus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro nobis, & ad-
 impleo ea, quæ defunctæ passionum Christi in carne mea pro
 corpore eius, quod est Ecclesia. Quæ verba difficilia sunt,
 quid enim deesse potest Christi passionibus, cum consumma-
 verit una oblatione sanctificatos? Responder. Divus Tho-
 mas in Paulum. Primo, Christus, & Ecclesia sunt vnum
 corpus mysticum, cuius caput Christus, Deus ergo præde-
 stinavit merita, tum capitis, tum corporis, capitis infinita,
 membrorum vero finita pro cuiusque gradu, quæ præcipue
 attenduntur secundum passiones sanctorum. Adimpleo ergo
 (ait Paulus) merita mea, & passiones meas, id est, addo meri-
 ta mea meritis Christi.

Colof. 1.

D. Tho.

C Vel secundo (ait Divus Thomas) Christus non solum
 passus erat pro Ecclesia in carne propria, sed etiam in suis
 Apostolis, & martyribus, qui ad Ecclesiæ utilitatem passuri
 erant. Deerat ergo hoc, quod sciat Christus passus fuerat
 in persona propria, ita pateretur in membris suis, in Paulo,
 Thoma, & reliquis. Præmiserat Paulus, nunc reconciliauit in
 corpore carnis eius per mortem, addit vero, nunc non solum
 Christus contulit primam beneficium, dum propriam san-
 guinem pro nobis dedit, sed addit secundum, cum Aposto-
 lorum

Caieta. in Paulum.

lorum sanguinem fudit, quod deesse poterat, Caietanus ait, **A**dimpleo ea, quæ defunt passionum Christi in carne mea, id est ea, quæ defunt carni meæ passionum Christi, quiddam indubie verum est, quousque enim quis ex vitæ terra suscitetur, quæ Deus præordinavit, aliqua ei defunt ex Christi passionibus, aliquid ex Christi calice, ei restat bibendum. **V**aliter adimpleo ea, quæ de sunt passionibus Christi, scilicet, ut coniungantur passionibus meis. **C**hrysostronus ait, **H**ic verbis ostenditur Christi amor, qui paratus est, ut pro nobis pati, dum non contentus sua passione, etiam membra sua pro nobis sepe pati, voluit. Vel forsitan significat, quod hoc deesse passionibus Christi, quod ille exemplum suscipiens innocentibus, cum innocens pateretur, et tunc tunc vero Paulus exemplum est patiendi, cum peccaverit, quod etiam Thomæ accidit.

Chryf.

Visus Christi vulneribus Thomæ ait, *Domine meus, et Deus meus.* Pauca, & concissa loquitur verba magna etenim vel silentio, vel verborum concisione magis explicari solent. Vides amicum vehementissimo dolore stragham laborantem, interrogas, nimis ne dolor est? & ille, tantus est, ut, & nihil amplius addit, sensum non perficit dolore prohibente. Sic Psalteris anxietatem cordis explicat dicens, *anima mea turbata est valde, sed tu Domine usque quo? Non ait, quando me liberabis, usque quo non eripies, anxietas enim maxima verba perficere vetuit.* Simili, ac potiori ratione verum hoc est in cælestibus consolationibus, quæ enarrari non possunt, & ideo verbis concisis dici ea oportet, quia pro dignitate nullis verbis valent explicari. Hinc Psalteris, *Beatus populus, qui fecit iubilationem, iubilatio gaudium est,* ait Gregorius, quod explicari licet, explicari tamen non potest. **Q**ua ratione concisis verbis de ea loqui sancti solent. Hinc Psalteris, *Calix meus inebrians, nihil his verbis addidit Psalteris, concisa ea reliquit, quod enim additur, quam præclarus est, ab interprete additum est claritatis gratia, sed versus Hieronymi ex Hebræo ostendit, ea verba, quam præclarus est, dicta non esse à Dauide, qui calicis sanguinis Christi considerans, nihil pro dignitate de eo dice-*

Psal. 12.

Psal. 88.

Greg.

Psal. 115.

Are valuit. Ita quæ Thomæ ait, **D**ominus meus, & Deus meus, propositionem non perficit, sensum non exprimit, quia sensu & animo percepit, quod verbis exprimere non valuit. In Manhu hæc expressa sunt, qui sicut illud explicari non potuit, & ideo Manhu dictum est, ita diuina consolatio nullis verbis exprimi valet. **Q**uod si tanti consolationes in hoc exilio tantæ sunt, si tantum gaudium Thomæ, cum Christi humanitatem vidit, quale, obsecro, in celo gaudium erit visa Christi humanitate gloriosissima, & diuinitate, quæ abyssus omnium bonorum est. Si Thomæ proponeres, ut vnum è duobus eligeret, vel vniuersa mundi gaudia, vel gaudium, quod ex visa Christi humanitate suscepit, sine dubio hoc præheret, illa respiceret, & nos similiter eligeremus, si nunc ea nobis optio daretur. **S**ic ergo omne mundi gaudium minus est gaudium, quod ex viso corpore glorioso suscipitur, quale obsecro gaudium erit ipsius beati, cuius visio sola tantum parit gaudium? Si so- lum videre in alio bonum illud, tantum gaudium parit, quale pariet possessio boni illius? & quale tandem possessio Dei, & visio diuinitatis, certe omne bonum hoc est, quo habitum nihil restat appetendum, &c.

De

De Apostolis omnibus propria habetur cōciones ideo nihil de communi hic ponitur.

In communi Euangelistarum.

Thema. Designauit Dominus, & alios Septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, &c. Luc. 10.

*Matt. vlti.
Psal. 144.
Deniel. 2.*



Christi Domini Ecclesiam vsque ad mundi finem duraturam, certum est. Ipse enim dixit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē sæculi, & regius Psal. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua à generatione in generationem. Et Daniel, in diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Sicut enim arborem seruas, vt fructum det, quem si non dat, succidis. Ita mundus hic propter electos seruatur, qui fructus illius sunt. Cum vero collectus fuerit numerus electorum, & cōpletus, mundus finem accipiet, Deo ipsum iudicante

Sed

A Sed quomodo Ecclesia in finem durabit iustis, & fidelibus morientibus? Certe sicut hæc, & illa nobilium progenies, ac familia conseruatur in filiis; nepotibus, & natis natorum, & his, qui nascentur ab illis. Ita Ecclesie familia durat, ac durabit propter spiritualem generationem filiorum, ac nepotum. Primi quidem parentes Ecclesie Apostoli fuerunt, sed quoniam illi ex hac vita discessuri erant. Designauit Dominus, & alios septuaginta duos; quo facto ostendit, curæ ei esse, alios, ac alios parētes Ecclesie sue providere, quorum opera illa durare posset.

Hinc Paulus. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Quomodo inuocabunt, quem non crediderunt? Quomodo credent eum, quem non audierunt? Quomodo audient sine predicante? Quomodo predicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Euangelistæ ergo doctores, & predicatores sunt Ecclesie parentes; qui semine verbi Dei filios Deo generat, quorum opera Ecclesia in æternum durabit. Merito Christus ait. Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam; Hieronymus exponens illud Iob. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum, et frumentum est illud, de quo Christus ait, triticum autem congregate in horreum meum; hoc frumentum vitium, qui sunt electi desiderant nubes, id est predicatores. Sicut dicitur in actibus. Rogabant Paulum, & Barnabam, vt loquerentur eis verbum Dei; & nubes spargunt lumen doctrine sue. Et idem Hieronymus in epistola de tribus virtutibus edisserens illud Psalm. Qui educit nubes ab extremo terre, fulgura in pluuiam fecit ait, Apostoli, & discipuli Christi nubes fuerunt, qui ab extremo terre ducti sunt, qui ab infimo, & humilissimo loco vocati, humiles enim fecit nubes, de quibus Paulus. Puto quod Deus nos nouissimos Apostolos ostendit. Non ergo ex consulibus fecit Apostolos, sed ex infimis; fulgura vero in pluuiam facit, ait Hieronymus, quoniam dicunt natiuitate pauca seruatores, quia fulgura ex nubium collisione generantur, more sicut duriorum, quos cum collisione sibi in altis ex ignis exitus elabatur, atque ita cum fulgore

gore

Rom. 10.

Hiero.

Iob. 37.

Acto. 14.

Hiero.

Psal. 134.

1. Cor. 4.

gore pariter, & tonitrua mugire, tonitruo; scilicet, somnifin-
dicante concursus, & fulgura excussi luminis claritate. Si in-
tellexisti exemplum, considera nunc nubes rationales, Moy-
ses nubes erat, Iesus Naue nabes erat, isti, si secum colloquan-
tur, ex sermonibus eorum fulgura micat, Hieremias, & Baruc
nubes erant, sermō cōueniuntur italicem, & videbis, rutilare ful-
gura. Sic Paulus & Siluanus duę nubes in vnum cōnuenerūt,
& ecce totum mundum epistolę eorum fulgor illuminat. Et
sic fulgura in pluuiam facit, nos enim eorū irrigamur doctrina,
ideo discipulos binos mittit, vt se mutuo iuuent, fariant &
fulgurent. Hęc Hieronymus. Sicut ergo terre infimę vapo-
res calore solis, fursum eleuati nubes fiunt, quę pluuia terram
irrigant, ac fecundant, fructibusque abundare faciunt, vt sem-
per eorum generatio duret. Ita cum designauit Dominus se-
ptuaginta duos discipulos, nubes ab extremo terrę eduxit,
fursum eleuauit diuina gratia sua; aqua doctrinę impleuit, &
in mundum misit, vt illum irrigarent, & germina bona in eter-
num conseruarent. Et sic Ecclesia durabit in finē, quia Deus
fundauit eam in æternum, concedens ei parentes qui semine
verbi Dei eam reddant perpetuam.

Hac ergo de causa. *Designauit Dominus & alios septuagin-
ta duos.* Solebat Deus, vnum, aut alterum concionatorem po-
pulo suo mittere, nunc Esaiā, postea Hieremiā, nunc Eliā de-
inde Eliseum, sed nunc postquā duodecim elegerat Apосто-
los, eosq; miserat in Israel, septuaginta duos discipulos desig-
nat, eosq; mittit in populum suum. Est vero eximij signū amo-
ris, tot predicatorum mittere, qua in re maximam dilectionem,
in Ecclesiam ostendit, cum ei innumeros concionatores con-
cedit. Hoc optabat Moyses, cum diceret. *Quis det, vt omnis
populus propheter, & det eis Deus spiritū suum.* Sed hoc Dei
beneficium in cōdēnationē peccatorū cedit, cū tot Dei ad-
iunctionibus, & diligentijis nō profecerint. Hinc Ezech. *V-
cuiuitati sanguinū, cuius ego grandem faciam pyram.* Cuius
vltionis rationem inferius subiungit, dicens. *Multo labore su-
datum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius.* Innumeri
sudores ministrorum Dei sine vllō fructu sunt. Ideo Hierē-
mias ait. *Defecit sufflatorum in igne, consumptum est plum-
bum.*

Abum, frustra conflat: conflat, malitia enim eorum non
sunt consumpta. Argentum reprobum vocat eos, quia Do-
minus propiecit illos. Similitudine aptissima vitur propheta,
vt reprobūm explicet ingentum. Sicut enim argentum re-
probūm ab scoria non purgatur; licet in sufflatorium rum-
patur, & plumbum deficiat, quod illi adijcit; vt purgetur.
Ita quibusdam sic peccatum adhæsit; vt nulla cōncione mo-
ueantur, nec minis, aut terroribus, nec blanditijs, hoc vero re-
proborum est proprium. Priusquam horribilis grando def-
cenderet in terram Aegypti, ait Moyses. *Mitte iam nunc
& congrega iumenta tua, & omnia, quę habes in agro, homi-
nes enim, & iumenta, & vniuersa, quę inuenta fuerint foris,
cecideritque super ea grando, morientur.* Qui metuit ver-
bum Domini de seruis Pharaonis, fecit cōfugere seruos suos,
& iumenta in domos, qui autem neglexit sermonem Domi-
ni, dimisit seruos suos, & iumenta in agris, quę omnia vi gran-
dinis interiere. Sic nunc plures audiunt conciones, quidam
vero Dei minas timent, & in meliorem se frugem recipiunt,
& saluantur. Quidam vero negligunt, quibus mors æterna
continget.

Sed quid predicatoribus suis Christus dicit? *Mefsis quidem
multa, operarij autē pauci.* Aug. ait, Ecclesię cōgregationē mes-
sem dici, quia sicut in messe nō solū grana, sed & paleę, & strā-
mina in areā ducuntur, vbi separatur per triturationē, & ventila-
tionem. Sic in Ecclesia boni, & mali sunt, sed tētatione distin-
guntur, & tandem in morte omnino separantur. Tunc enim
ventilatione triticum iuxta manet, paleę vero longius ab aere
trahuntur. Hinc Ioannes. Cuius ventilabrum in manu eius, &
permundauit aream suam. Sicut cum triticum tritatur, se-
paratur a palea, & ad ima descendit, palea vero fursum manet,
& in ventilatione frumentum ad pedes ventilantijs relinquitur,
palea longe discedente. Ita in tētatione, iustus humiliatur
nimis, & ad Dei pedes manet. Sic Iob ait. *Etiā si occide-
rit me, sperabo in eum;* sic Sufanz cor nō iratum est in Domi-
num, sed erat confidens in eo. Reprobūm vero in tētatione
a Deo recedit, tanquā palea. Sic Saul in tribulationē, et Deū
orare, & consulere desinit, consulit Pythoniā. Sic Asa
cum

Exo. 6.

Aug. serm.
1. de Apost.
Tomo. 10.

Matt. 3.

Iob. 13.

Dan. 13.

1. Reg. 28.

1. Para. 10. cum ægrotaret dolore pedum vehemensissimo, nec sic quæ
 Iob. 24. fuit Dominum. Hinc de peccatoribus Iob ait: Eleuati sunt
 ad modicum, & non subsistent. Sicut summitates spicati con-
 terentur. Vbi Gregorius ait. Aristæ ad alta profiliunt, & gra-
 na latent, quia reproborum potentia eminet, & elusorum
 gloria non apparet, probos autem, & rectos non respicit mun-
 dus, quia gloria eorum ad intra, mali vero fundi, qui nunc
 ab hominibus videntur, quique crescunt mundi oculis, &
 de quacunque refacile triumphant. Hi tanquam aristæ veni-
 to impelluntur, triticum vero manet absconditum. Sed in
 iudicio exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustis-
 rum, & mittent eos in caminum ignis, tunc congregabit triti-
 cum in horreum suum, paleas autem comburet ignis inextin-
 guibili.

Esai. 9. Sed cur tempus Christi messis dicitur? Sic enim Esai. ait. Ex-
 tabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, & non in die me-
 sis quidem multa, & iterum Ioannes. 4. Videte regiones, quia
 albe sunt iam ad messem. Respondeo, in lege naturæ humani
 genus quasi seminatum est. Simile fuit illud tempus autumni,
 & hyemi.

Venit deinde ver primum, cum lex per Moysen data est,
 creuit quidem tunc triticum. Sed ad maturitatem non per-
 uenit, quia nihil ad perfectum adduxit lex, ideo humorem
 veteris hominis exiccare non valuit. Aduenit gratiæ lex,
 in qua sol æstiuus est, in qua peccati viror non dominatur,
 in qua sol iustitiæ exaltatus in cruce est, vnde ignem mittit
 in terram, in qua fructus in cælum colliguntur, ideo nunc
 messis est.

Prædicatores vero operarios dicit, quia non ore solum, sed
 opere, & sudore prædicare debent. Similes ædificantibus Hie-
 rusalem, qui manu vna operabantur, altera vero gladium tene-
 bant. Ita prædicator opera præstet, & gladium teneat spiritus,
 quod est verbum Dei. Ne forte ei dici possit. Vox quidè vox
 Iacob est, manus autem, manus sunt Esau. Ideo Exodi trigesi-
 mo dicitur. Fac labium æneum cum basi sua, labium æneum
 est prædicatio resonans. Basis illius vita sancta est, sine qua la-
 bium caderet facile. Opere enim destruitur prauo, quod præ-
 dicatio.

A dicatione erigitur opus, vnde nullus est profectus, dicere Ec-
 clesiastico. Vnus ædificans, alius destruens, quid prodest nisi
 labor? quis enim medico credat consulenti diuersum ab eo,
 quod ipse peragit? Dicit tibi quispiam, ne tenueris hanc viam,
 peruersa enim est, & plures in ea grassatores sunt. Ipse vero
 eam ingreditur viam, quomodo credes, eum serio loqui? Quis
 non suspectam haberet exhortationem. hostes insequendi,
 cum ab eo fieret, qui ex parte hostium se tenet? Hinc Hiere-
 mias. Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores or-
 bis, propter peccata prophetarum eius. Ideo de verbi Dei mi-
 nistris Petrus ait. In quo admirantur, non concurrentibus vo-
 bis in eandem luxuriæ confusionem.

Mittit vero suos sicut agnos, eisque mandat. Nolite portare
 B sacculum, neque peram, &c. Recte agnis dicitur, vt non portent
 sacculū, &c. Sicut enim agni gubernatio, & cura penes pasto-
 rem est, ita Christus ait. Mihi vos curæ estis, nihil vobis defi-
 ciet, cum ego pastor vobis sim. Audi quendā ex agnis id dicē-
 tem, Dñs regit me, & nihil mihi deerit. Quis ex mundi diuiti-
 bus, aut etiam principibus dicere poterit, nihil mihi deerit? So-
 lum agni nouelli Christi. Dñi id dicere possunt, ideo ab eis
 quærit postea Christus. Quādo misi vos sine sacco, & pera,
 nunquid aliquid defuit vobis? Et responderūt, nihil. Ideo ope-
 rarij dicuntur, qui in agro Domini laborant, quibus Dñs ciba-
 ria mittit. Ab omni ergo terrena cura eos liberare vult, vt tātō
 operi insistant, Pharaō sacerdotibus suis prædia dedit libere.

C Sed nō sic Deus noster, qui ait ad Aarō. In terra eorū nihil pos-
 sidebitis neq; habebitis partē inter eos, ego pars, & hæreditas
 tua in medio filiorū Israel. Chrs ergo suos prædicatores seruat
 & pascit sine sacco, & pera. Et de Dei prædicatore Noe ait Di-
 uus Petrus, Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mū-
 do impiorum inducens. Ex quibus verbis colligitur, multa
 passum Noe, cum prædicaret mundo diluuium, Dominus ve-
 ro eum custodiuit, quia prædicator erat iustitiæ diuinæ. Mul-
 to vero potius seruabit præcones misericordiæ suæ, discipulo-
 s, etiam sine sacco, & pera. Refert Diuus Matthæus, dixit
 se discipulos Christo Domino, cum plurima ibi turba esset.
 Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, vt

Sanct. Aaa eun-

Eccle. 24.

Thren. 4.

1. Pet. 4.

Psal. 22.

Luc. 22.

Gene. 47.
Num. 18.

2. Pet. 2.

Matth. 14.

euntes in castella, emant sibi escas, Iesus autem dixit eis. Non habent necesse ire, date illis vos manducare. Considerandum verbum illud est, non habent necesse ire, cum mecum sint, sed quale hoc verbum est illi, qui ideo peccat, vt cibus ei non deficiat? Si Christum sequutus fueris, nihil tibi deerit, si ab eo recesseris, nihil boni habebis. Sine sacco, & pera suos, Christus aluit, vt dicerent, nihil nobis defuit, te quoque pacet, si ei adhaeris. Cum ergo Christi discipuli hanc in Deum fiduciam mundo praedicare deberent, oportuit, vt exemplo eam ostenderent euntes sine sacco, & pera, vt docerent omnes, spem in Deum habere, etiam cum subsidia temporalia non essent. Hinc Esdras ait. Praedicaui tibi ieiunium iuxta stuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersaque substantiae nostrae, erubui enim, petere a rege auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus regi. Manus Dei nostri est super omnes, qui quaerunt eum in bonitate, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. Ieiunauimus, & rogauimus Deum pro hoc, & euenit nobis prospere. Cum praedicaasset Esdras Dei potentiam, erubuit petere auxiliares copias, opere etenim ostendere debuit, quare praedicaerat. Sic ergo praedicator, qui docturus est fiducia in Deo, contemptum temporalium, erubescere debet, si terrenis innitatur, & illa habeat.

Sed quae ratione suis Christus necessaria prouidit? In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui, &c. Vt ex Euangelio hoc, & ex Matthaeo, & ex actis Apostolicis constat. Hoc ordine procedebant Christi discipuli, dum irent in ciuitates ad praedicandum. Primo ingressi ciuitatem praedicabant Dei verbum, & si aliquis eos inuitabat, in eius domum diuertebant. Si nullus id praestitisset, interrogabant, quis dignus sit hospitio eorum, id est, quis in hac ciuitate est, deditus operibus misericordiae, & hospitalitatis.

Hic enim dignus est, vt suscipiat Apostolos, & Angelos vt Abraham, & Loth accidit, & Dominum etiam Angelorum

vt Beato Gregorio contigit. Cumque ad hanc domum uerent, primum eam salutabant, dicentes. Pax huic domui. His vero verbis vim tribuit Christus diuinam, vt his auditis commouerentur, qui digni erant, ad suscipiendos Domini discipulos. Postquam verbum caro factum est, mirabile verbis tribuit efficaciam. In sacramentis id manifestum est, quae verbis conficiuntur tanquam forma. Sed & alij verbis vim impressit diuinam, cum enim misit duos discipulos, vt asinam, & pullum ei deferreret, ait. Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus hic opus habet, & continuo dimittet eos. Vis ergo diuina in illis verbis erat, quibus auditis, statim Domini dederunt asinam, & pullum. Similem vim alij verbis indidit, cum ait. Dicite domino domus, apud te facio pascha. Quibus auditis, statim dominus ille acquieuit. Sic cum discipulos mitteret sine sacco, & pera, dedit eis verba ista. Pax huic domui, quibus vim indidit diuinam, vt his auditis susciperentur eius discipuli hospitio, & propter horum verborum vim dicitur in actibus, Christia nos inuenire gratiam apud omnes. Cuius rei exemplum olim praecessit, cum praecipit Dominus, peti ab Aegyptijs vasa aurea, & argentea, ait enim, dabit Dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs, & sic expoliauerunt Aegyptum. Pro crumena ergo, & pera tulerunt discipuli verba ista; Pax huic domui. Quae, qui audiebat, illis necessaria ministrabat. Vnde illi dicunt. Nihil eis vnquam defuisse.

His vero verbis hanc vim Christus indidit, quia pacem, quam ipse attulit mundo praedicabant, nunciantes illum, qui est pax nostra. Prius enim quam homini bellum indicat, pacem offert. Sicut populo suo praecipit, cum ait. Quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Merito Esaias. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem. Sed quanam ista pax est? Attende, Deus noster in seipso non solum pacem habet, sed summam pacem est, quia simplicissimus est, nec ullam habet compositionem, unde pax turbari solet. Et ideo cum humanam naturam condidit, pacem eam stabilivit, quia vt Paulus ait. Non est Deus dissensionis, sed pacis. In natura integra, & innocentia statum totus homo pace plenus erat, ratio Deo subdebatur, rationi

1. Esdr. 8.

Matt. 10.

Act. 13.

14.

Matth. 17.

Luc. 22.

Acto. 2.

Exod. 11.

12.

Luc. 22.

Deut. 20.

Esai. 52.

1. Cor. 14.

Luc. II.

Psal. 147.

appetitus, & homini vniuersa animantia. Tunc regnum Dei, **A** quod intra hominem erat, pace fruebatur maxima, quia omnia in suo erant ordine, propter originalem iustitiam cuncta ordinantem. Sed turbata pax ista est pondo discordiæ, quod dæmon intulit in hoc regnum, vt pacem de medio tolleret. Quo factum est, vt ratio in Deum rebellauerit, caro contra rationem, & cuncta animantia contra hominem. Et factum statim est illud, quod cælestis magister ait, omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Quod etiam Ethnici agnouerunt, cum eorum quidam dixit, Concordia res paræ crescunt, discordia res magnæ dilabuntur. Ita homo perditus, & miser est, & relictus est, quasi ciuitas, quæ vastatur. Recte Sapiens ait, Deus fecit hominem rectum, ipse vero immiscuit se infinitis questionibus. Bene infinitas dicit questiones, quia cum Deo, **B** cum proximis, cum animalibus, & cum se ipso bellum gerit. Quomodo ergo pacem recuperabimus? Plena quidem, & imperturbata pax seruetur in aliam vitam, cū in cælo sedebimus. in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Illa quidem, omnimoda erit pax, in qua inimicus nullus est, & plenior multo, quam fuerit in innocentia statu, tunc enim relictus homo est in manu consilij sui, & potuit pacem amittere, & hostes habere. At in cælo nullus erit hostis, nullum bellum. Sicut enim cælum ipsum materiale contraria non habet, & peregrinas impressiones induere non potest. Ita eius ciues pace fruuntur, quæ turbari non potest. Hinc Psaltes regius congratulatur cælesti Hierusalem. Lauda Hierusalem. Dominum, lauda Deum tuum Sion, &c. Posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Vt hunc pacis locum nobis aperiret, & occlusas fores eius referaret, venit Christus princeps pacis. Hac pace frui in terra non possumus, hostes enim nunc sunt, qui aduersus nos militant. Dæmoni aduersarius circuit quærens, quem deuoret. Mundus circumdat nos vndique, vt expugnet, caro blanditur, vt decipiat. Et ideo armis nos indui oportet, & strenue, acriterque pugnare: marceat sine aduersario virtus, & sicut olim relictus est Iehus in terra promissa, vt Israel orio non marcesceret, sed exerceatur ad prelium. Ita nobis relictus sunt hostes, quibus cum pugnemus sicut boni milites Christi **Iesu.**

A Iesu. Sed ais, quæ ergo nunc mihi pax relinquitur? Quam nam pacem Christus attulit? Certe multam pacem. Audi Psal. *Orie-* **Psal. 71.** tur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et Angeli eo nato canunt. In terra pax hominibus bonæ voluntatis, & Psal. **Psal. 118.** Pax multa diligentibus legem tuam. Et demum Apostolus, Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, & custodiat corda vestra. **Philip. 4.** Multa similia in scriptura sunt. Nec solū pacem allatam per Christum nouimus, sed & abundantiam pacis, sic Psaltes ait, vbi supra. Et Esai. Et declinabo super eam quasi fluuium pacis. Pax **Esa. 66.** ergo nobis à Christo allata multiplex est. Prior cum Deo ipso, à quo diuiseramus per culpam. Peccata vestra, (ait Esa.) diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, reconciliati vero sumus Deo per Christi sanguinem, qua pacificauit ea, quæ in cælis, & **Esa. 59.** terris sunt. Et ideo pax nostra dicitur. Satisfecit enim patri de rigore iustitiæ pro hominum delictis. Simul vero gratia sua hominem ornauit, qua Deo ille subditus sit, & caro rationi vt sic in hominis regno pax sit, dum omnia paræt regi suo. Vnde cum in ipse felicem se Paulus dixisset propter intestinum carnis bellum, subiungit. Quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia Dei per Iesum Christum. Pacem etiam inter homines stabiluit, dum dissoluit maceriam diuidentem Iudeos & Gentes, abrogans legem veterem, & destruens idolatriam, vt vterque populus conueniret in Christi lege, & fructibus Dei qui erant dispersi, congregati sunt in vnum. Dispersi quidem **Ioa. 11.** fideles erant, dum hi legem Moysi, illi vero legem naturalem seruabant. Relicta vtraque lege, & Christi formata pax constituta est. Et tandem cum vniuersa Christi dilectionis sit, dilectio vero causa pacis est, lex pacis dilectionis potius. Quam vero sit illa hominibus necessaria, ostendit facit. Quod ipsi qui pacem turbant, sine pace viuere non possunt. Gratia dicitur ipsa inter se pacem stabilire, vt viuere possint. Quod quædam fera, & crudelissima animalia pacem seruant dum in his quæ inter se non **speciei,** sicut aquile, leones, iugri dæ, vulpes, & lupi pacem inter se seruant. Quid ergo mirum, si pacem seruare teat eatur hominibus, qui inter Dei creaturas maxime vniuersis, nam Angeli omnes specie inter se differunt, nec in eadem specie duo Angeli sunt, secundum D. Th. homines vero vnius speciei sunt. Et cetera

animantia non ita vnum inter se sunt, ac homo, plura enim in vna specie creata à Deo sunt nec ab vno omnes procreati. At in humana specie, vnus conditus Adam est, ex quo Eua sumpta à quibus homines vniuersi originem ducunt, vt hæc consanguinitas eos vinculo pacis magis liget. Ideo hominem fecit animal sociale, simul etiam infirmum; & alijs indigentem, vt sic vinculo pacis mutua necessitate copularentur. Et demum adeo necessaria pax est, vt cum inter se inimicissimi demones sint, pacem tamen stabiliant, vt eorum regnum durare possit. Vnde Christus ait, omne regnum in se diuisum desolabitur, si ergo Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius. Si pacem seruant demones; vt noceant, an non homines eam seruare tenentur, vt bene eis sit? Huius pacis præclaram similitudinem Paulus Corinthiis proposuit, dicens. Nos vnus corporis membra esse, idèoque inter nos eam seruandam pacem, quam membra inter se seruant. Pes namque non dicit capiti, ego volo caput esse, sed seruit illi, ambulatque eò, quo capiti conuenit, oculus videt pedibus, vt recte ambulent, manus laborant reliquis membris, aures audiunt, quæ expediunt reliquis membris. Vidisti ne aliquando, membra vnus corporis inter se diuisa? Vidisti membrum, quod alteri nocere velit, etiã si seipsum ab alio casu lit? Vnum ergo corpus sumus fratres, vno viuimus spiritu, eodem cibo, & potu alimur, eam ergo seruamus pacem, quæ vnum corpus decet. Merito ergo prædicatores Euangelij pacem primùm annunciant dicentes. Pax huic domui. De hac pace multa diximus in secundo tempore orationum dominicæ primæ post Pascha.

Luc. 11. regnum in se diuisum desolabitur, si ergo Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius. Si pacem seruant demones; vt noceant, an non homines eam seruare tenentur, vt bene eis sit? Huius pacis præclaram similitudinem Paulus Corinthiis proposuit, dicens. Nos vnus corporis membra esse, idèoque inter nos eam seruandam pacem, quam membra inter se seruant. Pes namque non dicit capiti, ego volo caput esse, sed seruit illi, ambulatque eò, quo capiti conuenit, oculus videt pedibus, vt recte ambulent, manus laborant reliquis membris, aures audiunt, quæ expediunt reliquis membris. Vidisti ne aliquando, membra vnus corporis inter se diuisa? Vidisti membrum, quod alteri nocere velit, etiã si seipsum ab alio casu lit? Vnum ergo corpus sumus fratres, vno viuimus spiritu, eodem cibo, & potu alimur, eam ergo seruamus pacem, quæ vnum corpus decet. Merito ergo prædicatores Euangelij pacem primùm annunciant dicentes. Pax huic domui. De hac pace multa diximus in secundo tempore orationum dominicæ primæ post Pascha.

1. Cor. 12.

Adiungit Christus Dominus. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra, sin autem ad vos reuertetur. En copiosam retributionem eius, qui Christi discipulos excipit, quoniam requiescet super eum pax, quam illi prædicant. Magis nificus retributor Deus eius est, qui suos excipiant. Abraham Angelos excipit, & in propositum filius Isaac, & innumeræ eorum posteritas. Lutho Angelos excipit, & ab eis excipitur ab incendiis, & ab exploratoribus, & liber, ac in plurimis fuit tum omnium domo sua. Et Elias procurator hospitij

Gen. 18.

Gene. 19.

Iosue. 7.

4. Reg. 4.

A. suæ filium, quem etiam suscitauit. Et Elias viduam sustentat apud quam fuerat hospitatus. Benedicitur domus Obededon propter arcam in qua lex erat vetus. Multo ergo magis benedicendus is est, qui prædicatorem suscipit, qui arca est legis nouæ. Ex quo colligitur, quod licet omnis elemosyna cuilibet pauperi elargita Deo sit grata, præcipue tamen illa, quæ prædicatori datur. Qui est pauper voluntarius, cuius dicitur regnum cælorum esse, qui iudicaturus orbem est, & daturus locum in cælesti regno his, qui de mammona iniquitatis cum amicis fecerunt. En mercedem suscipientis prædicatorem, requiescet super illum pax vestra.

Sed quid illud significat. Sin autem ad vos reuertetur? Primum his verbis significatur, non debere turbari discipulorum animos, nec commoueri, si non suscipiantur hospiti. Ideo ait, ad vos reuertatur pax, quam hospiti precabimini, si vos non suscipit. Ne forte sitis similes Iacobo, & Ioanni, qui videntes, non suscipi Christum à Samaritanis, dixerunt. Vis, dicamus, vt descendat ignis de cælo, qui eos absumat? Quibus ait animarum seruator. Nescitis, cuius spiritus sitis. Non venit filius hominis animas perdere, sed saluare. Secundo illis verbis significat Christus, non fraudandum præmio prædicatorem suum, qui pacem annunciat, etiam si non excipiat pax, tunc enim ad prædicatorem reuertitur, quia ei præmium conceditur laboris. Prædicauit Iacobus in Hispania, & pauci admodum conuersi sunt, prædicauerunt Prophetæ priores, & parui pendit Israel eos, cum doctrina sua, prædicauit Jonas in Ninive, & omnes conuersi sunt. Non ideo Jonas plenam mercedem recipiet, & reliqui secus. Meritum enim prædicantis non ex conuersione audientium pendet, sed ex Dei gratia, & dilectione, qua ille opus suum exercet.

Et tandem ait. Nolite transire de domo in domum. Quasi dicat, cum vos homines viderint, eritis eis admirationi. Omnes cupient vos in domos ducere, vos nolite hospitium mutare, loci enim stabilitas conducit ad animi stabilitatem. Qui loci mutatione putat se melius habiturum, audiat illud. Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

3. Reg. 17.
2. Reg. 6.

Luc. 6.

Similes effecti infirmis, qui putat melius se habituros loci mutatione, quod tamen non ita est. Sicut ergo arbor, quae vno in loco non relinquitur, radices mittere, & crescere, ac fructum ferre nequit. Ita qui plura mutat loca, status, & munera, qui stabilis non est. Hinc Sapiens. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, tu locum tuum ne dimiseris. Et iterum. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Ideo Paulus monet. Fratres stabiles estote, & immobiles. Et iterum. Rogamus vos fratres, ut operam detis, ut quieti sitis, scitis, quemadmodum oporteat, imitari nos, quoniam non inquieti fuimus apud vos. Hinc ad inquietos Hieremias ait. Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Et Sapiens. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir, qui relinquit locum suum in bonis suis. Animi vero instabilitas a peccato ortum habuit, dicit Hieremia, peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Et ideo Iob ait. Si iniquitatem, quae est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo, iniustitia, tunc lauare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. Sic de Ioanne Christus pronunciat, non esse a fundinem vento agitatam, quae facile huc, illucque vertatur. Discarrit quidem per vniuersum mundum Christi discipulus. Sicut sol, vt vniuersum mundum illuminet;

sed hospitium non mutat, locum non deserit, a domo Dei non discedit, &c.

In com.

Eccles. 10.
Eccle. 11.
1. Cor. 15.
1. Thes. 4.

Hier. 14.
Prou. 27.

Thren. 1.
Iob. 11.

Matth. 11.

In communi vnius Martyris.

Thema. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & collat crucem suam, & sequatur me, Matt. 16.



Antiqui patres nihil maius voluerunt esse martyrio, & iure id quidem, cum Christus Dominus dixerit. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et iterum. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Ratio vero manifesta

docet, innumera a Deo bona concedi martyribus, quoniam illi adeo in Deum liberales extiterunt, vt vniuersam substantiam, honorem, ac vitam pro Deo reliquerint. Quid ergo mirum, si Deus in eos magnificentissimus sit? Vniuersum, quod potest Deo offert martyr, maxima ergo dona recipiet; Paulus ait. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & multiplicet, id est, qui copiosum semen spargit, copiosum in messe fructum colliget. Qui ergo seminavit vniuersum, quod potuit, vniuersa, quae habuit, & seipsum proculdubio copiosos manipulos reportabit.

Maxime hoc verum habet, si Dei ingenium attendas. Hoc vero est, pro minimis maxima concedere, & in gratis etiam, ac inimicis maximis prestare beneficia. Saepeserpiens cum in Deum peccasset, dona ab eo accepit, & sibi inimicem occurrunt Dei beneficia, & peccata nostra. Qui ergo in hostes beneficus est, quantalibet bona praestabit, praecipue, qui seipsum, suaque omnia citra dano non se potuit continere. Deus cum vni-

10a. 15.
Matth. 10.
2. Cor. 9.

lem Abraham animum attendit in filij sacrificio, sed ait. Per me meripsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc re, & no pe percisti vnigenito filio tuo propter me. Benedica tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam, quae est in litore maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Quid ni haec, & his maiora martyri dicantur, qui, vt obediret Deo suo, no filium offerre voluit, sed semetipsum obtulit holocaustum Deo? Si calicem aquae frigidae aeterna gloria munerat, si minimos suorum capillos, id est, cogitationes munerat, quibus muneribus eum prosequetur, qui se, suaque omnia ei tradidit?

Hinc colligunt sancti plura martyrum priuilegia. Primum, quod omnia peccata martyri remittuntur omnino, vt nulla ei in futuro saeculo maneat exoluenda poena, licet prius grauissima scelera perpetrasset. Quia, vt dicit Augustinus, idem operatur martyr in martyre, quod baptisimus in baptizato, baptisimus vero omnem culpam, & poenam delet, vt docet omnes sancti, & Concilium Tridentinum, ergo & martyri. Ideo de martyribus Ioanes ait. Hi sunt, qui venerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni.

Ex hoc vero priuilegio secundum manifeste colligitur, quod peracta morte, statim in caelum admittitur martyr, nulla facta mora, plena enim reddita satisfactione, nihil restat impedimenti. Hoc vero in primo martyre Stephano manifeste ostensum est, qui dixit. Ecce video caelos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Martyri etenim aperta est ianua regni caelestis, nec morabitur in eius introitu. Hinc ortum habuit celebris Augustini sententia, iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Quam probat Innocentius Tertius in capite cum marthe, de celebratione missarum. Accidit ergo martyri, quod iusto latroni, qui audire meruit. Hodie mecum eris in paradiso. Obortapalsio. O felix confessio, soluitur a corpore anima tormentis, sed suscipitur ab Angelis aeternis triumphis. In momento omnia commutantur, loco carnificum Angeli, loco tormentorum gaudia, loco carceris caelum, loco tyranni Deus succedit. In paucis vexati, in mul-

Aug. 13. de
civi. c. 7. &
in lib. de
vnico bap.
Apoc. 7.

Acto. 7.

Aug. serm.
17. de verb.
Apostoli.
Matth. 27.

Sap. 3.

Atis bene disponentur. Tormenta enim breui tempore durarunt, sed gloria aeterna succedet. Tormenta adinuenit hominum malitia, sed praemia, & coronas diuina bonitas, intendit nimium homo, vt torqueret, intendit Deus, vt praemijs afficiat. Transire tempestas, & anima quiescit in securo portu, & subito mutatio ista facta est. Sicut Ioseph a carcere ducitur in regnum. Merito sibi martyres vsurpant illud Psalmi. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Laquei enim fuerunt minae, atque terrores, promissa vana, & blanditiae, sed ex his omnibus incolumes euaserunt.

Tertium demum martyrum priuilegium, quod ex ratione superius dicta colligitur est. Quod non solum gratia, ac gloria martyribus confertur, sed maxima gratia, & praecipue gloria, in qua etiam laureolis ornati sunt, & in choro sedent proximo Apostolis. Pro cuius rei intelligetia notanda est doctrina Greg. Probatio, ait, sanctitatis non est signa facere, sed charitas in Deum & proximum. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, quae ait. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem, qui enim non ait, in hoc cognosceretur, quia mei discipuli estis si signa feceritis, sed ait, si dilectionem habueritis, aperte indicat, quia veros Dei famulos non miracula, sed vera charitas probat. Haec Gregorius. Cum ergo martyr supremum charitatis signum praestet, dicite Do-

mino. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, manifeste colligitur, martyrem maxima gratia, ac gloria ornari, & ideo tanquam sanctissimum venerandum. Innocentes martyres licet voluntate propria martyres non fuerint, praecipuo habentur loco, quo ergo in loco erunt, si voluntate propria obtulerunt ab imas suas multas tormentis, & mortis.

Diximus aliqua de martyrum magnitudine, ac celsitudine. Nobis vero id accidere solet, (ait Chrysostomus) quod iis, qui spectantibus publicis adsunt, vident enim a fenestra gladiatores fortiter adcertantes, alios cum bestiis pugnantes, gaudentque eo spectaculo, & laudant strenuos athletas,

Gene. 41.
Psal. 123.

Greg. 40.
Moral. c. 8.

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Chryf.

tas, at ipsi in certamen non descendunt, nec simile aliquid patrare student. Ita nos martyrum certamina conspiciamus **A** laudamus, ac celebramus, sed eos imitari nolumus, bellum ingredi recusamus. Non ergo pigeat imitari, quod celebrare delectat, socij eorum erimus, si tamen compatimur, ut conglorificemur. Quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Hoc vero in proposito nobis Euangelio docemur, quo nobis cælestis magister ostendit, qua ratione sanctos Martyres imitabimur.

Ait ergo Matthæus, post insignem Petri de Christo confessionem, post eius laudem. Cæpit Iesus dicere discipulis manifeste passionem suam. *Tunc assumens eum Petrus, cæpit increpare illum, dicens, absit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro. Vade post me Sathana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* **B** *Tunc Iesus dixit discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Cum pater cælestis Petrum docuit, mirabilem confessionem protulit, at cum caro & sanguis eum docuit, nesciuit, quid diceret. Plurimæ erant humanæ rationes, quæ ostendebant sententiam Petri veram, dicentis, absit à te Domine, non erit tibi hoc. Nec enim gloriæ Dei conueniens passio videbatur, nec autoritati doctrine Christi. Sed profundiora sunt diuina mysteria, & altior illius ratio, per crucem enim glorificandus Deus est, & eius doctrina stabilienda, nomen eius super omne nomen exaltandum, & homo redimendus. Et ideo merito Christus Petrum, vocat Sathanam, id est, aduersarium, quia dum impedire conatur passionem, aduersatur gloriæ Dei, & hominum salutis, & sic aduersarius Dei, & hominum est. Quæ in re solet et nobis intuentum est, plures nobis esse, qui amicos se simulant, qui nobis aduersarij sunt, quibus sathane nomen tribuere possumus. Et qui nam hi? Certe, qui alta, & sublimia te se qui suadent, qui crucem declinare, & vitam Christianam non amplecti, cogitantur. **C** Nobis hi pauci sunt, plurimi enim in mundo fuerunt, & sunt, vnde Paulus, *Mulsi ambulauit, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & sensis dico, inimicos crucis Christi, qui terrena sapiunt, &c.* *in tempora Pauli* **plures**

Philip. 3.

A plures erant huiusmodi, an non plurimi nunc? Sed illis aureis sæculis si plures erant inimici crucis, plurimi erant, qui crucem amarent, qui sanguinem funderent, qui eos deplorarent, qui inimici crucis erant, qui honorem crucis auferrent. At nunc pauci admodum, qui hæc præstent. Sed obsecro, quid magis dolendum, ac deplorandum, quam videre fideles adeo alienos à vita Christi? Qui crucem in qua redempti sunt, venerantur, sed moribus eam fugiunt, & horrent? Qui terrena sapiunt, nec sapiunt, quæ Dei sunt, sed quæ hominum, qui nescit crucem, nescit, quæ Dei sunt. Duæ sunt viæ, altera crucis, altera delectationis, duæ sunt sapientiæ, altera Christi, altera mundi, via, & sapientia Christi crux est, via, & sapientia carnis delectatio est. Sed **B** via crucis in cælum ducit, via carnis in infernum. Videns vero Christus patris sapientia viam crucis ab hominibus exprobandam, despectuique habendam, ac contradicendam esse, sicut Petrus cum ipso fecerat, cum eum carpsisset, conuersus ad discipulos ostendit, nullam aliam in cælum viam esse, & ideo ait.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Duo necessaria sunt ei, qui iter agit, primum, nosse terminum viæ, quod pergit. Si enim viatorem offenderes, & interrogares, quo viam dirigeret, & ille assereret, se nescire, diceres eum omnino stultum. Secundum, nosse viam rectam, qua in terminum perueniat. Stultus enim iudicaretur, qui viam teneret, quam nesciret, si recta est. **C** Omnis homo viator est, iter capimus, cum nascimur, viam agimus, dum viuimus, viam perficimus, cum morimur. Fere re nullus est adeo inscius, qui terminum viæ non agnoscat. hic enim Deus est, & beatitudo, quam omnis homo naturæ appetit, & hoc ipsum ait fidelis, Turca, & Iudæus. Terminum ergo viæ omnes norunt. Sed viam rectam soli fideles, reliqui enim viam inferi tenent. Magna Dei in nos misericordia fuit, dum viam in cælum rectam nos docuit, quam exaggerat Sæp. 10. piens, cum ait. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, sed quæ nunc scientia sanctorum est. **Certe nosse viam rectam** **in cæ-**

Psal. 24.

in cælum, quia enim illam tenent, sancti sunt. Hoc petebat Pfaltes, cum diceret, vias tuas Domine demonstra mihi, & secretas tuas edoce me.

Cant. 12.

Hoc ipsum erat, quod ardenti desiderio, flagitabat sponsa cū ait. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Viam agis, o homo, in Deum, & maximi interest, rectā eum tenere, si enim rectam viam tenueris, Deum consequeris, si vero prauam, in infernum descendes. Orandus ergo tibi Deus est, vt viam rectam tibi demonstrat. Fidelis viæ ductor Christus est, de quo olim prædixerat Esaias. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audiet verbum post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis ab ea, nec ad dexteram, nec ad sinistram. Hoc hodie Christus præstat, docens viam crucis, & abnegationis, ait ergo.

Esa. 30.

Qui vult venire post me. Id est quo ego vado, in patrem, scilicet: Dum ait. *Qui vult.* Duo significat, primum, arbitrij libertatem, quia vt Sapiens ait, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Apposuit ignem, & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam, ante hominē vitam, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Quia tamen noluit hominem peccare, addit. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi. Concessit ergo homini libertatem, vt libere operans mereretur, non vt peccaret. Ex quo patet, falso aliquos putare, ac dicere, non possum Christum sequi, non possum à vitijs abstinere. Cum enim liber sis arbitrio, & diuina gratia præsto sit volenti vti illa, si vis, potes. Duplex hominis voluntas est efficax, & inefficax, qui voluntate efficaci vult, omnia potest, sed in eo, qui hominem confortat.

Eccles. 15.

Si ergo potes, cur non vis? Quæ homini relinquitur excusatio, si ait, nolo vitam, nolo salutem æternam? Audi Pfaltem clamantem. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies vitæ bonos.

Psal. 33.

Sed quisnam hæc non velit? Quis Christum sequi recusat? Certe, nix vnus est, qui velit vitam, qui Christum sequitur.

Iere. 5.

A tur. Hinc Propheta. Circuite vias Hierusalem, & aspice, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum, facientem iudicium, & quærentem fidem. Mirum hoc valde, si enim in plateis Damasci, aut Tyri non inueniretur homo huiusmodi, non adeo mirum esset. At in plateis Hierusalem, in Ecclesia, quis non miretur? Nulla ergo homini relinquitur excusatio, si iustus non fuerit, si enim vult, potest, nec enim diceret cælestis magister. Qui vult, nisi volens posset. Nec enim dicis, qui voluerit volare, volet, id enim fieri nequit.

Deinde cū ait. *Qui vult.* Innuit, eos, qui ad eius obsequiū accedunt, non vi aut necessitate, sed voluntate propria, imò voluptate, ac desiderio, & affectu accedere debere, ideo ait. *Qui vult.* Quasi dicat, qui afficitur obsequio meo, qui mihi ad herere cupit, voluntaria enim obsequia mihi placēt. Hinc Paulus. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Id ipsum, quod Paulus de elemosyna dixit, de ieiunio Christus docuit, cum ait. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuū, & faciem tuam laua. Hoc ipsum de oblatione facta ad templi constructionem scriptura sacra magnificat, ait enim. Lætatusque est populus, cum ista sponte promitterent, quia toto corde offerebant ea domino. Cuius rei gratias Deo agit Dauid, dicēs, scio Deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei, lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic reperitur, iustus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria, Dominè Deus custodi in æternū hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat. Gratiissima Deo sunt munerā, quæ hac voluntate, & affectu offeruntur, ideo Psal. ait. Voluntariè sacrificabo tibi. Et licet duo æra minuta offerantur, maximam factam oblationem Christus dicit, quia prompto, ac lacri animo fit. Ideo ait. *Qui vult.*

Sed quid factururus est, qui vult sequi Christum? quam viam tenere debet, vt in vitam perueniat? Certe. *Abneget semetipsum.* Sed quid est, seipsum negare? Id facile percipies, si attendas, quid sit negare amicum. Erat tibi amicus intimus,

1. Cor. 9.

Mat. 6.

1. Para. 22.

Psal. 53.

Luc. 21.

mus,

mus, ac familiarissimus, ab eo nunquam discedebas, eius voluntati in omnibus parebas, in eadem domo, & mensa cum eo discumbebas. Forte expertus es, simulatum cum tibi amicum esse, ac proditionem in te cogitare, discessisti ab eo, iam cum eo non conuersaris, eius vocem non audis, eius voluntatem contemnis, hoc faciens, diceris negasse eum. Ita te ipsum negare debes, carni tuæ adhæsisisti, amicitias cum illa statuisti, eius cupiditatibus obtemperabas. Nega ergo carnem tuam, quia proditionem in te machinatur, ducit enim te in æternum interitum, discede ab ea, afflige eam, noli ei assentiri. Hoc est, abnegare te ipsum. Audi Paulum. Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. Vis te ipsum abnegare? Nega carni omnia desideria vana, & sæcularia. Hinc Paulus, mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, concupiscentiam malam, & auaritiam. Sed qua ratione Deus vult, ut abnegemus nos? Certe ægrotauit homo peccato, & ideo Deus medicus hominis factus eum à pluribus abstinere præcipit. Priusquam homo peccaret, abnegatione opus non erat, sicut ergo sano cibo, ac potus non prohibetur, infirmo vero secus, ne noxius humor eum interimat. Ita homini post peccatum inedia præcipitur, & amaræ dantur potiones, & phlebotomiæ, sic enim prauis humoribus passionum prædominantur, ut hominem in interitum ducant, & perditionem, & ideo carni parcedanda sunt necessaria, superflua vero, ac noxia neganda, & hoc est abnegare te ipsum. Hinc Sapiens. Post concupiscentias tuas ne eas, & à voluntate tua auertere, si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Infirmi proprium est, ea maxime optare, iisque delectari, quæ noxia sunt, & mortem illi afferunt, à quibus eum medicus abstinere, præcipit, nec enim infirmi voluntate, sed utilitate ducitur, Bonum visum est, & pulchrū, ac suaue ad vescendum pomū Eūq, nec de mō vētur; ne comederet, imo sua sit, ut māducaret. Nec enim de mō tibi dicit, abstine, sed comede. At vero medicus qui de celo venit ut vitā homo habeat, & abūdātius habeat, primā regulā tradit inedia,

præ-

Titum. 3.

Colos. 3.

Eccles. 18.

Gene. 2.

A præcipit. à noxijs abstinere. Et ait. Abnegot semetipsum. Noli duci à carne, sicut ductus iuuenis ille est, de quo Sapiens ait, is retinuit illū multis sermionibus, & blāditijs labiorū protraxit eū. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimā, quasi bos ductus in macellū, quasi passer ductus in laqueū. Ideo audi me, & attēde verbis oris mei, nō abstrahatur in viris eius mens tua, neq; decipiaris in feminis eius, nā vix domus eius vix inferi. Hæc verò in re consiliū optimum est, à pluribus etiā abstinere licitis, & plura negare tū carni, tum propriæ voluntati, licet licita sint, quæ necessaria nequaquā sunt. In his etenim poenitentia, & mortificationis labor exercetur, & facilius homo redditur, ac propior ad illicita neganda, cum & licita negare consueuit.

B Sed quoniā satis nō est, mala non agere, nisi & bona fiat, addit cælestis magister secundū, quod is præstare debet, qui eū sequitur, dicens. Tollat cruce[m] suam. Non ait, cruce[m] meā, quia hæc solus ille portare potuit. Sed suā, quia satis nō est, ait Chrysostomus, quod Christus cruce[m] tulerit, nisi tu tuā portes. Deinde cum ait, suam, significat, eūq; peculiare cruce[m] datā esse, quam tollat, huic paupertas data, illi infirmitas, & cetero, illi difficile, morosumque ingeniu[m], quod ferat. Deus cruce[m] cuiquāq; imposuit, illam quique portet. Apparet quidem hominibus, melius illis futurū, si cruce[m] alterius portarent. Sed reuera ita nō est, cuiq; enim conuenientissimam Deus dedit, sicut & talentā diuisit iuxta propriā virtutē. Quemadmodū medicus cuiq; infirmo potionem amarā, & alia medicamēta tribuit conuenientia. Quæ crux tibi à Deo imposita est, maximè conueniens est, eam amplectere, eam subi-

Multæ quidem cruces sunt, quæ à nobis tolli debent. Prior crux ipsa Christi crux dici potest. Dum ita memoria retinere debemus Christi mortem, & cruce[m], ut huiusmodi sit in nobis propositum, potius mortem obeundi, quam peccatū vllum admittamus. Ut crux Christi tibi sit crux, in qua crucifixus sis, ne manum, aut pedem moueas in peccatum, hoc nos Paulus monetur ait. An ignoratis fratres, quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus, ut iam in nouitate vitæ ambulemus, hæc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est cum eo, ut de seatur in ipso peccatū, ut in iō

Sanct.

Bbb

seruiamus

Prou. 7.

Chryf.

Matth. 23.

Rom. 6.

feruiamus peccato; Hac vero de causa cum puer baptizatur, cruce sepius insignitur, ut intelligat, se crucifixum, nec sibi licere, mouere pedes, aut manus in peccatum. Cofige timore tuo carnes meas, aiebat olim Plates. Sed iam amore configendi sumus; videntes Christum pro nobis cruci affixum. Hinc Mala. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me. Quasi dicat, num homo affiget Deum, ut de Deo faciat, quod ei liberit, & eum in suam ducat voluntatem, & non magis homo affigendus est, ut Dei pareat precepto?

Secundo cruce tollere debemus, & ita nos gerere in vita, ac se ille gerit, qui cruce baiulat, ut in ea crucifigatur. Sic enim nobis agendum in vita est, ac si statim morituri essemus. Et tandem cum videamus caput nostrum cruci affixum, pudeat membrum delicatum sub capite spinato, ut Ber. ait. Hoc nos monet Paulus, cum ait, Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Cum enim viderimus eum, cruce ferentem, quid nobis agendum restat, nisi cruce tollere, vitam asperam, & laboriosam ducere, ut dicere possimus cum Paulo, Christo confixus sum cruci. Cum Christo crucifixus est, qui pedes ligatos habet, ne currant in malum, qui tribulationes patienter tolerat. Clauis sint timor, & amor. Confige timore tuo, carnes meas, en timor clauis est, sed & clauis clauo traditur. Quia perfecta charitas foras mittit timorem. Qui vero cum Christo crucifixus est, cum eo & regnabit, socius illius in regno crucis socius erit regni celestis. Si tamen compatimur, ut conglorificemur.

Adiicit vero Dominus. *Et sequatur me.* Magna gloria sequi Dominum, ait Sapiens. Satis vero hoc esse deberet, ut eum sequeremur, quod socios nos illi adiungamus. Ille socius noster esse voluit, factus homo, & hoc facto vniuersam naturam nostram exaltauit, nos ergo socij illius sumus, ut cum eo glorificemur, cum Deo ambulemus, ut ad eius regiam perueniamus. De patribus Enoc, & Noe scriptum est. Cum Deo ambulauerunt, quia Dei voluntatem implebant, nos vero maxime cum Deo ambulare dicimur, qui non solum voluntatem eius opere implemus, sed & eum ducem sequimur, ut dicere possimus, illud Iob. *Vestigia eius secutus est pes meus.*

Opor-

A Oportet vero, eum perseveranter sequi, non sicut Israel, de quo scriptum est. *cepit ad eum populum in iteris, ac laboris. Ne deficiamus, donec cursum consummemus, sicut ille. Exultauit ut gigas ad currendam viam salutis nostrae, nec stetit, donec dixit. Consummatum est, ita & nos faciamus. Consummabitur enim tandem labor, sed premium, ac merces Dei manet in aeternum.* Quod si aspera, & difficilis via apparuerit, attende, praecedere Christum Dominum, qui difficiliorem cruce subijt. Simul etiam attende martyres, qui ut Christum sequerentur, sanguinem fuderunt, tu vero minora passus es, cum eorum socius esse velis. Audi Paulum. Nondum usque ad sanguinem restitisti peccato repugnantes. Sicut ergo Elifeus Eliam sequebatur, & cum ille diceret, mane hic, ille aiebat, *viuit Dominus, quia non dimittam te, ita nos cum Christo rege gerere debemus. Licet ille ad nos diceret, mane hic, noli me in hoc labore, vel illo sequi, nos dicere oportet. Viuit Dominus, quia non dimittam te.* Sic enim Ethai respondit Dauidi dicenti sibi, mane in ciuitate cum rege, *viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex, quia in quocumque loco fueris, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus.* Noli ergo in stadio stare, nec in medo cursu sistere, sed cursum consumma. Ut vero necessitatem eorum, quae dicta sunt, ostendat Dominus ait. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam &c.* Quasi dicat, prius dixi. Si quis vult venire post me, quia voluntarium hoc est, nunc vero ad salutem dico id necessarium esse. Si enim quisquam velit animam saluam facere, oportet, eam perdere abnegatione sui, ac mortificatione: simul ergo voluntarium, & necessarium est, voluntarium, quia liberum cuique est, necessarium vero ad vitam aeternam consequendam, & tamen concludit.

Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucratur &c. Hanc rationem desumit Christus a sententia vulgi de perditione vitae temporalis. Et est sensus. Sicut nemo adeo stultus est, ut velit iactura vitae huius corporalis lucrifacere, si possibile esset, vniuersum mundum, cum quod vita perditur nullus nisi esset, renouari

B hb. 2

mun;

Num. 21.

Matth. 27.

Eccl. 18.

Heb. 12.

4. Reg. 2.

2. Reg. 15.

3. Reg. 19.

11. Reg. 2.

mundi vsus. In quoq; vitam perditā nulla re recuperare possit. A
 Sic multo magis stultum est, lucro vitæ temporalis, imo totius
 mundi facere voram animæ iacturam post hanc vitam, quando
 ei nihil prodesse poterit acquisitio mundi præterita, nec perdi-
 tam animam vlla re redimere poterit. Hoc enim significat ver-
 ba illa, quæ sequuntur: *Aut quam dabit homo commutatione præ-*
tantam suam. De perditā, scilicet. Anima enim, cum nondum
 inno deperdita est, redimi potest, vnde Daniel ait Nabuco-
 nosori. Peccata tua et in omni iustitia redime. At si semel perdat
 omnino, quod sit, subcedat ex hac vita in mortali culpa; re-
 dimi villo modo non potest. Ideo Psaltes ait, frater non redi-
 mit, redimet homo. Non dabit Deo placationem frater, &
 precium redemptionis animæ suæ; & laborabit in ætatem &
 viuet ad huc in finem. Significat Psaltes, vanas esse salutem mun-
 di diuitiis, quibus effici nequit, vt mortem effugiat diuus, ait
 ergo, non poterit diuitem iuuare frater, nec redimere à mor-
 te, nec ergo quiuis alius id præstabit. Nec dabit Deo precium,
 quo vitam redimere possit, & viuat in finem. Vel altiore sen-
 su significat, vanas esse diuitias, & nihil prodesse homini, si vni-
 uersum mundum lucretur, iacturam vero faciat animæ suæ in
 ætatem. Quia cum semel hanc vitam transferit, frater primoge-
 nitus in multis fratribus, Christus non redimet hominē à mor-
 te æterna, minus ergo alius hominū eum redimere poterit, li-
 cet filios diuites relinquat, qui eius memoriā habeat, & pro eo
 pia opera faciant. Tunc enim frater Christus nec placationem,
 nec precium dabit Deo pro anima in infernū trusa. Quia furor vi-
 rimō parceret, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Ex
 quo sequitur, quod labore in ætate in inferno, meri vlla mor-
 te finiatore eius labor. Et hæc Christus ostendit verbis, quæ se-
 quuntur. *Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, &*
tunc reddet vniciq; secundum opera sua. Et tunc non proderunt
 diuitiæ in die ultionis, nec mundi vniuersi acquisitio. Curan-
 dum ergo nobis est, vt ab negatione, & morte, ac Christi se-
 quele, mereamur ab eo participare æternam ætatem. *Sub-*
stantia in triumpho S. Crucis.

Dani. 4.

Psal. 48.

Prou. 6.

Prou. 11.

Incomu-

A In communi Confessoris Pontificis.

Thema. Homo quidam peregrè proficiscens voca-
uit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et
dedit quinque talenta, &c. Mat. 25.

B On adeo timendum nobis est, diuinis carere be-
 neficijs, quam habitis male vti. Quid enim pro-
 dest, diuinis onerari donis, si illis in profectum
 tuum non vteris. Diuinis muneribus circundatū
 est humanum cor sicut terra celo. Est cor homi-
 nis velut centrum, in quod beneficiorum sagittas Deus dirigit
 Sed factus est Ephraim quasi columba seducta nō habens cor,
 vt Oseas ait. Sicut enim columba inter volatilia demetior hac
 in re est, quia laqueum videt, & circumspicit, nihilominus tamē
 vt esca potiatur, in eum se conijcit. Ita miser homo oblitus om-
 nium beneficiorum Dei, vt parua delectatione fruatur in mani-
 festum, ac visum laqueū incidit. Sicut ergo qui thesaurū habet
 quo vti nescit, nihil habet, ita qui diuina recipit talenta, si lucra
 ri eis non nouerit. Hinc Petrus. Melius enim erat illis, non cog-
 noscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum con-
 uerti. En quomodo cognitio veritatis non solum non profit,
 imo & in malum cedat ei, qui ea vti nescit. Capilli Absalō pul-
 cherrimi, ei mortis causa fuere, dum ex eis suspensus est in quer-
 cu. Ita vero nobis accidit, vt id, quod in nobis pulchri-
 est, mortem adferat. Hinc mulieri pulchritudo, homini nobi-
 litas, diuitia, potestas perditionis materia fit, dum eis gloriatur,
 vt Nabucdonosor in Babylonia.

Hoc ergo mente retineamus, quicquid à Deo accipimus, si-
 ue temporale, siue spirituale sit, talentum esse nobis cōcessum,
 vt eo negotiemur, & æterna nobis acquiramus. Et de omni-

Sanct. Bbb 3 bus

Osee. 7.

2. Pet. 2.

2. Reg. 18.

bus ratio exigenda à nobis est, si eis in Dei gloriam; & animæ nostræ profectum vsi sumus. Et vsque ad minimum temporis instans inquirendū à nobis est, si illo bene vsi sumus, cuius ratio nē si nō dederimus, otiosa nobis impēsū iudicabitur. Rectē Greg. Cū crescūt dona, rationes etiā crescūt donorū. Et vā ei, qui plura recepit talenta, nec aliquid eis lucratus est. De quo Sapiens ait. Est & aliud malum, quod vidi sub sole. Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est. Huic perfimilis homo est, cui Deus multa dedit, Sed iusto iudicio, & demeritis illius id exigentibus, negat auxilium excellens, quo eis rectē vtatur in animæ salutem, & sic bona illa nocumento potius, quam commodo ei sunt. Sicut enim nimius cibus lædit hominem, cum calor in stomacho non est, quo eum in substantiam aliti conuertat. Ita bona vniuersa, cū in homine calor non est charitatis, qua eis in bonum vtatur, nocumento esse solent.

Sed forsan dices. Nimum hoc est, quod à nobis exigit Deus, quo modò enim vniuersa bona in eius gloriam, & animæ salutem insumere possumus? An non corpori, ac mundo in aliquibus indulgendum erit? Certè nimia in hoc Dei charitas apparet, vt mox ostendemus, si primum dixerimus, iure à nobis exigi, vt in gloriam, & obsequium Dei cuncta referamus, quia in hunc finem dātaxat vniuersa creatura condita est, vt diuine gloriæ inseruiat. Et ideo merito Paulus ait. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sed præcipua in nos Charitas ostenditur, dum ex omnibus vtilitatem nobis comparari voluit, & vniuersa ita disposuit, vt saluti, & profectui nostro conuenire vidit. Vidimus amantissimos parentes, erga filios suos, qui curant, vt victus, vestitus, & habitatio commoda sint filijs, aptaque, ac conuenientia. Sed aliqua minima non curant. Vidimus patrem filij amantissimum, qui curat, vt aliquod graue negotium filius rectē peragat, ex quo magnam sibi vtilitatem acquirere possit. Sed in terra vnus paternus est, qui ita filij vtilitatem

quærat, vt ex omni cogitatione, verbo, & gressu filij vtilitatem ei cedere velit, quique vniuersa, etiam minima filio ita aptare curet, vt omnia sint ei conuenientissima, & ex omnibus fuctum sibi colligat. Merito ergo Iesus ait. Nolite vocare vobis patrem super terram: vnus est enim pater vester, qui in cælis est, qui ita vestri amantissimus est, ita commoda vestra, & vtilitatem curat, vt vniuersa, etiam minima vobis aptauerit, vt æternæ salutis proficiant. Et ex vniuersis operibus, sermonibus, & cogitationibus lucrum, ac vtilitatem vobis adesse curet in æternum. Hinc Sapiens. Propter hoc omnia tunc transfigurata (id est, relicta sua natura, in alterius vniuersa) omnium nutritici gratiæ tuæ deferuebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderati sunt, vt scirent filij tui, quos dilexisti, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat. Si ergo Deus, quia nos diligit, curat, vt omnia nobis in bonum cedant, cur nos id ipsum non curabimus? Ideo Paulus. Ad iuuantes vero exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

Vniuersa ergo diuina dona in libro rationum collecta sunt, & conscripta, vt de omnium vsu ratio à nobis exigatur. Cauendum ergo nobis est, & talentis negotiandum acceptis. Multi nunc in curia sunt, qui à rege honores, & potestates, ac beneficia postulant. Si vero rex in Hispania esset ad eum prouidens, ac circumspectus, vt vnicuique eorum, qui ab eo munera expectant, fidelissimum scribam adiungeret, qui vniuersa eius verba, ac facta considerans in libro scriberet, vt postea rex libro perlecto videret, quantum meriti in vno quoque illorum esset, vt iuxta cuiusque meritum potestates, & munera distribueret, quanta, obsecro, cura viri illi essent, ne quid verbo, aut opere agerent, quod regi displiceret? Vniuersi nos contendimus à Deo obtinere æternum regnum, potestatem infinitam, coronam immarcescibilem. Vnicuique vero nostrum adiunctus scriba fidelis est qui in libro scribit vniuersas cogitationes, verba, ac opera nostra, vt ea vniuersa Deo videat, ac perlegat, prius quàm regnū concedat. Quæ enim alium

Matth. 23

Sap. 16

2 Cor. 6

Simile

Eccles. 6.

1 Cor. 10.

Eze. 9. eum esse putas hominem illum; de quo Ezechiel ait. **Vir vnus** vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius? Certe insequitur te iugiter Angelus custos, & dæmon, qui vniuersa, quæ agis considerant, hic mala, ille bona, vt Deo referat. **Aperientur aliquando libri hi, & vt Ioannes ait.** **Aperiti sunt libri,** & iudicati sunt mortui, ex his, quæ scripta erant in libris. **Apo. 20.** Cura ergo, ne quid indignum Dei conspectu agas; ne quid turpe, quod in libro dæmon contra te scribere possit. Videamus nunc in Euangelio talentorum distributionem, & rationem, quam de eis serui reddiderunt. **Ait ergo cælestis magister,**

Homo quidam peregrine proficiscens vocauit seruos suos, & vna dedit illis bona sua, vni dedit quinque talenta &c. Non illi talenta surripiunt, sed à Domino accipiunt. **Ora ergo Deum,** vt ille tibi det statum, munus, dignitatem, diuitias, nec tu ea vsurpes, sed à Dei manu illa accipe. Vt nemo assumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. **Quod enim tibi Deus dederit, id conueniens erit.** Huius vero rei duplex est ratio. **Prima** quia vt Sapiens ait. **Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspectentes omnes vias hominum, & profundum abyssi, qui ergo omnia videt, nouit, quid magis expediat.** **Accidit aliquando, vt homo iter agens veniat ad caput duarum viarum, & in biuio positus dubitet, quæ nam via ei capienda sit. Videt initia viarum duntaxat, non media, ac fines, & aliquando viam eligit prauam, & optimam derelinquit, quia initia solum videns, attendit, huius initium bonum esse, illius vero difficile. Decipitur vero, quia vniuersam viam non videt. Ille ergo recte de via capessenda iudicare posset, qui vniuersam viam videret, & discrimina, quæ in ea sunt. Ita omnino homo facile viam prauam tenebit, & recta declinabit, si sibi fidens, viam arripuerit, quia initia viæ duntaxat videt, non vero pericula, & labores, qui postea offendendi sunt. Hinc Sapiens. Est via, quæ videtur hominini iusta, nouissima autem eius ducunt ad mortem. Et iterum. Est via, quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Deus ergo, qui vniuersa circumspectit, pronuntiare recte potest, quæ nã tenenda sit via, id est **grandis à nobis est, vt viæ ignaros dirigat in viam pacis.****

Secunda

A Secunda huius rei ratio est. Quia si statum, & munus à Dei manu accepisti, in omni discrimine, ac difficultate, cum tibi occurrerit, libere Deum adire poteris, & ab eo auxilium postulare, quia ille tibi munus illud iniunxit. Et adierit ille tibi, sicut ad fuit Moyse, quem ipse in ducem populi elegerat, in multis periculis, quæ ipsi obuenerunt. Si vero Dei neglecto consilio, amicorum arbitratu, & voluntate tua munus suscepisti, merito à Deo derelinqueris, cum postea in discrimina incideris, & tibi Deus iuste dicet, vade ad eos, quorum consilio manus, ac statum suscepisti, vt tibi auxilio sint. Sic Esaias ait. **Opera tua non proderunt tibi, cum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Congregatos** dicit eos, quos homo in consilium vocauerat. Rectè vero ait, **eorum consilio munus suscepisti, eorum auxilio perfice.** Hinc etiam Oseas ait. **Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui.** Decreuerat Deus liberare Israel per Machabeos, illis hoc munus demandauit & auxilio eis fuit. Sed dicitur in 1. Machabeorum libro. **Iosephus, & Azarias audientes magnalia Iudæ, & Ionathæ dixerunt. Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus, pugnemus aduersus gentes, quæ in circuitu nostro sunt. Existimantes fortiter se facturos. Sed fugati sunt cum magna plaga. Cuius rei rationem scriptura reddit, dicens. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in** **C** **Israel. Non erant electi à Deo ad id muneris, & ideo profecerunt nihil. Sapius Deus noster homines misit ad Deos illos, quos coluerunt, vt eos liberent, & iure id quidem. Sic filij Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruiuerunt idolis Baalim, & Astaroth, dimiseruntque Dominum. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philistijm, afflictique sunt vehemèter: Et clamantes ad Dominum dixerunt. Peccauimus tibi, quia dereliquimus Deum nostrum, & seruiuimus Baalim, quibus locutus est Dominus. Non addam, vt ultra vos liberem. Ite, & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiarum. Ita omnino Deus eos derelinquere solet, qui eum dereliquerunt, qui ab eo talenta non acceperunt. Vt ergo tibi Deus auxilio sit, ab**

Esa. 57.

Osee. 8.

1. Mach. 5.

Jud. 10.

Bbb 5

co

eo pete tibi dare bona, ac talenta, quibus proficias. Nouit Deus, quid cuique conueniens sit, & ideo ab eo postulandum. His rebus certe proficies, quas tibi Deus dederit. Sicut in naturalibus sunt regiones apte frugibus ferendis, aliæ vino, & oleo, aliæ metallis, & ferro, & ea ibi abundant, quia terræ conueniunt, Deus vero id sciens omnia in aptissimo collocauit loco. Ita in eo munere, ac officio cresces, in quo à Deo collocatus fueris. Ab eo ergo talenta pete.

Sed vni tribuit *Quinque talenta, alij vero duo, alij vero vnum.* Diuersimodè bona sua distribuit, nec tamen conqueri potest, qui minus accepit. Primo, quia dominus est bonorum suorum, nec cuiquam aliquid debet. Et ideo merito dicitur. Diuidens singulis, pro vt vulc. Satis vero est, quod sic ille velit, vt rectum sit. Hinc Psaltes. Iudicia Domini vera, iustificata in semetipso. Aliorum iudicia, & voluntates, iustificata esse possunt, sed non in semetipsis, nam à regula extrinseca mensurantur. Vnde iusta sunt in regula. Sed regula ipsa iusta est in se ipsa, quia non est aliud, per quod reguletur. Ita plane voluntas nostra recta erit, cum diuinæ commensurata fuerit. Diuina vero voluntas in se ipsa iusta est. Nullus ergo iure dicere valet. Cur mihi minus concessit Deus, illi vero magis? Omnibus ex gratia dat, nec quicquam alicui debet. Nec dicere lutum potest figulo, quare sic me fecisti? Secundo si inæqualiter bona distribuit, vnicuique dat secundum propriam virtutem, vt hodie in Euangelio dicitur. Quasi dicat. Cuique dedit id, quod naturæ, & ingenio cuiusque maxime conueniens erat. Nec plura tibi dat, quia eis non bene vtereris. Quæ ratione non solum iuste, verum & misericorditer plura Deus negat, nouit enim hominem non bene eis vsurum. Ideo Esaias ait. Neque audisti, neque cognouisti, nec ex tunc aperta est auris tua. Scio enim, quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex utero vocaui te. Qui vnum talentum accepit, & in terra abscondit, si plura recepisset, similiter abscondisset, & maiorem incurreret damnationem. Conquereris, & ais, minimam mihi dedit Deus substantiam, & salutem. Stulte his, quæ habes

malè

A. malè vteris, quid ageres, si plura recepisses? Esto fidelis in minimo, quod accepisti, vt super multa constituaris.

Tertio demum inæqualitas non est in temporarium distributione bonorum, quia, vt Paulus ait, Qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. Hoc vero Paulus collegit ex illo Exodi. Collegerunt, alius plus, alius minus, & mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Sed singuli iuxta id, quod edere poterant, congregauerunt. Ex quo colligitur, non plus habere eum, qui quinque talenta habet, quam ille qui vnum. Sed ille plus habet, qui eo, quod recepit, vtitur melius, & ille minus habet, qui pluribus acceptis

B minus bene vtitur. Præclare ait Epictetus Platonicus in enchiridion capite. 22. Vitam hominum similem esse comædiæ, in qua quisque suam agit personam. In comædia vero nihil tua refert, si hanc, vel illam personam agendam susceperis. Illud vero plurimum interest, si quam suscepisti personam conuenientissime agas. Si pauperis personam agis, si diuitis, si serui, si Domini, si discipuli, si magistri, non tibi curandum est, vt alterius sumas personam, sed tuam probe age, quæcunque illa sit, & plus omnibus placebis, licet infimam personam agas. Nec enim in comædia ille potior est, qui digniorem personam agit, sed ille, qui melius susceptam personam agit, licet illa infima sit. Ideo si pauper es, cogita pauperis personam agendam tibi à Deo demandatum, hanc personam optime age, & Deo plurimum placebis, & sicinalijs. Non ergo minus habet, qui minus accepit, sed qui minus bene acceptis vtitur. Quia vero hæc intellexisse, plurimum refert, exemplis nobis ostendendum est. Quorum primum in tempore statuamus. Recipiunt duo vitæ tempus inæquale, hic plus, ille minus. Certe alter vnum talentum accepit, alter vero duo. Tempus enim talentum est pretiosum, quo vitam æternam negotiari possumus. Nihil est in temporalibus, quod magis nostrum sit, quam tempus, illud præcipue

2. Cor. 8.

Exo. 16.

Epistle.

Simile.

addit

2. Cor. 12.

Psal. 18.

Esai. 48.

puè nobis Deus dare dicitur, quia semper nobis præ manibus est, nec quisquam auferre valet, & eo utimur pro libito. Alia vero caduca, & peritura potius nobis accōmodantur, quam dantur, facile enim à nobis tolluntur. Hinc Seneca libro primo epistola prima, & sexta. Omnia mi Lucille aliena sunt, tempus tamen nostrum est. Si alia deficient in vita, tempus tamen deficere non potest, quocūque ieris tempus te sequitur. Sed recipit vnus parum temporis, alius vero multum, nō ideo hic melior, sed ille, qui tempore melius uti nouerit, & plus vnus proficit vno die, quam alter vno anno. Et amplius viuere dicitur iustus, licet paruo uiuat tempore, quam peccator multo. Hinc Sapiens de iusto ait. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Et quoniam ad maturitatē peruenerat, licet breui tempore, sublatu à Deo est. Placita enim Deo erat anima eius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Properauerat iustus in profectu animæ suæ, & ideo Deus properat, ut educat eum in requiem. Ecce ergo quomodo non plus recipit, qui multum temporis recipit. Sed ille plus habet, qui eo, quod recepit melius utitur. Alterum eiusdem rei exemplum in diuitijs est manifestum. Recipit hic diuitias plures, ille vero minus, nō ideo hic minus habet. Sed ais, potest ille plura bona facere. Imo vero qui minus habet plura facere potest, quia potest vniuersa, quæ diues, & insuper ex paupertate multa sibi bona comparare potest. Huius rei plura sunt exēpla. Primum in vidua illa, quæ Deo obtulit duo æra minuta, & plus obtulisse dicitur, quā vniuersi principes, cum eam dicat Lucas pauperulam. Quia & si re parum obtulerit, animo vero plurimum obtulit. Secundum eiusdem rei exemplum in Petro, & Apostolis est, qui fere nihil habuerunt, & parum reliquerunt, ut Christum sequerentur, & tamen quasi vniuersorum Domini fuissent, & mundum reliquissent, aiunt. Ecce nōs reliquimus omnia. Hinc Tobias si iunior nōnens, ait. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire studei. Quoniam si libenti animo, & prompto ad maiora tribuenda, parum datur, multum Deo te dedisse crede. Nullus ergo dicat parum recepi à Deo. Multum enim habes, si eo, quod habes, recte uti noueris. Si ars aliqua esset, qua ex talento vno auri centū talen-

A talenta cōficerentur, plurimi ars illa haberetur. Hanc vero tanquam superfluum Deus non dedit circa temporalia, sed ad spirituale profectum eam contulit. Si parum tibi est, quod Deo offeras, illud præsta; sed animo grandi, ac desiderante plura offerre, & tunc plura obtulisti, nec fecisti solum id, quod opere compleuisti, sed omne, quod voluisti. In humanis id sæpe accidere solet, ut parum quid recipias ab eo, qui te nimium diligit, & illud in maximo pretio habeas, quia vides eum cum paruo dono tibi etiam cordedisse, ac paratum esse plura dare, cū possit. Hoc vero maxime in Deo nostro verum habet, qui honorū nostrorum non eget, & præcipue cor intuetur. Hinc præclare ait Sapiens. Da altissimo secundum datum eius, & in bono oculo ad inuentionē facito manuum tuarū, quoniam Dñs retribuens est, & septies tantū reddet tibi. Quasi dicat. Iuxta illud, quod accepisti à Deo, illi, si multū accepisti, multū tribue, si parū, parum etiā tribue, sed id libenti corde, id enim significant verba sequentia, in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum. Bonus oculus est liberalis, & largus, ac beneuolus, quo dilectionē testamur in eum, cū aliquid damus. Ad inuentionem manuum dicit, vel quod manibus proprijs acquisiuimus, vel quod manus nostræ ad inueniunt, demus Deo oculo recto, & placido. Si enim parua inuenit manus nostra, quæ Deo offeramus, parua demus; si multa, multa. Fidelis retributor Deus est, qui septies tantum reddet tibi.

Vidimus talenta nobis concessa naturalium donorum, quæ vniuersis hominibus data sunt. Sed eam nūc inspiciamus, quæ nobis fidelibus singulari misericordia dedit, de quibus Plaltes ait. Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Origenes ait. Diuina re loquitur, ac diuinorum cognitionē in ueritate esse fidelibus concessam, ut eo negotiari ualent, æternam bonam. Hinc Sapiens. Infinitus enim thesaurus est hominibus, qui vti sunt, participes facti sunt amicitie Dei, propter discipline dona commendati. An ex his uerbis non colligitur, immensas acquiri diuitias ab eo, qui hoc talento negotiatur.

Diuersitas uero talentorum ostendit diuersitatem huius cognitionis. Qui enim quinque talenta accepit, sublimem diuino-

Seneca.

Sap. 4.

Luc. 2 L.

Tob. 4.

Eccles. 38.

Psal. 147.

Orig.

Sap. 7.

rum

Heb. 5. rum cognitionem affecutus est, de quibus Paulus ait. Perfecto-
rum autem est solidus cibus eorum, qui pro ipsa consuetudine
1. Cor. 2. exercitatos habet sensus ad discretionē boni, ac mali. Et ito-
1. Ioa. 2. rum, Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus prin-
Sap. 10. cipū huius mūdi agnouit. De his etiam Ioannes ait. Vnctio do-
cet vos de omnibus. Et hæc est illa sanctorum scientia, de qua
scriptum est. Dedit illi scientiam sanctorum. Hæc vero est do-
num Spiritus sancti, donum sapientiæ, lux quædam interior
1. Reg. 7. dirigens hominem in omnibus vijs suis, vt videat homo in se
impleri illud, quod Dauidi dicitur. Et fuit tecum in omnibus, in
quibus ambulasti. Hæc est directio quædā singularis Dei, qua
animam gubernat, ac dirigit, & quasi manu tenet in omni via,
ne erret. Quam cum anima experitur, lætatur maxime tali du-
Sap. 13. ctore. Quam rem experiebatur, qui ait. Et lætatus sum in om-
nibus, quoniam antecedebat me ista sapientia. Et merito ait,
lætatus sum in omnibus, quia is, qui hac diuina luce illustratur,
in omni euentu lætatur, intelligens in omnibus diuinam ad-
esse dispositionem, quæ vniuersa in bonū ipsius dirigit. Immen-
Apo. 2. sum hoc bonum est. Est calculus candidus, & nemo scit, nisi
qui accipit.

Sed rogas forsan. Quomodo ego huc potero peruenire, &
hæc quinque talenta accipere? Certe donum hoc eius propriū
Mat. 5. est, qui mundum cor habet, de quo dicitur. Beati mundo cor-
de quoniam ipsi Deum videbunt. Non solum mundus corde
in alio sæculo Deum videt, sed & in hoc quodammodo videt,
cum eius ductum experitur, & testimonium in se fidei habet
Aug. excellens, ac si videret iam. Vnde præclare Augustinus ait. Di-
cit gentilis Christiano, ego ostendo tibi Deum meum, quia so-
lem, vel lunam colo, ostende tu mihi Deum tuum. Ego, ait Au-
gustinus, ostendam tibi Deum meum, sed videri non potest,
nisi à mundo corde, munda cor, & videbis Deum meum, quia
beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed for-
san dices. Donum hoc, quod per quinque talenta significatur,
iam in mundo non est. Absit, imo vero est, & multis perfectis
nunc conceditur. Cura ergo cor mundare, & hæc talenta per-
cipies. Mundum profecto id est, quod sæpe homines vitam, & vni-
uersa alia periculo exponunt, vt aliquid consequi valeant, quo
adeo

A adepto putant, foeliciter ipsis viuendum. Et serè nullus est, qui
velit cupiditates relinquere, vt hæc quinque talēta accipiat, qui
bus acceptis vitam foelicem degeret, quæ iam cęlestis est, & ple-
na iubilo.

Alius vero duo talenta accipit, qui scilicet, diuinorum cog-
nitionē accepit, non in intellectu speculariuo duntaxat, sed & in
practico, qui ordinatur ad opus, & sic intellectu, & voluntate
ornatis, duo talenta suscipit. Hoc orat Paulus, cū ait. Det vobis
Deus spiritū sapientiæ, & reuelationis, in agnitione eius, illumi-
natos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis ei-
& quæ diuitiæ glorię hereditatis eius in sanctis. Agnitionē intel-
lectus, & cordis oculos illuminatos dicit, hæc duo talenta sunt.

B Hæc duo talenta accepisse fideles, Ioannes ait. Scimus, quoniā
filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum
Deum, & simus in vero filio eius. Ecce duo talenta, cognosce-
re Deum, & esse in Deo. Eadem duo talenta Psaltes receperat,
cum ait. Et meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuavi ma-
nus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Hi sunt, qui semen Dei re-
cipiūt in corde bono, & reportant fructū trigessimū, sicut primi
in corde optimo, & referunt centesimum.

Qui hæc talenta acceperūt, operati sunt, & lucrati plurimū, &
ideo in Dei gaudium admissi. Qui enim iustus est, iustificetur
adhuc. Operari enim iustus debet, & dicere cū Paulo. Ego non
arbitror me comprehendisse, sequor autē, si quomodo compre-
hendā. Sicut in stadio sistendum non est, donec cursus perficia-
tur. Hinc Sapiēs. Anima operatiū impinguabitur bonis. Et ite-
rū, bonorum laborum gloriosus est fructus.

Alius verò vnum accepit talentū, qui scilicet, diuinorum cog-
nitionem speculariā affecutus est duntaxat. Qui minimū ac-
cepit à Deo, accepit naturalem cognitionem, qua si bene vtetur
tur, acciperet diuinum lumen. Sed qui fidem accepit, si eam so-
lam habeat, vnum habet talentū in intellectu, nihil vero in cor-
de, & ideo licet diuina agnoscat, nihil proficit. Illi vnum talen-
tum acceperant, ad quos Moyses ait. Vos vidistis vniuersa,
quæ fecit Dominus in Aegypto, signa illa portentaque in-
gentia. Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & o-
culos vidētes, & aures, quæ possent audire, vsque in presentem
diem.

Esa. 6. &
Acto. 28.

diem. De his etiam Esai. ait. Aure audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non perspicietis. Incastratum est enim cor populi huius, & auribus grauerunt audierunt &c. Hi vero dicuntur videre, & non videre, audire, & non audire, intelligere, & non intelligere. Sicut enim homini oculus datus est, vt videat colores & vt gressus dirigat, qui primum præstaret, & non secundum, & videre, & non videre diceretur. Huius modi est cognitio peccatorum, qui ideo videntes, & cæci dicuntur, quia licet videant, quæ recta sunt, sed gressus non dirigunt in viam pacis. Quo cōtra Psaltes ait. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē femitis meis. Mirum profectō atque stupendum est, videre hominem vno talento præditum, qui fidem habet æternorum, & ita operatur, ac si nihil crederet, fidelis intellectu, et hinc nō dubitibus. Hoc vero præcipue mirandum est inueniri in fide nostra, quæ summa, & infinita proponit homini, quibus nihil cōmoueri stupendum plane est. Quis enim æterna gloria, & immensa æternis, & immensis cruciatibus non moueatur? At peccator ita se habet, ac si crederet nihil. Hinc aliqui putauerunt, fidem in peccatore non esse veram, sed id hæreticum est. Sed certū est malitiam maximam in eis esse, qui veritatem Dei tantam iniustitiam detinent, ideo cura, vt ad voluntatem perueniat lux &c.

In com.

Conci. I. In communi Doctorum.

Vos estis lux mundi &c. Mat. 5.



B

NUMERA mala sunt ea, in quæ homo incidit, dum peccauit: exteriora corporis missa faciamus, nec enim mala grauiora sunt, interiora grauius consideremus, quæ à sanctis patribus tria præcipua numerantur, corruptio appetitus, voluntatis infirmitas, ac debilitas, intellectus ignorantia, & cæcitas. Hæc tria mala ad viuum expressa nobis fuerunt in eo, qui descendens ab Ierusalem in Ierico, incidit in latrones? Primum eius vulnera ostendunt tumentes appetitus plagas prona ad malum ab adolescentia sua. De quibus vulneribus loquitur Psaltes. Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Ponderat & merito Augustinus summam appetitus nostri corruptionem, cum deordinetur non à ratione solum, sed & à se ipso, quod in alijs brutis non contingit, quæ cum conuenientia appetitui sumperunt, suis contenti sunt, nec amplius capiunt. Non sic homo, sed appetit quod appetitui conuenit, & quod non conuenit, in cibis, venereis, & in omni denique luxu. Secundum apparet in eo debilitas virium tanta, ac imbecillitas, vt femiuuius relictus sit, non valens incedere, aut remedium proprijs viribus quære, adeo enim debilis natura nostra relictæ est, vt ad naturalia omnia præcepta, collectiue vt dicunt Theologi, implenda vim non habeat. Nec verò vt appetitui resistat. Vnde Paulus. Non quod volo bonum, hoc ago. Ita debilis tadem, vt clamet. Domine vim patior, responde pro me. Tertio adeo cæcus effectus est, vt remedium petere nescierit à sacerdote leuita, vel à Samaritano prætereuntibus, sed & illos prætereuntes non fuerat intuirus: vnde Psaltes. Lumen oculorum meorum & ipsum

Luca. 10.

Psalm. 37.
August.Rom. 7.
Esa. 38.Psalm. 38.
Eccles. 11.

Sanct.

Ccc

non

non est mecum, Et tenebre peccatoribus concretae sunt, comparatus homo est iumentis insipientibus?

Psal. 48.

Hæc verò tria mala, non in figura, sed re ipsa in primo peccatore videre licebit Adamo, scilicet, cuius appetitus sic inordinatus est, ut ipse se ipsum erubuerit adeo pauper ac debilis relictus, ut indumentum, & defensionem folia ficus assueret. Ita denique cæcus, & yperaret, se Deum posse effugere, & à facie illius abscondi. Huic homini dicitur Apocalypsis

Apoc. 3.

3. Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius ego, & nescis, quia tu es miser, miserabilis, & pauper, cæcus & nudus.

Luc. 10.

Indiget homo hic Samaritano, qui oleum, vinum, & nummos ei præstet, ducatque in stabulum. Oleum in lumen contra cæcitatem, vinum mordens vlcera, ut sanet corruptionem appetitus, quasi sal, nummos & vehiculum in infirmitatis auxilium

In hoc ergo Christus è cælo in terram descendit, ut esset sal appetitui nostro, in corruptionis remedium, lux intellectui, ut tenebras & ignorantiam pellat, ciuitas refugij, in imbecillitatis, & infirmitatis auxilium. En Christum factum sal, lucem, & ciuitatem super montem positam: Vix hæc tria videre, Audi Psalterem Psalm. 30. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Illuminatio intellectus contra tenebras, salus contra vulnera appetitus, protector vitæ contra debilitatem. Quomodo hæc omnia gratia sua perfecit, & quotidie in omni homine gratiam recipiente perficiat, facile est videre. Fuit, estque sal mundi in appetitus inordinati remedium, hinc Paulus, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Qua ratione dicitur vetus homo noster simul cum eo crucifixus, quia nobis gratiam dedit, qua facile inordinatum appetitum frenare possimus, rationique subijcere, Fuit, estque mundi lumen contra tenebras ignorantie, ego sum lux mundi, & sedentes in regione umbræ mortis lux orta est eis. Tenebras depulit errorum, idola deiecit, viam veritatis ostendit. Fuit munita ciuitas supra montem posita, in qua protegamur, ciuitas refugij, ad quam confugiamus. Psalteres, Benedictus Dominus, quoniam iustificauit misericor-

Psal. 30.

Rom. 7.

Rom. 6.

Ioan. 9.

Matth. 4.

Psal. 30.

ricor-

A ricordiam suam mihi in ciuitate munita. De qua re Esaias, sic ait. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ & serutum exultationis residuo populi sui, & fortitudo reuertentibus de bello ad portã. Fugisti à bello, terga dedisti inimicis pre infirmitate, non te franget ista res, en Christus fortitudo est tua, noli timere, iterum in hostes irruet, adert tibi Christi virtus.

Esa. 48.

Nec verò nomina hæc lucis, salis, ac ciuitatis sic vindicare sibi voluit Christus Dñs, ut ea suis non concederet, imo voluit homines sibi socios in opus cõuersionis mudi assumere, qui illa nomina vsurparent, essentque lux, sal, ciuitasq;. Ad quos hodie loquitur, qui dicere possunt illud Pauli, Dei adiutores sumus, quod quanta dignitas sit, ex eo perspicui potest. Quantum

I. Cor. 3.

B gloriaretur creatura, per quam Deus ut causam secundam cõstituta creasset, quæ diceret cum diurna sapientia, licet non æque, suo tamen modo, quando præparabat cælos aderam, quando certa lege, & gyro valabat abyssos quando ætra firmabat surum, cum eo eram cuncta componens. Multo vero excellentius est hominem cum Deo cooperari ad gratiam conferendã quæ multis nominibus excedit omnem naturam. Vnde sicut est in cælo suprema hierarchia, conctans Cherubinis Seraphinis & Thronis, à quibus omnis illuminatio prouenit ad inferiores Angelos, sic in Ecclesia constituit supremum ordinem hierarchicum, ex his, qui seraphini sunt alios incendentes, qui ideo sal dicuntur, & Cherubini, alios illuminantes, qui sunt lux & throni firmi, atque stabiles, dum sunt ciuitas supra montem posita.

Ad hos ergo loquitur hodie, & ait, vos estis sal terræ. Per salẽ, sapietia significatur, & omnimoda vastitas, atq; destructio, sic hæreticorũ & proditorum domos & agros sale seminare iudices solent, ut fructum nullum referant, nec vulgarem quidem herbã. Cũ ergo suos sal terræ Christus appellet, significat, sapietiam per Apostolos prædicandam, condemnare mundum tanquam proditorem in Deũ, dãnareq; leges eius, efficareq; in his quibus sal istud spargitur, ut fructũ mundi amplius non producant. Hinc Sopho. 2. Prædicentis vastationem Moab ait, vno ego dicit Dominus Moab ut Sodoma erit & filij Amon, quæ

Sopho. 2.

Gomorra, siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum usque in æternum. Pulchre ait Hieronymus, dicit viuo ego, ad distinctionem mortuorum Deorum se viuentem dicit. Vt Sodoma erit, id est, funditus vastabitur, siccitas spinarum, id est, vrbes magnæ relinquentur deserta, vt sint siccitas spinarum. Et acerui salis, id est, terra copioso sale seminata, omnino infrugifera. Cum ergo ait, vos estis sal terræ, illud significatur, quod alibi dicitur, arguet Spiritus sanctus per Apostolos mundum de peccato, de iustitia, & iudicio, condénabit eum, quod peccatum operatus sit, quæ est negatio in Deum altissimam, simul vero leges mundi damnabit. tanquam Dei legi contrarias, & illam maxime legem, de qua Paulus. Video aliam legem in membris meis, efficietque hoc sal per mundum sparsum, vt peccatum amplius non fructificet mundus. An non hæc operabatur, qui dicit, ergo debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus? Et Iacob 3. Adulteri an nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur, an putatis quia inaniter scriptura dicat, ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? Quod est dicere. Zelo zelatur Deus, cum nos videt aliam legem sequi, præter eam, quam ille nobis tradidit, alium Dominum præter eum. Hoc etiam sale efficitur, vt caro nostra Deo subijciatur, nec fructus proferat carnis & opera eius. Hinc Plaltes. Dedit terram eorum in sulfuginem, id est, infructiferam, destruit enim sal humidum terræ, eamque vrit. Sic vero aptissima terra redditur, pinguisimaque, vt diuinos pariat fructus: Sic enim Heliseus sale sterilitatem terræ abstulit. Hoc in mundo sale disseminato continuo tanta in illo mutatio facta est, vt innumeri castitatem perpetuam coferent, paupertatem amarent, renunciatis seculi vanitatibus. Carnis quippe mortificatio salii huic debetur, quod è cælo descendit. En quo modo appetitus vulnera hoc sale sint curata, hoc vino lota in salutem contra quod Ezechielis dicitur. In die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Solent nascentium corpora lauari, solent sale contingi, ait Hieronymus, vt ficciora sint, & restringuantur. Qui sale Christi conditus fuerit, & omnem

putorem,

putorem, humoremque noxium huius admixtione siccauerit, vltra non dicet, comp utraerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Hæc Hieronymus?

Quod si sal euauerit. Sal enim alia potest salere, sed illud nulla alia res potest salere. Si enim subditus peccat, corrigitur à prælato, sed si prælatus peccet, quis eum corripiat? I. Ier. 4. & 9. pro sacerdotis peccato plura offerri Deus præcipit, quam pro peccato aliorum.

Ad nihilum valet vltra. Ad quid enim vtilis erit sacerdos malus? non est bello aptus? vt miles, non est agris colendis idoneus? vt agricola, non negotijs peragendis vt mercator. In labore hominum non sunt, quia hominum aliorum officijs, nõ vacant, si suo non incumbunt, ad quid apti erunt? Hinc Bernar

Bdus in declamatione singulari super illud, ecce nos reliquimus omnia, dicit. Expellendos esse ab omni ordine hominum iustorum. Dicit enim agricola ad meum statum hic non pertinet, quia agros non excoluit, simile quid dicit omnis artifex. Quid ergo restat, nisi quem omnis ordo repellit, illum suscipiat locus ille, in quo nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Insuper & hic conculetur ab hominibus. Deut. frater iubetur accipere fratris vxorem relictam sine liberis, quod: si ei nubere nolit, discalcietur, & expuatur in facie eius, quod erat summe ignominie Iudeis, diciturque, sic fiet homini, qui nõ

ædificat domum fratris sui. Fratres Christi esse eius discipulos, testatur ipse, qui eis talia mandat. Vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Eorum vero

successores prælati in eorum sunt loco, quibus suscitanda solibus caletis demandata est cura, quod si id negligant, conculentur ab hominibus, & in eorum faciem expuatur qui a seculo fratri Christo non susceperunt. Hoc ipsum Malachia dicitur. Vos autem (sacerdotibus loquitur) recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Ecce sal cõculeatũ cõtemptibile, & humile. Hinc de filijs Heli, sacerdotibus, quos reiciebat, ait Dominus. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hinc sacerdotes, qui olim præferebantur imperatoribus, iam vtili loco habentur,

Sanct.

Ccc 3

Vos

Ante *Vos* *estis* *lux* *mundi*. Contra ignorantia, & peccatoru tenebras. Posuit Deus in homine lucem naturalem, insuper & gratia lumen excellentissimu, sed obscuratu est insipientis cor peccatorum tenebris. Hinc mundus plenus fuerat erroribus, tum circa Dei cognitionem, cum idola coleret, tum in moribus perditissimis. Venit Christus, vt diximus, vt lux mundi esset, qui spem coluina ignis mundu illuminas, ac calefaciens, ductusq; nos per desertu mundi huius in terra promissam. Sed & homines lucem esse voluit, qui ea prediti luce essent, vt mundum illuminarent. Quod late ostendit Paulus. 2. Cor. 3. dicens. Ministros noui testamenti maiori lumine prditos qua Moyses, qui idoneos, inquit, nos fecit ministros noui testameti, no litera sed spiritu. Et infra. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministeriu iustitie in gloria. Si ergo Moyses legem ferens, lux populi Israelitici fuit, splendente facie eius, multo magis doctores noui testamenti, legem promulgantes. Euangelicam, lux sunt mundi. Quod manifesta experientia comprobatur, cum doctrina sua errorum tenebras depulerunt, idola deiecerunt, mores perditissimos correxerunt.

Exo. 13.

2. Cor. 3.

Ephe. 5.

Ephe. 5.

Ephe. 5.

Sed ais, ego filius lucis sum, idola no colo, vera luce perfusus sum fidei. Adhuc tibi vnum deest, vt ambules sicut filius lucis. Vt filij lucis ambulate, fructus vero lucis in omni sanctitate & bonitate, vt Paulus ait. Si peccatores adhuc tenebre in te sunt, nam in tenebris ambulat, qui peccauerunt a Domino, & sapiens ait, stultus in tenebris ambulat. Accede ergo ad Christu & ad sanctos, vt illumineris, quia lux illi sunt mundi. Lucem cubiculi eam dices, vel huius Ecclesie, que eam omnino illuminat, & ostendit omnia, que in ea sunt, Christus Dominus, & omnis iustus, qui lux mundi est, ostendit verbo, & exemplo vanitatem omniu eorum, que in mundo sunt. Vis nosse eoru que in mundo sunt veritatem, valore verum, pretium certum? accede ad Christum, & ad eos, de quibus ille ait. Vos estis lux mundi, lux enim omnia manifestabit, omne enim, quod manifestatur, lumen est, ait Paulus, id est, lumine aliquo manifestatur. Quis vnquam certum de re aliqua iudicium habet, nisi ad tenebras accesserit. Nonne magis ad lumen, quo eam rem intruatur, ac cognoscatur? Audi ergo Paulum ad quosdam dicentem, era-

tis

Atis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino. Peccator ergo tenebra est, iustus lux, quis ergo vt iudicium certum de re aliqua habeat, ad peccatores declinet? an non illi tenebre sunt? ad iustos ergo, & sanctos nobis accedendum. Iudicium ergo prauorum, iudicium mundi omnino falsum est, caue ne illi consentias. Iudicare vis de diuitijs, honoribus, voluptatibusque seculi, quanti habenda sunt, vide quanti ea Christus habuit, quanti iusti, qui lux sunt, si vis ab eis illa omnino despecta, & pro nihilo habita, si recte iudicare vis, ea nihil reputa, sola enim celestia plane magna sunt. Vide, ne forte & de te dicatur, dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem erant enim eorum mala opera, & omnis, qui male agit, odit lucem, & non venit ad illam, vt non arguantur opera eius.

Ioan. 3.

B Sed audi, qualis lux Christus fuerit, & sanctus quisque nec accedit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabru, vt luceat omnibus, qui in mundo sunt. No solu Chrs dñs sol dicit, sed lucerna. Sol enim illuminat mundu, sed nullo labore, nulla defectione sui, lucerna vero, sic illuminat, vt consumatur, & omnino deficiat, vt luceat nobis. Sic illuxit nobis Chrs Dñs ex crucis candelabro, consumatus, vt Paulus ait, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. Consumatus dicitur, non solum quia perfectus, sed quia in cruce se ipsum consumpsit, vt lucerna consumitur in candelabro ardens. Sic & omnes

Heb. 5.

C sancti nobis lux erunt consummati, vitam, sanguinem, labore que multu ponentes, vt nobis lucerent. Ideo de eis Esai. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Sicut enim nubes, vt terram irriget, consumitur, deficitque, sic in hoc opere sancti omnes no facultates solum, sed labores plurimos, & vitam denique posuerunt. Multihodie in dignitatibus lucere gaudet, sed soli similes esse volunt, sine sui tribulatione, & defectu esse lucet, & dignitatesque capiunt, non vt deficient, sed vt sint amplius, & proficiant, non hi lucere solum. Vis praeclaras videre. Lucet illas Audi Paulum: iurato quod Deus nos. Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Sicut obgnantur arites occidendi, & cum maculis continuo ducendo, sic cum quipiam Apbstolus signabatur, occisionem destinabatur. Ad Esti-

Esa. 60.

1. Cor. 4.

Psal. 43.

lucis. Sicut enim nubes, vt terram irriget, consumitur, deficitque, sic in hoc opere sancti omnes no facultates solum, sed labores plurimos, & vitam denique posuerunt. Multihodie in dignitatibus lucere gaudet, sed soli similes esse volunt, sine sui tribulatione, & defectu esse lucet, & dignitatesque capiunt, non vt deficient, sed vt sint amplius, & proficiant, non hi lucere solum. Vis praeclaras videre. Lucet illas Audi Paulum: iurato quod Deus nos. Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Sicut obgnantur arites occidendi, & cum maculis continuo ducendo, sic cum quipiam Apbstolus signabatur, occisionem destinabatur. Ad Esti-

Ccc 4

Nemo

- 1. Thef. 3.** Nemo moueatur in tribulationibus, scientes quod in hoc positus sumus. Qui praelatus lucerna esse vult, non sine labore illuminet, sed in hoc opus substantiam, vires, & animam ponat, dicatque cum Paulo. Ego autem libentissime impendam, & superimpendar pro animabus vestris. Vis videre praelatos tunc res solis more? Eos attende, de quibus Christus ait. Qui alligat onera grauiora, & importabilia super humeros hominum, ipsi vero nolunt ea vel digito tangere, qui lucent pretiosa veste, & supellectili, vel domo perampla, & ornata regio; cibo, qui vt superius ascendere possunt in primas cathedras, hominibus obsequuntur.
- 1. Cor. 12.** Poluerat Moyses Dei iussu in tabernaculo. Cherubim duos, qui propitiatorium intuebantur, seque ipsos, nihil vero aliud, sed ad horum exemplar, Salomon in templo alios duos posuit Cherubim aspicientes in templum exterius. Sic enim scripsit ait, ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versus ad exteriorem domum. Praelati enim a Deo constituti, ac electi solum Deum conspiciunt, eiusque gloriam intuentur, seque ipsos considerant. Sed qui hominum favore, & intercessione constituti sunt, ad quos Dominus, principes exierunt, & non cognoui, hi ad exteriorem domum per quam ingressi sunt, respiciunt ad homines scilicet, quorum intercessione ipsos ad assumpti sunt, vt eis morem gerant, vt in altiora assumantur, non in nihil redigi volunt, sed in ampliora proficere. Hi lucerna esse nolunt.
- 104. 5.** Hi quidem lucent verbo, non opere, & exemplo, lucent quidem, sed non ardent, contra quod de Ioanne dicitur, ille erat lucerna ardens, & lucens, prius ardet quam luceat. Quia vero hi ardere nolunt, quam lucem verbo dant, opera extinguunt, itaque lux non lucens, nec proficiens, sed potius que in scandalum est. Et hinc innumera reipublice mala, & nox tenebrosa. Hinc Psalter. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae silue, catuli leonum rugientes. & c. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collabuntur, exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Tenebre ergo bruta animalia soluit, libereque vagari permittunt, sed lux caecat, & veluti vinetis, & carere com-

- A** stringit, hominemque ad opera sua mouet. Non omnes qui a foris homines apparent, homines sunt, quidam namque ferarum more viuentes lupi rapaces sunt, leones tigrides, hi omnes noctis tenebris obuoluti, vias suas peragunt: in tenebris ambulant, qui peccauerunt a Domino. Sic Adam, cum peccauit, in umbra, vbi condensa erant paradisi, absconditus est, abscondi, inquit, me, implens illud Iob. 7. Sicut seruus desiderat umbram, seruus fugitiuus vt ab hero abscondatur, umbram quaerit, sic intelligit Aug. & legit verba illa Iob. Hinc etiam Dauid cum peccator esset, ait, Dixi, forsitan tenebrae conculcabunt, me & nox illuminatio mea in delictis meis. Hinc adulterium celare curauit tot ingenijs, artibusque. Sic & iuuenis ait, Eccl. 23. Quis me videt? Tenebrae circundant me, parietes coopriunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus. Et non intellexit, quoniam omnia videt oculus illius. Iuuenem ad viuum exprimit, qui nocte in peccata procedit, illa in corde suo dicit cum a nullo hominum videatur. Haec sunt Aegypti palpabiles tenebrae, quibus vt catena constricti tenebantur Aegyptij, vt mouere se non possent, licet horribilibus auditis commouerentur, vt dicit Sapiens. Peccator enim horribilia audit, minimaque terribilis Dei, sed peccatorum tenebris tenetur ligatus. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Sunt ergo praelati lux mundi solque, vt exulare faciant peccatores, vt vitiorum horrenda monstrata in caernas terre proieciant, vt bruta animantia abigant procul, efficiantque, vt homo egrediatur ad opus suum, vt virtus in publicum procedat, vt ratio dominetur. Maximam vero argumentum est, defecisse lucem istam, quod videmus plurimam vitiorum, vt ita dicam, bestialitatem passim grassari, publiceque dominari. Quid enim in communi hominum conuictu videmus iugiter, ac audimus, nisi bestiarum potentia, si bila serpentium, rugitus leonum, hinnitus equorum, nec audet virtus, ratioque in medium procedere. Ex huius luminis defectu provenit, vt superbus leo vindictae cupidus, currat, discurratque, velociter huc, illicque, lupus avarus infatigabilis, nunquam dicens sufficit, cursum peragat suum, vulpes astuta decipiens preualere, inhonestus versus vagetur. Et hinc demum

Gen. 3.

Iob. 7.

Psal. 138.

2. Reg. 11.

Eccles. 23.

Sap. 16.

Psal. 118.

Psal. 13. prouenit, illud *Psal.* omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Huius luminis defectus efficit, vt veritas in plateis corruat, vt virtus, nisi in angulo domus, exerceri non possit.

Apoc. 1. Sed quo loco lux Ecclesie poni debet? *Certe super candelabrum* hæc ponitur lucerna, idest, super Ecclesiam. Sic *Apoc. 1.* per septem candelabra intelligit Ioannes septem Ecclesias. *Exod. 25.* præcipit candelabrum fieri, cum septem lucernis, & *Zachariæ. 4.* videt simile candelabrum, quia vna est Ecclesia complectens omnes Ecclesias, quæ septenario numero significantur. Hieron. ait super Zachariam. 4. Sicut candelabrum est lucis vehiculum, sic Ecclesia est columna veritatis, in qua sola est lux à Christo proueniens, cætera omnia occupant tenebræ.

Esa. 69. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, lux tua, atque lucerna *Esa. 69.* Nec mysterio vacat, quod Ioannes videt candelabra aurea, & *Exo. 25.* candelabrum de auro purissimo effici mandatur, quod idem *Zachariæ. 4.* dicitur. Non solū vt Ecclesie excellentia monstraretur, quæ reliquas excedit congregationes, tanquam aurum reliqua metalla, sed vt ostendatur, quod sicut aurum igne perficitur, sic Ecclesia tribulatione. Aurum, vt *Plinius* dicit lib. 33. c. 3. igne proficit ad bonitatem, quo sæpius arserit purius est, & huic vno in igne nihil deperit, atq; inde præcipua gratia huic metallo tributa est ab hominibus: sic Ecclesia igne tribulationis profecit ad virtutem & nihil illius deperit hoc igne, imo sic

1. Pet. 2. aucta mirum in modum est propter martyres. *1. Pet. 1.* vt probatio fidei vestræ multo preciosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur. *Exod. 25.* dicuntur hæc candelabra ductilia,

Exo. 25. idest, elaborata malleo, & crebris ictibus, quod ad Ecclesie pertinet persecutiones, his enim illa elaborata est. Et iisdem elaboratur quælibet fidelis anima, vt lucernam Christum tenere possit. Super hoc candelabrum ponitur prælatus vt lucerna lucet, quando Ecclesie præficitur. Qualis vero ille esse debeat, eo solo verbo satis ostenditur, cum dicitur poni super candelabrum. Ad quendam Paulus ait, vt scias quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, quid obsecro ei dicitur, qui non solū conuersari, sed præ esse debet in domo Dei.

1. Tim. 3. Sed iam videamus postremū quod initio proposuimus, scilicet,

reme-

A remediū imbecillitatis, & infirmitatis nostræ. *Nō potest ciuitas abscondi supra montē posita.* Ciuitas munita turrisq; firma infirmis prælatus esse debet, & vt hoc munus præstet, supra montē posita esse debet. Sūt enim ciuitates in valle edificatæ, quæ omnino facile abscondūtur. In valle ciuitatē suā edificat, qui super appetitū suū, super cordis desideria ciuitatē, aut domū statuit, super arenā, nō super firmā petrā. Hic ciuitates extruxerūt suas habitatores vallis pinguiſſimæ, Sodomitæ, scilicet, & Gomorrej. Adeo vero paruum, & humile hoc edificiū est, adeo absconditū vt his Dñs dicturus sit, nescio vos. Quod si Dei oculus hos nō videt, quis videat? Nihil hi sunt, nihil in eis, quod perspici possit, quid enim magnū habet homo hic, quo careat brutū? Tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt cōtumelijs afficiat corpora sua. Caue miser, sensualitas tua decepta est, decipitq; te, ac allicit, vnusquisque enim tētatur à cōcupiscentia sua abstractus, & illectus. Qui nosset innumeras miseras, in quas Adā incidebat comedēs pomū vetitū, quod ei præstabat Eua, an nō ad eū clamaret, caue Adā, Eua decepta est, & te decipere tentat, sic profecto clamādū est spiritui, quæ appetitus tētatur ac allicit, caue miser, infinita te manēt mala, si appetitui obedieris. Ne ergo ibi edifices domū, & ciuitatē tuā. Alij vero ædificāt super montē, super rationē, super Christū. Horū ædificiū pulchrū, spectatu dignū, abscondi nō potest, hi supra firmā petrā ædificāt. Multas huiusmodi ciuitates proponit nobis indies singulos Ecclesia, vt earū contēplemur magnalia. Huiusmodi est Beatus. N. cui

B mira quæ enarrare sufficiet? Vere fuit ciuitas illa magna, quam Ioannes Apocalypsis. 2. i. vidit, cuius muri ex auro purissimo, portæ, & fundamenta pretiosæ margaritæ, & in medio eius arbor vitæ, fructus duodecim ferens per singulos anni mēses, & folia eius ad sanitatē gentiū. Huiusmodi prælatus esse debet, ciuitas refugij, omnibus ad eū cōfugientibus, auro gemisque ornatus, nō extrinsecus solū in sacerdotalibus vestimētis, sed multo potius intrinsecus, vbi nihil debet esse, quod non sit aurum purissimū, gemma sit preciosissima. Cor eius arbor vitæ esse debet, verba eius, quæ folia sunt, ad sanitatem gentium, fructus eius nimis, nullo tempore deficiens. Erit tanquam lignum, quod plantatum est super decursus aquarum, quod fructum

suum

Mat. 25.

Rom. 1.

Iacob. 1.

Apoc. 21.

Psal. 1.

suum dabit in tempore suo, & solium eius non defluet, & omnia quae cunque faciet semper prosperabuntur. Sicut ergo minora oppida in ciuitatem veniunt, cum bellum inimicorum imminet, & vt medicamina accipiant, medicum consulant, & vt sibi escas, vestimenta, & omnia ad vitam necessaria coemant, talis praelatus sit, oportet, vt ad eum accedant subditi, tentationis tempore, quando bellum perurget, ibi quiescant quasi in munito loco, in eo vniuersa sibi necessaria subditi inueniant quasi in ciuitate. Sed & tu cum te tentari senseris, ad hanc prospera ciuitatem, ad Christum videlicet primum, dicesque cum

Psal. 30. Psalte. Benedictus Dominus, quoniam misericordiam suam mihi in ciuitate munita, expertus enim diuinum auxilium, cum ad Christum accesseris, ea in verba prompseris. Tibi etiam accedendum est ad eum, qui in terris tibi est sal, lux ciuitas supra montem posita, ad confessarium, scilicet qui in his consulendus est, quando indigueris medicina in morbis, quando vestimeto vt induaris, omnia denique tibi querenda in Christo sunt, & in eo, qui eius vices in terra gerit. Demum ait Dominus.

Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona &c. Ostendit Dominus non verbo solum eos oportere docere mundum, sed opere, atque exemplo, alias enim doctor similis erit lucifulguris, quod cum praesens est clarescere facit aerem, sed continuo obscurior reddit, quam antea fuerit. Hac ratione primum curandum est, exemplo, & opere alios illuminare. Hinc Psal. bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me. Primum bonitatem postulat, quam disciplinam, & scientiam. Sic & Petrus, praelatus constitutus interrogatus, diligis me plus his? Ideo ascende in motem tu qui euangelizas Sion, prius enim vita eminere debes, quam doctrina. Hinc cum daturus Dominus legem in motem Synai descenderet, primum mos cepit fumigare, & ardere Dei praesentia, deinde buccina audita est paulatim crescens. Arde ergo primum charitatis igne, & deinde tuba resonet praedicationis. Opere comprobata, facile esse factu, quod verbis nunc doces. Virga namque Moysi cum manu tenetur, virga est, cum proicitur, serpens apparet. Cum enim quae praelatus praecipit, ipse opere complet, manuque tenet, mandatum eius vim habet in virga est aequitatis, sed si manu non tenet, serpens est, quem ceteri horrent.

Simile.

Psal. 30.

Psal. 118.

Ioa. 21.

Esa. 40.

Exod. 19.

Exod. 3.

Ahorrent, Sacrificandi animalis peccatus, & brachium dextrum sacerdoti dari in lege praecipitur, sacerdotis enim est, cor sapiens, & operatiua virtus. Bis Christus Dominus panibus paucis multos paut, sed prius panes manibus accipiens, benedixit eis. Doctrina praelati panis est vitae, sed vt omnibus vsque ad satietatem sit, manibus praelati accipienda est. Hinc Paulus imitator eius, qui cepit facere & docere, ait. Non audeo, aliquid loqui eorum, quae per me non effecit Christus. Optime exhortatur doctor doctrina illa, qua ipse a Deo exhortatus est. Ideo Paulus. Exhortatus per exhortationem, qua exhortamur, & ipsi a Deo. Haec vero licet ad praelatos praecipue pertineant, omnibus tamen fidelibus dicta sunt. Parentes filiis sicut exemplo, non verbo solo, & tandem omnis fidelis ceteris exemplo debet esse. Ideo Philippen. 2. Omnia autem facite sine murmurationibus, & haesitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauae, & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentia. Sic vero fiet, vt exemplo tuo quam plurimos Christo lucreris ex fratribus, licet verbo eos non instruas, & sic ad iustitiam erudies plurimos, fulgebisque vt stellae firmamenti in perpetuas eternitates. Etsi ait Petrus, si felis mulieris conuersatio, vt si qui non credunt verbo per mulierum conuersationem lucrifiant, in omnibus: ergo te ipsum praebere exemplum bonorum operum vt glorificent patrem tuum, qui in caelis est, &c.

Ioa. 6.

Act. 1.

Rom. 15.

2. Cor. 1.

Philip. 2.

1. Pet. 3.

In com-

In communi Doctorum.

Concio Secunda.

*Thema. Qui fecerit & docuerit hic magnus
vocabitur in regno calorum. Matt. 5.*

Psal. 118.



Quia Dei opera magna sunt, quia magnus ipse qui fecit. Hinc Psa. Mirabilia opera tua & anima mea cognoscat nimis, id est summa consideratione illa intuebitur. Sed mirabilibus omnibus mirabilius est Ecclesia Christi, quæ a deo est inclyta, ut regnum cælorum merito dicatur. Quod

vero in hac republica præcipuum est, hodierno Euangelio declaratur, qui, scilicet, sint reipublicæ huius magnates, ac principes, de quibus Psa. constitues eos principes super omnem terram.

Psal. 44.

In omni republica quatuor sunt hominum genera. Primum eorum, qui vagantur per rempublicam, nec certum locum tenent, nec officio alicui addicti sunt, qui minimi in republica sunt, & licet ad eam pertineant, non tamen est eorum aliqua apud ciues æstimatio: Secundum eorum, qui labore suo, arte, atque industria rempublicam sustentant, huiusmodi sunt agricolæ, opifices omnes, & mercatores. Tertium nobilium, & illustrium virorum, qui armis, & potentia rempublicam tutantur, ac ab hostibus defendunt. Quartum principum ac magnatum, qui regi sunt propinquissimi, & reipublicæ præcipua pars.

Simili ratione in hac Christiana republica magna, primum genus hominum est peccatorum, quibus adhæsit sedes iniquitatis, qui in cathedra pestilentiae sederunt, qui à peccato superati, eius serui facti sunt, signatique caractere peccati, & nomine bestiarum, qui latantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Hos quidem, cum fidem non amiserint. Eccle-

sia

A si recipit, sed sunt in ea vagi, qui vulgo dicuntur, vagamundos. Primo eorum, qui hanc viam inijt, dicitur, vagus, & profugus eris super terram, certo loco non consistes. Et ille Gen. 4. ait, ero vagus, & profugus. Et ad eius imitatores dicitur Osee. 9. abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. Hi quamlibet exterius fulgeant, magnique in temporalibus sint, tamen in Ecclesia minimi censentur, periplemastercusq; huius reipublicæ sunt, ad nihilam deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat. Malignum dicit non quemlibet peccatorem, sed qui peccati statum habet, cuius cibum peccatum est, qui illud putat honoré. De his Paulus, eratis sine Deo aliquando in hoc mundo, seruitutes desiderijs vestris. Vides vagantem seruum, & dominum habet, sed ei omnino non obedit, hunc dicit Dominum non habere, licet enim habeat, sic tamen se gerit, ac si non haberet. Ita hos sine Deo esse Paulus testatur, non enim amplius Deum reuerentur, quam si Deus non esset, sic eius præcepta transgreditur, ac si Dei præcepta non essent. Malac. 1. Si ego Dominus, ubi timor meus, si ego pater, ubi honor meus? Si ingrederetur quispiam ex gentibus hanc civitatem, audiretque clamantes, pueros, decem sunt Dei nostri mandata, non iurabis, non furaberis &c. cõuersusq; ad ciues audiret iuramenta innumera, videret fraudes plurimas, an non diceret, Deus horum aut ligneus, aut lapideus est, nihil enim curantur mandata eius, vel forte hi Deum non habent. Hi licet de Ecclesia sint, non tamen numerantur inter ciues. Ideo Psa. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Et deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur, nomina eorum scribantur in terra.

Secundus hominum status huius reipublicæ est eorum, qui temporalibus, secularibusque occupati sunt negotijs, sic tamen ut non relinquunt æterna. Ad hos Grego. in mirabili homilia. 36. propter quam solam meruisset doctoris Ecclesiæ nomen, & si aliud non scripsisset, ait ergo. Quid inter hæc fratres charissimi, nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis desiderijs æternis inhærere. Sed hæc paucis data sunt, admonere vos volo, ut relinquatis omnia, sed non præsumo, si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenetis

Gen. 4.
Ose. 9.

Psal. 14.

Ephe. 2.

Simile.

Mala. 1.

Psal. 115.

Psal. 68.

Greg.

quæ

quæ huius mudi sūt, vt tamē per ea nō teneamini in mudo. Sit ergo res temporalis in vsu, & æterna in desiderio, sit res tēporalis in itinere, desideretur æterna in fruitione. Notanda verba illa admonere vos volo, sed non præsumo, non audeo, omnes enim omnia deberent relinquere æternis auditis, sed saltem sic tene, vt nō tenearis, quod est illud. 1. Cor. 7. Tempus itaq; breue est, reliquū est, vt qui habent vxores, tāquā nō habētes sint, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Ad eos qui in mundo sunt hæc dicit Gregor. & Paulus. Hi sunt qui matrimonio sunt iuncti, quibus parcendum est cum Paulo, si temporalibus implicentur. Quorū figura extat Numerorum. 32. Ruben, Gad, & media tribus Manasse vidētes terram ante Iordanem vberem pascuis pecorum, precantur Moysem, vt eam illis in possessionem concedat. Quibus ille, nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Dicunt illi, non, armati pergamus ante filios Israel, donec introducamus eos in terram, quam eis pollicitus est Dominus. Quibus annuit Moy ses. Ita nunc, placet tibi vxor, negotium mundi huius, substantiæ acquisitio, delectatio aliqua temporalis, sic ista posside, vt pugnam contra vitia non deseras, si aliquando cecideris, & nimium fueris implicatus, surge postquam federis, qui manducas panem doloris, sic tandem transi per bona temporalia, vt non amittas æterna. Non reliquisti omnia cum Apostolis, aliqua relinque. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, mundauit eleemosyna, quod reliquum est in domo tua.

Luc. 11.

Tertius hominum status est religiosorum, & clericorum, qui nobiles sunt reipublicæ huius milites eam custodientes, quorum est, arma semper gestare in hoc opus, orationem, ieiunium, & cæteras corporis afflictiones, & vt huic operi assistant temporalium curam reliquerunt, quia omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Ideo non manēt ad sarcinas nec in via lassantur, sed cum Dauid ad hostes peruenientes militat, vincuntque inimicos.

1. Cor. 9.

1. Reg. 30.

Quartus status principum huius reipublicæ, de quibus hodie Christus Dominus. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Omnia cælestia magna, imo maxima sunt

A sunt, minor stella terram longe superat magnitudine. Et cum Ioannes adeo esset magnus coram Domino, adhuc ea, quæ in cælis sunt tanta sunt, vt qui minor est in regno celorum maior sit illo. Quid obsecro erit, magnum ibi esse in terra adeo magnos? Magnum enim in terra esse non magnum est, quia est esse magnum inter grana sinapis, sed magnum esse in cælo summū est, quia inter magnos est magnus. Victus cæli quotidianus etiam cui solus panis ibi conceditur, maximus est, sic quidam dixit Christo, Beatus, qui manducat panem in regno Dei. Si solus panis regni Dei beatum efficit comedentem, quid efficiet, cibus magnatorum, & mensa eorum, nisi beatissimū? Titulus iste magnus, in terra aliquibus concessus est, sed paucis, & his ob egregia facinora. Sic Alexander magnus dictus est, sic Pompeius, sic Constantinus. Si ergo magnus in cælo vis haberi, magna tibi faciēda puta, non enim paruis factis magnus eris. Sed obsecro, cuius animus non accenditur, vt magnus in cælo sit? Si tibi persuaderes, posse te in terra magnum esse principem quantam in hoc opus adhiberes diligentiam? Nosti verò, quod in cælo magnus esse potes, & torpes? Sed ais quomodo magnus esse possum? Audi, si de Moyse grandis factus, negauit se filium filij Pharaonis &c. Si mundum abnegares, & te ipsum, vt Moyse, si sal esses, si lux, si ciuitas, si faceres, & doceres, magnus esses. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Potes ergo in cælo magnus esse, hoc ergo cura, licet per ignē, & aquā transeundū sit. Sed audi, qualis hic esse debeat ille, qui magnus futurus est in cælo, Christus ostēdit, adjiciēs *Vos estis sal terra, lux ciuitas supra montē posita.* Antequā ad singula descendamus opere pretiū erit considerare, quomodo nomina, quæ Dei sunt, Christi q; propria, nobis tribuantur. Audi Ioan. Hæc est annūciatio, quā annūciamus vobis, quia Deus lux est, & tenebræ in eō nō sūt vlle. Et per appropriationē Christus lux dicitur, quia veritas, & sapientia patris est, inde torques se ille lucē appellat. Si ergo Dñe gloriā tuā alteri nō dabis, quomodo gloriosissima nomina tua hominibus tribuis? Sed te interrogo, quid magis mirādū est quod nomina sua nobis tribuat an quod nostra ille sibi assumat? Mirabile profecto commercium nomina sua nobis donat, nostra sibi sumit. Audi mirabile. Ait Sanct. Ddd Chri.

Matth. 17.

Luc. 14.

Heb. 11.

1. Ioan. 1.

Pfal. 21. Christus in Psal. Longe à salute mea verba delictorū meorum. **A**
 Sed quomodo vsurpare ille potest verba hæc, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius? Respondet Paul. Eū, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Nō solum Christus dicitur suscepisse peccata, sed factus dicitur peccatum, non peccator solum, sed peccatum, quod durius sonat. Qui ergo peccare nō potuit, quomodo peccati nomen assumit? Certè, quia omnia peccata mea sua fecit, vt soluat, & hostia fact^o est pro peccatis. Quid ergo Domine potius magni faciam? pro quo horum primas tibi gratias referam? quòd nomina mea acceperis, an quòd tua dederis? Vtique potiores ei debemus gratias, quòd nomina nostra suscepit, quòd peccatum, & hostia pro peccatis nostris factus dicitur, quàm quia nomina sua nobis dedit. Si cor **B** fidele nobis esset, filiorūque viscera erga Christum haberemus, summè nos affligeret, quod eū pro nostris excessibus pati videremus. Si pro filij excessibus pater publice vapularet, quando vocem præconis filius audiret, dicentis, vapulat hic homo, quia eius filius fur est, dolore disrumperetur, diceretque, in tantā ignominiam mei causa venit pater meus? Es ne obsecro Christi filius? Audis quomodò peccata tua luat? an non dices, ego Domine feci, vt in tantis malis esses, maledicta iniquitas mea, quæ hoc commeruit. Sed vnde ista prouenerunt? Hoc certè commercium inter nos, & Christum factum est, vt ille nobis donet bona sua, ac nomina inclyta, nos illi peccata, & miserias nostras. Quid mirum, ait Bernar. si quorum caro vna, vox vna? Impletum est in Christo, erunt duo in carne vna, ideo nomen vnum est nobis cum illo. Prius numerabis cæli stellas, guttasque maris, quàm bona à Christo Ecclesiæ comunicata. **C** glutinata est anima Ionathæ animæ Dauid, exiit ille vestimenta sua, quibus Dauid induit, qua de causa quis eum dilexit, vltra amorem maximum rationem aliam ne petieris. Quæ sint indumenta Christi, quæ eius bona, quæ gloria, quæ gratia, quis eloqui possit? Sed num illa sibi seruat soli? absit, induit nos vestibus illis nuptialibus, ad patremque loquens ait, pater sint hi vnum mecum, sicut tu & ego vnum sumus, videant gloriā meā induantur me ipso, accipiat gratiā à me. Hæc Christi curæ, hæc desideria.

Bernar.

Gen. 21

1. Reg. 18.

Ioan. 17.

A desideria. Beata tantę misericordiæ viscera. Sed vbi nunc diuitiæ istæ nobis à Christo collatæ? vbi indumeta hæc? vbi viscera misericordiæ? vbi in aduersis lætitiæ? vbi in Deū charitas? vbi libertas à demone, & passionib^{us}? An nō hæc omnia Christi dominus donauit? vbi ergo iā sunt? Offendis aliquādo in regione procul sita filiū illustrissimi viri, qui à patria tua profect^{us} est, videsq; eū sordida in veste eleemosynā petentē, vel porcos custodiētē, accedis ad eū, interrogasq; es ne tu filius illustris illius viri: nō audet ille præ verecūdia respondere tibi. Ais verò? ad eū, qua de causa adeo miser es! d quātū inter te & fratres tuos distat? imo inter te & seruos patris tui, veni mecum, reducā te ad patrem tuū. Ille verò ait nolo ad eū redire, est homo austerus, nō me finit pro arbitrato agere, ludo incubere, ideo esse cum illo nolo, ergo quia ille bonus est, & te bonū esse vult, ideo eius consortiū fugis. **B** O miser peccator, fili nō regis, aut principis, sed Christi, sed Dei, qua de causa, adeo miser es, pauper, & nud^{us}, quomodo porcos pascis? An nō sic Hierc. Israelitas alloquit. Nūquid seru^{us} est Israel? aut vernacul^{us}, quomodò fact^{us} est in prædā? Quis te seruū fecit, quis porcorum custodem? an nō tibi Christi gratiā promeruit? quomodò adeo pauper es d fili dissipator? reuertere in domū patris tui, si nō ppter eū, propter te, saltē quia mercenarij in ea abūdant panib^{us}, tu verò fame peris. Qua de causa putas tibi relictā miseriam tantā, & gladiū, quo anima tua cōfossa est, dū in peccato es, nisi vt ad eū reuertaris? qua de causa ad eū venire detrectas? an quia bonus cum sit, bonū te esse præcipit? Fieri ne potest, tibi solū esse oculos, vt videas, an vestis, an domus bona sit, nec videas, an anima tua recta sit? Quoties ait Aug. videns me peccati seruū, pro libertate suspirabā; tenebar vero in vitis, nō ferri catena, sed mea ferrea voluntate, dicebā verò, vsque quo Dñe obliuisceris me in finem, vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me? fraliquādo conuerti de deo, cur non modo? Sed singula iam nomina expendamus, quæ Christi cū esset, nobis ipse dedit. Vos estis sal terra. Doctrina est sanctorum omnium, doctrinam Euangelij saltem esse, sed doctori dicitur vos estis sal, (cum reliquis dicatur habete in vobis sal) quib^{us} sic debet esse sal conditus, vt versus videatur in saltem, debet enim, ita esse perfectus, vt alios perficiat, perfectorum enim est sibi similia generare, ita salitus, vt alios saliat. 1. Timothe. 1. Timo. 5.

Simile.

Hier. 29

Luca. 15.

Augu.

Marc. 9.

- Exo. 28.** nemo adoleſcētiā tuā cōtēnat, ſed exēplū eſto fidelīū. **Exo. 28. A**
 Cū in veſte ſacerdotis cāpanulas poni præcipit, addit, vt audia-
 tur ſonitus, quādo ingreditur & egreditur, ſanctuariū in cōſpe-
 ctu Domini, & non moriatur. Sonus iſte exemplum eſt bono-
 rum operum. Sal vero dicitur doctrina Euangelica, primo,
 quia ſicut ſal omnia condit, ſine quo ſunt omnia inſipida, nec
Iob. 6. apta vſui Iob. 6. Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt
 ſale conditum? Sic niſi vias ſecundum Euangelicam doctrinā,
 omnia tua erunt inſulſa, nobilitas, ſcientia, pulchritudo, & reli-
Pro. 11. qua. De pulchritudine dicitur Prouer. 11. Circulus aureus in
 naribus ſuis mulier pulchra, & fatua, ſic omnia bona naturalia
 ſine ſale hoc ſadantur luto, vt auris annulus in naribus ſuis, **B**
 abuteris enim ingenio in ſuperbiam, diuitijs in voluptates &c.
Leuit. 2. Ideo Leuit. 2. in omni ſacrificio offeres ſal. Doctrina namque
 Euāgelica omnia cōdit, oſtēdēs quomodo omnibus vſedū ſit.
 Sed nota, quod ſicut ſal diuerſū diuerſis reb⁹ dat ſaporē, cuiq;
 ſuum: ſic hæc doctrina diuerſis diuerſimode ſe aptat, & pro
Colof. 4. ſtatuū diu erſitate diuerſa mandat, pauperi patientiam, diuite
 eleemoſynam &c. Colof. 4. In ſapientia ambulate ad eos, qui
 foris ſunt, ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cōditus, vt ſcia-
 tis, quomodo oporteat vos, vnicuique reſpondere. Alia enim
 maioribus alia minoribus, alia ſuperioribus alia inferioribus di-
 cenda, alia vxoratis, alia religioſis. Qui præ eſt in ſolicitudine,
Greg. qui miſeretur in hilaritate &c. Mirè hoc Greg. præſtitit in ad-
 monitionibus. Sécundo ſicut ſal à corruptione præſeruat car- **C**
 nes, ſic doctrina Euangelica hominem. Sine hoc enim ſale om-
 nia tua non modo inſipida erunt, ſed & putreſcent, & fetorem
1. Cor. 9. dabūt. Caſtus es, adhibe tibi ſal, ne putreſcas, ſic ille, caſtigo con-
 p⁹ meū, & in ſeruitutē redigo, ne forte eū alijs prædicauerim, ip-
Eſa. 3. ſus repro⁹ efficiar. Vide ne forte accidat tibi illud Eſa. 3. Et erip-
 pro ſuaui odore fetet, quia enim hoc ſale te non cōdis, eueni-
2. Mac. 9. rē ſolēt illud 2. Mac. Ita vt de corpore impij vermes ſcaturirēt
 odore etiā illi, & fetore, exercit⁹ grauareſ. Et cū nec ipſe iā fetorē
 ſuū ferre poſſet &c. Sed anim⁹, quæ hic ſale nō adhibita feti-
 de ſūt, nū eū hoc fetore relinque⁹ ſūt? Abſit, aſperi⁹ ſal eis ad-
Mar. 9. ueniet, vt nemo fetore offēdat. Hinc Mar. Si ocul⁹ tu⁹ ſcādabūt
 zat te, eijce eū, præſtat luſcū introire in regnū Dei, quā duoſ ocu-

- A** los habentem mitti in gehēnam ignis, vbi vermis eorum nō mo-
 ritur, & ignis non extinguitur, omnis enim igne ſalietur, & om-
 nis victima ſale ſalietur. Cum dixiſſet, præſtare abſcindi ſcanda-
 lizantem oculum, quam igne tradi inextinguibili, reddit con-
 tinuū rationem, ſcilicet, non extinguetur ille ignis, quia ita
 oportet, vt ſator vitiōrum igne hoc tollatur, quoniā culpæ or-
 dinantur per pēnas, nec aliter poſſet tolerari ſator culpæ, ni-
 ſi adhibito ſale pēnæ. Quod vt explicet, ait, ſicut omni victi-
 mæ adhibetur ſal, ſic damnato in æternū ignis, hic eſt illius ſal.
 Victima in ſcriptura ſepe ſignificat eum, quem Deus atro-
 citer punit, quia ſicut victima occidebatur, ſic à Deo punien-
 dus interimitur, inde Eſa. Gladius Domini repletus eſt ſan-
 guine, victima enim Domini in Boſtra, & interfectio magna
B in terra Edom, quia dies vltionis Domini. Et Hierem. Dies vlti-
 tem illi Domini Dei exercituum dies vltionis, vt ſumat vin-
 dictam de inimicis ſuis, deuorabit gladius, & ſaturabitur, &
 inebriabitur ſanguine eorum, victima enim Domini exercituum
 in terra Aquilonis. Nunc ergo ſenſus loci illius Marc. 9. eſt ignis,
 & vermis inferni æternus erit damnato & hic eſt ſal, quo vi-
 ctima illi Domini condienda eſt, ne ſateat, quia ſalem ſapientie
 Dei reiecit, hunc ſalem experietur duriffimum, quo ſator
 tolletur, ne alijs malè oleat. Eo loco Pſal. Appone iniquitatem
 ſuper iniquitatē eorū, eſt dictio Hebræa Abonā, quæ iniquitatē
 ſignificat, & pēnam, vnde alij vertunt, appone pēnam ſuper ini-
 quitatem eorum, quaſi dicat, adeo malè fœtet iniquitas, vt ni-
C ſi de ſuper pēna poneretur, ferri non poſſet. Audis atrociffi-
 mum crimen, ſtatim irasceris, nec quieſcis, ferre fœtorē non
 potes, ſed eum audis, grauiffimo ſupplicio punitur veſſe, qui eſ-
 cis, iam non fœtet. Accipè ergo modo doctrinā Euangelicā
 ſal, ne tibi contingat ſalitiō ignis. Væ impenitentibus Eccle-
 ſiaſt. Memento irē, quoniam non tardabit, humiliā valdè ſpi-
 ritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis.
 Tertio ait Chryſoſtom. Euāgelica doctrina ſal dicitur, quia
 non eſt ad culpam, ſed mordicans. Imponere ſalem manū, non
 dolet, appone vulnere, dolet, nec culpa eſt ſalis, ſed vulnere.
 Si mordet te Euāgelium culpa tua eſt. Non ego palpabo,
 nec ſalvū adimam, nam quid ego reſponderem Domino ſa-
 Sanct. Ddd 3 liſt

Eccl. 6. **A** lis? Vis videre salem iniustos mordentem? Ecclesiast. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors, quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur projicere illam. Et Paulus. Argue, obsecra, increpa. erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed pro sale mel volent. Sed lingua Esaiæ non melle sed igne tangitur, ut vr̄at. Quasi tuba exalta vocem tuam, tuba verò timorem incutit, ita annuntia populo meo scelera eorum.

2. Tim. 4. **Vos estis lux mundi.** Quam Deus amicus sit lucis, ostendit cum eam primo die condiderit, & coram eo lucerna semper ardebat Exod. Contra vero demon tenebrarum amicus, ideo dicitur princeps tenebrarum harum. Quia in re per similes est demon fraudulento venditori, qui, ut viciatas merces vendere possit, in tenebris eas vendere curat, ne earum defectus videatur. **B** Sicut retici ad lumen Ecclesiæ venire recusant, ne eorum falsitas detegatur. Suadet te demon, vel falsus frater, ne inimico des veniam, profer doctrinam hanc in Euangelij lucem, & eius vitium apparebit, cum audieris, ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Suadet te demon, diuitem fieri, profer suastionem in Euangelij lumen, & audies, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & quid prodest homini, si vniuersam mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Suaderis ridere, ac gaudere, profer Euangelicum lumen dicens, vae qui ridetis, quoniam flebitis, vae qui habetis hic consolationem vestram. Vide sanctorum vitam, & videbis demonis fallacias, nulla nos excusatio manet, quibus tanta est lux concessa. Sed quæ lux inquis? mundus tenebris palpabilibus **C** **A** Egypti, oppressus cum esset, similisq; statui mundi, cum de eo scriptura ait, & tenebræ erant super facie abyssi, tunc dixit Deus, fiat lux, & facta est lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Christus, scilicet. Sed quia lux ista in aliud hemispherium se contulit, ascendens in altum, in nocte absentia suæ alias nobis luces reliquit, doctores, scilicet, qui stellæ sunt noctem illuminantes, ideo de eis dicitur, quia ad iustitiam erudit multos, fulgebunt quasi stellæ in cælestibus perpetuas. Qui ergo his stellæ fuerunt, erunt etiam postea in gloria stellæ. Ad huius verò intelligentiam notanda sunt verba illa Apoc. & habebat

Exo. 27.
Ephes. 2.

Mat. 5.

1. Tim. 6.
Matt. 16.

Luca. 6.

Gene. 1.

Danie. 12.

Apoc. 1.

A habebat in dextera sua septem stellas, quod postea exponens ait, septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum. Per angelos vero D. Th. ibi, & omnes sancti intelligunt prælatos, quibus Apocalypsim Ioannes scribit. Sic 1. Cor. 11. propter Angelos velari præcipit in Ecclesia foeminas, id est, propter sacerdotes. Et illud, Angeli pacis amare stebunt exponit Greg. 34. Moral. c. 7. id est, Apostoli amare stent Iudeos exclusos à regno Dei. Dicitur vero Angeli, quia missi, quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur, stellæ ergo sunt prælati, quia noctem sæculi huius illuminant. Quod vero in Christi dextera sunt, ostendit erga eos peculiare curam Esa. 41. Ne timeas, quia ego tecum sum, suscepit te dextera iusti mei. Licet enim omnium iustorum animæ sint in manu Dei, ut dicitur Sapient. 3. sed speciali quadam **B** ratione dicitur cor prælati, ac regis esse in manu Domini, quia illud speciali ordine gubernat. Sed Anselmus in illum locum Apoc. ait. Per dexteram potior pars intelligitur. Sicut intelligit Greg. illud, viderunt iuuenem sedentem in dextris, Christus enim ad dexteram erat per resurrectionem. Sic etiam Psal. afficit regi na à dextris tuis, id est, in potiori parte. Et ideo electi ad Dei dexteram collocant. Est namque in dextera corporis parte plenior virtus. Significat ergo, prælatos, ac doctores in potiori apud Deum parte esse, quia magnus vocabitur in regno cælorum. Si enim Pau. ait. 1. Tim. 5. qui bene præsumt presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborant verbo, simili ratione in gloria potiorrem partem obtinebunt. Et hoc significat 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, forma facti gregis, & apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem coronam. Quo significatur excellioris eis danda coronam, quam reliquis detur, sicut hic excelliorem tenuerunt locum.

Sed dubitas, qua de causa Deus voluerit hominibus homines lucas esse. Respondetur, primo, ut omnia vinculo connectat, indigeatque homo alterius hominis ope, oculus pede, pes oculo, nec dicere possit quisquam alteri, non es mihi necessarius. Ideo etiam diuersis mundi plagis diuersa concessit vitæ necessaria ut inuicem vinculo necteretur. Aug. in prologo de doctrina christiana ait. Non omne lucem à Deo expectes, sed magis intueri Paulum ad Ananiam missum. Tu ergo lucem per hominem tibi dadam

D. Tho.
1. Cor. 11.
Esa. 33.
Greg.
Rom. 10.
Esa. 42.
Sap. 3.
Prou. 21.
Ansel.
Greg.
Psal. 44.
1. Tim. 5.
1. Pet. 5.
Aug.
Alto. 9.

Ccc 4 expe-

expecta. Suauiter ergo omnia Deus disponens, sicut Angelos per Angelos illuminauit, ita homines per homines edocuit. De qua re plura diximus in concione euangelistarum, in illud misit ill os binos.

Secundo, ut hominibus summus honos concedatur, dum eis altissimum datur ministerium. Nesciebant gentes, quas gratias soli, lunæque referrent pro luce eis exhibita, nisi ea colerent, adorarentque. Quod si tanta res est corporalis lux, quanta obsecro spiritualis erit? Si corporca lux, qua gressus dirigimus corporis, tanti habetur, quanti habenda lux illa est, qua animi pedes dirigimus in viam pacis, in regnum Dei? & quanti lucē di sunt, qui illam nobis præstant? Angeli altiora exercitia, officia ve non habent. Omnium enim diuinorum diuinissimum est ad Deum reducere creaturas. Sicut ergo Deus in materia-
li hoc mundo luminaria posuit, ut præessent diei, ac nocti, & rerum pulchritudinem aperirent, & influendo in inferiora, ea conseruarent, ac gignerent, producerentque aurum, & metalla reliqua, margaritas, & omnem denique fructum terræ. Sic Ecclesiæ suæ doctores dedit, & pastores in consummationem sanctorum utaperientes res cælestes, earūque pretium in hominum cordibus virtutes ingenerarent, & omnem cælestem fructum in terra producerent. Sicut ergo in cælo est lux non illuminata Deus illuminans illuminata, supremi angeli illuminata, non illuminans, inferiores Angeli. Sic in Ecclesia, que regnū etiam cælōrum dicitur, est lux non illuminata Christus, lux illuminata doctores illi nati non illuminantes infami de Ecclesia.

Greg.

Tertio tandem omnibus, & omni statui sit exemplum, & doctrina in diuersis sanctis Greg. in proemio super librum Iob. c. 6. ait. Iustum est, inspicere viros iustos, qui cæli motu in perpetuo sunt motu, ostenduntque ut cæli diuersas stellas, virtutes, scilicet, ad hoc venit in mundum Abel, ut doceret innocentiam, Enoc, ut doceret spem, Noë, & Abraham, ut docerent obedientiam. Ecce quam fulgentes stellas, micantesque in cælo cernimus, ut in noctis tenebris ambulantes lux sit. In cælo perpetuus dies est, ubi lucerna est agnus, qui sol cum sit, die perpetuū eis tribuit. Apud nos tenebræ sunt noctis, ideo stellæ nobis relicte sunt, virginū castitas, martyrum fortitudo, perseue-

ra-

Aratia confessorū, doctrina doctorum stellæ nobis sunt, Greg. Greg. exponens rotarum volubilitatem, quæ Ezechieli ostensa est, dicit significare diuersitatem sanctorum, qui nobis in exemplum proponuntur. Licet vero hac ratione omnis sanctus lux sit, maxime tamen doctorum, & prælatorum est, omnes illuminare, omnem docere virtutem exemplo verboque, & sicut cælestia corpora hæc inferiora gubernant luce, & influentia, quæ continuo motu descendit: ita doctor, ac prælatus luce doctrinæ, & motu, exemploque suo influat in inferiores. Quæ enim dicit, nec facit, similis est tormento bellico, quod caret lapide, tonat enim non tamen vulnerat. Inter has diuinas stellas, ac lucēs præcipua fuit hic sanctus. N. qui vniuersalis lux fuit omni statui, omnium exempla virtutum in se monstras, & omni statui viuendi normam relinquit. Ezech. 40. vidit in monte Dei domum, & virum, cui erat aspectus æris candentis, & in manu eius funiculus, quo vniuersas domus partes metiebatur. Quod ad literam Christum significat, qui vita, ac doctrina sua melurauit omnem Ecclesiæ statum, & vnicuique diuisit secundum mensuram suam Ephes. 4. Vnicuique data est gratia secundum donationem Christi. Et idem, non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram, quæ donauit nobis Deus. Sed id quod de Christo Domino dicitur, etiam de doctoribus est accipiendum, præcipue de beato. N. qui fuit vere vir, omnia, quæ sunt mundi, contemnens, omni labori paratus, quasi ex ære candenti, quod mire resonat, nihil enim sic in Ecclesia sonat, auditur que ut B. N. Funiculus, quo domum metitur, sapientia est, qua omni statui legem præscripsit virginibus, viduis, coniugatis, monachis &c. Ab his doctoribus nobis regula accipienda operū est, qui sunt lux mundi, non vero ab alijs, qui tenebræ sunt, non à socio vano, à proximo superbo, Esa. 8. Querite à Pytho nibus, & Diuinis. Nunquid non populus à Deo suo requireret visionem pro viujs, ac mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium. Irridet Propheta eos, qui ab alio quam à Deo, & eius lege visionem querunt. Sic omnino irridendi sunt illi, qui vitæ normam aliunde petunt, & non à Dei lege, & sanctis doctoribus, in quibus lux diuina sapientiæ est. Necessaria est ergo in prælato lux sapientiæ, funiculus iste mensorum, cum omnibus

D dd s regu-

Hilar. regulam tradere debeat. Et necesse est, sit lux, ait Hilar, vt ostē-
 dar, aperiatque ciuitatem supra montem positam. Sed quæ ci-
 uitas ista? vtique humanitas Christi super mōtē diuinitatis col-
 locata, cuius diuitias mundo ostendere debet. Sicut ille fecit,
Ephes. 3. qui ait. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc,
 euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi. Nec
 enim lucerna Christus ponendus est sub modio legis, & Synago-
 gæ sed super candelabrum, vt luceat vniuerso orbi. Debet etiā
 sal esse, cum enim veneno infectum pomum homo gustauit,
 gustum eius, palatumque sic infecit, vt virtus ei amara sit, vi-
 tium vero dulce licet enim corporis palatum tetigerit pomū
 illud, animæ tamen palatum infecit, & perdidit, ex quo factum
 est, vt virtus indigeat iam sale, salitionibus, vulgo dicitur, Say-
 netes, vt comedi possit, hoc efficere prælatus debet, nec vero
 quia legē nouam propono, ait Christus, veterē soluo, imo per-
 ficio. Sicut enim pictor formaturus imaginem in tabula, prius
 rudem eius, & impolitam effigiem ponit, quam deinde colori-
 bus perficit, non destruit, ita ego lege mea noua perficiam ve-
 terem rudem, vsque ad illius minutissima. Præcepta enim natu-
 ralia, & moralia omnino perficiam, quæ sunt legis præcipua, &
 quæ primo Deus intendit. Cærimonialia vero, & legalia im-
 pleuit, dum opere ea ille seruauit, dum etiam quæ illa figurabāt
 in sua impleuit humanitate, dum etiam ostendit, quo-
 modo ea spiritualiter intellecta debeant à Chri-
 stianis impleri, & sic omni ratione le-
 gem impleuit, &c.

Simile

In com C

In communi Abbatis.

Thema. Ecce nos reliquimus omnia, & se-
 cuti sumus te, quid ergo erit nobis?
 Matt. 19.



B

I humanis oculis, ac iudicio hæc Petri in-
 terrogatio pelsanda esset, potius præsump-
 tionis, ac propriæ æstimationis, quam vir-
 tutis fuisse videtur. Quid enim reliquisti,
 o Petra, vt dicas. Ecce nos reliquimus om-
 nia? Num ducatus, aut regna, num maxi-
 mas diuitias, aut imperia? Reliquisti parua
 nauiculam, & scissum rete, quid te iactas,

omnia reliquisse. Cum innumera dona obtulisset Dauid Deo, *1. Pa. c. 29.*
 ait. Quæ de manu tua accepimus reddimus tibi, nihil se dedica-
 se putabat. Quid vero magnum præstitisti, cum Christum fecu-
 rus es? Non tu elegisti eum, sed ille te, non tu ei contulisti be-
 neficium, sed ille tibi. An memoria excidit, quod audisti? Cum
 feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inu-
 tiles sumus, quod debuimus facer, fecimus. Quid iure exige-
 re potest seruus emptitius à Domino, si ei obsecutus fuerit?

C Nos vero Christi serui sumus iure creationis ac redemptionis,
 quæ nos emit, & ideo *Psal. 115.* Psaltes non semel, sed bis, & ter ser-
 uum se nominat, dicens. O domine quia ego seruus tuus, ego
 seruus tuus, & filius ancille tue. Si ergo seruus es, o Petre, quid
 te iactas magna fecisse? quid exigis à domino? Cum temeritate,
 aut presumptione ductus Petrus loquere-
 tur, carpebatur à Iesu, & Sathanas etiam dicebat unquam duo
 nunc vero non sic, sed suscepit Iesus interrogationem, & mer-
 cedem copiosam promittit, non ergo temere interrogauit Pe-
 trus. Ad quod certe mysterium laret, quod palam facti Petri in-
 terrogatione Dominus, voluit in profectum nostrū. Et quod
 illud? Certè mercedem fidelem, atque copiosam esse sciamū.

iusti-

2. Tim. 4. iustitiæ, dum ait. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, **A**
quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Et tãquam fides cer-
Conc. trid. ta definitur in Concilio Tridétino, mereri iustum pijs operib'
1. 6. vitæ æternæ, quæ in Dei visione, & fruitione cõsistit. Vnde qui
alia reciperet præter Deum, minus recipit eo, quod meretur.

Sed dubium restat dissoluendũ, quo pacto tãta merces, qua
lis Deus est, deberi possit minimis operibus, ita vt nulla alia sit
res, qua dignum eis pretium reddatur. Mirabile nãq; est, quod
minimæ iusti oratio, aut calix aquæ datus pauperi alia mercede
perfolui nequeat, quã Deo ipso. Certè mirabile id est, sed his

Psal. 118. mirabilib' plena Dei lex est, dicente Psa. Reuela oculos meos,
& cõsiderabo mirabilia de lege tua, Inæqualitas, & improprio
sũma, quæ est inter nos & Deũ, & inter opera nostra, & beati-
tudinem, tãta est, vt meritũ nullũ sit in operibus nostris nude, **B**

Rom. 8. & in se ipsis consideratis. Et hoc pacto ait Paulus. Non sunt cõ-
dignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabi-
tur in nobis. Ex triplici vero radice procedit, vt hoc tantũ me-
ritum sit in nobis.

D. Th. 1. 2. Prima huius meriti radix est diuina gratia, quæ salit in vitam
de merito. æternam, & in ea eleuat opera hominis, iuxta illud Ioannis. Fiet
1. 4. in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Gratia ete-
nim desponsat Deo animam, quæ tanto viro copulata filios pa-
rit bonorũ operum, hæredes regni cælestis, quia eorum pater
Deus est. Exemplo perspicuum hoc fiet. Si Hispaniarum rex
in vxorem duceret vilem, ac abiectam fœminam, & ex ea filios
procrearet, in magno honore filij haberentur, & hæreditario **C**

Simile. iure regna plurima obtinerent. Quod si quispiam diceret, qua
ratione filij abiectæ matris tanto habentur honore, & tanta bo-
na hæritate acquirunt? Facili negotio responderes, quia pa-
trem habent Hispaniæ regem, ex parte quidem matris pauca
vel nulla bona eis obueniunt, ex parte vero patris innumera.
Hac ratione de operibus iusti bonis philosophandum est. Ma-
ter eorũ anima, ac volũtas est, abiecta plane mater, infimæ enim
fortis anima est inter creaturas spirituales. At pater operum il-
Esa. 26. lorum Deus est, dicente Esaia. Omnia opera nostra operatus
es in nobis Domine. Et Christus Dominus ait. Sine me nihil
1. 15. potestis facere. Si ergo opera illa attendas, vt ab anima matre
pro-

A procedunt, parua sunt, & infimi meriti. Si vero ea consideres
vt Dei opera, vt à Spiritu diuino inspirata, & procreata, vt à gra-
tia procedunt, per quam Spiritus sanctus animæ desponsatur,
summi pretij sunt, & tanquam Dei filij eius regna merentur, &
hæritate acquirunt.

Secunda radix huius tanti meriti est diuina promissio, qua
Deus fidẽ adstrinxit suam, daturũ se regnum æternum ijs, qui
bona opera, eiq; grata præstitissent. Nẽc vero sola promissione
contentus, eam iure iurando confirmauit, vt omnino certi
redderemur. Hinc Paulus ait. In quo abũdantius volens Deus **Heb. 6.**
ostendere pollicitationis hæredibus (id est, ijs quibus promise-
rat hæritatem,) immobilitatem cõsilij sui, interposuit ius iu-
randum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est me-

B tiri Deum, fortissimum solatium habeamus. Certos enim nos
reddit Dei verbum, & eius iuramentum. Subiecto exemplo
res ista manifesta erit. Aduocas hominem, & dicis ito celeri-
ter in curiã, & negotium, quod tibi præcipio intra decem dies
perface. Si id feceris, dabo tibi mille numos aureos, & hanc pro-
missionem iuramento confirmo. Negotio ab illo confecto ex
voto, posset ex iustitia petere à te mille aureos. Si vero tu cau-
sareris, ac diceres, magna ista merces est labori exiguo. Iure ille
te argueret, cũ initio laboris mei pactum inisti, minori merce-
de proposita potuisti conuenire mecum, at conuentione facta
& iuramento confirmata, ex iustitia mihi debetur merces pro-
posita. Ita omnino, cũ Deº homini præcepit, vt in vinea sua labo-
raret, potuit ei laborẽ imperare nulla mercede, quia homo ser-
uus est, & omnia obsequia Deo debet iure creationis. Posset
etiam minorẽ proponere mercedẽ. At vero pro sua bonitate, **Matt. 20.**
amplissimã mercedẽ proposuit cõuentione facta ex denario
diurno, qui quidem cælestis est beatitudo, & cõuentionẽ iura-
mento cõfirmauit. Et ideo homo ex iustitia petere hæc mercedẽ
potest, quã Deus pollicitus est, & Deus iustus iudex eã reddet.

Tertia huius meriti radix est Christi meritũ infinitũ, cuius par-
ticipes efficitur per bona opera, nobisq; applicamus. Cumq;
Deus iusto præmia donat, non solũ eius opera attẽdit, sed etiã
opera Christi Dñi, quæ ille participauit, tanquam illius viuũ
membrum. Hinc Paulus ait. In diuini domini nostrum Ie- **Rom. 13.**
sum

Gen. 27. sum Christum. Sicut enim Iacob indutus veste primogeniti eius percipit benedictionem, ita homo Christum induens, illius meritum participat, & aeternam consequitur benedictionem. Similitudine proposita, quæ diximus illustremus. Nobilis vir, dux fortissimus vocatur à rege Hispaniæ, eique mandatur, ut vniuersa conficiat bella, quæ ipsum urgent, ut Angliam debellet, Germaniam inferiorem in seruitutem reducat, hæreticos Gallos expugnet. Turcas vniuersos superet, eorumque imperium prosternat, & denique vniuersam terram, suam aceret subiugare imperio, sicut olim Nabucodonosor præcepit Holoferni. Egressus è regis cõspectu dux omnia ista perficit ex voto regis, & vniuersa mundi regna expugnata regi suo tradit. Innumera profecto beneficia, summa merces debetur duci tanto. Sed cum rex ea præstare vult, morte præoccupatus dux illa suscipere non potest. Sed epistola ad regem destinata, sic ad eum scribit. Non potui morte præuentus experiri magnificentiam tuam, & dona percipere meritis meis debita. Filios tamè relinquo pauperes, hæredes bonorum meorum, quos etiam hæredes instituo meritorum, illis obsecro beneficia confer, quæ mihi cõferre decreueras, illi etenim & ego vnum sumus, & quod vni ex illis minimis fecisti, mihi fecisse te crede. His literis filij in curiam veniunt, & cum parua præstent regi obsequia, maximam accipiunt mercedem, beneficia immensa, quia rex attendit, non eorum obsequia solum, sed cum illis patris sui immensa merita. Ita profecto nobis accidit. Filij pauperes sumus, ac miseri, si nos ipsos consideremus, sed si patrem attendamus nobis à Deo concessum, diuites nos existimabimus. Sed quis nam pater noster est? Certe ille, qui ab Esaia dictus est Pater futuri sæculi, princeps pacis. Huius patris hæredes nos sumus, eorum bona nostra sunt. Sed quanta patris nostri merita apud Deum sint, quis enarrare valeat? Omnino infinita sunt, quia infinite gratus filius patri fuit, & opera illius valoris infiniti, quia à summa gratia, & à diuina persona procedebant. Quid vero mercedis illa recepit pro tantis obsequijs patri exhibitis? Certe vel nihil, vel parum. Gloria enim essentialis animæ ipsius ante omnem meritum ei concessa est in instanti, quo creata fuit, quia diuino verbo vnita. Propter merita ergo infinita accepit, duntaxat

A xat corporis gloriam, nominis exaltationem. Parua hæc sunt, si cum meritis conferantur. Num igitur vacua à mercede merita tanta manebunt? Absit. In filios suos illa Christus transfundit, qui ea participant bonis operibus, & patri ait, membris meis confero merita mea. In ipsis ergo illa mihi persolue, quod illis dederis, mihi dediti. O nos felices, & ditissimos meritis tantis. Audi Paulum. Mithi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc Euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi, inuestigabiles planè diuitiæ Christi sunt, quia infinitæ cum sint, comprehendi nequam possunt. Hæc vero diuitiæ tantæ nobis relicte sunt. Et hinc fit, ut cum parua nos opera, ac obsequia Deo prestiterimus, maximam mercedem, & infinitam gloriam percipiamus, quia nostra efficitur Christi merita operibus bonis, & ut nobis mercedem pater donet, non opera nostra nuda conspiciunt sed ornata operibus Christi. Nunc mirum videri non debet, si gloriam mereamur Dei, cum diuina Christi opera nobis applicentur. Hinc ipse ait. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Vere fructus multus gloria æterna est, sed cum colligimus, quia in Christo manemus, & vnum cum illo sumus. Et hac ratione ait Paulus. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Ut quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Factus dicitur nobis iustitia, quia illius iustitiam participamus, ut in eo gloriari possimus.

C Ex quo colligere possumus, merita Christi, & illius satisfactionem potius nostra esse, quam ipsius. Sicut fructus arboris potius dicuntur, Domini esse, quam ipsius arboris. Licet enim arbor eos producat Dñs tamè eis vitur. Ita Christi satisfactio ipsius est, tanquam producentis, nostra verò quia ea vitur. Meritum similiter potius nostrum, quam eius est, ille produxit, & ille solum accepit, propter merita corporis gloriam. Nos vero propter illud à nobis participatum sacramentis, & pijs operibus, accipimus essentialem, beatitudinem, diuinam visionem. Ex quo patet, plus proficere merita Christi minime iusto, quam ipsiusmet. Christo Domino, plus

Sanct. E ce fru

Ephes. 3.

104. 15.

1. Cor. 1.

Simile.

fructus ex eis non percipete; quia ipse percipiat, plus ergo no-
stra sunt, quam ipsius.

Ostendimus huc usque pretium, ac valorem immensum bo-
norum operum iusti, & rationes meriti tanti, ex quibus colligi-
tur, omne aurum, & lapillum arenam esse exiguam, si cum bo-
nis operibus iustorum conferantur, hæc enim sunt preciosa
margaritæ, ac inestimabiles lapilli, quorum pretium Deus
solus est.

Ex hac ergo doctrinâ tradita duo colligere licet. Primum
est, quâta sit diuinæ gratiæ dignitas, ac celsitudo: ea etenim effi-
cit, ut opera nostra in se minima tanti pretij fiant. Sine charita-
te enim, & gratia maxima opera nostra nihil sunt. Un-
de Paulus ait. Si linguis hominum loquar, & Angelorum,
charitatem autem non habuero, nihil sum, &c. Charitas vero,
& gratia efficit, ut minima opera pretij sint infiniti, gratiam er-
go à nobis queri oportet, eam magnificere debemus, eam om-
ni custodia seruare. Laborauerunt aliqui, ut lapidem philoso-
phalem conficerent, cuius vi fieri dicunt, ut metalla omnia in
aurum mutentur. Si hunc lapidem tu haberes, quanti eum
diceres? Quæ sollicitudine custodires? Si amitteres, quæ cu-
ra eum quæreres? Quid obsecro diuina gratia est, nisi lapis
iste, & multo eo pretiosior, qua minima tua in aurum mutare
potes, in lapillos, & sic loqui fas est, quodammodo in Deum.
Elemosyna tua ex se calix aquæ est, cuius pretium minutum
areum est. Si verò gratia Dei elemosynam tangat, in aurum
mutat, & quid dico in aurum? Deus solus illius pretium, ac
merces est, hac de causa dixi in Deum quodammodo transmuta-
ri. Quis ergo gratiam habitam non magnificat? Quis habitam
non omni studio seruet? Quis amissam inuenire non curet, &
domum auertat, donec dragmam istam inueniat? Si gratiam
o homo habes, ditissimus es, petram habes philosophalem, in-
uenisti thesaurum in agro, serua illam, & ab omni occasione
eam amittendi caue. Si non habes, dole, & satage quasi partu-
riens, confitere, & inuenies.

Secundum ex tradita doctrinâ colligendum est, id, quod
initio proposuimus, stultos nos arguentes esse, qui negligē-
tes sumus in his, & omnibus margaritis, in colligendis, in
seruandis.

ris bonorum operum, quæ nobis passim occurrunt. Si stultum
eum dices; qui in via offendit aurum, argentum, smaragdos, sa-
phyros, adamantes, & percurrit, ea non curans, quomodo tu
stultissimus iudicandus non es, qui innumera bona opera re-
linquis, quæ facile præstare posses, quorum quodlibet adeo est
pretiosum, ut Deus eius sit pretium? Sed stultitiam istam alia
similitudine explicemus. Si pauperi homini nunc rex diceret.
Entricliniū meū, & dom⁹ thesauri, in qua vniuersæ diuitiæ meæ
collectæ sunt. Integram, sed solam diem tibi concedo, ut in ea
possis ex meis thesauris tibi vsurpare omnia, quæ volueris, quæ
tua erūt in perpetuū. Si his auditis pauper illo regis gratiam cō-
tēnēs thesauros negligit, domum eorū declinat, & ludis, ac co-
messationibus vacans, totam illam diē transigit, pauperq; ma-
net, quis demētiā tantā non execraretur? quis illius misereret?

Quis inopiā eius amplius curaret? An non hoc ipsum tibi ac-
cidit? Quæ est vita tua? Vapor est ad modicū parens, & deinceps
exterminabitur, ut Iacobus ait, dies vna est, parua; & mala, vel
potius hora, aut momentum est. In hac verò die tua, quæ ad pa-
cem tibi cōcessa est, hanc tibi Deus gratiam fecit, ecce, ait, vni-
uersos thesauros meos, merita mea, ex illis tibi fume, quæ vo-
lueris, per bona opera tibi ex thesauris meis vsurpa, quæ placue-
rint, omnia tua erūt in eternū, quæ acceperis. Tu vero quid huc
usq; fecisti? Neglexisti Dei gratiā, contēpsisti thesauros eius,
& ludo, & inanibus vacās, nihil tibi boni acquisisti. Sed pauper,
ac miser es, an nō demēs fuisti? Quod si vniuersa percurrat dies

in eternū pauper eris in inferno, nec vllus sanctorū miserebit
inopiæ tuæ. Post hanc enim vitam nullus locus relinquitur me-
rito. Sicut in dieb⁹ operi, ac labori destinatis. Māna colligebas,
in sabbatho vero requiei nequaquā. Ita merita nobis colligēda
in hac vita sūt, quæ labori destinata est, vita futura sabbathū re-
quiei est, in ea, quæ nūc colligimus, possidēbimus, lucrari vero
noua nequimus. Duas vxores duxit Iacob Liā lippā, sed scœcū-
dā. Rachel pulchrā, sed sterilē. Ita duæ nobis cōcessæ à Deo vi-
tæ sūt, præses, & futura. Præses Lia est, nō adeo pulchra lippos ha-
bet oculos, quia per fidē ambulam⁹, & nō per speciē, ut Paulus
ait, sed scœcūda meritis est. Vita vero ventura pulcherrima est,
oculos habet colūbæ, sed sterilis est, merita enī nō parit, in hac

Eccē 2 ergo

Simile

1. Cor. 13.

Simile.

Iaco. 4.

Exo. 16.

Gen. 29.

2. Cor. 5.

ergo Die merita nobis colligenda sunt, cum in futura lo-
 cus non sit. Tunc videbimus, quanti sint pretij opera virtutis
 meritoria, sed locus merendi non erit. Si nunc, homo, ad vi-
 timos vsque penetraret Indos, regionemque inueniret, in qua
 innumeri essent lapilli pretiosissimi, quos ille non agnouit, &
 ideo Hispaniam reuersus quatuor, vel quinque duntaxat se-
 cum detulit, quos regi ostendit quasi signum regionis illius,
 quã penetrauit, rex vero diceret, accipe quinque ciuitates pro
 quinque his lapillis, obstupefceret ille, ac diceret, hoc cene pre-
 cium lapillorum est? Innumeros ego deferre potui, & rex ad
 eum, si innumeros detulisses, innumeras acciperes ciuitates, &
 regna, sed nunc esto super quinque ciuitates. Diceret ille, re-
 uertar iterum sulcabo maria, Indos penetrabo, & plures afferã
 lapillos. Audit tamen à rege iam tempus præterijt nauigandi
 locus non datur ulli eo reuertendi. Doleret nimium ille, quod
 tanta occasione vsus plane nõ fuerit. Aliqua in re similes huic
 homini beati erunt, dissimiles quidem, quoniam dolere, aut ge-
 mere nõ possunt, quoniam dolor omnis abscessit. Similes vero
 ea in re, quod cum Deo sistitur beatus ex mundi Indis veniẽs
 proferens merita bonorum operum, recipit pro eorum quolibet
 integrũ regnum, gradum, scilicet, diuinę visionis, cũ vero
 mercedem viderit tantam. Mensuram bonam, coagitatam, ac
 supereffluentem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec
 in cor hominis ascendit, dicet, hæc cene merces erat exigui la-
 boris? Plures ego labores præstitissem, si hoc nossem. Nunc er-
 go, cum tempus habemus operemur bonum.

Denique audiamus sæpius nos monentem diuinum spiri-
 tum de hac re, Paulus ait. Ita que fratres mei dilecti stabiles esto-
 te, & immobiles, abũdantes in omni opere Dñi semper, sciẽtes,
 quod labor vester nõ est inanis in Domino. Et iterũ. Bonũ fa-
 cientes nõ deficiamus, tẽpore enim suo metemũs. Similesque
 simus negotiatori, quærenti bonas margaritas. Sunt enim ne-
 gotiatores terræ quærentes margaritas, sed vitreas falsas, solunt
 que veris persimiles. Et huiuscemodi sunt, qui diuitias, vo-
 luptates, & honores sæculi congregant. Negotiator vero cæ-
 lestis veras diuitias, preciosas quærit margaritas. Hoc ergo nõc
 cõsiliũ suscipe, domũ tuam abi, & tecũ solus cõsidera pretiũ
 harum

Simile.

Luc. 19.

I. Cor. 15.

Gala. 6.

Mat. 13.

A harum margaritarum, & in corde tuo firmiter statue, innume-
 ras congregare, tecumque recogita, quot nam sint opera bona
 que prestare facile possis, vt ea prestes, quot elemosynæ, quot
 sacra, quot orationes, & similia. Præsertim vero tecum statue
 sacramentorum frequentiam, quæ cum multis alijs de causis
 utilis sit, ad merita tamen augenda vtilissima est, quia gratiam
 conferunt ex opere operato, & merita maxima gloriæ cælestis
 accumulãnt. Quod quoniam in signe, atque vtile est, nos fusi,
 explicare oportet.

Sacramenta legis gratiæ non sunt egena, & vacua elementa
 vt sacramenta legis veteris, sed gratiam continent, & præstant
 B ex opere operato. Hoc vero verbũ, ex opere operato duo sig-
 nificat sacramentorum priuilegia. Primum, quod cum attritus
 quis accedit, contritus sit, supplente sacramento dispositionis
 ad gratiam defectum. Quæ ratione vtile est, etiam præcepto
 non urgente, sacramentũ suscipere, nescit enim homo, an con-
 tritus sit, nouit vero sacramentum efficere ex attrito contritũ.
 Secundũ, quod suscipiẽs sacramentũ non solum gratiam, &
 merita acquirit ex opere operantis, vt per alia pia opera, id est se-
 cundum gratiã, & seruiorem, quo operatur, sed ex liberalitate
 diuina multo ampliorẽ recipit gratiã quã illius exigat disposi-
 tio. Verbi gratia. Orationẽ fundis, vel ieiunas gratia ac seruiore
 vt decem recipis decem gratiæ gradus pro mensura gratiæ, &
 C seruioris. Si vero eadẽ dispositione sacramentũ suscipis, recipis
 gratiam multo ampliolem Dei liberalitate, ac magnificẽtia, &
 illa gratia amplior, vel pars illa, quæ super additur, dicitur con-
 ferri ex opere operato, quia excedit operantis dispositionem.
 Exemplo hoc explicabitur. Rex diues omnem lapillum emit,
 sed affectus adamantinis lapidibus est singulariter, ita vt dicat
 Iustum pretium dabo omni vendenti mihi lapillos, at ada-
 mantes non solum iusto pretio emam, sed duplum dabo, quã
 valcant. Ita omnino Deus, vniuersa bona opera, tanquam lapil-
 los emens, omnibus confert gratiam, & gloriam iuxta operan-
 tis dispositionem. At vero sacramenta suscipientibus multo
 ampliolem. Sed quid ratione? Certe affectu singulari in
 sacramenta pater est æternus, quia à filio vnice dilecto institu-
 ta, quia eius sanguinis virtutem continent, & eius vasa
 Sanct. Ee 3 sunt,

Simile.

sunt, quia Christi figurā, & ideo ab eo in maiori pretio habentur. Et ideo etiam nobis præcipuè curanda sunt. Sicut negotiator lapillorum eos præcipuè lapillos curaret, pro quibus rex duplum pretium soluit. Suscipientibus sacramenta illud contingit, quod Ruth contigisse diuina pagina testatur, cum enim spicas colligeret in agro. Booz, ille ad messorum ait. De vestris manipulis projicite; de industria & remanere permittite, ut absque rubore colligat. De industria enim Deus suscipientibus sacramenta gratiam ampliorem relinquit, quā illi industria, & dispositione sua colligere possent.

Ruth. 2.

Vt ergo doctrina ista utilis valde nobis nota esset, interrogauit Petrus. Quid ergo erit nobis. Et Christus suscepit interrogationem, promittens centuplum in hac vita, & in futura vitam æternam, quia merces recte operantis est gratia, & spiritualia dona, quæ etiam nunc dantur iustis, ut Hieronymus explicat. Et in futuro vita æterna, quæ Dei possessio est, merces magna nimis. Quam attendentes sancti viri innumera præstitere opera pia ac sancta, & ne vnā horam vacuam meritis sibi esse volebant, cum alias ditissimi essent.

Hierony.

Nos ergo pauperes eos imitemur, & diuitias nobis cælestes parare curamus. Remus &c.

Concio

A **Concio Secūda in communiconfessorum non pontificum.**

Thema. *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertetur à nuptijs.* **Luca. 12.**

B



Imiles nos esse vult Christus Dominus hominibus expectantibus. Vita ergo Christiana expectatio quædam est. Per similes commendatarijs sancti Ioannis, qui crucem, habitumque religionis susceperunt. Sed commendatura (quæ vulgo dicitur) vel præceptiua nondum eis obtigit, & ideo vulgo dici solent commendatarij spei,

Simile

sperant enim iugiter. Sicut & illi, qui maioricatus maximi heredes sunt, sed nondum illum obtinent. Omnes in Baptismo cruce signati sumus, induimusque gratiam, fidem, spem, donaque cælestia, quibus dicimur Christum induisse. Hinc Paulus.

Gala. 3.

C Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu, quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, ecce filij sumus, quod si filij, & hæredes, sed nondum hæreditate potimur: omnes habitum induimus cælestem, Christum scilicet, omnes cruce signati sumus, sed commendatura non fruimur merito ergo vita nostra spes dicitur. Id vero subiecto exëplo magis patebit, Si forte regis Hispaniæ filius per mare discurrens, à Turcis caperetur, & in captiuitatem duceretur, rex vero, cum id nosset, filium dato pretio redimeret, & ex catenis eriperet, quibus tenebatur; sed classem nondum misisset, ut reduceret si lium in Hispaniam, & ideo eius filius inter Turcos versaretur. Si

Simile

ab eo quæres, quæ nam sit eius vita, quid cogitet, quid agat. **A**
 Respondebit planè, nihil aliud quam expectare, quando veru-
 ra sit patris clavis, ut in regnum meum ducar, & bonis paternis
 fruam. Hoc ipsum nos facere monet Paulus. Sobriè & piè, & iu-
 stè viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem, & aduen-
 tum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Fuit
 enim homo Dei filius, heres regni cælestis, sed captiuus ductus
 à demone. Priori tamen Christi aduentu restitutus est libertati
 pretium redemptionis exoluit, vincula abstulit, sed in regnum
 suum delatus non est, adhuc miser in exilio versatur, dixit enim
 suis Chrs, quo ego vado, vos non potestis venire modò. Quid
 ergo nobis agendum, nisi eum expectare, qui secundo veniet, iterum
 veniã, & assumam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.
 Hinc Paulus. Saluatorè expectamus Dñm nostrum Iesum Chri-
 stum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c.

Titim. 2.

Ioa. 13.

Ioa. 14.
Philip. 3.

Rom. 8.

Vita ergo Christiana tota expectatio est. Hanc vero iustorum
 expectationem miris verbis explicat Paulus. Expectatio crea-
 turæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim sub-
 iecta creatura est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam
 in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptio-
 nis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis
 creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc, non solum autem
 illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos
 gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem
 corporis nostri. Si autem quod non videmus, speramus, **C**
 per patientiam expectamus. Ecce iustorum vita expectatio est.
 Diuus Thomas ea verba Pauli enarrans ait. Hæc verba de iu-
 storum expectatione accipienda esse. Creaturæ enim nomine
 iusti intelliguntur, qui præcipui inter Dei creaturas sunt. Vnde
 de Iacobus ait. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, ut fi-
 mus initium aliquod creaturæ eius. Dicit vero Paulus, hanc
 creaturam expectatione expectare, ut significet expectationis
 intensionem. Iuxta illud Psalmi. Expectans expectaui Domi-
 num. Expectat vero reuelationem filiorum Dei, quia ut
 Iohannes ait, nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit, quid
 erimus, occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in iu-
 stis propter exteriores passiones, reuelabitur vero in gloria

D. Th.

Iaco. 1.

Psalm. 39.

1. Ioa. 3.

im-

A immortalitatis, cum impij dicent, ecce quomodo computati
 sunt inter filios Dei. Ostendit deinde Paulus necessitatem ex-
 pectandi. Vanitati enim subiecta est creatura non volens, va-
 nitati, id est, temporalibus, quæ vana sunt, & mutabilia, est vero
 subiecta propter necessitatem præsentis vitæ, circa ea occupa-
 tionem habens, quia eis indiget. Miserum profecto esset, vide-
 re principem mendicantem, sed miserius est, videre Dei filium
 qui à creaturis inferioribus emendicat victui necessaria. Sed id
 facit non volens, quia non ea diligit, sicut illi, de quibus Psal-
 tes, ut quid diligitis vanitatem? sed propter eum, scilicet, Deum,
 qui ita ordinauit, ut eis subijciatur, sed in spe, quod aliquando
 liberabitur à seruitute corruptionis. Seruitus hæc corruptio-
 nis est cura quærendi victum, & vestitum, & alia, quibus serui-
 tur nostræ corruptioni, quæ est seruitus magna. Sed ab ea libe-
 ratur homo in resurrectione. Nam licet nunc habeat liberta-
 tem iustitiæ, quæ est à seruitute peccati, non tamen libertatem
 gloriæ, quæ est à seruitute miseriæ. Hinc Iob, omnibus diebus,
 quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.
 Addit Paulus. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit,
 & parturit, vita enim hæc quasi partus est futuræ. Hinc
 Dominus, mulier cum parit, tristitiam habet. Et Psaltes, ibi
 dolores ut parturiētis. Nec vero solum reliqui iusti, sed & nos
 Apostoli ait Paulus, licet summis gratiæ donis ornati inge-
 miscimus, & expectamus. Hinc Sapiens, Gemma pretio-
 sissima expectatio præstolantis, præstolantis, id est, cito ve-
 nientis, hæc est spes nostra, quibus post mortem statim gloria
 paratur. Est vero gemma pretiosa spes, quia ea gaudemus in
 tribulationibus. Hinc est, ut perfecti mortem desiderēt de qui-
 bus Paulus, non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt adu-
 tum eius. Hinc Ioannes. Veni Domine Iesu. Et sponsa veniat
 dilectus meus in hortum suum. Et Iacob. Salutare tuum expecta-
 bo Domine. Tunc enim aderit redemptor, ut nos in propriam du-
 cat patriam.
C Secundo vita Christiana expectatio est, quia tota à Deo pe-
 tere debet, ab eo bona omnia expectanda sunt temporalia, &
 spiritualia. Vita fidelis Deo pedes esse debet. In cuius rei figuram
 dicit de terra promissa, terra, ad quam ingredieris possidendam

Sap. 3.

Psalm. 4.

Iob. 14.

Ioa. 16.

Psalm. 47.

Prou. 17.

2. Tim. 4.

Apoc. 20.

Cant. 4.

Gen. 49.

Deut. 17.

Ecc 1 non

non est sicut terra Aegypti, de qua existi, ubi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irrigua, sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluias suas, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in illa sunt. Gentes reliquæ verum Deum non agnoscunt, & ideo in industria sua, ac labore fidunt, in robore exercitus confidunt. Nos vero, qui Deum verum colimus, à quo nouimus bona cuncta procedere, ab eo illa expectare debemus, præcipue vero spiritualia bona, quæ ab auxilio Dei speciali procedunt, à Deo expectanda semper sunt, & ideo vita nostra tota expectatio est. Hac vero de causa iratus Deus Israelii fuit, cum regem petijt, dicebat enim erimus nos sicut cæteræ gentes. Quo facto iratus Deus dixit, Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quia cum iudices Deus mitteret singulari providentia, quos ipse Deus eligebat, illi regem habere voluerunt, cuius filij, ac nepotes successione gubernarent Israel, nec à Deo expectare voluerunt gubernatorem. Quibus persimiles hi sunt, qui humanis medijs fidunt, nec à Deo, ut par est, bona expectant.

Tertio demum expectandum nobis est, quia, ut in Evangelio dicitur, serui sumus, qui dominum expectare tenentur. Sicut enim de quibusdam dicitur, venundati sunt, ut facerent malum. Ita nos empti sumus Christi sanguine, ut faciamus bonum emptitij serui sumus, ut non nobis viuamus, sed Christo, cum ergo expectare oportet. Sic Abraham ad seruos suos ait, expectate hic, ego autem, & puer illuc usque properantes, cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Hinc Psaltes: expecta Dominum, & custodi viam eius. Aliam etiam expectandi rationem in Evangelio cælestis magister proponit, ne fur nos imparatos inueniat. Sicut ergo vigilare ille, qui nouit venturum latronem, ita & nos agere oportet. Alii qui certe fideles vitam expectantium agunt. Plurimi vero ita viuunt, ac si expectarent nihil. Vides hominem operi alicui nimum intentum, vel solite negotium agentem, non ei dicit, qui expectas? non enim videtur, quipia sperare, sed negotium, quod agerit, agere. Cum vero vides hominem feriantem, omnia circumspicientem, clamantem, huius dices, quid expectas? Ita omnino cum videris Christianum nimum terrenis implicatum

catum, solite curantem temporalia, quomodo hunc expectatem dices? Quid te rogo, amplius ageres à auare, si aliam vitam non expectares, quam quod nunc agis? Qui vero terrena relinquit, qui hic delectari cum possit, affligi elegit, qui cælestia contemplatur, qui Deum inuocat, hic certe expectat, & expectatis vitam gerit.

Hanc vero expectationis vitam mirè in Evangelio Christus describit dicens. *Sini lumbi vestri præcincti & cædest*, parati ad ambulandum, si Dominus venerit, sed in his verbis mysteria latent, quæ nobis explicanda sunt. Signa quædam sunt in re publica, quibus præcipui viri discernantur à reliquis, nobilibus insigne dari solet sancti Iacobi, vel Ioannis, vel simile cubicularij regis clauem auream gestant. Ita iustorum signum cingulum est. Iustorum congregatio est hominum, qui præcincti sunt. Ita Habacuc ait: Ut ascendam ad populum accinctum nostrum. Populum accinctum populum iustorum appellat. Et cum Ochozias à nuncijs quæreret. Cuius figuræ, & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, illi dixerunt, vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est, succinctus cum esset, prophetam Domini agnouit. Et in Exodo, ut comederent agnum, & egrederentur ex Aegypto Israelitæ, dicitur. Lumbos vestros accingetis. Et de Ioane Martheus, & Marcus dicunt, zona pellicea accinctis renibus. Sed quo pacto accinguntur iusti? Certe corpore, & animo. Corpore enim accingitur, qui ait, semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Animus vero charitate, iustitia, veritate, & mentis puritate cingitur.

Ut vero nouerimus, quæ ratione præcingendi sumus in lege gratiæ ad Christi imitationem, pendenda sunt verba illa Apocalypsis, Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum pedes, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Discincti male audiebant antiquitus, etiam apud ethnicos, quasi essent animi laxi, & pigri.

Ne ergo nos inter eos annumeremus, tracte saluator ait. *Sini lumbi vestri præcincti*. Et Petrus, succincti lumbis mentis, ut dicitur. Sed qualem hoc cingulum esse debeat, exponit, Esaias. Et

1. Reg. 8.

1. Mach. 1.

Gen. 22.

Psal. 33.

Simile.

.01 .000

.000

Haba. 3.

4. Reg. 12.

Exo. 12.

Matth. 3.

Mar. 1.

1. Cor. 4.

Apoc. 1.

1. Pet. 1.

Esai. 11.

erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium re-
 num eius. Id est, Messia erit perpetua iustitia, & sanctitas, & di-
 ctorum certa fides. Per similes visio apparuit Danieli. Et ecce
 vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo.
 Quod in Apocalypsi dicitur zona aurea. Sed quid est, quod Esa-
 ias ait, Messia præcinctum ad renes, in Apocalypsi verò ad mæ-
 millas? Innuitur certè diuersitas inter legem nouam, & vete-
 rem. Olim enim externus cultus, quem Paulus vocat sanctum
 sæculare, de corporis agebat continentia, & libidinosos carnis
 motus cingulo frenabat, qui potissimum lumbos, & renes infe-
 stant. Sed noua lex consensum etiam mentis cohibet, & men-
 tis lumbos cingit, vt diximus ex Petro. Hinc cælestis magister
 ait. Audistis, quia dictum est antiquis. Non mæchaberis. Ego
 autem dico vobis. Quicumque viderit mulierem, ad concu-
 piscendum eam, &c. Ideo prius cingebantur renes, nunc ve-
 rò cor. Ita aiunt Anselmus, & Ricardus in caput 1. Apocalyp-
 sis. Nec verò ex his putes, in lege non fuisse prohibitum malū
 consensum, sed quia Pharisei sic legem interpretabantur, licet
 malè. De qua re eos Christus dominus carpit. Si verò videre cu-
 pis hominem præcinctum ad renes, & cor, etiam ante Euange-
 lium, attende beatum Iob. Pepigi fædus cum oculis meis, vt
 nec cogitarem quidem de virgine. Quæ verba enarrans Grego-
 rius, citat prædictum locum Apocalypsis, & exponit de cogi-
 tatione luxuriæ. Vbi etiam expendit illud Genesis. 3. Super pe-
 ctustuum gradieris, & ait. Tunc dæmon graditur super pectus
 cum suggerit malas cogitationes. Tunc super ventrem, cum
 opere explere, suadet. Cum ergo nunc Christus ait. *Sint lum-
 bi vestri præcincti*, intelligendum nobis est de lumbis corporis,
 & cordis, vt Petrus exposuit. Pierius refert, Zonam Hierogli-
 phicum fuisse castitatis Aegyptijs. Aurea verò zona esse debet
 quia charitate frænandi sunt appetitus; quæ in lege gratiæ abū-
 dantius conceditur, qua cor maximè frænatur. Et ideo in ea
 singulari ratione cor præcingi dicitur, potius quam in lege ve-
 teri.

Addit verò dominus. *Et lucernæ ardentes in manibus vestris.*
 Sed qua ratione lucernas in manibus tenere præcipimur? Cer-
 tè via nobis peragenda est noctu, via difficilis, plena periculis.

Aac laqueis. Attende, quod in medio laqueorum pertransis, ne-
 cessarium nobis lumen est, ne pereamus: Finge nunc viam te
 agere per montis cliuum, in cuius radice est ingēs ignis, & via
 arcta est, difficilis, casuiq; propinqua. Maiora profecto disci-
 mina in humana sunt vita. Super illa enim omnia dæmon nos
 insequitur districto ense. In miseris namque. Adæ filios illa
 descendit maledictio Psalmi. Fiant viæ illorū tenebræ, & lubri-
 cum. Et Angelus domini persequens eos. An nō tenebris ob-
 ruimur? An nō innumera imminent pericula, scandala & igno-
 rantia? in extremis vero, si decidimus, paratus nobis est æter-
 nus ignis. Lucernis ergo opus nobis est. Nec vero satis est vna
 lucerna, sed ait. Lucernæ ardentes. Quia vt ait Amb. multe sunt
 tenebræ, multæ sunt lucernæ necessariae, quia multis egemus
 virtutibus, ad multa superanda vitia. Opera vero virtutis lucer-
 næ dicuntur, quia & nos ipsos, & alios etiam illuminat, & viam
 in cælum ostendunt. Hinc Psaltes. A mandatis tuis intellexi. Et
 Sapiens ait. Iustorum semita quasi lux splendens, & crescens vs-
 que ad perfectum diem. Sibi vero, & alijs exemplo lucet. Si-
 cut qui lucernam noctu in manu propria defert, sibi, & alijs viā
 demonstrat. Ideo cælestis magister ait, sic luceat lux vestra co-
 ram hominibus, vt videat opera vestra bona. Hac vero in re ni-
 mium cauere debemus, ne de illis simus, qui lucem quidē por-
 tare volunt, sed aliorum manibus, non suis. Et cum lucerna
 eos præcedere deberet, ipsi lucernā præire volunt, & eā post se
 relinquere, sic enim nō rectè via illuminatur. Huiusmodi sunt
 qui pia opera præstare nolunt, restituere renuunt. Hęc vero vni-
 uersa hereditibus, & testamentarijs facienda relinquunt. Tu tibi
 hęc non præstas, & præstabit alter? Bona opera lucernæ sūt, præ-
 cedant ergo te, vt sic rectè viam incedas.

Sed attendendum est, non satis esse lucernas tenere, nisi ar-
 deant. Ideo cælestis magister ait. *Lucernæ ardentes.* Sunt
 enim aliqui, qui pia opera præstant, sed in statu peccati
 sunt, & ideo lucernæ bonorum operum ardentes non sunt,
 quia sine charitate parum, vel nihil valent. Hi lucernas ha-
 bent, sed extinctas. De quibus Paulus ait. Si distribuero in ci-
 bos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus
 meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil

mihī

Dani. 10.

Heb. 9.

Matt. 5.

Ansel.
Ricard.

Matth. 5.

Job. 31.

Gre. 21. mor.
ca. 2.

Gene. 3.

Pierius.

Psal. 34.

Amb. in

Psal. 118.

Psal. 118.

Pron. 4.

Matth. 5.

1. Cor. 13.

mihiprodest. Sicut enim moneta absque imagine nihil valet, ita opus bonum, nisi charitate insigniatur. Deinde manibus has lucernas teneri oportet. Quidam solo corde tenent, qui multa se facturos dicunt, sed nihil præstant. De quibus Sapiens ait. Sicut porta vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Et item. Nubes, & ventus, & pluvia non sequentes, vir gloriosus & promissa non complens. Non ergo bona cogitans; sed bona faciens aptus est regno Dei. Hinc Ioannes de iustis ait. Opera enim eorum sequuntur illos. Hinc etiam de forti muliere dicitur. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fulgur.

Prou. 26.

Prou. 25.

Apoc. 14.

Prou. 31.

Psal. 118.

Greg.

Psal. 115.

Simile.

Psal. 9.

1. Thes. 5.

Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Qui parati sunt, & Dominum venientem expectant, serui eius sunt. Beatus plane ille, qui dicere potest cum Psalte. Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui. Pauci profecto sunt, qui Deo dicere valeant, tuus sum ego. An avarus id dicere poterit? Non certe, sed dicet pecuniæ sum ego. An carnis voluptatibus deditus id dicet? Non plane, sed meretricis ego sum; & sic in reliquis peccatoribus. Iustus vero ait, tuus sum ego, quia iustificationes tuas exquisiui. Non exquisiui aurum, aut delicias, aut honores, sed iustificationes tuas. Et ille certe seruus est, & miser seruus, qui peccato seruit, nam qui Deo seruit, rex est. Vnde Gre. ait. Seruire Deo, regnare est. Quæ ratione Dei serui hoc sibi nomen sæpe usurpant. Centies se Christi seruus Paulus dicit. Et Psaltes. Ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Merito ergo nunc Christus ait. Beati serui illi. De hac ergo re gloriemur, quod nunc Christi serui, & Ecclesiæ filij sumus.

Cum venerit, & pulsauerit, confestim aperient ei. Adultera non confestim aperit marito, donec adulterum occultet, fidelis vero mulier confestim. Ita ex fidelibus, qui in Ecclesia sunt, quidam omnino fideles sunt, non fide solum, sed & moribus, hi confestim Deo aperient. Alij vero adulterum in voluntate retinent, peccatū, scilicet, & ideo curant multū, mortē effugere, ac differre donec peccatū abscondant, sed illud latere Dei oculos non poterit. Vnde Psaltes. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Hinc Paulus. Cum enim dixerint, pax, & securitas

Aritas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis, & non effugient, paratos nos ergo esse oportet, vt confestim aperiamus Deo. Sed quid vigilantibus seruis dabit? Audi. Amen dico vobis, præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis. Significant hæc verba, iustis vigilantibus concedendam esse cælestem mēsam, in qua sedeat. Et Dei fruitionem, cuique pro meritis. Sicut Dominus, qui lectus à nuptijs venit, videns seruos fideles, eum expectantes, amplius lætatur, & donata eis largitur præcipua. Sed singula verba pēsemus. Primum illud. Faciet eos discumbere. Quis discumbat, quiēscit omnino, ita in gloria quiescent sancti. Deo obtinet, & omni labore cessante. Hinc Esai. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Sic ambulant, & laborant iustij sed in modo iam dicit spiritus, vt quiescant à laboribus suis. Hæc velut solum discumbent, sed ad mensam lautam, ac amplissimam, id enim discumbere significat. De qua Esaias ait. Et faciet Dominus omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuiū vindemiæ, pinguiam medulatarum, vindemiæ defecatae, & præcipitabit mortē in sempiternū, & auferet Dominus omne lachrymam ab omni facie. Et tunc addit Propheta, istos dicituros. Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Ille Dominus, sustinimus eum, & exultabimus, & lætabitur in salutari eius, quia quiescet manus Domini in monte isto, id est. Nunc ostendit potentiam suam, ac diuitias in hos, sicut Assuerus in suo conuiuiuo ostendere voluit. Letantur tunc, & exultant, quia Deum expectauerunt, cum tantam expectationis mercedem vident. Christus ait, estote similes hominibus expectantibus, Esaias ait, dicituros eos, expectauimus eum, sustinimus eum. Sed incredibile apparet, quod ait. præcinget se, & transiens ministrabit illis. Interrogauit Assuerus a mal. Quis fiet homini, quom rex honorate desiderat. Et cum miseribus sapramodum esset, & arrogans, putat eque se ipsum esse, quem rex honorare volebat, multa dixit, sed diuersa, & inferiora malto ab his, que tunc Christus ait. Quod rex in mensa sua aliquem subditum sedare faciat, aliquando vidimus, sed quod rex illi ministrum in modum esse, quomodo rex tolleret præcipua, & transiens non ministrabit illi omnibus. Hinc

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

Esai. 32.

Apoc. 14.

Esai. 25.

1. 1. 1. 1. 1.

Esai. 1.

ergo ministrat, dū per omnes sensus, & potētiās transiens om-
nibus gloriam cumulabit. Vnde Psaltes ait. Beatus vir, qui
impleuit desiderium suum ex ipsis. Mansiones plures beatorū
in cælo sunt, & per omnes illas transit Dominus vt omnes glo-
ria repleat. Sed quid est. *Præcinget se?* Certe præcinget se per iu-
sticiam. De quo cingulo Esaias ait. Et erit iustitia cingulum
liborū eius, secundū quā singulis reddet secundū meritū suū.
Esai. 11. Quia in cælesti regno sedēt facti in Dei cōiuiuo, sicut fratres in
cōiuiuo Ioseph iuxta primogenita sua, ita illi iuxta meritū suū
Gene. 43. & sic transiens per singulos, cuique dabit id, quod meretur. Præ-
cingit homo liberos suos, vt Deo ministraret, præcigitur Deus
iustitia, vt homini merita reddat. Transiens vērō ministrare di-
citur, quia cuique dat pro merito. Vel sancti cælum ingressi trā-
seunt in suos ordines, & dominus immobilis transire dicitur,
Ioan. 13. quia transeuntibus illis gloriam propriam cuique ministrat. Tē-
pus humiliationis Christi præterijt iam, cum præcingit se, vt la-
uarēt pedes discipulorum. Iam tempus maiestatis est, nec ser-
uit, dat verò manu propria cuique gloriam tanquam dominus.
Ferculum tribuit, quod hic dare consuevit, qui ministrat. Qui
ergo in terra fuit dator virtutum, in cælo est distributor præ-
miorum, id verò ministrare dicitur. Sicut etiā Sapiens ait. Vni
cuiusque deseruiens voluntati, ad quod volebat, conuerteba-
Sapien. 16. tur, deseruire dicitur, quia bona largitur, & escam tribuit. Trā-
sire verò dicitur, quia non vnā omnibus in communi gloriā
tribuit, sed singulis suam. Aliquando proponit in mensa fercu-
lum magnum escam plenum, à quo omnes accipiant sibi escam
conuenientem, & tunc non transit, qui escam mini-
strat. Aliquando verò cuique ferculum tribuit, & tunc tran-
sit ab vno in alium. Quia ergo dominus non vnā proponit
omnibus gloriam, sed cuique conuenientem, ideo transire di-
citur, quia id efficit, quod transiens facere solet.
Simile. In hoc autē scitote, & c. quā hora fur veniret, vigilaret vtiq; & nō
surreret perfodi domum suam, & vos estote parati, quia quā hora
nō putatis filius hominis veniet. Dixerat superiore parabola præ-
sentium vigilantium. Hæc parabola explicat supplicium non vigi-
lantium, illud verò est, perfodi domum à fure, sed illatio
Christi Domino facta incongruens apparet. Si enim sic in-
ferret,

A ferret, si sciret pater familias horam, quā fur veniret, vigilaret,
ergo & vos vigilate, quia scitis horam, optima esset illatio, sed
contraria est illatio, vigilate, quia nescitis horā. Pro huius ergo
intelligentia notandum est. Eo hanc parabolam spectare, vt
ostendat, aduentum Christi futurum, vt furis horā, quā non
speratur, ideoque semper vigilandum, ne patiamur malū, quod
pater familias, qui non vigilauit, quia nesciuit horam aduentus
furis, & ideo ab eo peremptus est. Aduertendum ergo est, ver-
ba græca non de præsentī loqui, sed de præterito, scilicet, si
sciuisset pater familias, quā hora fur veniret, vigilasset, nec per-
misset, domum suam perfodi.

Secundū quā lectionē proponitur in parabola pater fami-
lias, qui à fure oppressus est, quia non vigilauit, qui vigilasset, si
fur venturum, sciuisset, cuius exēplo monemur vigilare, nē in
simile discrimen incidamus. Nam si dormierimus, veniet mors
vt fur, quā hora non putamus, & sic applicatio parabolę hæc
est. Si sciret pater familias, quā hora fur venturus esset, vigilas-
set, & vigilans damnū passus non esset, & quia non præsentē
horam aduentus furis, ideo non vigilauit, & ideo fur adueniēs
hora inopinata, cum diripuit. Ideo ne vobis simile contingat,
& vobis dormientibus, quia nescitis horam aduentus eius, vos
opprimat imparatos, assidue vigilate, quia dies Domini vt fur
veniet, dormientes oppressurus. Quod ergo dicitur in parabola
de patre familias, quod vigilasset, si sciret horam, non ad hoc
dicitur, vt in hoc eū imitemur, sed vt sic diceretur de illo, exē-
pli necessitas exegit, quia vigilia corporalis non potest esse per-
petua, simulq; significatur, nō vigilasse illū, quia nesciuit adue-
tus horam, vt nos caueamus, ne & nos eadem de causa non vi-
gilantes, incidamus in simile damnū.

Sed secundum nostram lectionem parabolę applicatio sic
fieri potest. Pater familias vigilaret, si sciret horam aduentus
furis, ideo vos vigilate, quia scitis venturum diem Domini
tanquam furem, quā hora non putatis. Si enim homines vigi-
lant, ne pereat pecunia, multo magis vigilandum, ne pereat ani-
ma. Nulla esset difficultas, si dixisset. Si sciret pater familias
furem venturum nocte, vigilaret, ideo vos vigilate, quia filius
hominis nocte veniet, quā hora nō putatis. Sed dicit, quā hora
Sanct. Fff fur

verbum, & verbum erat apud Deum. Cum erupit, cor meum. A
 verbum bonum, cum ex utero ante luciferum genuit. Hanc
 eius generationem quis enarrabit? Ibi Hæres yniuersorum cõ-
 stitutus est, & cum patris substantia vnica illius bona acce-
 pit. Mirabilis plane, optimaque natiuitas, propter quam meri-
 to bene natus, ac nobilis nuncupatur. Altera Christi natiuitas
 temporalis est, qua ex Virginis utero protulit. Et hæc etiã na-
 tiuitas optima est, quia de Virgine, sine corruptione, & dolo-
 re. Nullus hominum sic natus est. Deinde nobilis Christus
 dicitur, quia secundum diuinam naturam non rapinam arbi-
 tratus est, esse se æqualem Deo. Secundum humanam vero ab
 illustriſſimis regibus, & patriarchis descendit. Regio longin-
 qua, in quam abiit, vt sibi regnum accipiat, caelum est, in quod
 conscendit, vbi ad dexteram patris sedit, tanquam celorum rex. B

Apoc. 22. Reuersurus vero est ad iudicium. Vnde ait. Ecce venio cito, &
 merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua.

Dum vero reuertitur, relinquit decem mnas decem seruis,
 cuique vnum mna. Illud vero tribuit, vt negotientur, dicit
 enim. Negotiamini, dum venio, vsque ad mortem ergo vo-
 bis negotiandum est. Videnda nobis hæc sunt, quæ sit substan-
 tia, ac pecunia, quæ vulgo dicitur el caudal, quæ nobis datur, vt
 negotiemur. Et quomodo negotiationem exercere debea-
 mus. Et quo vsque nobis negotiandum sit. Et primum quid sit
 substantia nobis concessa, vt negotiemur, vna mna est. Sed
 quid est mna? Mna dicitur est Græca, quam Latini dicunt mi-
 na: significat Atticis libram pecuniariam, hoc est, centum drach-
 mas. Sed mina hebraica longe maior est teste Iosepho, valet C

Iosephus. li. 14. anti. c. 13.
Eze. 45. enim duas libras cum dimidia. Conuenit vero idem eo,
 quod Ezechiel ait. Porro viginti sicli, & viginti quinque sicli,
 & quindecim sicli mnam faciunt: Mna ergo sexaginta siclos
 continet. Siclus autem viginti obolos habet, qui sunt quadra-
 ginta drachmæ, vt in Exo. & Leuitico habetur. Drachma vero
 valet quadraginta dipondia cum minuto. Et sic mna continet
 sexaginta medios argenteos, quæ efficiunt triginta argen-
 teos. Hoc vero pretium fuit sanguinis Christi, quod Matthæus
 vocat pretium appretiat. Budeus libro 4. de asse, ait. Argenteus
 Hebræus duas drachmas Atticas pendebat. Erant enim argen-

Exo. 30.
Leuit. vlt.
Budeus.

A tei illi magni, ex quibus vidisse se vnum refert Budeus, ex illis
 inquam qui pretium Christi fuere, qui erat Parisijs in æde san-
 cti Ioannis Lateranensis. Ego vero Hispaniæ alterum ex illis
 ipsis vidi, quem Marchio Deniensis in domus suæ maiorica,
 tu habet.

Hoc verò Christi Domini pretium prædixit Zacha. Et dixit
 ad eos, si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam,
 & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta
 argenteos. Et dixit Dominus ad me. Projice illud ad statuarium
 decorum pretium, quo appretiatum sum ab eis. Et tuli triginta
 argenteos, & proieci illos in domo Dñi ad statuarium. Loqui-
 tur Christus Dominus, & ait Iudæis. Si bonum est in oculis ve-
 stris, id est, si placet vobis. Reddite mihi mercedem aliquam, &

B obsequium pro bonis beneficijs, quibus vos affeci. Et si hoc non
 placet vobis, quiescite, quasi dicat, non vos cogam. Illi vero ap-
 penderunt mercedem meam triginta argenteos: Id est, loco
 obsequij, & mercedis consiliū inierunt, vt me occiderent, &
 Iudæ dederunt triginta argenteos, vt me proderet illis. Dñs ve-
 ro dixit ad me. Projice illud ad statuarium. pro statuário nomē
 Hebræum ponitur, quod significat plattē, vel figulum, vel sta-
 tuarium, figuli enim statuas ex luto conficiebant. Quod nomē
 sepe in scriptura Deo tribuitur, qui nos quasi figulus formauit.
 Et sic verba Prophete accipi possunt, vt significet, projice hoc
 pretium coram Deo, qui probè nouit dignitatem tuam, vt iu-
 dicet, an digno pretio sis estimatus, vt videat, quanta iniuria te
 affecerunt, ita Hiero. & Ruper. intellexerunt. Projici ergo, ait

C Christus in domo Domini triginta illos argenteos. Licet enim
 Iudas proiecerit, sed Christus projicere dicitur, qui eum impu-
 lit, vt projiceret. Dicit vero decorum pretium ironice, rei in-
 dignitatem intelligi volens. Quidam vero verbū illud statuariū
 intelligunt, thesauri esse custodem, vt significet propheta. Due
 pretiū istud in tēplum, & reponatur in thesauris templi, vt in-
 de omnibus diuidatur.

Ex quibus omnibus colligitur, pretium sanguinis Christi
 in Ecclesia esse, vt omnibus fidelibus diuidatur. Si ergo nosse
 cupis, quæ sint pecunie, quæ fidelibus dantur, quibus negotiari
 possint, certe pretium sanguinis Christi est, mna est, quæ tri-
 ginta

Zacha. II.

Hiero. Ruper.

ginta argenteos pendet. Hoc mna omnibus nobis in Ecclesia A
 proponit Christ^{us}, in thesaurisque Ecclesie reponit, vt illo nego-
 tiari possimus innumera dona gratie, ac glorie. Exigit vero in-
 dustria nostra, & liberi arbitrij concursu, cum ille proponat pe-
 cuniam omnem, lucrum vero, quod ex negotiatione acquirit,
 nobis solū reseruatur, Deo enim nihil lucrari possumus. Nam,
 vt Iob ait. Quid prodest Deo, si iustus fueris? Aut quid ei con-
 fers, si immaculata fuerit via tua? Et ideo cum feceritis omnia,
 que præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus, quia
 nihil utilitatis Deo acquirere potestis. Hinc vero procedit, vt
 minima industria nostra bona maxima lucremur, propter infi-
 nitū hunc thesaurū, quō negotiamur. Sicut accidit in tempora-
 li negotiatione, vt parua industria multe acquirantur diuitie,
 quia multa pecunia in negotiatione ponitur. Hinc enim pro-
 cedit, vt calix aquæ frigidæ æterna remuneratione donetur, &
 minima opera iusti gloriam æternam acquirant.

Iob. 22.

Luc. 17.

Si vniuersarum creaturarum thesaurus in vnū cōueniret, &
 negotiationi exponeretur, satis nō esset tātē negotiationi, quo-
 niā in ea Deus acquiritur. Ego ero merces tua magna nimis.
 Et ideo vt eū assequamur, diuina Christi merita necessaria no-
 bis sunt, vt Deū lucrari possimus. Hinc vero colligendum no-
 bis est, omnia à Deo sperare veniam peccatorum dona maxi-
 ma, gloriam amplissimam. Quid enim non speret se lucraturū,
 qui diuina merita pro se habet? Tanto exposito thesauro nego-
 tiationi, facile est, vniuersa acquirere. Aliqui doctores mna di-
 cunt esse vniuersa ea bona, que Deus homini contulit, siue na-
 turalia, siue gratuita sint, que omnia ei Deus concessit, vt ne-
 gociationi exponat, & eis rectè impēsis lucretur vitā æternam.

Gen. 15.

Postquam mnas diuisit seruis, ait. *Negotiamini, dum venio.*
 Quasi dicat. Non hæc bona vobis concedo, vt illa in thecis re-
 ponatis, sed vt negotiationi exponatis. Sicut mulier illa fortis
 fecisse perhibetur, de qua scriptum est. Gustauit, & vidit, quo-
 niam bona est negotiatio eius. Sed merito inquirendū nobis
 est, que sit bona ista negotiatio, cui exponere debemus vniuer-
 sa Christi merita, & vniuersa bona nostra. Nimirum enim atten-
 dunt negotiatores terre, quæ negotia agenda suscipiāt, & qua-
 tum ex illis lucri acquirere possint.

Pro. 31.

A Primum ergo, quod prudens negotiator attendit in nego-
 tiatione, cui omnes diuitias suas exponit, est lucrum, quod in-
 de reportare potest. Nec lucrum attendit, quod initio negotia-
 tionis prouenire potest, sed quod in eius est fine. Stultus enim
 is negotiator esset, qui videns initio negotiationis aliquod lu-
 crum, illud sic attenderet, vt eo deceptus in fine negotiationis
 maximum pateretur detrimētum. Quid prodest, nunc dare pe-
 cunias in cambium, ac lucrari quinque, vel decem, cū centū de-
 deris, si in fine cambij amittis triginta. E diuerso prudens ne-
 gotiator agere solet, qui pecuniam dat in Hispania, vt eam re-
 cipiat in Flandria, & cum nunc eam dat, detrimentum patitur
 dat enim centū, recepturus in Flandria nonaginta. Nouit tamē
 in fine cambij, cum ex Flandria in Hispaniam pecunia datur,
 magno cum scōnore eam obuenturam. Certè nullus adeo im-
 prudens negotiator est terræ, qui exitum negotiationis nō cō-
 sideret. Pauci verò sunt æternorū negotiatores, qui in his, que
 ad animam spectant, id attendāt. Hæc profecto diuersitas est
 inter negotiationem iusti, & peccatoris. Quod iusti negotia-
 tio initio laboriosa est, & in ea detrimentum patitur, sed exitus
 illius optimus est, & lucrum immensum. Negotiatio vero
 peccatoris è diuerso procedit, initio enim dulcis est, & aliquod
 lucrum habet, exitus vero amarus sicut absynthium, & immē-
 sum detrimentum est. Homo animal rationale est, & ideo finē
 inspicere debet, quia homo est. Quia vero negotiator exitum
 negotiationis attendere, atque adeo nec terreri debet, si initio
 detrimentum patiat, dum modò exitus scelicissimus sit. Nec
 vero inescari dulcedine, & lucro, quod initio negotiationis vi-
 det, si in fine detrimentum sit maximum.

Simile

Procedit nunc Dæmō, caro ac mundus, suadet quæ tibi ; vt
 cū ipso negotieris, eiusque merces emas, & in eis diuitias tuas
 infumas, initio dulcedinē tibi proponit, delectationē, lucrū ali-
 quod. Sed caue negotiationē istā, eā attēte cōsidera, & respues.
 Audi Sapientē. Ne intuearis vinū, quando ostendit, cum splen-
 duerit in vitro color eius. Ingredditur blāde, sed in nouissimo
 mordebit vt coluber, & quali regulus venena diffundet. Vinū
 hoc loco significat omne mundi gaudium, & delectationē, vt
 Ber-

Pro. 23.

Bernard.

Bernardus ait in illud Canticum. 1. Meliora sunt vbera tua vino. Recte ergo monet Sapiens. Ne intuearis delectationem; cum splenderit, initio enim ingreditur blandè, sed in fine ut coluber mordebit, & ut regulus venena diffundet. Qui huius negotiationis initia duntaxat considerauerit, nec finem attenderit, qui colore vini huius decepti illud bibunt vsque ad ebrietatem, & nihil aliud curant, nisi ut diuitias, honores, & voluptates acquirant, in fine miseros se inuenient, cum tempus rationis aduenerit. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Ibi venenum apparebit, quod in vino latebat. Ibi detrimentum infinitum apparebit, quod patiuntur pro paruo lucro, quod initio fecerunt.

Luc. 6. Vae vobis, qui ridetis, quoniam flebitis. Tunc deceptos se agnoscent, cum deceptionem vitare non poterunt. Tunc veritatem illius sententiae agnoscent, cui hic assentiri meluerunt. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum pariat? Hoc est illud vinum veneno plenum de quo Ioannes ait. Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnae, quae sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae, & inebriati sunt, qui habitant terram, de vino prostitutionis eius. Mulier illa Babylon dicebatur, vestibus regis induta erat, & poculum aureum in manu eius. Sed statim Angelus clamauit. Cecidit, cecidit Babylonia magna, quia omnis peccatorum congregatio, quae in illa muliere significatur, peribit. Dic nunc, o homo, si ratione vteris, praclarum putas te egisse negotium, si initio lucratus es decem, cum in fine mille amiseris? Quid tibi proderit, si vniuersum mundum lucraris, animae vero aeternum detrimentum patiaris? Si diuitias tibi coaceruaueris sicut Croesus. Si honores, & nomen acquisieris ut Alexander, & Caesar, & reliqui orbis Monarchae. Si delicias, & gloriam habueris sicut Salomon, & si omnes hos longe superaueris. Quid lucrum reportabis tandem, si animae tuae detrimentum patiaris? Merito Moyses ait. Gens absque consilio est, & sine prudentia. Vtiam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent? Quid est, nouissima prouiderent? Certè exitum negotiationis attendere, non initium. Nunc ergo veritatem istam considerant, quam inuoluntate postea confiteri sicut impij consentuntur. Quid nobis profuit superbia, diuitiarum

Luc. 6.

Mat. 16.

Apo. 17.

Deut. 32.

Sapient. 5.

Auitiarum iactantia quid contulit nobis, ergo errauimus.

In negotiatione vero iusti è diuerso accidit. Initia illius dura sunt, & in eis aliquod detrimentum est subeundum, sed in fine lucrum est maximum. Hinc benedicit Moyses Zabulon. Letare Zabulon in exitu tuo. Habitabat Zabulon in littore maris, ut Iacob ei praedixit, Zabulon in littore maris habitabit, ibique negotiationi vacabat. Merito ei dicitur. Letare in exitu tuo, quia prudens negotiator in fine, ac exitu negotiationis letari solet. Hinc Paulus. Omnis disciplina in praesenti, quidem non est gaudij, sed mæroris, sed postea fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. Cum ergo fructum maximam huius negotiationis expectemus, merito monet nos ibi Paulus. Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Attendite huic negotio viriliter, non manibus remissis, non solutis genibus, sed viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes, qui speratis in Domino. Hic felicissimus terminus huius negotiationis fuit, ut sancti libenter vniuersa mundi bona relinquerent, ut martyres plura paterentur, nec putandum est, odisse se ipsos, nec diuitias suas, quoniam intelligebant, non ea amitti, sed multiplicari. Qui enim pecuniam in cambiū tribuit, non eam odit, nec è domo eicit, quia illi ingrata est. Sed pecunia ad breue tempus carere vult, quia nouit eam multiplicandam. Ita iustus delectationes abijcit, ut eas cumulas recipiat. Hinc Petrus, Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditate incorruptibilem, incontaminatam, immarcescibilem, conseruatam in caelis. En finem scelicem negotiationis iustorum, quae ut consequantur, libenter nunc aliquod detrimentum patiuntur. Unde addit Petrus. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tetationibus. Et quemadmodum prudens mercator letari solet, non solum in negotiationis fine, cum lucrum percepit, sed etiam initio, cum videt, optime negotiationi expositam pecuniam. Ita ait Petrus, exultatis letitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestrarum. Quia cum iustus finem attendit, & lucrum maximum futurum sperat, etiam

Deut. 33.

Gene. 49.

Heb. 12.

Psal. 29.

1. Pet. 1.

Prov. 31.

Luc. 16.

tunc letatur, cum detrimentum patitur. Optimus ergo finis negotiationis iustorum est, & idè de forti muliere, quæ negotiationi incubuerat ait Salomon. Ridebit in die nouissimo. Initia verò, ac fines harum negotiationum mirè descripta sunt in historia diuitis epulonis, & Lazari. Quorum initia diuersa admodum fuere, sicut etiam exitus. Diues enim paruam utilitatè, & delectationem in principio habuit, sed demum sepultus est in inferno. Lazarus verò, qui initio detrimentum passus est, in morte portatus est ab Angelis in sinum Abrahamæ.

Secundum verò, quod prudens negotiator attendit in negotio suscipiendò, est securitas, ac certitudo lucri, nec enim satis sibi putat, si lucrum videat, nisi illud certum sit. Et quoniã aliqui id minus attendunt, omnia bona sua dilapidauerunt, quia negotium aliquod viderunt præcipuum, in quo plurimùm lucrum futurum putauerunt, quod deinde incertum fuit. Sūt quædam merces, quæ nunc valorem retinent multum, sed post annum nullius præcij sunt. Sunt etiam mercatores, qui pretiũ merciam nunquam reddunt, & in his negotiationibus sepe negotiator bona sua amittit, licèt enim initio putauerit, multum futurum lucrũ, sed postea nullũ est, imò maximũ detrimentũ. Idè securitas negotij nimium attendenda est. In hac etiam re diuersitas magna est inter negotia iusti, & peccatoris. Quòd in iusti negotio certum omnino lucrum est. In peccatoris verò negotio nihil certi de lucro affirmare possumus. Merces iusti valorem semper retinent. Merces peccatoris non item. Merces sūt, quas vulgò dicimus *de coyuntura*, hodie enim aliquid valeat, cras nihil: nũc pulchritudo aliquid est, cras marcescit. Nunc diuitiæ lætificat, sed nihil proderũt in die ultionis. Nũc potestate fũgeris, cras ea carebis. Iustitia verò, ac virtus omni loco, & tẽpore pretiũ retinet, in salute, & infirmitate, in diuitijs, & paupertate cælum lucrari poteris. Et idè de iusto Psalter ait. Omnia, quæcunque faciet, prosperabuntur, in omnibus lucrum inuenit. Deinde debitores admodum diuersi sunt. Quæ enim mũdo dedisti, vix, aut nunquam recuperabis. Debitor mendax mũdus est, plura tibi debet, & soluet nunquam. Multa forsan tribuisti mundo, & amicis, & te nunc deceptum vides, quia ingrati tibi sunt. At verò Deus noster non solum, quæ debet, soluit, sed

Psal. 1.

A sed plura adjicit. Mensuram bonam, & confertã & coagulata, & supereffluentẽ dabunt in sinus vestros. Nõ enim mensurã tribuit, nisi supereffluentẽ, quia præmiat ultra condignũ. Non sic accidit his, qui mundo, & eius vanitati inseruiunt. Scribe obsecro in libro tuo, quæ filiis, cõsaguineis, & amicis dedisti, & postea ad eos accede, vt debita soluãt, & nihil tibi retribuẽt. Inter alia, quæ Propheta Abdias ad Edom loquitur, per quem in iusti intelliguntur, vt Hieronymus ait, vnũ illud est. Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum panem, ponent insidias subter te.

Si ergo rectè sapimus, negotiationẽ iustorũ suscipiemus, & cũ Deo negotiabimur, ibi enim lucrũ maximum, & certũ inueniemus, quis enim sperauit in eo, & cõsusus est? Et hoc negotiũ nostrũ esse oportet, vt salutem animæ nostræ curemus. Et in hunc finẽ vniuersa alia negotia dirigenda sunt. Hinc Paulus. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliquid facitis, omnia in gloriã Dei facite. Cũ ea, quæ ad corpus spectant, in salutẽ animæ tuæ, & in Dei gloriã dirigis, à spiritali iustorũ negotio nõ recedis, etiam si plura tẽporalia negotia peragas. Si verò aliud intendis, iã negotiũ aliud tractas. Idè Marthã Dominus carpit, quia circa multa erat occupata, cũ vnũ esset necessariũ. Hinc Paulus. Rogamus autẽ vos fratres, vt abundetis magis, & operã detis, vt quieti sitis, & vt vestrũ negotium agatis. Duo Paulus ait, vnũ esse hoc negotiũ, & nostrum esse. Alia enim negotia aliena putare debemus. Nõ enim Christiani negotium est, substantiam, honoresq; acquirere, Ethnici & Turcæ negotia ista sunt: Virginitatẽ consulit Paulus, licèt matrimoniũ sanctũ sit, ne homo sit diuisus, quid obsecro diceret de eo, qui diuisus in ludos comestationes, turpia & iniusta lucra? Et hac de re nobiscũ expostulat. dominus per Naũ, quod eũ vnũ esse de heret negotiũ nostrũ innumera alia geramus negotia, ait enim. Plures fecisti negotiationes tuas, q̃ stellæ sunt celi. Vna nobis pecunia datur, Mna, scilicet, vt negotiemur, vnũ debemus gerere, & administrare negotium. Id verò præstabat, qui ait. Vnam petiã Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Et vt huic vacarent negotio, vniuersa mundi negotia sancti reliquerunt, vt tradit Gregorius in illud

Luc. 6.

Abdi.

1 Cor. 10.

Luc. 10.

1 Thes. 4.

1 Cor. 7.

Nati. 3.

Greg. 4. 20.

Gal. c. 33.

Iob. 34.

Iob. 3.

Iob. 3. Cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines. Desiderabat Iob similis esse regibus terræ, qui iusti sunt, qui solitudines ædificare dicuntur, quia vniuersa relinquunt, vt Deum acquirant.

Sed si nosse cupis, quo vsque tibi negotiandum sit, audi caelestem magistrum dicentem. *Negotiamini dum venio.* Finis meriti erit, cum Christus venerit in iudiciū singulare in morte, & generale in mundi fine. Postea tempus, & locus meriti nō est. Ioseph in Aegypto abundantia tempore plurimum congregauit triticum, Aegyptij vero illud facere nescierunt, & ideo postea sterili tempore substantiam omnem vendiderunt, & se ipsos in seruos Pharaonis tradiderunt. Forſan dices, demeritos tunc temporis Aegyptios fuisse, qui viderunt Ioseph triticum congregantem, nec ipsi similiter fecerunt. Sed si illi demeriti sunt, qui vitæ mortali non prouiderunt, an non tu dementior, qui æternæ vitæ oblitus, & annorum sterilitatis, tibi merita non congregas? Sicut Ioseph tunc frumentum congregauit plurimum, ita beatus N. cuius hodie diem festum agimus, & vniuersi viri iusti merita congregauerunt, & congregant. Cur illorum exemplo tibi ipsi non prouides? Audi monentem Paulum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, in tribulationibus, in vigilijs. Nunc tempus abundantia, tempus meritorum. Placuit enim diuinæ prouidentia, hoc designare tempus ad meritum, & demeritum. Sicut ex regis beneplacito celebrantur nundinae, & mercatus, in quibus absque solita tributi, & vectigalis solutione emere omnes possint, & vendere. Tunc plurimi conueniunt, vt libere vendant. Sed elapſo tempore à rege praefinito, Nundinae cessant. Ita omnino Dei gratia, ac liberalitate concessum nobis tempus vitæ est, vt merita cumulemus. Si hoc elapſum fuerit, meritum, & demeritum non erit. Licet plura opera bona, & mala tunc fiant. Nunc veniale est regnum caelorum, nunc ergo accede, & eme.

Subiungit vero in parabola Dominus, quid peruersi ciues

ege:

Gen. 41.

2. Cor. 6.

Simile.

Aegerit regere recedente: *Oderant autem eum, & miserunt legationem, &c.* Cites dicit Iudeos, qui oderant eum, sicut alibi ait. Odio habuerunt me gratis. Hi eum negauerunt coram Pilato dicentes. Non habemus regem nisi Casarem. Et postea Apostolis denunciauērunt, ne quominus in nomine Iesu loquerentur. Et Pilato dixerunt. Noli scribere Rex Iudæorum. Sed eorum peruersus animus ostenditur, dum nullaratione adducta, sed sola voluntate peruersa aiunt. *Nolumus huic regnare.* Nec vero Iudæi solum hoc dicunt, sed & fidelis, qui Christi iugo spreto Diabolo potius seruire volunt, pecuniæ, & varijs cupiditatibus, quam Deo. Et tum hi, tū Iudæi similes extiterunt his, qui regem postulauerunt, & postea cum eis regem Deus dedisset, spreuerunt eum, & non sustulerunt ei iudicia. Summis affectibus desideratus Christus est, & à Deo petitus. Cum vero concessus fuit, spreuerunt eum. Aliquis certe rex tuus esse debet. Annon melius tibi est vt regnet super te Christus? Vt quid Rhamphum eliges in regem, à quo ignis procedet, qui deuoret te? Quid enim à Dæmone speras, qui est rex super omnes filios superbiae, nisi ignem æternum? Praecipue cum scias redditurum hunc regem accepto regno, & velis, nolis, rex futurus sit, & de te vltionem sumpturus. Rebellant aliquando ciues in regem, sed putant regem à regno omnino deturbandum, quis vero ad eos amens, vt rebellet, cum nouerit, regem nihilominus regnaturum, & de eo vltionem sumpturum? Rebellas, o peccator, in Christum, & ais. *Nolumus hunc regnare super nos.* Nosti ne, quod redibit accepto regno? Nosti ad eius pedes te adducendum? Nosti aeterna te poena plerendum? Quo ergo pacto rebellas?

Rediens vero rex, cum proficiat ad miserendum, quam ad visitandum, prius seruos vocat, quibus mnas dedit, vt fideles premijs afficiat. Accedit primus, & ait. *Domine, manus tua deiecit manus ac quiescunt.* Non ait, ego acquiesci. Sed manus tua, in Deum referens omnia iudicia. Sic Paulus ait. Deus autem incrementum dedit. Et idem cum dixisset, se plus omnibus laborasse, ait. Non ego, sed gratia Dei mecum.

Licet.

Ioa. 19.
Acto. 4.


1. Reg. 10.

Iud. 9.

Simile.

1. Cor. 3.

1. Cor. 10.



Licet enim haminis industria adhorit in hac negotiatio
 sed minima illa est, si cum Christi meritis, & gratia conferatur
 Et ideo potius Christo, & gratia ipsius tribuendum est lucra
 Præmij vero magnitudo ostenditur, cum ait. *Esse super decem*
ciuitates. Alibi vero dicitur, super quinque, quæ diuersa mer-
ces dabitur pro diuersitate laboris, & gratia. Qui vero propria
merita non acquisiuit, sed dixit Christus pro me laborauit, &
meruit illud satis mihi est. Hic est, qui tina deposuit in sudari-
o, qui ignauus fuit, nolens laborare, sed solum labores Chri-
sti sibi seruare, a quo illi merito tolluntur, quia suos non fecit
proprijs operibus &c.

In communi Virginum.

Thema. Simile est regnum celorum thesau-
ro abscondito in agro &c. Mat. 25.



Maximus certe, ac pretiosissimus thesaurus Vir-
 ginitas est, quantus uero sit, nulla creatura sic
 ostendit, ut Maria, quæ eo in pretio Virginitat-
 tem habuit, ut uoluerit, ad dignitatem matris
 Dei, si uirginitas amittenda esset. Vnde Ange-
 lo dixit, quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco,
 id est firmiter decreui, uirum nullo modo cognoscere. Sicut
 uero Maria in summo pretio Virginitatem habuit, tanquæ the-
 saurum, ita in nullo mortalium sic absconditus hic thesaurus
 fuit, ac in Maria. Quid enim magis absconditum, quam uirgi-
 nitas, hanc maternitatem, ut ita dicam. Ut uero nos diuinæ gratiæ,
 & Virginitatis thesaurum agnoscamus, ac inueniamus, gratia
 indigemus, quam nobis Maria impetrabit &c.

Regnum celorum Ecclesia dicitur postquam Christus ce-
 lorum rex in terram uenit, ante ipsum enim uerbum hoc è pro-
 phetis usurpatum nunquam fuerat, & ideo Elias ait. *Vocabit*
uirtuti nomen nouum, quod dicitur Demini nominabit, ubi Hier-
onymus

Luc. 1.
Esa. 62.

Apostolus ait. Hoc nomen esse Ecclesiam, sed nomen Eccle-
 siæ nomen, quod uisus ad Christum nominatum non fuit, reg-
 num celorum est, quod ille Ecclesie imposuit, quia, cum ille
 factus est homo, Initiavit hominibus uiam nouam, & caelestem,
 & Ecclesie desponsatus, Ecclesiam fecit caelestem. Sicut cum
 rex desponsatur uili foemina, eam reginam efficit. *Hac Ecclē-*
sia dicitur. Assidue regina dextris tuis. simul et in caelestem
fecit, dicente Paulo. Qualis caelestis, tales & caelestes. Ea enim
sic ornauit, ut sponsam tantum decebat. Vnde eam intuens
Ioannes ait. Vidi sanctorum ciuitatem Ierusalem nouam, descen-
dentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponsam ornataam uiro
sub. De summo fatore dicitur fuit, Virginē ducet uxorem;
uiduam autem, & repudiatam, & sordidam; atque meretricem
non accipiet, sed puellam de populo suo, Christus ergo caele-
stis caelestem uxorem accipere debuit, ut dicatur de populo
suo sponsam esse. Unde responsum fuit. Singularem uero ratione
Virgines sponse agni dicitur. Vir-
ginitas enim sponsam inuenit in caelo, & ideo caelestis dicitur.
testi, & ideo Virgo illa uirgo est, de qua sponsus. Sexaginta uero
regina, octoginta contubina, & adolescentularum nom est
numeros. Vna est coluba mea, perfecta mea, una est mater mea
electa, haec Virgo est, inter has uero caelestis regis sponsa. bea-
ta. Nisi precipua est, quæ ut tanto sponso digna esset, mirum in
modum se se ornauit. Multa uero uirum adhibere solet. Virgo,
quæ nubere statuit, ut precipuis ornamentis fulgeat. quibus
omnium oculis antabilis, & pulchra apparet. Hinc Ieremias.
C. Nam quid obliuiscetur Virgo ornamentum suum, aut sponsa falciat
pedes suos? Quanta ergo cura, ac sollicitudine anima curare
debet, ut se ornent, si Deo desponsari desiderat? Sed ornanda est
interius, non exterius, quia ut Plures ait. Omnis gloria filie rei
gis ab interis. Et Petrus. Quantum non sit extrinsecus capillatu-
ra, aut circumdatio auri, aut indumentum uestimentorum cultus,
sed qui absconditis est, & cordis hominis incorruptibilitate quietis,
& modum spiritibus, qui est in conspectu Deo, & uisus. De his
interioribus animi uestibus sponsa gloriatur per Beatum Gau-
dium. Gaudium. Gaudium. Gaudium. Gaudium. Gaudium. Gaudium.
Indumentum uero spiritus sancti, quod dicitur, quæ si sponsam ornata-
monk-

Psal. 44.
1 Cor. 15.
Apoc 21.

Leui. 21.
Cant. 6.

Iere. 2.
Psal. 44.
1 Pet. 3.

Esa. 62.

Ester. 2.

monilibus foris. Si ergo Virgines intratura ad A. *fluendum* *ta* curā se ornabant, ut ei grata essent, quanto maiori cura *ta* ma ornare se debet, ut Deo placeat? Hoc verò mirè præfiliit *ta* Peata. N. Quia vobis nomine regni cælorum Ecclesiam accipi *ta* diximus, videndum restat, quo pacto eam Christus, eius spon- *ta* sus describat in tribus parabolis, quibus eam dicit similem in *ta* Euangelio. Certè in illis, nobis ostenditur initium, mediū, & finis *ta* Ecclesiæ. Et idèd summa totius Christianæ vitæ in Euangelio *ta* continentur, cuius initium prima parabola explicat. Quæ sic *ta* habet. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem *ta* quis inuenit homo &c.* Initium Christianæ vitæ est thesauri inuetio

Rom. 10.

fortuita, fors est optima, ad præclara à Deo tibi concessa nullis *ta* præcedentibus meritis. Cùm ad annos discretionis peruenir *ta* ti, vides te in Dei Ecclesia, baptisate suscepto, gratia, Chari *ta* tate, & fide ornatum. Quid nam hoc est nisi fortè inuentus à te *ta* thesaurus, quem non quæstisti? Hinc per Paulū Dominus ait. In *ta* uentus sum à non quærentibus me; palam apparui his, qui non *ta* iatrogabant de me. Hac ratione non assimilatur minerali au- *ta* ri, aut argenti, sed thesauro abscondito, mineralia enim homi- *ta* num industria adinueniri possunt, signa enim exteriora in terra *ta* sunt, quæ illius indicium dant. Non sic thesaurus absconditus, *ta* cuius signum nullū est, solus is, qui industria inueniri potest.

Matt. 16.

Hinc Petro Christum confidenti dictum est. Beatus es Simon *ta* Bariona, felix, ac fortunatus fuisti, quia caro, & sanguis non re- *ta* uelauit tibi thesaurum, sed pater meus, qui illum abscondit. *ta* Hoc etiā verum est in eo, qui ad fidem grandæus venit, the- *ta* saurum enim inuenit, fidem, ac gratiam recipit nullis præcedē- *ta* tibus meritis. Vnde Paulus ait. Gratia enim estis saluati per fi- *ta* dem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operi- *ta* bus, ut ne quis gloriatur. Meritò verò thesaurus appellatur pri- *ta* ma gratia, fides, & charitas, quoniam thesaurus dicitur bonum *ta* aliquod eximiū, ac magnum, quo homo diues redditur, & om- *ta* nium malorum remedium habet. Et idèd thesaurus vim attra-

Eph. 2.

ctiuam habet, qua ad se trahit, non ferrum, sed cor, dicente *ta* Christo Domino. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. *ta* Omnes quæerunt thesaurum, bonum, scilicet, grande, quod di- *ta* uites sint. Sed qui in his caducis, & infimis illum quærit, in va- *ta* cuum

Matt. 6.

ta cū laborat, nec enim ibi thesaurus est, sed potius vanitas vani- *ta* tatum, id est, ipsissima vanitas. Vnde sapiens. Quoniam spes *ta* inapij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam *ta* spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, *ta* qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius *ta* diei prætereuntis. Et hac ratione diuitias fallaces Christus voc- *ta* cat, quia in eis fallitur animus non inueniens thesaurum, què *ta* putauit. Sed aliorum exemplis opus nobis non est, vbi nos pro- *ta* pria experientia docet. Putasti enim thesaurum tibi inueniend- *ta* um, magnum, scilicet, bonum in diuitijs, munere alto, aut *ta* hoc, vel illo statu, peruenisti eò, quò desiderasti, & thesaurum *ta* non reperisti, audi ergo Prophetæ admonitionem. Disce, vbi *ta* sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, ut scias simul, vbi *ta* sit longiturnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. *ta* Quis inuenit locū eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Sta- *ta* tim Prophetæ ait, non inuenisse hunc thesaurum principes *ta* gentium, qui argentum thesaurizant, & aurum. Nec verò gi- *ta* gantes, & mercatores, ac negotiatores terræ. Hic ergo thesaurus *ta* regnum cælorū est, in diuina gratia, in Dei cognitione, & dile- *ta* ctione inueniendus est. Hinc Sapiens. Pone thesaurū tuum in *ta* præceptis altissimi, & proderit tibi magis quam aurū. Hinc Esa. *ta* Timor Domini ipse est thesaurus eius. Et Tobias. Multa bona *ta* habebimus, si timuerimus Deū. Per gratiam enim Deus possi- *ta* detur, qui infinitum est bonum, & idèd ille solū diues est, qui *ta* eum possidet, ille solus beatus. Vnde Psaltes ait. Beatum dixe- *ta* rūt populū, cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus Deus eius.

B

ta Sed fortè ais, video ego iustos, sed non mihi apparèt adeò di- *ta* uites. Certè illud est, quia est thesaurus absconditus. Inuenit ho- *ta* mo thesaurū, & abscondit illū, nemo nouit eius diuitias nisi ip- *ta* se, quia thesaurus illius absconditus est. Hinc dominus in Apo- *ta* calypsi ait. Vincenti dabo manna absconditū, & dabo illi calcu- *ta* lū candidum, & in calculo nomen nouū scriptum, quod nemo *ta* scit, nisi qui accipit. Manna omnē continēs saporem significat *ta* internā dulcedinem, qua Deus mirabiliter pacit electos. Dici- *ta* tur verò absconditū, quia ab alijs nō videtur, vnde Psaltes, quā *ta* magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quæ abscondisti ti- *ta* mentibus te. Sed quid est calculus candidus? Certè veteres iu- *ta* Sanct. Ggg dices

C

ta Sicut enim ibi thesaurus est, sed potius vanitas vani- *ta* tatum, id est, ipsissima vanitas. Vnde sapiens. Quoniam spes *ta* inapij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam *ta* spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, *ta* qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius *ta* diei prætereuntis. Et hac ratione diuitias fallaces Christus voc- *ta* cat, quia in eis fallitur animus non inueniens thesaurum, què *ta* putauit. Sed aliorum exemplis opus nobis non est, vbi nos pro- *ta* pria experientia docet. Putasti enim thesaurum tibi inueniend- *ta* um, magnum, scilicet, bonum in diuitijs, munere alto, aut *ta* hoc, vel illo statu, peruenisti eò, quò desiderasti, & thesaurum *ta* non reperisti, audi ergo Prophetæ admonitionem. Disce, vbi *ta* sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, ut scias simul, vbi *ta* sit longiturnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. *ta* Quis inuenit locū eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Sta- *ta* tim Prophetæ ait, non inuenisse hunc thesaurum principes *ta* gentium, qui argentum thesaurizant, & aurum. Nec verò gi- *ta* gantes, & mercatores, ac negotiatores terræ. Hic ergo thesaurus *ta* regnum cælorū est, in diuina gratia, in Dei cognitione, & dile- *ta* ctione inueniendus est. Hinc Sapiens. Pone thesaurū tuum in *ta* præceptis altissimi, & proderit tibi magis quam aurū. Hinc Esa. *ta* Timor Domini ipse est thesaurus eius. Et Tobias. Multa bona *ta* habebimus, si timuerimus Deū. Per gratiam enim Deus possi- *ta* detur, qui infinitum est bonum, & idèd ille solū diues est, qui *ta* eum possidet, ille solus beatus. Vnde Psaltes ait. Beatum dixe- *ta* rūt populū, cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus Deus eius.

Sapient. 7.

Luc. 6.

Barn. 3.

Eccl. 29.

Esa. 33.

Tob. 4.

Apo. 2.

Psal. 30.

dices albis calculis vtebatur ad absoluendum, nigris ad condē nandum reos. Similiter foelices dies albis lapillis numerabatur, infœlices nigris. Quem morem à Thracibus Romani sumpserunt, vt Plinius ait, libro. 7. cap. 4. Arethas in Apoc. ait. Victoribus olim traditos esse calculos candidos. Cùm ergo ait, dabo ei calculū candidū, significat, absoluam eū, nec villo modo dānatus erit. Et deinde dabo ei vitā felicem, & plenā veris voluptatibus, quæ albo lapillo signetur. Vel tanq̄ victori in signū victoriæ dabo ei calculū candidū. Nomen verò dicit in calculo scribendū, vel quia nomē eius qui absoluebatur, vel eius, cui in comitorū suffragijs fauebatur, in calculo scribi solebat. Nomē vero istud nouū, quod in calculo scribendū est, est filius, & hæres Dei. Hoc nomē nemo scit, quid valeat, & quāte dignitatis sit, nisi qui accipit. Theaur⁹ enim est, ab aliorū oculis abscondit⁹.

Sed in agro absconditus dicitur hic thesaurus, nec agrū dicit hūc, vel illū, quia in omni agro eū reperire possumus. Quia in omni statu, in omni tēpore, in omni deniq; re poteris hūc reperire thesaurū. Nulla relicta est excusatio. Si enim diues fueris, ibi thesaurū reperies, si eleemosynas largas feceris, si pauper, ibi etiā est thesaurus, si patiēs fueris, si sanus, thesaurū inuenies, cū laboraueris in pœnitētiæ fructibus, si infirmus, patienter tolera. Vbiq; & in omnibus institutus sum, ait Paulus, scio, abundare, scio penuriam pati.

Sed attende quod sequitur. *Quē qui inuenit homo.* Maximū profectō hominibus bonū hoc est, quod tātus thesaurus facile possit inueniri. Thesauri terrē difficilē inuenientur, & si inueniātur, omnia plena sunt litibus, rex quintā sibi partē vsurpat, nec liberē thesauro frui tibi permittit. Cælestis vero thesaurus inuenitur facilē, & tibi vniuersus relinquitur, nullus illū vsurpabit, hinc cælestis magister ait. Thesaurizate vobis thesauros in cęlo, vbi nec erugo, neq; tinea demolitur, vbi fures nō effodiūt, nec furātur. Preclarē Chrysof. ait. Ridēdi profectō, ac contēnēdi Dij illi sunt, quos Rachel furari valet, si Deus tuus, si thesaurus tuus de terra fuerit, nō deerit, qui rapiat, & à te auferat. Cælestē verò thesaurum nullus à te auferet inuito. Abscondit Rachel patris idola, & ideo licet ea quæsierit Laban, delusa est sollicitudo quærentis, quia multi sunt, qui in vanū quærūt terrę thesauros.

A thesauros, quos nō valet reperire, at de cælesti thesauro dictū est. Omnis, qui quærīt inuenit, nulla creatura eū abscondere valet. ¶ Sed sciēdū est, quid fecerit, qui hūc inuenit thesaurū. Certe. *Vendit vniuersa, quæ habet, & emit* &c. merito vniuersa relinquit, vt hunc thesaurum habeat, quia omne aurum in comparatione eius arena est exigua. Et thesaurus ipse tantus est, vt impleat possidentem. De quo Psaltes ait. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et ideo reliqua effundit, quia plenus est hoc habito thesauro. Sed quomodo vniuersa vendit fidelis? Certē in præparatione animi omnis iustus relinquit vniuersa pro Deo. Hi vero, qui ad perfectionem accuratius anhelant, etiam ipsa vniuersa relinquunt, dicuntque. Ecce nos reliquimus omnia. Cum vides accipitrem, aut herodium properare volando,

B nec ad dñm venire etiam si eum vocet clamorib⁹, & esca ostēsa, ais, certe auē aliquā persequitur, quam videt ille, licet ego eā nō videā. Similiter cū venatoriū canē vides properantem, nec à dño vocatū reuertī, ais, bestiā venandā aspicit, licet ego eā nō videā. Sinamus, vt eam persequatur. Veritatis profectō fidei nō stræ, ac Christianæ religionis argumentum non contēnendū est, quod in ea fuerint plures viri, qui vniuersa, quæ mūdo alta sunt, reliquerunt, nec vllis vocibus creaturarum acquiescant, nulla re temporali ostensa ab itinere reuocentur. Sed cursum arripiant velocem. Aliquid sine dubio magnum vidēt thesaurum inuenerunt, cuius causa omnem mundi thesaurū cōtēpserunt. Hinc Psaltes. Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuū, & domū patris tui. Quia vidit oblita est populū, & domū patris, sed quid vidit? Thesaurum certe. Interrogā Virginem Catherinam, quid viderit, cum dixit, regnū mundi, & omnē ornatū sæculi contēpsi propter amorem Dñi mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, quem credidi, quē dilexi. Cū viderit Christum, quid mirum, si omnia contemnat? Cum multi quærunt rem aliquam pretiosam amissam, si vnus currat, ais, vidit ille drachmam, & ideo currit. Qui non renunciauerit omnib⁹,

C quæ possidet, nō potest meus esse discipulus, veritas ait, & ideo illis valde timendum est, qui nihil relinquere Dei causa sciūt, hi enim thesaurum non inuenerunt, quem qui inuenit, vicit vniuersa.

Expofuimus primam parabolam, qua initium Ecclefiæ, & vitæ Christianæ ostendimus. Iam secundam explicemus, qua illi medium nobis proponitur. Ais inueni thefaurum istum, fidelis sum, gratiam accepisse me confido restat ne mihi amplius? Restat certè, vt negotiator sis, quod secunda parabola ostendit. *Simile est regnum celorum homini negotiatori &c.* Post quæ gratiam, & fidem habes sine meritis, exiguntur à te merita, labores, & opera, quæ negotiatione tua perficias, quibus dignus efficiaris digna mercede, gratiam sine meritis accepisti primam, sed illa habita, vide, ne in vacuum gratiam Dei recipias, operare cum ea, & propria industria diuitias iam tibi para per merita. Sine thesauro, quem superius explicuimus, nullus negotiari valet, nec enim sine illo pecunia homini est, vt negotiari valeat. Et quicquid præstiteris laboris, nihil proficies, si sine gratia illud præstes, vnde Paulus. Nihil sũ, nihil mihi prodest. Et ideo cum publicæ nundinæ illæ fuerint in iudicio, ad quas vniuersi mortales venient, aliqui accedent, deferentque chirographa multa, dicentes, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus? Audient tamen, nescio vos, chirographa vestra non ad me pertinent. Quia sine gratia, ac charitate opera illa perfecta sunt. Qui ergo gratia caret, pecuniam non habet, qua negotiari valeat. Ideo si hanc amisisti, quam in baptismo recepisti, cura eam recuperare pœnitentia, cura, vt thesaurum inuenias, & licet id cures, forte fortuna inuenisse te crede, quia sine meritis eam recipies, si enim ex operibus, iam non est gratia.

Hoc vero habito thesauro, restat, vt negotiator sis, munus, ac officium negotiatoris sũme. Et quemadmodum negotiator terræ operi negotiationis incũbit, ita tu operibus bonis, hoc est munus tuũ, huic attendere debes, status tuus negotiatoris sit. Hoc vero summe dolendum est, quod quasi accessorium quid fidelibus est negotiatio cæli, & rebus alijs ex professo incũbunt, ac serio, huic vero negotio quasi pertráfennã, & iocũ. An nõ dolendũ, quod opus sit, fidelibus prædicari, vt se iactent, & glorientur fideles esse? Quod hic sit eorũ honos, & officium? Accidit his, q̃ negotiatori, aut mercatori accidere solet, qui mercaturæ omnino incũbit, quia tamẽ cũ puer fuit, musicæ ope

Simile,

ram

A ram dedit, nunc cùm mercator est, lyram pulsat, sed sepius errat, quoniã hoc illi accessorium est. Ita homines plurimos videas, qui terrenis, ac caducis omnino intenti sunt, aliquãdo verò operibus pijs intèdunt, orationi, missæ sacrificio, cõfessioniq; sed in his peragendis pijs operibus negligentes sunt, & plurima errata admittunt, quoniam hæc illis solũ accessoria sunt, & cùm parentes fideles habuerint, eos in pueritia in his instituerunt. Quia tamen illi alijs intendunt præcipuè, in his facile errant, atque labuntur, quia non serio, sed ioco his attendunt. Sed qua ratione, ais, omnes vires, & conatus impendere debeo in hoc negotio? Manifesta rei huius ratio est, quã subiecto exẽplo perspicies. Duæ tibi forte negotiationes sunt in quarũ altera centũ posuisti aureos numos, ex qua, cùm pro voto omnia succedat, decem aureos lucrari poteris. In altera verò decem millia talenta posuisti, ex qua immensas diuitias tibi poteris comparare. Rogo te, cui præcipuè attenderes? Cuius librum sepius perlegeres, in quo negotiationis ratio continetur? An non stultum esset hanc obliuisci ac negligere, illi verò attendere nimium? Dic mihi, o fidelis, sed stulte nõ habens cor, quãdo vniuersa terrena negotiatio ex voto succedat, quãdo vniuersa, quæ cũ pis, obtineas, quod inde lucrũ reportabis? Nũ nõ decem numos? Nũ nõ vanitatẽ? Quasi qui apprehendit vmbra, & sequitur ventũ, sic qui attẽdit, ad visa mēdacia, quid apprehendes? Omnino nihil, quia cũ interieris, nõ sumes omnia. Sed attẽde nunc in cęlestiũ negotiatione quas posueris diuitias, & quę lucra sperare possis, diuitiæ huic negotiationi expositæ gratia, & dona diuina, Christi sanguis, & merita sunt. Si huic attẽdas negotiatio ni, infinita tibi bona cõparare poteris, vitã æternã, Deũ lucraberis. Est ne negotiũ istud parui pēdendũ? Tantũ hoc negotiũ est, vt propter illud Deus è cęlo descēderit, homo fieret, crucẽ subiret, adeo serio negotiũ hoc ille suscepit, & tu ioco illud agis, cũ tuũ sit? Ad hoc, ille sacramenta instituit, pastores, & doctores ordinauit. Angelos destinauit in mūdũ. Huic ergo negotio pro virili tibi incũbedũ est. Hinc Sapiēs, Deũ time, & mādara ei obserua, hoc est omnis homo. Id est, hoc est omne, & solũ negotiũ hominis, & omnis hominis, in quo cũq; versetur statu, nõ hæc negotiatio religiosi est, sed omnis hominis. Hinc Sapiēs, melior

Simile,

Eccle. 34

Psal. 48.

Eccle. ult.

Prou. 3.

Sanct.

Ggg 3

est

Pro. 15.

est acquisitio eius negotiatione auri, & argenti. Caue ergo ne de illis negotiatoribus sis, de quibus Sapiens ait. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius, quoniam ignorat, quid se finxit, & qui inspirauit illi animam, sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecunque, etiam ex malo acquirere.

Quæ ergo negotiatio nostra? Quærere bonas margaritas, non vilia quærere, sed pretiosa, dedit tibi Deus diuitias maximas, quibus negotieris, quid ergo vilia captas? Vocauit nos Deus, vt negotia geramus vniuersi filio eius, vt socii illius. Hinc Paulus. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij ei, Iesu Christi Domini nostri. Et Ioannes, annunciamus vobis vitam æternam, quæ erât apud patrem, & apparuit nobis, quod vidimus, & audiuius, annunciamus vobis, vt & vos societate habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre, & cum filio eius Iesu Christo. Sed quid lucri nobis ex hac societate prouenit? Multum certe. Sicut Paulus loco superiori subiungit. In omnibus diuites facti estis in illo. Sic enim per sepe accidit, vt pauper mercator adiugatur socius mercatori diuiti, quia cum eo iniit societatem, vt diues fiat. Deinde societatem inuit iustus cum omnibus sanctis, vnde procedit comunio sanctorum, qua particeps est iustus omnium bonorum eorum, qui sunt in gratia, vnde Psal. ait. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Maximæ profecto hinc nobis diuitiæ parantur, si tamen negotiari cælestia voluerimus, sicut illi, de quibus Eze. ait, Iuda, & terra Israel ipsi institores tui, in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam posuerunt in nundinis tuis. Pretiosa ista sunt, & quorum negotiatores esse debemus, vt diuites simus. Alia longe diuersa in nundinis Tyri ponebat infideles populi, vt ibi propheta ait, sed viri Iuda, & Israel, id est fideles primū frumentum deferunt, quod Dei verbum & eucharistiam significat, Balsamum charitatis, oleum misericordie, mel dulcedinis, resinam penitentiam deferunt.

Vidimus priori parabola Ecclesie, & vitæ fidelis initium. Deinde secunda medium, & viam eius. Iam tertia parabola ostendit omnium exitum, & finem, quod bonis, & malis negotiatori-

tori-

A toribus digna merces retribuitur, his æterna damnatio, illis gloria sempiterna, quod in iudicio efficiendum est. Vnde ait. *Simile est regnum calorum sagennæ missæ in mare &c.* Recte Gregorius ait, parabola ista timenda potius, quam exponenda est. Expositio vero facilis est, nam mare sæculum significat, sagennæ prædicationem Euangelij, & Ecclesiam, quæ colligit bonos, ac malos, consummatio vero sæculi, & iudiciū eos diuidet ab inuicem: in fine concionis suæ ait Ecclesiastes. Finem loquenti omnes pariter audiamus. Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium, pro omni abscondito, siue bonum, siue malū sit. Tremendum profecto iudicium, in quo vniuersa manifesta fient. Et mali à bonis separabuntur, quibus nunc permixti erāt, vnde statim peribant, nunc enim quoniam inter pios versantur, eos terra sustinet. Sicut Noe separato in arca, diluuium venit, & omnes perdidit. Et Loth educto ex Sodomis, ignis eos absumpsit. Et Israel discedente à tabernaculis Dathan, & Abiron, terra dehiscens eos deuorauit.

Cum ergo tempus à Deo constitutum, quod nemo nouit nisi ipse, aduenerit, in quo Iacob proprias oues diuidit ab ouibus Laban, vt mors depascat demonis oues, vt Psaltes ait. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et ipse Christus vitam æternam det ouibus suis, sicut ipse dixit. Ego vitam æternam do eis. Cum accesserit tempus illud, in quo area ventilanda est, & separandum triticum à palea, in quo apparebit, quid intersit inter seruientem Deo, & non seruientē ei. Tunc pisces reprobi foras mittendi sunt, vnde ait. *Malos autem foras miserunt.* Sed cur foras mittuntur? Certe conueniens hoc eis supplicium est, qui abierunt à Deo, & eius obsequio. Quod contra de iusto dicitur, in Psalmo primo, Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Alij transtulerunt, in consiliū, sed rectius noster interpret ait, Beatus vir, qui non abiit in consilio &c. Germanus sensus est, Beatus vir, qui non abiit, supplicium est à Deo, vel à se ipso, in consilio impiorum, id est, secutus consilium impiorum. Nam secundum Hebraici sermonis consuetudinem, in cum ablatiuo virtutem, ac potestatem sonat, vt cum dicitur, in te eripiarà tēratione, & in Deo meo transgrediar murum, id est, in virtute tua. Ita in consilio

Ggg 4

im-

Greg.

Eccl. vit.

Gen. 7.

Gen. 19.

Num. 16.

Gen. 30.

Psal. 48.

Ioa. 10.

Psal. 1.

impiorum, idest, propter impiorum consilium. **Loco** illius A
 verbi, abijt, in hebræo est, halach, quod significat, alio tende-
 re, à re, scilicet, nota, vel propria ad alienam, & ignotam, & ita
 optimè interpres vertit, abijt. Hinc intelligitur locus difficilis
 Jeremiæ. Plangite eum, qui egreditur. Hebræa habent, flete, flet
 do super abeuntem: is ergo abire dicitur, qui à se alienatur. Et
 à Deo, qui est eius centrum, & locus. Hinc etiam intelligitur
 illud Eccles. Melius est, videre, quod cupias, quam desiderare
 quod nescias. Vbi hebræa habent, bona visio oculorum, quã
 abire animã. Idest, præstat frui rebus præsentibus, quas ab oeu-
 los habes, quam animo huc, & illuc in incertum vagari, & nun-
 quam satiari, vt accidit peccatoribus, de quibus proinde Psal-
 tes ait. In circuitu impij ambulat. Circulus figura est sine ter-
 mino, qui motus ergo circularis absque termino erit, & quiete. B
 Et hoc ipsum significat illud Psalmi, turbati sunt, & moti sunt,
 sicut ebrius. Solent enim ebrij circum circa moueri. Peccator
 ergo merito abire dicitur, quia à Deo, & à se recedit. Contra ve-
 ro pœnitens ad se reuerti dicitur. Vnde de prodigo dicitur. In
 se reuersus, & Esaias ait. Redire præuaricatores ad cor. Ex se
 quidè homo est spiritus vadens, & nõ rediens, vt Psal. ait, quia
 à Deo recedit, nec reuertitur. Hac ergo de causa mali pisces fo-
 ras mittuntur à Deo, quia ipsi foras etiam abierunt, & ab eo re-
 cesserunt. Hoc vero verbum. *Foras miserunt malos*, tunc imple-
 bitur, cum ipsos relegabunt sancti ab æterna beatitudine, &
 hoc foras, idem est cum illo foris, de quo Ioannes ait. Foris ca-
 nes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, C
 & omnis, qui amat, & facit mendacium. Sed te nunc interrogo, vrget ne te cura ista, quæ nã foras te
 imanet, pisces quidè es in fagena inclusus, sed in te boni & ma-
 li pisces sunt, si malus es, foras mitteris in ignem, vt ardeas, si
 bonus in vasa gloriæ colligeris. Si rectum te præbuisi nego-
 tiatorem, æternas diuitias comparabis tibi, sin minus, egestate
 perpetua cruciaberis. Si hac vreris cura, & nosse cupis, ad quã
 fortem pertineas, coniectura facta id tibi dicere possum. Die
 mihi somnium tuum, & quid tibi futurum sit, præsentibus. Sic
 enim Ioseph dixit anxij illis Aegyptijs, quib in carcere tenebã-
 tur: qui somnium viderant, sed interpretatione ignorabant.

Iere. 22.

Eccles. 6.

Psal. 117.

Psal. 106.

Luc. 15.

Esa. 46.

Psal. 79.

Apoc. 22.

Gene. 40.

Et qui-

A Et quidam eorum dixit. Videbam coram me vitẽ, in qua erãt
 tres propãgines, crescere paulatim in gẽmas, & post flores vvas
 maturefcere, calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo
 vvas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculũ
 Pharaoni. Respondit Ioseph. Hęc est interpretatio somnij, tres
 propãgines tres adhuc dies sunt, post quos recordabit Pharao
 ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum. In hac certe
 vita dormire dicimur, & somnare. Hinc Psaltes. Dormierunt
 somnum suum. Et ideo Virgines dicuntur dormire, & dor-
 mire, euigilabimus, cum audierimus. Ecce sponsus venit, exi-
 te. obuia ei. Si ergo nunc in somnis vides vitẽ Christũ Dãm,
 quia ipse est vitis vera & ex illo fructus tibi colligis, & alijs etiã
 tribus de substantia tua, rectum est somniũ, signũq; libertatis
 future, & exaltationis. Recte negotiaris nunc, diuitias tibi pa-
 tras sempiternas, sed pistorum magister ait. Et ego vidi somniũ
 quod tria canistra farinẽ haberẽ super caput meũ, & in vno cani-
 stro, quod eras excelsi, portare me omnes cibos, qui sũt arte
 pistoria, & esque comedere ex eo. Respondit Ioseph, hęc est
 interpretatio somnij. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post
 quos auferet Pharao caput tuum, & suspedet te in cruce, & la-
 cerabũt volucres carnes tuas. Audi ergo, si in hac vita delicias
 cogitas, & cõiuiua, satufaris cibis optimis, epularis, & gaudes,
 signum æternę damnationis defers. Si vero dicas. Vnde nosti
 tu hanc interpretationem? Respondeo cum Ioseph. Numquid
 non Dei interpretatio est? Non ex meo capite hęc sunt, sed ex
 Deo, qui ait, qui seminat in carne, de carne & metet corrup-
 tionem. Qui seminat in spiritu de spiritu metet vitam
 æternam. Et iterum. Vx qui ridetis, quoniam fle-
 bitis. Vx qui habetis hic vestram con-
 solationem & c.

Psal. 75.
Matt. 25.

Gen. 40.
Gala. 6.
Luc. 6.

In De-

In Dedicatione Ecclesie.

Thema. Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Luce. 19.



Mnia se perfecisse putabat Israel, cum templū illud per amplum, & omni sculptura ornatum haberet, gloriabaturque; ut Propheta ait, templum Domini; templum Domini est. Sed ad etiam loquitur Dominus per Isaiam: Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi; aut quis est iste locus requietionis meæ? facta sunt vniuersa ista, ait Dominus. Non mihi præcipuum, ac gratissimum templum illud est, quod hominum manu, & arte constructum; sed illud potius, quod à me ædificatum est. Sed quod nam hoc? Ipse Dominus illud continuo ostendit, ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & tremementem sermones meos? Hæc hæc mihi commodissima domus, atque aptissima est. Hanc ergo ille sibi construxit in terra, cum humanitatem (in qua habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, id est vere, & realiter, non vmbatrice, aut in figura) sibi fabricauit. De qua ipse loquitur Proverbiorum, 9. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, id est, septem donis Spiritus sancti eam fulciuit, quia quicquid in thesauris diuinis reconditum erat, in eam effudit. Hanc ille dixit templum suum Ioannis. 7. Soluite templum hoc, ipse vero dicebat de templo corporis sui. Hanc sic Spiritu sancto repleuit, ut dicat Ioannes, non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Sic enim ornanda fuit Dei domus immensis bonis. Huius vero templi aliud etiam fuit templum ipsum continens, Maria, scilicet. De qua Ecclesia ait, templum repente fit Dei, quam Deus mirum in modum ornauit ut digna Dei domus effer, hanc impleuit maiestas,

Hiere. 7.
Esa. 66.

Prou. 9.

Ioan. 7.

A maiestas, & gloria Dei Israel multo potiori iure, quam Salomonis templum. Inter huius domus priuilegia vnum non contemnendum illud est, in ea omnis, qui petit, accipit, & pulsanti aperietur; petamus ergo gratiam &c.

Dedicationis templi diem festum, ac præcipuum Ecclesia celebrat, & merito, quia cum Ecclesia dedicatur, fit omnibus officina salutis, turris refugij, quam in vinea sua posuit pater familias, in qua ab inimicis securi sint, qui ad eam confugerint. Si enim glorificari à Deo domum à se constructam Salomon voluit, petijt, & obtinuit, ut refugium esset templum illud, in omnibus orantibus in eo, multo potiori iure templa nostra eo priuilegio gaudent, quorum gloria in immensum excedit antiqui gloriæ templi propter præsentiam veram Christi Domini in Eucharistia. Hac nanque ratione Aggeus dixit, Maior erit gloria domus istius nouissime, plusquam primæ. Quod Hieronymus impletum ait ea causa, quod Christus Dominus in eo templo docuerit. Summa ergo gloria templorum Ecclesie, & eximia eorum priuilegia, cum contineant Christum, atque adeo omnibus fidelibus confugium sunt. Et oratio, quæ in templo funditur, potentior est, & Deus adest magis in eo orantibus; tum ratione consecrationis, tum quia Christus ibi adest. Merito ergo consecrato templo dies festus agitur. Quid quod, cum templum dedicatur, Deo domus erigitur, in qua inter homines habitet, quod summum est beneficium, & præcipua festiuitate recolendum? Tanta res hæc est, ut incredibilis Salomoni apparuerit, cum ait. Ergo ne credibile est, quod habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cæli, cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ego ædificauit? Cum tamen tunc in vmbra habitaret, non re ipsa ut nunc. Quia diuinam maiestatem ac celsitudinem non agnoscimus, hoc beneficium non adeo magnificamus, si eam agnosceremus, ut decet, summam nobis ingeneraret lætitiā, ac gaudium, quod Deus inter nos domum haberet, in nobis habitaret, ac vicinus noster esset. Quam merito Iaias ait, Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in mediis tui sancti Israel. Cum ergo templum dedicatur, Deo domus erigitur, ut inter nos habitet; merito ergo illud celebri festiuitate recolitur.

In qua

Agge. 2.

2. Para. 6.

Isa. 12.

In qua quidem Euangelium proponitur, quō ostenditur, A
domum Zachei Christum sibi delegisse, cum ait. *Hodie in domo
tua oportet me manere, & de qua rursus ait, hodie salus domui
huic facta est*, quæ templo præcipua ratione adaptari possunt,
in quo Christus manet, non vna die solum, sed iugiter, ac per-
petuò, & in quo salus conceditur fidelibus, est enim quasi xeno-
dochium animarum, atque etiam corporum medicamentum,
& omnium miseriarum leuamen. Ait ergo sacer Euangelista:
Ingressus perambulabat Iesus Hierico. Hanc destruxit ciuitatem
Iosue, & imprecatus est dicens. *Maledictus vir coram Domi-
no, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Hierico, in pri-
mogénito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo libero-
B
ri ponat portas eius.* Hæc verò imprecatio impleta est 3. Reg.
16. in Hiel, qui Hierico iterū extruxit. Nec verò maledictio
illa finem accepit, nunc enim super eos imminet, qui mundū à
Christo Domino victum, & omnino euersum iterum construe-
re, & ædificare conantur. Mundi verò typum Hierico gessit.
Hierico enim luna interpretatur, mundum verò lunam signifi-
care, quis non nouit? Mundum quidē Christus vicit, vt ille te-
statur, confidite, ego vici mundum, vita namque, & doctrina
omnes mundi leges, ac statuta damnauit, superbiam, fastum,
arrogantiam, diuitias, & denique quicquid in mundo est. Me-
ritò ergo nos Ioannes monet. *Fratres nolite diligere mundū,*
nec ea, quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non
*est charitas Patris in eo? Maledictus ergo, & anathema à Chri-
C
sto est, qui hanc Hierico, hunc mundum iterum erigere, ac cō-
struere molitur, qui cum mundo, & eius pompis, fastui, ac vani-
tati in Baptismo abrenunciauerit, iterum ad ea reuertitur.*
Deiecit, locoque deturbauit arca Dei Dagon, Philistæi verò
illum leuant, & iterum iuxta arcam collocant, ideo à Deo per-
cussi sunt plagis maximis. Et tu ergo à Deo percutieris, si quem
ille euertit mundum, tu erexeris. Tulit Achan, sibi que serua-
uit regulam, pallium, & ducentos argenti siclos ex Hierico, in
qua vniuersa anathemati erant data, lapidatus est Dei præcep-
to. Is verò significat illum, qui vitæ normam, quæ regula est, &
mundi legibus sumit eius pallio se induit, quod vulgo dicit, to-
ma su libror, in super siclos, numos & mercedem, quod vulgo,
salarior

Iosue. 6.

3 Reg. 16.

Ioan. 16.

1. Ioan. 2.

2. Reg. 5.

Iosue. 7.

A salario dicitur, è mundi domo accipit, quibus se mundi seruu
testatur. Contra quod Paulus. *Nolite effici serui hominum. Et*
si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. 1. Cor. 7.
Galat. 1.

Quid ergo in hac Hierico christiano viro faciendum? Cer-
tè quod Christus dominus fecit, qui perambulabat Hierico, id
est, pertransibat, cum in Hierusalem tenderet. Non enim Euā-
gelista significat, per ciuitatem eum vagatum, sed pertransisse,
non ergo in hoc mundo consistendum, sed transeundū. Qua
si diuerticulum nobis sit, non mansio, ciuitasque habitaculi.
Si mundus transit, & concupiscentia eius, & nos transeamus.
Conqueruntur plurimi, multa parum commoda in hoc mun-
do ipsis esse, ij verò non considerant, non ipsis concessum à
Deo mundum esse, vt consistent, in eoque habitent, sed vt trā-
B
seant, non domus est, sed diuersorium in horam vnā. Non
habemus hic ciuitatem manentem. Vt verò nobis diuerticulum
sit, satis omnia commoda sunt. Sicut enim in diuersorium ve-
niens, vt ibi per horam solum commoretur, licet multa sibi mi-
nus conuenientia offendant, non curat, quia in horam solam ibi
consistet, ita minima substantia, salus vel perexigua, honor
modicus nobis satis superque esse putanda sunt in hac vita. Ideo
namque sanctos in casulis habitasse Paulus ait, vt confiterentur,
se esse peregrinos super terrā. Meritò ergo nos Petrus monet,
obsecro vos fratres, tanquam aduenas, & peregrinos abstinere
à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Præterea perambulabat Iesus Hierico. Licet maledicta sit ci-
uitas, quia Christo Domino in mundum veniente omnis male-
dictio finem accepit. Is namque factus pro nobis maledictum,
nos ab omni maledicto eripuit. Non diu permanet ira Dei, faci-
le placatur. Maledixerat Hierico, nunc per eam ambulat. Pa-
ter est, qui facile placatur filijs. Objurgat aliquando filium pa-
ter, maledicit, iuratque, nunquam se eum amplius in domum
recepturum, sed cum pater sit, paruo temporis intervallo iram
deponit filioque blanditur. Ad hunc modum Deus noster ho-
minum verus pater cum eis se habet, dicente Psalmista: *Non in*
perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur. Et iterū.
Non in perpetuum litigabo, nec vsque ad finem irascar. Et cum
iratus fueris, misericordie recordaberis. Et confitebor tibi Do-
mine,
mine,

1. Cor. 7.
Galat. 1.

Simile.

Heb. 11.
1. Petrus 2.

Simile.

Psal. 101.
Isa. 57.

Habac. 3.

Iob. 33.

Iob. 1.

mine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Si ergo in te iratus est Deus, ora cum, & placabilis tibi erit, ut Iob ait, & videbis faciem eius cum iubilo. Perambulat ergo Iesus Hierico, tanquam pius medicus domos infirmorum, tanquam pater amantissimus domos filiorum, immenso amoris igne cor eius erat accensum, & peccatorum salutem mille modis, ac vijs querebat. Quod si dæmone circuit, quæres quem deuoret, si ille ut in Iob ait, circuit terram, & perambulat eam, an non bonus pastor circuit, & perambulet ouile suum, ut oues tutetur suas? Sed ais, iam Christus cursum suum confecit, iam non deambulat sed sedet ad patris dexteram. Sed adhuc Dominus Hierico perambulat. Vis hoc oculis tuis subijci? An non vidisti Eucharistiam diuinam in domos infirmorum portari? En perambulat iterum Hierico, sed de summam Dei dignationem, quas Dominus mihi calles perambulas? an non eas, quas inhonesti iuuenes percurrunt? an non eas, in quibus sepe innumera peccata, sicut, in quibus iurat maledicere, oblatra, fame, En maledictam Hierico perambulat Deus misericordia ductus.

Sed & perfimiles deambulationes in corde tuo facile videbis, si reuertaris ad cor tuum, qui in exterioribus vagaris. Quid enim aliud esse putas, sanctas in te missas cogitationes, ut vitam in melius mutes, nisi Dei in corde tuo deambulationes? An non sic in paradiso deambulabat, clamans, Adam ubi es? Quoties audisti vocem Domini dicentis, ubi miser peccator es? In peccato certe, Dei inimicus, inferno proximus, an non timebis, ut Adam? An non paves Deum tibi iratum? Plures huiusmodi deambulationes Dei tui videbis, si attendas, & audias, quid loquatur in te Deus. His vero ostendit summum peccatori imminere periculum. Si enim videas medicum, sepius infirmum iuuifere, in multo discrimine infirmum versari dicis, aut nimium a medico diligi. Vtrumque vero in te agnosce, & Dei eximium erga te amorem, & supremum tibi adesse periculum, cum toties Deus ad te veniat, & domum cordis tui perambulet.

Sed si amore ductus Hierico perambulat, cum in Hierusalem pergat, ut mortem sustineat, quo obsecro amore eandem ciuitatem prosequetur, cum illam proprio sanguine emerit, & vitam pro ea fuderit? Vsu aliquando venit

Gen. 3.

Simile.

A venit, ut videas vel prædium, vel domum, & perambulans vniuersa, quæ ad prædium, vel domum pertinent, cuncta perspicias, placent tibi cuncta, afficeris eis omnibus, & demum prædium vel domum emere decreuisti, emis tandem, & pecunia data committis. Cumque domus, vel prædium a te empta sunt, iterum ea perambulas, tunc multo plus illa diligis, multo amplius tibi placent, quam ante placuerant, quia iam tuum illud est. Si ergo ante quam nos Deus emeret, sic dilexit, ut pro nobis sanguinem, & vitam libenter dederit, postquam nos tam caro emit precio, quæ erit in nos dilectione? quo nos amore prosequetur? Hoc mire expendit Paulus, commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. multo ergo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Sed audi, quid deambulanti Christo obuiam venit. *Ecce ait vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues.* Pictorem fuisse diuum Lucam, historiam tradunt, & illius operam, quæ in hunc usque diem perseverant, testantur, nunc ergo ut effigiem Beati Zachæi depingat, pictoris arte usus est. Sicut enim pictor, ut imaginem exprimat in tabula, prius rudi minerua carbone eam delineat in tabula, sed deinde coloribus eximij eam illustrat, ac ornat, ut diuersa a se ipsa appareat. Sic primùm Zachæum pingit, rudem, nigrum deformem. Audi, Principem cum dicit publicanorum, & sic primum peccatorum, qui miserrimus omnium status est, & diues, qui proinde non erit immunis a delicto. Hæc vero dicit, ut mēdici potentiam ostendat, simul & artem, qui primum peccatorum a deo facile sanitati restituit, ut desperet nullus. Ecce principem publicanorum, ecce diuitem, non sine macula inuentum, atque adeo a Christo Dominò longe constitutum, ipse namque ait, pauperes euangelizantur, id est, recipiunt Euangelium. Diuites namque donaria, ac stipendia magna a mundo recipiunt, ideoque difficile ab eo discedunt, ut Christum sequantur. *Tanta in Euangelio a Christo dicta sunt*

Simile.

Rom. 5.

Simile.

Ecc. 12.

Matt. 12.

Concil.
Gangr.
Eccles. 13.

sunt in diuites, vt hæresis fuerit olim dicentium, diuites nullo modo posse consequi salutem æternam. Quæ hæresis damnata est in Concilio Gangrensi. Potest quidem diues saluus esse, ideo nunc dicitur de Zachæo & ipse diues, & Ecclesiastici. 13. Bona est substantia, vbi peccatum non est in conscientia, & paupertas mala in ore impij. In ore vero impij paupertatem malam dicit quia patiens non est, sed Deo detrahit, quod eum pauperem fecit. Sed mirum valde est peccatum non esse in conscientia diuitis. Fecit mirabilia hic in vita sua: difficile ergo diuiti salus contingit, at contingere potest, si Zachæum imitetur.

Yoa. 12.

Luca. 2.

Luca. 10.

Videamus iam viuos, expressos, optimosque eius colores, quos ob oculos nostros proponit sacer pictor Lucas, vt illos imitemur *quærebat aut. videre Iesum*. Sed nõ hoc desiderauit: vt cũq; voluit Herodes videre Iesum, & multi venerunt, vt videret Iesum, & Lazarum, vt Ioannes ait, sed curiositate moti omnes hi fuerunt, non sic Zachæus, sed Spiritu sancto afflante desiderabat, & quærebat videre Iesum, sicut Magi, sicut Simeon, qui ad hoc venit in spiritu in templum. Qui vero sic Iesum videt, merito audit, quod discipuli videntes audierunt; Beati oculi, qui vident, quæ vos videris, & beatæ aures, quæ audiunt, quæ vos auditis. Dico enim vobis, quod multi Reges, & prophetæ desiderauerunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & nõ audierunt. Sed quid mirum desiderare conspectum faciei Christi Domini? An non regina Austri venit à finibus terræ, vt videret Salomonem, & omnes reges terræ desiderauerunt vultum eius? ecce plusquam Salomon hic: Quid non desideretur vultus eius, in quem desiderant Angeli proficere? Sed dolendum vehementer, quod multo plus desideras videre comœdias, equorum cursus, ludos, & vana omnia quæ in mundo sunt, quam Deum. Sed ais, omnes desideramus videre Iesum, hæc enim beatitudo nostra est. Sed est desiderium inefficax, & est efficax, quod omnia quærit in hunc finem necessaria media, nullumque non mouet lapidem, vt id assequatur, Zachæi desiderium huiuscemodi fuit. Cum quæsieritis me in toto corde vestro, inueniari à vobis, ait Dominus. Si ergo cupis videre Iesum, illum suscipe in domum tuam, vt Zachæus, elemosinam vt ille libenter, largæque tribue, male parta do-

Deut. 4.

A. minis restitue. Si sic quæris Iesum, videbis illum. Hoc est illud Psal. Faciem tuam Domine requiram. Idest toto studio quæram, toto cordis conatu. Quærebat, ait, videre Iesum, non desiderabat solum, quia si quæseris sapientiam, quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis eam, tunc inuenies timorem Domini, & scientiam Dei reperies. Parum Domine à nobis exigit, minimo contentus es, nihil aliud petis, vt inueniaris, nisi curam, quam in minima terra inuenienda homines ponunt: Vt quicquid humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut exhibuisti membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete nunc seruire iustitiæ in sanctificationem.

Psal. 56.

Prouer. 2.

Rom. 6.

Sed cum Zachæus quæreret videre Iesum, Non poterat præturba, quia statura pusillus erat. Se se erigebat, quantum poterat, & super pedum summitatem se ponebat, quod vulgo dicitur, (de puntillas,) nec videre poterat, ideo arborem conscendit. Quo loco illud primo expendendum est, quomodo qui modo inferuiunt, conatur omne, quod possunt, imo & quod non possunt, & super pedum summitatem ambulare tentant, vt statura procera appareant, vt in his, quæ mundi sunt, proficiant amplius. Qui mille aureos numos habet, duo millia infumit, vt vanitati seruiat, qui minor est, maximus apparere vult. An nõ hic super summitatem pedum ambulat? Cum his, qui huiusmodi sunt, expostulat Dominus Hieremiæ. 48. Audiuius superbia Moab, sublimitatem eius, & arrogantiam ego scio, ait Dominus, iactantiam eius, eo quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere. Quasi dicat. Tanta eius superbia est, vt plus conetur, quam possit in his, quæ mundum spectant, in his vero, quæ Deum, multo minus, quam possit, præstat. Cum vides pauperem, ne ei subuenias, commemoras omnes tuas indigentias. Cũ vero vanitatis occasio aliqua se se obtulerit, ibi omnia tua infumis, & aliena etiam. Mira profectò mundi tyrannis est. Est ne tyrannus, qui dicat, decem habes, da mihi viginti? & hæc mundus imperat, & adhuc ei sunt innumeri subditi voluntate propria. Verè si ob aliquam causam conandum esset super vires, si ob aliquam videndum (vt vulgo dicitur, nos autamas de poner de puntillas,) hoc merito fiet, vt Iesum videremus, sed ad hoc nihil conaris, & cum videris par-

Hiere. 48.

1415

ua se se obtulerit difficultas, continuo Deum querere cessas. **A** Dicis, ieiunare non valeo, dolet enim caput, flagella non sustineo, quia dolorem incutiunt. Sed si te interrogare, quanto difficiliora, ut mundo assequaris, sustines. An haec praestares, si propter illa regnum terrae tibi concederetur? facilia omnia tibi essent proposita ista mercede terrena, & difficilia sunt proposita regno caelesti. Vis aliquos oculis tuis subijci, qui cum Zachaeo conati sunt, plusquam possent, ut Deum viderent? Memorare sanctorum praeceptorum, eremitarum Aegypti & Scythiae, ubi miranda exempla, incredibilia ieiunia, oratio iugis. Sed heu quid nos sumus, si cum illis conferamur? vere locustae apparebimus, & illi gigantes.

Secundo vero ex hoc Zachaei facto collige, eum, qui statura pusillus est, inter turbas videre Christum non potest, poterit vero si proceras statura esset, ideo a turba recedat cum Zachaeo, & arborem conscendat. Multa enim sunt, inter quae perfectus vir videre Deum potest, in quibus imperfectus non potest. Multae sunt huius vitae occupationes, multae occasiones, in quibus qui perfecta virtute praeditus est stabit, Deumque videre debet, imperfectus vero in eis peribit. Qui ergo se pusillum videt, ab his recedat cum Zachaeo. Episcopo tanquam perfecto diuitiae conceduntur, monacho vero, ut qui nondum perfectus est, sed ad perfectionem tendit, auferuntur. Si ergo te videris statura minimum, recede a turba, ascende in arborem religionis, relinque ea omnia, quae vides tibi esse impedimento, ne Deum diligas, licet videas alijs impedimento haec non esse, illi enim statura proceras sunt, tu vero minima. Sicut enim parua, **C** recedensque insita arbor facile legitur quacunque causa, cum vero creuerit altasque radices miserit facile resistit multis incommotis, ad eundem modum animus in virtute tener, & imperfectus, & animus perfectus se habent.

Ascendit ergo Zachaeus in arborem. Maximum ostendit desiderium Christum videndi, cum ut eum videat, hac utitur adinventione. Si in corde nostro efficax esset desiderium, ardens studium Deum videndi, innumera adinueniremus media, ut illud consequeremur, & Angeli ipsi nobis plura ostenderet, quae nos adinuenire non possemus. Adinventiones quere, ut Deo

pla

A placeas, plures excogita vias, ac modos mortificandi corpus tuum in victu, vestitu, & omni asperitate, humiliaiones plures perquirere. Attende quotquot adinventiones producit qui mundi vanitati inserviunt, ne illis tu in hoc cedas, qui Deo obsequeris. Attende Zachaeum sycomorum ascendentem, risui puerorum expositum, ut dicatur, en Zachaeum puerum factum. Hoc ergo peracto crucem ille conscendit. Dicite ergo iusto ait Dominus, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedit. Sine dubio sine maximo fructu, & mercede non erunt adinventiones haec iustorum, ex corde enim Dei amantissimo procedunt. Sicut enim cum canis insequitur leporem, quae forte se abdidit in rhamno, aut rubo aliqua, eam circuit uniuersa, inquitque, qua parte intrare possit, ut leporem capiat, sic cum anima ardenti desiderio Deum querit, huc, illucque discurret, viam omnem querit, ut eum assequi possit. In his vero prudentia adhibenda est, non quidem carnis, sed spiritus, ideoque consilium confessarius est. Debitorum vero nos sciamus Deo ut adinventiones quaramus in eius obsequium, cum ille similes, & potiores adinuenit, ut nostris commodis deseruiret. De quibus Esaias notat, facite in populis adinventiones eius. Et regius Psaltes, In adinventionibus tuis exercebor. An non mirabiles adinventiones illae fuere, cum homo factus, in praesepi reclinator, in Aegyptum fugiens, in cruce denique positus esset?

C Sed audi fructum adinventionis Zachaei, *suspiciens Iesus vidit illum, & ait, Zachaeus festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Solum desiderauit Zachaeus Christum videre, sed ille, qui potens est, superabundantius facere, quam petimus, aut intelligimus, non solum videndum se, sed & hospitium, & inuitatum praebuit; Sic & Simeon solum desiderauit videre Dominum Christum, tamen non vidit solum, sed & in vlnas suscepit. Qui ergo Nathanaelem antea sub ficu viderat, Zachaeum nunc super ficum videt, & se ipsum inuitat. Saepe legimus inuitatum Dominum domos aliquas intrasse, sed hic non rogatus in domum Zachaei venire vult, & se ingerit non vocatus, hinc uerat enim Christus Dominus Zachaei affectum, viditque, non

Hhh 2

Simile.

Esai. 33

Simile.

Psalm. 138

Esai. 12

Psalm. 76

Luca. 2

ausum fuisse illum inuitare, non ergo non inuitat, quia non vult, sed quia non audet. Hic ergo animus Christo Domino manifestus efficacissime, & vrbaniſſime ipſum inuitauit, ſicq; ille inuitari deſiderat. Quo oſtenditur, plus ſæpe numero eum impetrare, qui quod ſecum tacite optat propter conſcientiam indignitatis ſuæ, non audet petere, quam qui præſumptuoſe illum ad ſe vocare non dubitat. Efficax Chriſti inuitator fuit Petrus dicens, exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Et Centurio, qui ait, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Sic ergo qui coram Deo humilis eſt, nec audet magna aliqua dona petere, humilitate illa plus orat, quam ſi manifeſte orans ea petuiſſet. Sic cum ait filius diſſipator, non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnū de mercenarijs tuis, vt filius excipitur, & indulgentiſſime tractatur. Solum modo orat latro, Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum, non ausus eſt, plus orare, & audit, hodie mecū eris in paradifo.


Festinus ergo descendit Zachæus, excipit Christum in domum suam gaudens, & stans dicit ad Iesum, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquē defraudauit, reddo quadruplum. Attende eius feruorē in festinatione, gaudio, elemoſyna larga, reſtitutioneque abundantia. Docens te, cum accedis ad Dei obſequium, viriliter agere, feruide operari, virtutum ofſicijs eximijs incumbere. Si cum viam incipis, lento procedis gradu, quo modo ambulabis, cum iam laſſatus fueris? Merito Sapiens ait. Currens non habebis offendiſſimum. Dic ergo cum Pſalmiſta, viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Agnus paſchalis feſtinanter comedendus erat, vt doceamur, in ijs, quæ Dei ſunt, feruentes, & feſtinantes nos præſtare, ſed quid ad hoc Chriſtus reſpondet?

Hodie salus domui huic facta est, eo quod ipse sit filius Abrahamæ. Secundum Chryſoſtomum dicitur Zachæus filius Abrahæ imitatione, non natura. Sed certius eſt, & natura, & imitatione filium fuiſſe Abrahæ. Sed quod potiſſimum eſt expendamus. Imitatus eſt Abrahamū Zachæus in pluribus. Abrahamū vidit, & gauſus eſt, Zachæus vidit, & gaudens ſuſcepit. Abrahamū excepit Dominum hoſpitio euntem Sodomam; Zachæus excepit

A cepit hoſpitio euntem Hieruſalem, Abraham feſtinus cucurrit, & parauit Domino conuiuium, Zachæus feſtinans deſcendit, & cum gaudio excepit conuiuio Chriſtum, Abraham ſtabat coram Deo, Zachæus ſtans corā Chriſto loquitur, Abraham in pauperes miſericors, Zachæus dimidium bonorum dat pauperibus, Abrahæ data eſt benedictio in filijs, Zachæo in vniuerſa dōmo. Hodie ſalus domui huic facta eſt. Verē fili⁹ Abrahæ, à quo non degenerat, vt illi, ad quos Chriſtus Dominus loquitur. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, Rectē ergo Paulus. Non omnes, qui filij Abrahæ, omnes ſemen Abrahæ, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemē, id eſt, non filij carnis, ſed filij Dei, qui ſunt filij promiſſionis, id eſt, qui ex promiſſione facta Abrahæ regenerantur in Chriſto.

B Simul vero aduerte veritatē illius, faciens miſericordias in mille generationes ijs, qui diligunt ipſum. Vide poſt quot generationes recordatus ſit Chriſt⁹ Dominus Abrahæ, vt propter illum Zachæo miſericordiam conferat. Sic in libris Regū ſæpe meminit Dauid, vt eius filijs beneficiat, regnumque concedat. Et filijs Rechab promiſſum eſt à Hieremia, nunquam ex eo genere virum deſuturum, qui coram Domino ſit. Non hoc vſu mundo veniet, continuo nanque exurgit Pharo, qui non nouit Ioseph, & ideo inſequitur eius poſteros, Deo ergo obſequere, qui in Iſios fideliffimus eſt retributer in æternum &c.

FINIS.



SALMANTICAE.

Excudebat Michael Serranus de Vargas.

Anno, 1593.

ERRATA.

Folio. 15. pagina. 2. linea. 31. lætię. lege. lætitię. fo. 17. pa. 11. penul. ignortia le. ignorantia. p. 36. l. 15. excludatur l. excludaf. pa. 43. l. 16. omne. l' omnem. pa. 59. l. 34. qua. l. quam. p. 92. l. 10. lexatur. l. laxatur. p. 174. l. 24. Deo. l. Dei. p. 143. l. 18. cum. l. eũ. p. 160. l. 7. atena. l. aterna. p. 175. l. 30. vnicus le. vnus. p. 178. l. 9. dilecta. le. delicta. p. 241. li. 2. humiliatis, le. humilitatis. p. 303. li. 1. cateni. le. catenis. li. 27. rationalie le. rationale. p. 326. li. 27. Dñi, le. Dñe. p. 251. l. 17. Christus. le. Christum. p. 390. li. 20. 21 sexagintę, octogintę, le. sexaginta, octoginta. p. 393. li. 2. ficut le. ficu. p. 414. l. 10. populos. le. populus. p. 420. li. 16. plures. le, pluris. p. 449. li. 19. Apostorum. le. A postolorum. p. 451. li. 15. iustificationis. le. iustificationes. p. 474. li. 9. diligistis. le. diligitis p. 508. l. 30. nũdo. l. mũdo. p. 514. li. 4. à Deo. le. si à Deo. p. 523. li. 3. 4. sacificet. le. sacrificet. p. 530. li. 33. hetica e. le. hectica. fe. pa. 562. li. 23. Et. le. Est. p. 626. li. 14. deferetem. le. deferendum. p. 651. li. vlt. efficies le. efficiēs. pa. 674. li. 3. creaturam le. creatarũ p. 684. li. 15. vidunt. le. vendunt. p. 699. li. 16. um. le. eũ. p. 734. li. 12. peregere. le. peregrẽ. p. 739. li. 17. manum tuaruũ. le. manuũ tuarum. p. 762. li. 8. vias. le. viuas. li. 12. aurus laureus. p. 797. li. 11. 12. à Flandri in le. in Flandria.

Con estas erratas esta correcto conforme a su original este libro (Conciones in festiuitatibus sanctorum) En fee de lo qual lo firme en Salamanca oy 30. de Abril 1593. años.

El corrector &c.

Manuel Correa de Montenegro.

INDEX AV- THORITATVM

facræ Scripturæ, quæ sparsim

in hoc opere explicantur ab authore, se-

cundum ordinem veteris ac

noui testamenti.

(. . .)

EX GENESI.



Idit mulier lignum, quod esset pulchrum, fol. 7.

Cur præcepit vobis Deus, p. 29.

Cap. 4. Posuit signum in Cain, p. 147.

Quare tristises, & cur concidit vitulus tuus, p. 291.

Cap. 6. Arcum meum ponam in nubibus cæli, p. 1.

Omnis caro corruperat viam suam, p. 463.

Cap. 8. Columbat reuerfa est in arcam, p. 26.

Coruus egrediebatur, & non reuertebatur, p. 266.

Cap. 15. Ego protector tuus, & merces tua magnanimis, pag. 95.

Cap. 16. At illa concepisse se videns despexit dominâ, p. 226.

Cap. 17. Procidit Abraham in faciem suam, p. 434.

Cap. 18. Cucurrit Abraham in occursum eorum &c. pa. 231.

Cap. 19. Non possum in montem conscendere &c. p. 230.

Cap. 24. Quæramus voluntatem puellæ, p. 105.

Cap. 28. Dominus erat innixus scælæ, p. 129.

Cap. 30. Respondebitque mihi cras iustitia mea, p. 72.

Cap. 32. In baculo meo transfui Jordanem istum, p. 457.

Cap. 35. Addat mihi Dominus filium alterum, p. 66.

INDEX

Cap. 41. Tulit Pharaon anulum de manu sua, p. 69.

Cap. 44. Merito hæc patimur, quia peccauimus &c. p. 587.

Cap. 47. Adorauit ad caput lectuli, p. 453.

Ex Exodo.

Cap. 2. Moyses occidit Aegyptium vim inferentem, fol. 17.
Respexit Dominus filios Israel, & cognouit eos, pa.

469.

Cap. 3. Vadam, & videbo visionem hanc magnam, p. 137.

Cap. 4. Sponsus sanguinum tu mihi es, fol. 1, pag. 2.

Cap. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum, fol. 23.

Cap. 17. Ego sum medicus tuus, p. 467.

Elige tibi viros potentes &c, p. 517.

Cap. 18. Stulto labore consumeris, p. 128.

Cap. 19. Eritis mihi in regnum sacerdotale, p. 395.

Cap. 25. Facies mensæ de lignis serihin &c. & coronam inter
rasilem, & super illam alteram coronam aureolâ,
fol. 9, p. 2.

Emunctoria fiant ex auro, p. 488.

Cap. 28. Facies in rationali catenas, p. 393.

Cap. 32. Vade, populus tuus peccat, p. 377.

Ex Numeris:

Cap. 15. Vt faciant fimbrias per angulos palliorum, & ponant
vittas hyacintinas, p. 98.

Cap. 22. Afina docet Balaam, p. 281.

Cap. 31. Tantum virgines referuate, fol. 11, pag. 2.

Ex Leuitico.

Cap. 2. Sin autem de craticula fuerit sacrificium, p. 340.

Cap. 11. Pisces sine aliis, & squamis immundi sunt, p. 642.

INDEX.

Cap. 12. Mulieris purificatio. fol. 22.

Ex Deuteronomio.

- Cap. 4. Deus noster ignis consumens est. fol. 14.
Cap. 20. Si exieris ad bellum contra hostes tuos &c. non timebis eos &c. p. 132.
Cap. 28. Eo quod non serueris Domino Deo tuo &c. pa. 30.
Cap. 30. Si ad cardines cæli fueris dissipatus &c. p. 410.
Cap. 33. Benedictio eius, qui apparuit in rubo veniat super ea
pud Ioseph. p. 65.
Qui dixerunt patri suo, & matri suæ, nescio vos. pag.
189.
In dextera eius ignea lex. p. 530.

Ex Iosue.

- Cap. 9. Deceptus est Iosue, quia os Domini non interrogauit. p. 596.
Cap. 11. Equos eorum subneruabis &c. p. 620.
Cap. 15. Sors Iudæ fuit usque ad fontem solis. fol. 21. pag. 2.
Cap. 22. Aedificauerunt altare infinitæ magnitudinis. p. 662.

Ex libro primo Regum.

- Cap. 2. Si autem vir peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?
p. 58.
Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. p.
539.
Filii Heli filij Belial, nescientes Dominum, &c. pag.
602.
Cap. 7. Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. p. 238.
Cap. 20. Si dixerò puero, sagittæ intra te sunt. folio. 3. pag.
121.

Ex

INDEX.

Ex libro secundo Regum.

- Cap. 7. Propterea inuenit seruus tuus cor suum. p. 368.
Cap. 12. Vidit Bethabee se lauante. fol. 7.
Peccaui, Dominus quoque transfudit peccatū tuū.
p. 49.
Cap. 23. Veruntamen ad tres primos non peruenit. p. 272.
Hæc nomina fortium Dauid. p. 346.

Ex libro tertio Regum.

- Cap. 5. Non est Sathan, nec occurfus malus. p. 662.
Cap. 10. Fecit rex de lignis thinis fulcra domini. p. 567.
Cap. 17. Mihi primum fac de ipsa farinulla subcinericium
panem. fol. 23, p. 2.
Posuit os super os eius, & manus super manus. p. 122.
Cap. 19. Surge, comede, grandis tibi restat via. p. 232.

Ex libro quarto Regum.

- Cap. 4. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum. p. 130.
Cap. 4. Posuit os super os eius &c. p. 122.
Cap. 5. Melius est, ut accipias duo talenta. p. 127.
Cap. 13. Supposuit Eliseus manus suas manibus regis. p. 52.

Ex libro secundo Paralipomenon.

- Cap. 29. Grande opus est, sed non homini preparatur habitatio, sed Deo. p. 654.

Ex libris Esdræ.

- Esdræ. 8. Erubui, petere à rege auxilium. p. 712.

a 3

Ex

INDEX.

Ex lib. 3. c. 3. Quid sit fortissimum omnium. p. 426.

Ex libro Tobia.

- Cap. 2. Non licet nobis, aut edere ex furto aliquid. pag. 421.
- Cap. 12. Cum essem vobiscum per voluntatem Dei eram, no lite timere. p. 498.
- Cap. 13. Ideo disperfit vos in nationibus quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius. p. 694.

Ex libro Esther.

- Cap. 2. Ita cuncta obseruabat Esther, quæ ei Mardocheus præcipiebat &c. p. 227. & 285.
- Cap. 3. Sors missa est in vnam. p. 53.
- Cap. 6. Si de semine Hebræorum est Mardocheus &c. p. 33.
- Cap. 8. Egressi sunt veredarij celeres. p. 132.
- Cap. 8. Fons paruus creuit in fluuiam magnum &c. f. 21.
- Cap. 14. Tu scis, quod abominer signum superbia. p. 549.

Ex libro Iob.

- Cap. 1. Pellem pro pelle &c. p. 400.
- Cap. 5. Voca si est, qui tibi respõdeat, & ad aliquẽ sanctorum conuertere. p. 583.
- Cap. 7. Peceau, quid faciam tibi ò custos hominum? pa. 49. & 412.
- Suspendium elegit anima mea. p. 192.
- Cap. 11. Utinam Deus loqueretur tecum &c. p. 547.
- Cap. 12. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta &c. fol. 12.
- Cap. 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. p. 132.

INDEX.

- Cap. 19. Manus Domini tetigit me. p. 280.
- Rursum circumdabor pelle mea. p. 400.
- Cap. 21. Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi filium onagri se liberum natum putat. p. 28.
- Cap. 22. Nudos expoliasti vestibus. p. 600.
- Cap. 24. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. p. 710.
- Cap. 26. Ecce gigantes gemunt sub aquis. p. 320. & 640.
- Non est numerus militum eius. p. 495.
- Cap. 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia. p. 406.
- Ferrum de terra tollit, lapis solutus calore &c. p. 475.
- Cap. 29. Videbant me iuuenes, & abscondabantur. p. 416.
- Cap. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis. p. 7. & 287.
- Si putau aurum robur meum. p. 549.
- Cap. 36. Papperibus iudicium tribuit. p. 562.
- Non est ei similis in legislatoribus. p. 528.
- cap. 37. Frumentum desiderat nubes. p. 707.
- cap. 38. Vbi eras quando appendebam fundamenta terræ. p. 219.
- Nunquid ingressus es thesauros niuis. p. 314.
- Nunquid valebis coniungere micantes stellas pleiades. p. 373.
- cap. 39. Cum audierit buccinam, dicit vaha. p. 137.

Ex Psalterio.

- Psal. 1. Beatus vir, qui nõ abiit in cõsilio &c. p. 89. & 465.
- Quod fructum suum dabit in tẽpore suo. p. 183.
- In lege Domini voluntas eius. p. 549.
- Omnia, quæcunq; faciet prosperabuntur. p. 800.
- Psal. 3. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius &c. p. 132.
- Psal. 5. Quoniam nõ Deus volens iniquitatem tu es. p. 432.
- Psal. 6. Et pisces maris, qui perambulant fœditas maris. pa. 649.
- Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, arcum suum tenebit. p. 3. & p. 137.
- Sagittas suas ardentibus effecit. p. 4. & 264.
- Et synagoga populorum circumdabit te. p. 101.
- Deus iudex iustus, fortis, & patiens. p. 214.

INDEX.

- Pfal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. p. 189.
 Pfal. 11. Quis noster Dominus est. p. 28.
 Pfal. 14. Ad nihilum deductus est in conspecto eius &c. pa.
 540.
 Pfal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. p. 51.
 Mirificauit omnes voluntates meas &c. p. 529.
 Pfal. 16. De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. p.
 382.
 Pfal. 17. Circumderunt me sicut apes, & exarserunt sicut ig-
 nis in spinis, & in nomine Domini &c. p. 100.
 Eripe me de inimicis meis fortissimis. p. 410.
 Pfal. 18. Exultauit vt gigas adcurrendam viam. p. 231.
 Sapientiam præstans paruulus. p. 407.
 Pfal. 21. Ego autem sum vermis & non homo. fol. 6.
 Pfal. 22. Et calix meus inebrians quam præclarus est. p. 163.
 Dominus regit me, & nihil mihi deerit. p. 711.
 Pfal. 24. Neque irrideant me inimici mei. p. 196.
 Oculi mei semper ad Dominum. p. 395.
 Pfal. 29. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo vir-
 tutem. p. 326.
 Pfal. 30. Accelera, vt eruas me. p. 130. & 349.
 Quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ci-
 uitate munita. p. 219.
 Pfal. 31. Firmabo super te oculos meos. p. 469.
 Pfal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. p. 326.
 Oculi Domini super iustos. p. 469.
 Immittet Angelus Domini in circuitu timentium
 eum. p. 477.
 Pfal. 36. Spera in Domino, & fac bonitatem. p. 256.
 Melius est modicum iusto. p. 389.
 Os iusti meditabitur sapientiam. p. 407.
 Transiui, & ecce non erat. p. 640.
 Cum ceciderit, non collidetur. p. 698.
 Pfal. 37. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi fol. 3. pag. 1.
 Cor meum conturbatum est in me &c. p. 136.
 Pfal. 38. Opus tui, & humiliatus sum. p. 252.
 Notum fac mihi Domine finem meum. p. 627.

Pfal.

INDEX.

- Pfal. 39. Multiplicati sunt super numerum. p. 56.
 Et non respexit in vanitates, & infanias falsas. p. 256.
 Eduxit me de lacu miserie. p. 468.
 Pfal. 40. Dominus opem ferat illi super lectum &c. p. 340.
 Pfal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes. p. 24.
 Pfal. 42. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. p. 596.
 Pfal. 43. Effuderunt sanguinem sanctorum tuorum folio. 1.
 pag. 2.
 Non enim in arcu meo sperabo &c. p. 132.
 Apprehende arma, & scutum. p. 483.
 A Estimati sumus sicut oues occisionis. p. 534.
 Pfal. 44. Sagittæ tuæ acutæ. p. 4.
 Audi filia, & vide obliuiscere populum tuum. p. 809.
 Circundata varietate. fol. 5. p. 2.
 Vnxit te Deus Deus tuus oleo latitiæ. p. 159. & 341.
 Obliuiscere populum tuum &c. p. 190.
 Pfal. 45. Propterea nõ timebimus, dum turbabitur &c. p. 131.
 & p. 240.
 Venite, & videte opera Domini prodigia &c. p. 656.
 Pfal. 46. Principes populorũ congregati sunt cum Deo Abra-
 ham &c. p. 123.
 Pfal. 47. Circundate Sion, & complectimini eam. p. 132. & 533.
 Deus fundauit eam in æternum. p. 219.
 Pfal. 48. Cum interierit, non sumet omnia. p. 353.
 Frater non redimit, redimet homo. p. 730.
 Pfal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es &c. p. 405.
 Pfal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. p. 27.
 Pfal. 55. Pro nihilo saluos facies illos. p. 257.
 Pfal. 57. Priusquam intelligeret spina vestra. p. 73.
 Pfal. 58. Fortitudinem meam ad te custodiam. p. 321.
 Pfal. 64. Domum Dei decet sanctitudo. p. 651.
 Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. pa.
 656.
 Pfal. 65. Hoc caussa medulata offeram tibi. p. 190.
 Pfal. 67. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. fol.
 19. & pag. 162.
 Pfal. 70. Ego autem semper sperabo, & adsciam super om-
 nem

INDEX.

- nem laudem tuam. p. 468.
- Pfal. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. p. 715.
- Pfal. 72. Quid mihi est in celo, & a te quid &c. p. 90.
Mihī adherere Deo bonum est. p. 245.
Velut somnium surgentium Domine &c. p. 381.
- Pfal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt. p. 482.
- Pfal. 76. Hæc mutatio dexteræ excelsi. f. 16.
Nunquid continebit ira misericordias suas. p. 170.
Renuit consolari anima mea &c. pag. 187. & 324. & 337.
- Pfal. 80. Dimisi eos secundū desideria cordis &c. fol. 7. 169.
Visitabo in virga iniquitates eorum. p. 169.
- Pfal. 81. Ego dixi dii estis veruntamen sicut homines morietur mini. p. 111. & 344.
Veruntamen vanè conturbatur omnis homo. p. 131.
- Pfal. 85. Quoniam inops, & pauper sum ego. p. 549.
- Pfal. 86. Ecce alinigenæ, & Tyrus &c. p. 320.
- Pfal. 88. Si autem dereliquerint filii eius legem meam & in iudicijs meis non ambulauerint. p. 262.
Thabor & Hermō in nomine tuo exultabūt. p. 322.
- Pfal. 89. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. p. 169.
- Pfal. 90. A iussimum posuisti refugium tuum, nō accedet ad te malum. p. 230. & 701.
Angelis suis mandauit de te. p. 497.
- Pfal. 91. Iustus vt palma florebit. p. 533.
- Pfal. 93. Nisi quia Dominus adiuuit me, Paulo minus habitasset in inferno anima mea. p. 130.
- Pfal. 95. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à lig-
no. pag. 165. & p. 274. & 452.
- Pfal. 102. Renouabitur vt aquila iuuentus tua. p. 158.
- Pfal. 103. Petra refugium erinaceis. p. 218.
Qui fundasti terram super stabilisera tuam. p. 219.
Qui facit angelos suos spiritus &c. p. 498.
- Pfal. 106. Et in cathedra leniorum laudent eum. p. 45.
- Pfal. 110. Qui conuertit petram in stagna aquarum. f. 16.

Con

INDEX.

- Confessio, & magnificentia opus eius. p. 126.
Exquisita in omnes voluntates eius. p. 529.
- Pfal. 112. Quis sicut Dominus Deus noster, &c. folio. 6. & 486.
- Pfal. 114. Tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocavi. p. 302.
Custodiens paruulos Dominus. p. 502.
- Pfal. 115. Quid retribuam Domino &c. calicem salutaris accipiam. p. 3. & 168. & 280.
Credidi propter quod locutus sum. pag. 222.
- Pfal. 117. Hæc porta Domini iusti intrabunt per eam. f. 14. p. 2.
- Pfal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. fol. 12.
Viam mandatorum tuorum cucurri. p. 232.
A iudicijs tuis timui. p. 398.
congige timore tuo carnes meas. p. 461.
- Pfal. 119. Ad Dominum, cum tribularer, clamaui. p. 302.
- Pfal. 121. Stantes erant pedes nostri &c. p. 129.
- Pfal. 123. Magnificabit Dominus facere cum eis. p. 127.
- Pfal. 124. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. p. 73.
Dominus in circuitu populi sui. p. 412.
- Pfal. 126. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. pag. 511.
- Pfal. 128. Etenim non potuerunt mihi. pag. 219.
- Pfal. 131. Et omnis mansuetudinis esus. p. 563.
- Pfal. 134. Qui educit nubes ab extremo terræ. pag. 707.
- Pfal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus &c. p. 24.
- Pfal. 138. Nemis honorati sunt amici tui Deus. fol. 3. pagina. 2. & pagina. 345. & 349.
Non ne qui oderunt te Domine, oderant. p. 189.
- Pfal. 141. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. pag. 583.
- Pfal. 146. Aquæ, quæ super celos sunt. pagina. 268.
- Pfal. 147. Quoniam confortauit, seras portarum tuarum. pag. 219.
Qui dat nitrem sicut lanam. p. 314.
Adipe fruenti satiat te. p. 694.
- Pfal. 150. Laudate eum in firmamento virtutis eius. p. 664.

Ex

Ex libro Prouerbiorum.

- Cap. 1. Sortem mitte nobiscum. p. 51.
Vique quo paruuli diligitis infantiam? pag. 275. & p. 382.
- Cap. 2. Quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. pag. 51.
- Cap. 3. Melior est acquisitio eius negotiatione & c. p. 812.
- Cap. 4. Iustorum semita quasi lux splendens, & crescens. pag. 79.
Currens non habebis offendiculum. p. 231.
- Cap. 5. Pedes eius descendunt in mortem. p. 30.
- Cap. 8. Deliciæ mez esse cum filijs hominum. p. 529.
Dominus possedit me in initio viarum suarum. pag. 610.
- Cap. 11. Seminanti iustitiam merces fidelis. p. 94.
- Cap. 13. Est quasi diues, cum nihil habeat & c. p. 549.
- Cap. 14. In malitia sua expelletur impius. p. 353.
Est via, quæ videtur homini iusta. p. 734.
- Cap. 16. Melior est patiens viro forti. p. 213.
Est via, quæ videtur homini recta & c. p. 734.
- Cap. 21. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti. p. 159.
- Cap. 22. Astutus videns malum abscondit se. p. 37.
Vidisti hominem velocem in operibus suis, hic corâ regibus ministrabit. p. 232.
- Cap. 23. Ne attingas terminos paruulorum & c. p. 502.
Vulnerauerunt me, & non dolui. p. 516.
Ne intuearis vinum, quando flauescit & c. p. 797.
- Cap. 25. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat in infideli & c. p. 601.
- Cap. 26. Dicit piger, leo est in via. p. 230.
Sicut qui mittit lapidem in aceruum & c. p. 540.
- Cap. 27. Domum fratris tui, ne intres. p. 36.
- Cap. 29. Si desperaueris lapsus in die angustia. p. 291.
- Cap. 31. Laudent eam in portis opera eius. p. 268. & c. 354.

Mu-

- Mulierem fortem quis inueniet. p. 443.
Gustauit, & vidit, quoniam bona est negotiatio eius. p. 796.
Ridebit in die nouissimo. pagina. 800.

Ex libro Ecclesiastæ.

- Cap. 1. Stultorum infinitus est numerus. p. 56.
Vanitas vanitatum. p. 88.
Omnia flumina inrant in mare, & mare non redundat. p. 226.
- Cap. 6. Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, nec tribuit ei potestatem, ut comedat ex eo. pag. 732.
- Cap. 7. De negligentia tua purga te cum paucis. fol. 22.
- Cap. 9. Oleum de capite tuo non deficiat. p. 159.
Ciuitas parua, & pauci in ea viri. p. 476.
- Cap. 10. Tu stationem tuam ne deferas. p. 718.
- Cap. 11. Est homo marcidus, & agens recuperatione. p. 468.
Mitte panem tuum super transeuntes aquas & c. pag. 575.
Deum time, & mandata eius observa, hoc est omnis homo. p. 811.

Ex libro Canticorum.

- Cap. 1. Marenulas aureas faciam? tibi venenulatas & c. p. 318 & p. 127. & 688.
Ordinanit in me charitatem. p. 259.
Meliora sunt vbera tua vino. p. 798.
- Cap. 2. Vox turturis audita est in terra nostra. p. 25.
Saliens in montibus. p. 494.
- Cap. 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon. p. 447. I
In lectulo meo per noctem, quæ sumi & c. p. 625.
- Cap. 4. Oculi tui columbarum. p. 25.
Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora & c. p. 79.

Vulne

INDEX

Vulnerasti cor meum foror mea sponsa in vno oculorum tuorum. p. 105. & 168. & 606.

Terribilis vt castrorum acies ordinata. p. 107.

Duo habentur sicut duo linnuli caprea. p. 216.

Quam pulchra sunt mammae tuae. p. 217.

In vno trine colli tui. p. 244.

Pulchra vt luna. p. 326.

Sicut turris David collum tuum, mille clypei pendet ex ea. p. 675.

Cap. 6. Sexaginta sunt reginae &c. vna est columba mea. f. 11.

Terribilis vt castrorum acies ordinata. p. 40.

Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum? pag.

Venter tuus aceruus tritici. pa. 225.

Cap. 7. Venter tuus aceruus tritici. pa. 225.

Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filii principis. p. 365.

Ego dilectio meo, & ad me conuersio eius. p. 617.

Cap. 8. Fortis est sicut mors dilectio. p. 188. & 247.

Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione &c. p. 254.

Quid faciemus sorori nostrae in die, quando alloqueretur? p. 339.

Quae est ista, quae ascendit de deserto. p. 369.

Ex libro Sapientiae.

Cap. 4. Respectus in electos filius. p. 469.
Consummatus in brevi, explicuit tempora multa. p. 738.

Cap. 5. Ecce quos allquando habuimus in derisum. f. 13.

Quid profuit nobis superbia? p. 88.

Sol iustitiae non ortus est nobis. pa. 598.

Lassati sumus in via iniquitatis. p. 634.

Cap. 10. Honestauit illum in laboribus. p. 634.

Cap. 13. A magnitudine speciei creaturae &c. p. 677.

Cap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. p. 432.

Creaturae

INDEX

Creaturae Dei in odium factae sunt & intentione. pag. 639.

Cap. 15. Nolle enim te, consummata iustitia est &c. p. 216.

Ex libro Ecclesiastici.

Cap. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientia. p. 406.

Cap. 2. Vae ijs, qui perdidit derunt sustinentiam. p. 533.

Cap. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. p. 227.

Cap. 4. Frater adiutus a fratre quasi turris firma. p. 128.

Cap. 6. Inijce pedes tuos in compedes illius. p. 30. & 377.

Et deducet in fortem impiorum. p. 51.

Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad illa. p. 697.

Cap. 9. Cum saltatrice ne affidutus sis. p. 444.

Cap. 10. In vita sua proiecit intima sua. p. 60.

Pecuniae obediunt omnia. p. 91.

Cap. 12. In bonis non cognoscitur amicus. pag. 297.

Cap. 15. Aqua sapientiae salutaris potabit illa. p. 407. & 599.

Cap. 18. fili, post concupiscentias tuas ne eas. p. 190. & 720.

Cap. 20. Quoties, & quanti irridebunt eum? p. 196.

Cap. 21. Qui odit correctionem vestigium est peccatoris. pa.

Cap. 23. Magna gloria sequi Dominum. p. 93. & 728.

Cap. 25. Beatus, qui habitat cum muliere sensata. p. 651.

Cap. 26. Mulieris bona beatus vir. p. 651.

Omnis ponderatio non est digna continentis animae. p. 621.

Cap. 31. Beatus diues, qui inuetus est sine macula. p. 91. & 549.

Quam sufficiens est vno erudito vno dignus. p. 32.

Cap. 33. In omnibus operibus tuis praecellens esto. pa. 108.

Cap. 34. Quasi qui apprehendit umbram &c. pa. 381.

Cap. 35. Da altissimo secundum datum eius. p. 739.

Cap. 36. Festina tempus, & memento finis. p. 231.

Omnem masculinum excipiet mulier, & est filia melliorum.

filia. p. 286.

Cap. 37. Anima viri sancti enunciat aliquid de vera &c. p. 604.

Cap. 38. Membra esto iudicij mei; sic enim erit &c. tu. p. 972.

Cap. 44.

INDEX:

Cap. 44. Homines diuites in virtute. p. 193.

Ex Esaia.

- Cap. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. fol. 22. p. 2.
 Cap. 3. Dicite iusto, quoniam bene. p. 240. & 823.
 Cap. 4. Et tabernaculum erit in umbraculum. p. 448.
 Cap. 8. Voca nomen eius accelera. p. 130.
 Non poterit auolare de angustia sua. p. 517.
 Cap. 9. Exultant victores capta præda. pag. 133. & 473.
 Cap. 10. In fortitudine manus meæ feci, & in sapiëntia mea in
 intellectu &c. p. 124.
 Computrescet iugum à facie olei. p. 186.
 Cap. 11. Leuabit Dominus signum in nationibus. p. 236.
 Cap. 12. Exulta, & lauda habitatio Sion &c. p. 817.
 Cap. 14. Et tu vulneratus es sicut & nos. p. 60.
 In cælum conscendam. p. 478.
 Cap. 16. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. pa-
 gina. 28.
 Cap. 18. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam &c. p. 525.
 Cap. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis.
 p. 407.
 Cap. 20. Vadens nudus, & discalceatus. p. 510.
 Cap. 21. Ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte? p. 414. &
 430.
 Cap. 22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius
 pag. 47.
 Cap. 28. Ne forte constringantur vincula vestra. pag. 131.
 Non enim in ferris triturabitur gith. Panis autem co-
 minuetur. p. 331.
 Cap. 30. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui &c.
 pagina. 249.
 Ad vocem Domini superabuntur Assyrij &c. p. 518.
 Et erunt oculi tui videntes præceptorem &c. p. 634.
 & 695.
 Cap. 33. Respice Sion civitatem solennitatis nostræ. p. 133. & 555.
 Cap. 38.

INDEX.

- Cap. 38. Fleuit Ezechias fletu magno. p. 283. & 434.
 Cap. 40. Consolamini, consolamini popule meus &c. vox cla-
 mantis in deserto. p. 200.
 Suscepit de manu Domini duplicia &c. p. 262.
 Super montem excelsum ista &c. p. 545.
 Cap. 41. Confortauit eum clavis, vt non moueatur. p. 191.
 Cap. 42. Laudate habitatores petre, de vertice montium cla-
 mabunt, ponent Domino gloriam &c. p. 278.
 Cap. 43. Ab oriente adducam semen tuum &c. p. 693.
 Cap. 45. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo. pagi-
 na. 133.
 Verè tu es Deus absconditus. p. 276.
 Cap. 49. Sanctificate eum, qui despicit animam suam. p. 189.
 Erunt reges nutritij tui. p. 217.
 Cap. 52. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem. pagi-
 na. 713.
 Cap. 53. Ascendet sicut radix de terra sitiens. p. 354.
 Cap. 55. Venite, emite absq; argento &c. p. 36.
 Cap. 57. Cum clamaueris, liberent te congregari tui. pa. 735.
 Cap. 58. Impleuit splendoribus animam tuam. p. 326.
 Cap. 59. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ medi-
 tantes gememus. p. 25.
 Cum venerit quasi fluius violentus. p. 459.
 Cap. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. p. 132. 701.
 Mamilla regum lactaberis? p. 497.
 Cap. 61. Ad Annunciandum pauperibus misit me. p. 404.
 Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos. p. 430.
 Cap. 65. Ecce ego creo cælos novos. p. 430.
 Et erunt campestria in caulas gregum, & valis Achor
 in cubile armenorum. p. 637.
 Cap. 66. Super humilem, & trementem sermones meos. p. 36.
 & 485.
 Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi. p. 816.

Ex Jeremia.

- Cap. 2. A sæculo confregisti iugum. p. 28.
 Nunquid

INDEX.

- Cap. 4. Nunquid solitudo factus sum Israeli. p. 355. & 386.
Sapientes sunt, vt faciant malum & c. pa. 407. 642.
- Cap. 7. Tonde capillum tuum, & proiece. p. 245.
Templum Domini, templum Domini est. p. 816.
- Cap. 9. Mors ascendit per fenestras. fol. 7.
Non gloriatur sapiens in sapientia sua. pagina. 406. & 459.
- Cap. 13. Hæc est mensura tua à me. p. 51.
- Cap. 14. Si steterit Moyfes, & Samuel coram me, non exaudiã eos. p. 57.
Homo de domo Israel, qui scãdalum iniquitatis & c. p. 415.
- Cap. 15. Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium p. 467.
Fugite de terra aquilonis. p. 525.
- Cap. 16. Mittam ex eis multos venatores & c. p. 520. & 642.
- Cap. 17. Diem hominis non desiderauit. p. 74.
Nunquam desinet facere fructum. p. 183.
Perdix fouit, quæ non peperit & c. p. 470.
- Cap. 18. Figulus aliud vas efficit melius. fol. 20.
- Cap. 23. Si interrogauerit te populus iste, quod est onus Domini. p. 29.
- Cap. 28. Catheras ligneas contriuisi, facies pro eis catheras ferreas. p. 460.
- Cap. 31. Creauit Dominus nouum super terram.
Mulier, circundabit virum. p. 113. & 118. 265.
- Cap. 32. Propter malitiam filiorum Israel, quã fecerunt. pa. 258.
- Cap. 33. Nisi pactum meum stetitset, diem ac nocte & c. p. 679.
- Cap. 43. Eo quod nõ sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere. p. 823.
- Cap. 51. Curauimus babylonem, & non est sanata. p. 169.
Venite, & nolite stare & c. p. 231.

Ex Threnis.

- Cap. 3. Tegnit arcum suum, & posuit me quasi signum ad

INDEX.

ad sagittam. p. 1.
Oculus meus deprædatus est animam meam. fol. 7.

Ex Baruc.

- Cap. 3. Dicce, vbi sit sapientia. p. 407.

Ex Ezechiele.

- Cap. 2. Scriptæ erant in eo lamentationes & c. p. 440.
- Cap. 4. Diem pro anno dedi tibi fol. 22. p. 2.
Fili hominis sume tibi laterem, & describe in eo ciuitatem Ierusalem. p. 266.
- Cap. 8. Erant in montibus quasi columbe comualliu. pa. 26.
Emissa similitudo manus apprehendit me in cincto capitis mei. p. 269.
- Cap. 9. Signa Tau super frontes & c. fol. 7. pag. 2. & 147.
Vir vnus vestitus lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. p. 734.
- Cap. 12. In longum differuntur dies, & peribit omnis visio. p. 627.
- Cap. 13. Pro eo, quod merere fecistis coriusti & c. p. 404.
Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei. p. 516.
- Cap. 16. Et non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero. 252.
- Cap. 18. Tu signaculum similitudinis. p. 428.
- Cap. 20. Et dixi, vt effunderem indignationem meã super eos & feci propter nomen meum. p. 260.
- Cap. 28. Eleuatum est cor tuum in decore tuo. p. 478.
- Cap. 31. Et brachiũ vnus cuiusq; sedebit sub vmbraculo eius. pag. 60.
- Cap. 43. Ista est lex domus, omnis finis eius in circuitu sanctũ sanctorum est. p. 651.
- Cap. 48. Et nomen ciuitatis illius Dominus ibidem. pa. 359.

INDEX. Ex Daniele.

- Cap. 3. **N**obis confusio facier, quia peccauimus tibi. pag. 227.
Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum. p. 263.
- Cap. 5. Balthasar in conuiuio laudabat Deos suos. p. 579.
- Cap. 7. Millia millium ministrabant ei. p. 495.
- Cap. 10. Ecce vir vnus vestitus lineis &c. p. 475.
Michael princeps vester. p. 492.
- Cap. 12. Qui docti fuerint fulgebunt sicut stellæ. p. 407.
Michael princeps magnus. p. 462.
- Cap. 13. Clauferunt oculos suos, ne viderent cælum. p. 381.
Concupiscentia subuertit cor tuum. p. 603.

Ex Osea.

- Cap. 6. **M**isericordia vestra quasi nubes matutina. p. 33.
Misericordiam vobis, & non sacrificium. p. 474.
- Cap. 7. Factus est Ephraim quasi columba seducta. p. 731.
- Cap. 8. Ipse regnauerunt, & non ex me &c. p. 735.
- Cap. 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. p. 697.

Ex Amos.

- Cap. 1. **S**uper tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam illum. p. 263.
Et robustus corde inter fortes nudus effugiet. p. 509.
- Cap. 3. Videte infanias multas, quæ sunt in medio eius. pag. 424.
- Cap. 5. Odio habuerunt corripientem in porta. p. 421.
- Cap. 6. Qui separati estis in quem malum, & appropinquatis solo iniquitatis. p. 466.
Optimo vincto delibuti nihil patiebatur &c. p. 575.

Ex

INDEX Ex Iona.

- Cap. 2. **D**escendit de folio suo rex. fol. 6.

EX Michea.

- Cap. 3. **Q**ui violentè tollitis pelles eorum desuper eis. p. 402.
- Cap. 6. Miti ante faciem tuam Moysen, Aaron, & Mariam. p. 28.
Quid dignum offeram Deo pro peccato meo? p. 49.
- Cap. 7. Iram Domini portabo, quia peccaui ei. p. 587.

EX Nahum.

- Cap. 2. **A**ncillæ eius minabantur gementes vt columbæ. pag. 25.
- Cap. 3. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. f. 23.
Plures fecisti negotiationes tuas, quæ stellæ sunt cæli. p. 801.

EX Habacuc.

- Cap. 1. **A**spicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite &c. p. 119.
Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit &c. p. 169.
Quomodo vinum potantem decipit &c. p. 321.
Et facies homines quasi pisces maris. p. 642.
- Cap. 3. Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ &c. p. 256.
Ibi abscondita est fortitudo eius. p. 322.

EX Zacharia.

- Cap. 10. **P**etite à Domino pluuiam, & dominus faciet nubes. b 3 nes.

INDEX

- ues. pagina. 315.
Cap. 11. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.
p. 795.
Cap. 12. Erit fons patens domui Dauid. fol. 22.
Cap. 13. Et disperdam nomina idolorum de terra. p. 125.

Ex Malachia.

- Cap. 3.** Sedebit Dominus quasi ignis conflans. f. 22.

Ex libro Machabeorum Primo.

- Cap. 5.** Iosephus, & Azarias audientes magnalia Iudæ & Ionatæ, dixerunt, faciamus & ipsi nobis nomē.
p. 735.

Ex Matthæo.

- Cap. 1.** Ioseph virum Mariæ. p. 67.
Vocabis nomen eius Iesum. p. 67.
Cap. 4. Populus, qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam. p. 596.
Cap. 5. Hic magnus vocabitur in regno cælorum. fol. 9. pagina. 2.
Non veni legem solvere, sed adimplere. p. 23. & 30.
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. p. 96.
Beati qui persecutionem patiuntur &c. p. 196. & 347.
Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum. p. 430.
Luceat lux vestra coram hominibus. p. 787.
Cap. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo &c. p. 808.
Cap. 13. Cæcum plium accipiet cum persecutionibus. p. 636.

INDEX.

- In hoc gaudete, quia nomina vestra &c. fol. 7.
Non estis vos, qui loquimini. p. 332.
Si patrem familias belzebub vocaverunt &c. p. 538.
Cap. 11. Regnum cælorum vim patitur. p. 132.
Mitis sum. & humilis corde. p. 227.
Cap. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis. fol. 4. & 165. 633.
Tollite iugum meum super vos. p. 30.
Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. p. 51.
Dicitis à me, quia mitis sum. p. 592.
Cap. 12. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? p. 435. & 448.
Cap. 13. Thesaurus abscondito in agro. p. 276.
Fallacia diuitiarum. p. 381.
Homini quærenti bonas margaritas. p. 684. & 778.
Cap. 14. Modicæ fidei quare dubitasti. p. 131.
Non habent necesse ire, date vos, illis manducare. p. 712.
Cap. 18. Vade, vende omnia, quæ habes &c. p. 509.
Cap. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim. fol. 13. p. 2.
Ecce nos reliquimus omnia. p. 190. & 510. & 550. 809.
Qui potest capere capiat. p. 620. & 687.
Cap. 20. Potestis bibere calicem &c. p. 3.
Conuentione facta &c. p. 384.
Cap. 21. Maledixit ficui, quia ficus non habebat. p. 183.
Cap. 24. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo &c. p. 235.
Moram facit Dominus meus. p. 626.

Ex Marco.

- Cap. 3.** Vocauit eos boanerges. p. 273.
Ut essent cum eo, & mitteret eos. p. 391.
Cap. 9. Et factus est sicut mortuus. fol. 13.
Cap. 10. Cum persecutionibus. p. 186.

Ex Luca.

- Cap. 1.** Fecit potentiam in brachio suo. p. 104.

INDEX.

- Dabit illi Dominus Deus regnum David patris eius.
pag. 165. & 452.
311. Ad dandam scientiam salutis plebi eius. p. 204.
Ipse præbit ante illum in spiritu, & virtute Eliæ. pa.
206.
- Cap. 2. Erat subditus illis. p. 67. & 68.
Lumen ad reuelationem gentium. p. 596.
- Cap. 4. Ad ad annunciandum pauperibus misit me. p. 404.
- Cap. 6. Væ vobis, qui ridetis. p. 798.
- Cap. 9. Qui erubuerit me coram hominibus. p. 635.
- Cap. 10. Simples sicut columbæ. p. 26.
Deus propicius esto mihi peccatori. p. 49.
Vnum est necessarium. p. 801.
- Cap. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum. p. 516.
Omne regnum in se diuisum desolabitur. p. 714.
- Cap. 12. Quomodo coarctor, vsq; dum perficiatur. p. 33.
Capilli capitis vestri numerati sunt omnes. pag. 56. &
242.
Plagis vapulabit multis. p. 59.
Esto consentiens aduersario tuo &c. p. 577.
Habes anima mea in annos plurimos. p. 579.
- Cap. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem &c. fol. 5.
Compelle eos intrare. fol. 17.
Cæpit ædificare, & non potuit consummare. pa. 33.
Non possum venire. p. 517.
Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet. pag.
809.
- Cap. 15. Profectus est in regionem longinquam. p. 410.
Dimittit nonaginta nouem oues. p. 494.
- Cap. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. p. 97.
Lazarus in sinum Abraham ducitur. p. 354.
Si in iniquo mammona infideles fuistis &c. pa. 382.
- Cap. 17. Domine adauge nobis fidem. p. 131.
- Cap. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. pag.
338.
- Cap. 22. Respexit Dominus Petrum, & fleuit. p. 469.
Nunquid aliquid defuit vobis. p. 711.

Ex

INDEX.

ex Ioanne.

- Cap. 1. **E**Vit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes
hic venit in testimonium. p. 202.
Confessus est, & non negauit. p. 263.
De Natanaele multa, de quo Ioannes capite primo. p.
392.
- Cap. 3. Filius hominis, qui est in celo. p. 138.
Sic Deus dilexit mundum &c. p. 329.
Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto. p. 459.
- Cap. 4. Voca virum tuum. p. 78.
- Cap. 5. Ille erat lucerna ardens, & lucens. p. 599.
- Cap. 6. Verba vitæ æternæ habes. p. 599.
- Cap. 7. Tempus meum nondum aduenit. fol. 13. p. 2.
- Cap. 8. Sermo meus non capit in vobis. p. 264.
- Cap. 9. Lux sum mundi. p. 596.
- Cap. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur.
fol. 14. p. 2.
- Cap. 11. Non à semetipso dicebat, sed cum esset pontifex. pa.
gina. 59.
Qui ambulat in luce, non offendit. p. 598.
Vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret. p. 693.
- Cap. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. p. 138.
Nisi granum frumenti &c. p. 172.
Qui odit animam suam in hoc mundo &c. p. 189.
Honorificabit eum pater meus. p. 539.
- Cap. 13. Exemplum meum dedi vobis &c. p. 93.
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. pa.
gina. 173.
In hoc cognoscetis, vos meos esse discipulos. p. 176.
- Cap. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. p. 54.
Maiorem charitatem nemo habet. p. 345.
Sicut ego dilexi vos. p. 332.
Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum mul.
tum. p. 775.
- Cap. 17. Opus conuulsi, quod dedisti mihi. p. 336.

b 5

Hæc

INDEX

- Cap. 11. Reus erit corporis, & sanguinis Domini. p. 58.
 Cap. 12. Alij per spiritum datur sermo sapientie. p. 128.
 Adhuc excellentiorem via vobis demonstro. p. 247.
 Diuides singulis pro vt vult. p. 736.
 Cap. 14. Nam si orem lingua spiritus meus orat, &c. p. 327.
 Si quis ignorat, ignorabitur. p. 602.
 Cap. 15. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per
 Iesum Christum. p. 517.
 Abundantes in omni opere Domini. p. 778.

Ex Epistola secunda ad Co- rinthios,

- Cap. 1. Paulus & Timotheus. p. 128.
 Cap. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini specu-
 lantes. p. 325.
 Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se absti-
 net. p. 362.
 Cap. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angu-
 stiamur. p. 4. & 137. & 534.
 Non contemptantibus nobis, quæ videntur. p. 381
 & 697.
 Cap. 5. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum car-
 nem. p. 189.
 Cap. 7. Superabundo gaudio in omni tribulatione. pa. 341.
 Cap. 8. Altissima paupertas eorum abundauit &c. p. 89.
 Qui multum non abundauit &c. pag. 389. & 737.
 Non ut alijs sit remissio vobis autem tribulatio. pag. 1
 na. 609.
 Cap. 10. Nos non in immensum gloriamur, &c. p. 74.
 In captiuitatem redigentes intellectum p. 625.
 Cap. 12. Raptum huiusmodi usque ad tertium caelum. fol. 19
 pag. 2.
 Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus
 meis. p. 309.

Ex

INDEX

Ex epistola ad Galatas.

- Cap. 2. Christo confixus sum cruci. p. 191.
 Cap. 4. Misit Deus filium tuum factum sub lege. p. 302
 Filioli, quos iterum parturio &c. p. 509.
 Cap. 5. Fructus autem spiritus charitas. p. 183.
 Currebatis bene, quis vos impedituit. p. 429.
 Cap. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu
 Iesu Christi. p. 458.

Ex Epistola ad Ephesios.

- Cap. 1. Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ di-
 uitie gloriæ hereditatis eius in sanctis. pag.
 318. & 588.
 Cap. 2. Propter nimiam charitatem suam. p. 329.
 Gratia enim estis saluari per fidem. p. 806.
 Cap. 3. Ego Paulus vindictus Christi Iesu. fol. 161.
 Euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Chri-
 sti. p. 775.
 Cap. 6. Accipite sententiam fidei, in quo possitis omnia tela ne-
 quissimi ignea extinguere. p. 131.
 Non est nobis colluctatio &c. p. 333. & 479.

Ex epistola ad Philippenses.

- Cap. 1. Vobis datum est, non solum vt in eum credatis,
 sed etiam vt pro illo patiamini. fol. 3. pa. 2. &
 637.
 Qui cepit in vobis opus bonum perficiet &c. p. 33.
 Quid eligam, ignoro, eorum vero de vobis &c. pa.
 173.
 Cap. 2. Vobis datum est, non solum vt in eum credatis, sed
 etiam vt pro illo patiamini. p. 357.
 Cum timore, & tremore &c. p. 398.
 Inter quos læcitis tanquam luminaria &c. pa. 599.
 Cap. 3.

INDEX.

- Cap.3. Quæ mihi fuerunt lucra, arbitratus sum vt stercora, &c. p. 195.
 Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. p. 319.
 Inimicos crucis Christi. p. 635. & 722.
 Cap.4. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione &c. p. 396.

EX epistola ad Colossenses.

- Cap.1. **Q**ui dignos fecit in partem sortis sanctorum. pagina. 51.
 Impleo ea, quæ defunt passionum Christi &c. p. 703.
 Cap.2. Vobis donatum est, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. p. 242.
 Cap.3. Mortui enim estis, sed vita vestra abscondita est. p. 192.
 Super omnia autem hæc charitatem habete. p. 247.
 Cap.4. Memores estote vinculorum meorum. p. 299.

EX epistola prima ad Thes- salonicenses.

- Cap.2. **Q**uasi si nutrix foueat filios suos. p. 217.
 EX epistola secunda ad Thes-
salonicenses.

- Cap.2. **D**ies domini sicut fur in nocte veniet. p. 579.

EX epistola prima ad Timo.

- Cap.2. **O**mnia sustineo propter electos. p. 172.

Sed

INDEX.

- Sed firmum manet Dei fundamentum habens signa-
 culum hoc &c. p. 264.
 Cap.4. Attende tibi, & doctrinæ. fol. 5. p. 2.
 Cap.6. Nec sperare in incerto diuitiarum suarum. p. 382.

EX epistola secunda ad Tim.

- Cap.1. **C**Athenam meam non erubuit. p. 298.
 Cap.2. Non coronabitur, nisi qui legitime. &c. p. 17.
 Solicite cura te ipsum probabile exhibere Deo, ope-
 rarium inconfusibilem. p. 404.
 Sed firmum fundamentum Dei fiat &c. p. 694.
 Cap.3. Serum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. p. 562.

EX epistola ad Philemonem.

Quos genui in vinculis meis. p. 296.

EX epistola ad Hebræos.

- Cap.1. **O**mnes sunt administratorij spiritus. p. 491.
 Nouissime locutus est nobis in filio. p. 547.
 Cap.4. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. p. 232.
 Cap.6. Quis filius, quem non corripit pater. p. 169.
 Imitatores eorum, qui fide, & patientia &c. p. 292 &
 p. 337.
 Cap.10. Opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti. p. 342.
 Cap.11. Aspiciant enim in remunerationem. p. 324.
 Fide Moyses grandis factus &c. p. 337 & 337.
 Fide Iacob moriens, adorauit fastigium virgæ. p. 453.
 Cap.12. Recogitate eum, qui talem &c. p. 8.
 In authorem fidei, & consummatorem Iesum. p. 33.
 Omnis

INDEX.

Omnis disciplina in presenti quidem videtur, non est
se gaudij, sed in aeternis &c. p. 335. &c. 799.
Curramus ad propositum nobis certamen. p. 335.
Nondum vsq; ad sanguinem resististis. p. 401.
Considerantes, ne quis desit gratiæ Dei. p. 429.

Ex epistola B. Iacobi,

- Cap. 1. **Q**ui dat omnibus affluenter. p. 127.
Suscipite in situm verbum. p. 274.
Omne datum optimum, & omne donum perfectum
de sursum est. p. 395.
Omne gaudium exultate fratres &c. p. 637.
Cap. 2. Qui offenderit in vno factus est omnium reus. pag.
422.
Nonne diuites per potentiam opprimunt vos. p. 600.
Sed animalis, terrena, diabolica. p. 406.

Ex epistola prima B. Petri.

- Cap. 1. **C**redentes autem exultatis lætitia inenarrabili. p.
160.
Cap. 2. Regenerauit nos in spem viuam &c. p. 799.
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exem-
plum. p. 8.
Vos autem genus electum, regale sacerdotium. p. 44.
Cap. 4. Qui passus est in carne, desijt à peccatis &c. p. 192.
Nolite peregrinari in seruire &c. p. 298.
Cap. 5. Cui resistite fortes in fide. p. 130.
Fratres sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius &c.

Ex epistola. II. Petri.

- Cap. 1. **M**elius erat illis, non cognoscere viam iustitiæ,
&c.

INDEX.

- &c. p. 731.
Cap. 3. **V**enient in nouissimis diebus in deceptione illudores
dicentes, vbi est promissio &c. p. 626.

Ex epistola prima Ioannis.

- Cap. 1. **F**ratres nolite diligere mundum &c. p. 379.
Cap. 2. Qui dicit, se nosse Deum, & mandata eius non ob-
seruat, mendax est. fol. 18.
Vnctio docet vos de omnibus. p. 604.
Cap. 3. Ut dissoluat opera diaboli. p. 517.
Cap. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet. p. 247.
Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. p.
254.
Cap. 5. Si quis peccat peccatum ad mortem, pro eo non di-
co, vt roget quis. p. 57.
Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.
p. 130.

Ex epistola. II. Ioannis.

- Cap. 3. **N**os scimus, quoniam translati sumus de morte
ad vitam, quia diligimus fratres. p. 176.

Ex epistola Iudæ.

- Cap. 1. **E**t hos quidem arguite iudicatos, illos vero saluate
de igne rapientes. p. 131.
Cum Michael altercaretur &c. p. 502.
Fluctus feri maris despumantes &c. p. 640.

Ex Apocalypsi.

- Cap. 1. **Q**ui dilexit nos, & lauit nos à peccatis &c. pa. 3. &
254.

INDEX.

- Cap.2. Capilli eius erant candidi sicut lana. p. 244.
 Vincenti dabo manna absconditum, & dabo ei calcu-
 lum candidum &c. p. 307.
- Cap.3. Suadeo tibi, emere à me aurum ignitum. p. 606.
- Cap.5. Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo. pag.
 238.
 Erat numerus eorum millia millium. p. 495.
- Cap.7. Hi sunt qui venerunt de magna tribulatione. fol. 7. p.
 2. & 637.
 Signantur in frontibus iusti. p. 147.
- Cap.10. Angelus habebat vnum pedem in mari, alium in ter-
 ra. p. 129.
- Cap.12. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta so-
 le, & luna sub pedibus eius. pag. 300. & 367. & 437.
 649.
 Factum est prælium magnum in cælo. p. 477.
 Habens iram magnam. p. 482.
- Cap.13. Blasphemare nomen sanctum eius, & tabernaculum
 eius. p. 305.
- Cap.14. Sequuntur agnum, quocunq; ierit. fol. 11. pag. 2. &
 pag. 68.
 Opera eorum sequuntur illos. p. 354.
- Cap.17. Inebriati sunt, qui habitant terram de vino prostitu-
 tionis eius. p. 798.
- Cap.18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum
 date ei tormentum &c. p. 570.
- Cap.16. Lignum erat, ex vtraque fluminis parte. p. 129.
 Habentium testimonium Iesu. p. 241.
 Qui sedebat super eum, vocabatur fidelis &c. p. 483.
- Cap.21. Fundamentum primum Iaspis, secundum Saphirus.
 pag. 209.
 Foriscanes, & venefici. p. 320.
 Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de
 cælo. p. 403. & 555.
 Vidi cælum nouum, & terram nouam. p. 431.
 Septimum Chrysolitus. p. 464.

INDEX RERVM

notabilium quæ in hoc opere
 traduntur.

*Numerus indicat paginam, littera cum apponitur
 locum pagine.*

A.



- ANEGATIO** sui. p. 726.
 Affectus inordinatus quo hominem ducat. p. 419.
 Affectus inordinatus excæcat hominem. p. 420.
 & 603.
 Amor Dei in nos. p. 100.
 Amor Dei in nos in cruce ostensus. p. 237.
 Amor noster in Deum præcipuus esse debet. p. 23.
 Amor vindictam exercet in amantem. p. 101.
 Amor in Deum omnia vitia tollit. p. 246.
 Amor in Deum facit, vt eum possideamus. p. 247.
 Amoris in Deum indicia ibidem.
 Amor proximorum apostolis, & prælatis maximè necessarius
 est. p. 171.
 Amoris præceptum quomodo sit nouum. p. 173.
 Amoris proximi rationes. p. 175.
 Amor proximi præcipuè nobis commendatur. p. 178.
 Amor proximi fructus est noster. p. 183.
 Amor proximi fortis. p. 530.
 Amor proximi necessarius est. p. 531. & 532. & 644.
 Angeli natura, gratia, & reliqua vide in duabus con-
 clusionibus. p.

INDEX

Anima Deum quærit. p. 266.
 Animæ purgatorij benefacere vtile est. p. 578.
 Appetitus sæpe in homine dominatur. p. 364.
 Appetitus inordinati vulnera p. 743.
 Apostolica gratia magna foris dicitur. p. 53.
 Apostolis cur commendetur dilectio proximorum. p. 171.
 Apostolica dignitas, ac gratia maxima. p. 390.
 Apostolorum victoria de mundo reportata. pag. 397. & 524. & 632.
 Apostoli patres nostri sunt. p. 527.
 Arcus Noe signum præclarum. p. 2.
 Ascensus in cælum difficilis, quo pacto facilis reddatur. p. 567.
 Auaritiæ malum. p. 60.

B

Beneficijs diuinis vti debemus in Dei gloriam, & vtilitatem nostram. p. 731.

C

Calix iusti & peccatoris. p. 168.
 Christus in martyribus pugnat. pag. 332.
 Christus nuditatem nostram operuit. p. 456.
 Christum diuersam viam arripuit quam homo. p. 457.
 Christi aspectus maxima bona efficit. p. 471.
 Christus lucerna est. p. 596.
 Christus nihil prætermittit, vt prædestinatum conuertat. p. 693.
 Christus consummat, ac perficit. p. 34.
 Christus nobis imitandus. p. 93.
 Christi cognitio maximè necessaria. p. 215.
 Christi passio excessus amoris est. p. 329.
 Christus passione auctus, & glorificatus est. p. 353.
 Christi passio radix omnium bonorum. p. 354.
 Christi dilectio in homines maxima. p. 354.
 Christus solum se dicit, si homines secum non habeat. p. 354.
 Christus refugium nostrum in tribulatione. q. 535.

Chri-

ALPHABETICVS.

Christum sequi debemus. p. 624.
 Christus peccatorem quærit. p. 695.
 Christi vulnera medicinæ sunt. p. 700.
 Christus sal est, & lux, ac ciuitas refugij. p. 744.
 Christi meritis negotiari debemus. p. 794.
 Clauium potestas quanta sit. p. 45.
 Clauis cæli hominibus traduntur. p. 220.
 Cognitio Dei talentum est. p. 739.
 Contemplatio carcer est diuini amoris. p. 377.
 Correctio suscipienda est. p. 421.
 Creaturæ factæ sunt, vt nos ducant in Deum. p. 638. & 677.
 Crux signum amoris Dei in nos. p. 237.
 Crux arcus est triumphalis Christi. p. 237.
 Crux signum est fidelium. p. 147. & 235.
 Crux gaudium est iusti. p. 155.
 Crux quo pacto suavis sit. p. 186.
 Crucem baiulare, & in ea crucifigi, quid sit. p. 191.
 Crux à Christo exaltata, & honorata. p. 452.
 Crux ab initio honorata, & adorata. p. 453.
 Crux Christi baculus Iacob. p. 457.
 Crux vera gloria hominum. p. 458.
 Crux quodammodo vim infert cordibus. p. 459.
 Crux non vnica sed multiplex à nobis tolli debet. pag. 727. & 728.

D

Dei magnificentia, ac liberalitas in nos. p. 127. & 386.
 Dei bonitas pugnat cum malitia hominis. p. 258.
 Deus nos quærit. p. 266.
 Deus quomodo odio haberi possit. p. 534.
 Diaboli principatus in mundum, & eius delectio. p. 454.
 Diaboli odium in Deum, & hominem. p. 482.
 Dilatio conuersionis vitanda. p. 130. & 467. & 614. 644.
 Dilectio Dei, & proximi, vide verbo Amor.
 Diligentia in Dei obsequio. p. 230.
 Diuitiæ beatum non reddunt possidentem. p. 87.
 Diuitiæ cur relinquendæ. p. 90.

INDEX

Diuitiæ despiciendæ à iusto sunt. p. 381.

Diuitiæ fallaces sunt. p. 381.

Diuitiæ fomenta vitiorum sunt. p. 388.

Doctoris laurcola. p. 9.

Doctrina refici debet, ne sit mali occasio. p. 646.

E.

Ecclēsia Christi, & eius regnum nouo ordine institutum, & erectum est, per passionē. p. 210.

Ecclesiæ Romanæ adhaerendum. p. 218.

Ecclesiæ firmitas, ac fortitudo. p. 219.

Ecclesia Christi qua ratione initio tot sustinuerit tribulationes. pag. 294.

Ecclesia cælo similis est. p. 403.

Ecclesiam Deus custodit maxima custodia. p. 412.

Ecclesia quatuor hominum genera habet. p. 756.

Ecclesiæ dedicatio. p. 816.

Eleemosynæ modus. p. 600.

Euangelium mundi solatium est. p. 404.

Euangelij doctrina utilis, & salutaris. p. 599.

F.

Feruor in Dei obsequio. p. 230.

Fides turbationem pellit. pag. 130.

Filius cur libentius suscipitur quam filia. p. 286.

Fortis tui bari non debet in periculis. p. 136.

Fortitudo maxima in sustinendo ac patiendo est. p. 213.

Fortitudo iusti maxima. p. 240.

Fortitudini cur maximus honor tribuatur. p. 345.

G.

Gloriæ æternæ magnitudo. p. 98. & 589.

Gloria nobis diripienda traditur. p. 132.

Gloriæ consideratio utilis est. 528.

Gloria

ALPHABETICVS.

Gloriæ diuersitas pro diuersitate meritorum. pagina 790.

Gratia Dei hominem diuinum reddit. p. 44.

Gratia forte datur. p. 51.

Gratia hominem liberat à misera seruitute. pagina 410.

Gratia Dei plura docet, & intellectum illuminat. p. 604.

Gratia hominem sanat. p. 744.

Gratia quanta res sit. p. 76.

Gratia sine meritis datur. p. 806.

Gratitudo pro Christi passione. p. 37.

Gubernatio in Ecclesia esse debet, & optima. p. 40.

H.

Hispania petra dicitur, & plurimas regiones remotas ad Christum traxit. p. 278.

Homo homine indiget. p. 128.

Homini nuditatis per peccatum. p. 456.

Homini triplex status in triplici lege. p. 515.

Homo pilcis est. pag. 640.

Humilitas in statu alto conseruanda. p. 6. & 227.

Humilitas Deo grata. p. 486.

I.

Incarnatio nouitas est maxima. p. 113.

Intentio pura optima est. p. 605.

Iudas cur electus sit in Apostolorum. p. 59. & 398.

In iudicio vniuersali, quomodo aliqui iudices erunt cum Christo. pag. 96.

Iustus lampas dicitur. p. 13.

Iustus in mundo contemnitur. ibidem.

Iusti gemitus, & lachrimæ. pagina. 24.

Iusti simplicitas & alia. p. 25. & 26.

Iusti fors. pagina. 51.

Iustorum numerus exprimitur. p. 56.

e 4

Iusti

INDEX.

Iustipretium, ibidem.
 Iusto adest Deus opportuno tempore, p. 72.
 Iustus diuersis ornatur virtutibus, quæ inter se contraria videntur, sed non sunt. p. 109.
 Iusto omnia sunt bona. pag. 240.
 Iustus sapiens est. p. 406.
 Iusti vita infania apparet. p. 434.
 Iusti dignitas magna. p. 435.
 Iusti cura in ornanda anima. p. 624.
 Iustus futura, non presentia considerat. p. 797.
 Iusti thesaurus absconditus. p. 807.

L.

Lachrymæ iustorum. p. 24. & 564.
 Laureolæ tres doctorum, Virginum, martyrum & quæ sit potior. p. 9.
 Lex Dei onus reputatur ab iniustis, & grauis dicitur. pagina. 28.
 Legis antiquæ cessatio. p. 23.
 Lex noua viros habet potentes. p. 518.
 Luxuria cauenda, & vniuersa in honesta. p. 444.

M.

Mansuetudo optima est. p. 562.
 Maria præfuit primo concilio apostolorum. pagina. 377.
 Maria gaudium mundi. p. 440.
 Mariæ aspectus castitatem in generabat. p. 444.
 Maria digna Dei domus. p. 445.
 Maria tabernaculum nostrum. p. 447.
 Mariæ dignitas, quia mater est Dei. p. 449.
 Mariæ excellentia angelos mouet, vt nos custodiant. pagina. 499.
 Maria quo pacto in templo educata. p. 616.
 Maria labore, & oratione plurima acquisiuit. p. 618.
 Maria miraculum grande est. p. 649.

Mariam

ALPHABETICVS.

Mariam omnes laudare debent. p. 660.
 De Maria nihil, nisi grande dicendum. p. 661.
 Mariæ gratiæ plenitudo. p. 664.
 Maria diuina nomina vsurpat. p. 673.
 Maria Deo propinquissima, & simillima. p. 673.
 Maria finis operum Dei. p. 678.
 In Maria nulla fuit appetitus rebellio. p. 364.
 Maria Virginum regina. fol. 8. pag. 2.
 Mariæ humilitas. p. 31. & 226.
 Mariæ immensa bonitas. p. 105.
 Maria Deum superauit. p. 105.
 Maria mater nostra est. p. 224.
 Maria singulari cultu à nobis est veneranda. p. 306.
 Mariæ dignitas infinita. p. 358.
 Mariæ dona immensa. p. 360.
 In Maria actio & contemplatio conuenerunt. pag. 371.
 Martyres plures cur in lege gratiæ fuerint. p. 2.
 Martyris laureola. p. 9.
 Martyrium pugna est præclara, ac clarissimum bellum. pagina. 330.
 Martyrum arma. p. 337.
 Martyrum hilaritas. p. 341.
 Martyri præcipuus honor debetur. pag. 344.
 Martyrij priuilegia multa, & eorum rationes. p. 719.
 Meritum operum, quæ in gratia fiunt. p. 773.
 Meritum nostrum fundatur in Christi meritis. p. 794.
 Moniales aliquo modo fuere in lege veteri. p. 609.
 Mors iusti, & peccatoris diuersa. p. 353.
 Mortis memoria utilis est. p. 578. & 579.
 Mortis hora incerta, quæ incautum hominem impetit, cum ille securum se credit. p. 628.
 Mortis pœnitentia qualis esse solet. p. 629.
 Mortificatio necessaria nobis est. p. 350.
 Mundus auarus, & ingratus est. p. 389.
 Mundi vita infania est. p. 434.
 Mundi triplex status in lege nature, scripturæ, & gratiæ. p. 515.
 Mundus mare est. pag. 676.

Mundo

INDEX.

Mundo abrenunciandum. p. 819.

N.

NAthanael quis fuerit. p. 392.
 Negotiatio Christiani qualis sit. p. 797.
 Negotium hominis quod sit. p. 811.
 Negotia animæ parum curamus. p. 811.
 Nix insigne castitatis. p. 313.
 Nix insigne est Mariæ, ibidem.

O.

Occasio fugienda. p. 287. & 824.
 Odium sui quale esse debet. p. 351.
 Opera pia gratiam conseruant. p. 14.
 Opera pia immensi valoris sunt. p. 773.
 Opera pia multa esse debent. pag. 777.
 Orandum perseveranter. p. 292.
 Oratio nos transfiguratur, & Deo similes efficit. p. 325.
 Oratio animam ornat omni virtute. p. 326.
 Oratio qualis esse debeat, vt homo in ea proficiat. p. 327.
 Orandum in omni negotio, præsertim in re graui. p. 395.

P.

Patientia summa fortitudo. p. 217.
 Paupertas spiritus beatitudo est inchoata. p. 26.
 Pauperes iudices erunt in die iudicij. p. 96.
 Paupertas omnimoda difficilis est homini. p. 508.
 Paupertas spiritus Deo grata. p. 549.
 Pauli raptus in tertium cælum. p. 19 & 20.
 Pax seruanda, ex qua plura bona procedunt. p. 714.
 Peccator laborat labore infami. p. 634.
 Peccator honore indignus est. p. 540.
 Peccator Regem Dei grauem dicit. p. 28. & 26. & 30.
 Peccator nulli subijci vult. ibidem. & p. 39.

ALPHABETICVS.

Peccator in cælum admittitur, si poeniteat. p. 320.
 Peccator à custodia Dei, & prælatorum se alienat. p. 414.
 Peccatoris triplex status. p. 465.
 Peccatoris vana securitas ibidem.
 Peccatoris conuersio non differenda ibidem.
 Peccatoris deperditi conuersio spem nostram roborat. p. 469.
 Ex peccatore sanctum Deus efficit. p. 471.
 Peccatoris conuersi gaudium. p. 473.
 Peccatoris somnus quantus sit. p. 622.
 Peccator creaturis abutitur. p. 636.
 Peccator piscis est, & piscibus similis. p. 642.
 Peccator sensibus adhæret, & sensibilibus. p. 697.
 Peccator præsentia, iustus futura attendit. p. 797.
 Peccatoris anxietas in morte. p. 14.
 Peccatoris purificatio. p. 22.
 Peccatoris gaudium inane. p. 24.
 Peccatoris fors. p. 51.
 Peccatoris duritia. p. 57.
 Peccatoris extrema necessitas, & discrimen. p. 130. 525.
 Peccatoris pugna contra bonitatem Dei. p. 258.
 Peccator nimis humiliari debet. p. 405.
 Peccator stultus est. pagina. 406. & 407.
 Peccatorem conuertere maximum est. p. 436.
 Peccatorem hominem Deus quærit. p. 695.
 Peccatoris omnino deperditi. p. 757.
 Peccatum malitiæ pessimum, pro quo orandum non est. p. 57.
 Peccata prædestinati, licet plura tandem auferuntur, & delentur à Deo. p. 262.
 Peccatum fieri non licet. p. 421.
 Peccatum Deus summo odio execratur. p. 432.
 Peccato remisso remanet exoluenda poena temporalis. p. 579.
 Peccatum destruit omnia. p. 651.
 Perfectio quanta res sit. p. 192.
 Perfectionis via ardua est, ibidem.
 Perfectio quærenda. p. 229.
 Perseuerantia necessaria. p. 33.
 Prædestinati, & reprobj diuersitas. p. 262.

INDEX.

Prædestinati fors optima. p. 693.
 Prædicator diuersa diuersis prædicet. p. 404.
 Prædicator qualis esse debeat. p. 520. & 521.
 Prædicatoris in reprehensione vitiorum libertas. p. 536.
 Prælati doctrina suscipienda etiam si ille malus sit. pagina
 59.
 Prælati custodes sunt. p. 413.
 Prælatorum custodia quomodo utendum est. p. 414.
 Profectus in vita spirituali. p. 79.
 Purgatorium & illius pœna. p. 22. & 570.

R.

Ratio hominis lucerna eius est. p. 601.
 Ratio hominis quibus de causis obscuretur. p. 602.

S.

Sacerdos liber, & animo grandi esse debet. p. 420.
 Sanctorum defectus, & peccata numerantur. p. 274.
 Sancti à nobis venerandi. p. 539.
 Sancti pro nobis in cælo orant. p. 581.
 In sanctis virtus Christi apparet. p. 584.
 Sancti lucernæ sunt. p. 599.
 Sancti ea in re, in qua deliquerunt, postea præclare se gesserunt.
 p. 696.
 Sapientia honorabilis & salutaris quæ sit. p. 406.
 Sapientia vana quæ sit, ibidem.
 Sequere Christum. p. 728.
 Sentus custodiendi p. 7. & 461.
 Sentui peccator adhæret. p. 697.
 Sors iusti, & peccatoris. p. 51.
 Spes in Deum habenda p. 132. & 291. & 468. & 711.
 Spes vana peccatoris. p. 256.
 Spiritualia bona maxime affectu quærenda sunt. p. 321. & 382.
 Spiritualia, non temporalia maximo affectu quærenda. p. 823.
 Status à Deo petendus est. p. 734.

In sta-

ALPHABETICVS.

In statu suo quisque probè se gerat. p. 737.
 Superbia Deo odibilis. p. 514.

T.

Temporalia difficilè relinquuntur. p. 508.
 Temporalia despicit iustus, quia superior eis est. p. 379.
 Temporalia, ac caduca diligere, stultum est. p. 275.
 Temporalia parcè sumenda sunt. p. 321.
 Temporalia vana sunt. p. 381.
 Temporalia cur relinquenda. pag. 388. & 550. & 809.
 Tentationi quomodo sit resistendum. p. 351.
 Tentationi resistens spectaculum est Deo. p. 442.
 Timor Dei multa bona efficit. p. 36.
 Tribulatio insignis Dei gratia. p. 3. & 294.
 Tribulationes nunc leuiores sunt. p. 4. & 5.
 Tribulatio signum prædestinationis. p. 6. & 7.
 Tribulat Deus iustos, derelinquit peccatores. p. 168.
 Tribulationem cito Deus aufert. p. 169.
 Tribulatio testimonium est Christi. p. 241.
 Tribulatio à iusto suscipitur, tanquam à Dei manu. p. 280.
 Tribulatio à peccatore male suscipitur, ibidem.
 Tribulatio res maxima, ac honorificentissima est. p. 294.
 In tribulatione Dei auxilium. p. 4.
 Tribulatio maximum ornamentum iusti. p. 294.
 Tribulatio de aliquid videtur dare. p. 309.
 Tribulatio iusti, & peccatoris diuersa. p. 531.
 In tribulatione Christi memoria reficit nos. p. 535. & 538.
 Tribulatio sustinenda præcipuè si sit propter iustitiam. p. 586.
 Tribulationes magnæ sanctis dantur. p. 636.
 In tribulationibus sancti lætantur. p. 636.

V.

Vigilia iustorum quæ sit. p. 622.
 Virgines Dei equitatus sunt. p. 620.
 Virginitas præcipua in ecclesia est. p. 619

Virgi-

INDEX.

- Virginitatis laurea. p. 9.
Virgo singulari ratione sponsa est Christi. pag. 11. & 12.
Virtus omnia conuertit in bonum. p. 240.
Virtus initio difficilis, postea facilis. pag. 799.
Virtutis negotium securum est. p. 800.
Vita actiua & contemplatiua. p. 5. & 6.
Vita Christiana bellum est. p. 553.
Vocanti Deo statim respondendum est. p. 470.
Vocationis Dei duplex modus. p. 633.
Vulnera Christi medentur animæ. p. 700.
Vulnera cur Christus seruauerit post resurrectionem. p. 701.

Laus Deo.

